Ambrosius
Gregorius











Jeronimus in epistola ad rusticum nepotem suum

... qui mittit lapidem in acervum mercurii ... qui ... hominem inspicit. Ideo gentiles ... in alto ... mercurio ... [illegible] ... loco ... ita qui inspicit hominem ... loco dei et ... [illegible]

I

Secundum lactancium primo libro suarum institucionum archanum dei ab humanis sensibus non potest comprehendi ... et ... in maiestatis ... cogitacio assequeretur ... nichil inter deum districtum et hominem ... de uno ... [illegible] ... disponit de opposito et utrumque sit ut deus disponit ... machinacione ... [illegible] ... filium altissimi irritaverit.

Ambrosius ... laudatur ... post mortem ... laudante ... temptat adulacio.

... septem ... et oculos septem qui sunt ... dei missi in omnem terram

Non placati deum esse ... carne ... [illegible] ... et capiti christo adherentes per ... meditaciones et per fide et amore quod ... De primo deutronomii 33 ... qui dixerunt patri suo et matri sue nescio vos et fratribus suis ignoro illos et nescierunt filios ... custodierunt eloquium tuum et pactum tuum ... [illegible]

[illegible]

Iste liber est datus per doctorem Joannem de Slupcza

Opuscula beatorum Bernardi et Gregorii

Xps loculos habebat

Aug. super Iohannem sermone 43 circa finem: sicut loculos cum ministrabat angeli nisi quod ecclesia ipsius loculos habitura erat. Ecce super psalmum 103 Xpc autem
loculos habebat quo mittebantur oblata et portabantur munimi ipse usus corporis qui tunc illo erat et eius /
Aug. de incarnatione domini et virginitate sancte Marie: Sic videmus solem per medium vitri de fenestre radios suos transmittere ipsos per radios
retrahere et tamen fenestram non violare, sic filius dei et cum intravit et cum exivit / matris virginitatem non violavit. Et sic verbum
mentis dum intus apud nos fuerit non videtur vel auditur. Sed verbo prolatum fuit et quasi carne voce assumens videtur et auditur.
Quod prius dum clausum erat non audiebatur. Sic verbum patris dum apud patrem et in patre erat non videbatur, factum vero
caro et videtur et auditur. Et sicut ipsum verbum quod profert homo de corde suo totum suscipiunt auditorum aures / et tamen
totum remanet in corde proferentis / ita suo verbo deus de patre exivit et utero virginis verus homo factus implevit. Vel sicut
est in candela: si ipsam candelam infra vitream ponas totus splendor ignis candele per vitream transit et tamen cum igne
acsi nichil transisset totus consistit nec quando intrat nec quando exit vitream frangit. Sic et filius dei et totam virginem implevit
et totus apud patrem mansit / nec quando intravit nec quando exivit virginitatem sue matris violavit. Et sic splendor ignis
quamvis sit cum igne transisse tamen cum igne est / nec ab eo umquam recedit quamdiu ignis consistit. Potius autem infra vitream sine igne
cum quo semper est vitream transit nec eam frangit / Sic et Xps a patre non recessit et tamen sine patre carnem solus de virgine
suscepit / nec virginitatem matris intrans vel exiens violavit /.

110

9º Predicationis officium de necessitate pastorali dignitati est annexum. Perspicuum est enim politiam ecclesiasticam a Christo legislatore supremo esse perfecte constitutam.
Est enim ille de quo Moyses cecinit: Dei perfecta sunt opera. Sed ad huius institutionis perfectionem congruit cultura spiritualis pro vita animarum conquadri
quadrimodi in politia terrena necessarium est cibus corporalis. Alioquin sicut pabulo carente sic ista temporalis sic et ista spiritualis vita suo modo
deficeret. Nec esset civitas perfecte sufficiens. Concordat huic sententie dictum veteris a Christo renovatum: Non in solo pane vivit homo. Oportuit
ergo laboratores aliquos ordinare pro ecclesiastica agricultura ne certe ille multis spinis et [illegible] remaneret qui est sine et possit
ergo officii [illegible] et debebit ex superiori obligatione prelati. Quod prophetia: labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirent de ore eius. Ideo sunt prelati quasi sepe pastores vocati
Propterea dedit Deus prelatos rectores gerentes et laborantes propheticos ut custodiant iustificationes eius et legem requirant et sint parati, inquit Petrus,
omni poscenti reddere rationem de ea que in eis sunt fide et spe. Hinc Paulus ad Timotheum et ad Titum plures dicit eum doctorem esse et potentem
instruere in doctrina sana et eos qui contradicunt revincere seu redarguere. Hoc officium predicationis imposuit Christus apostolis dicens: Euntes in mundum universum
predicate evangelium omni creature. Quorum utique prelati sunt successores. Quod quidem predicationis officium ita pretulit Paulus ut quasi derelictis aliis tamquam minus dignis
dixerit: Non misit me Deus baptizare sed predicare. Conforme est ad hoc responsum apostolorum dicentium: Non est equum nos relinquere verbum et ministrare
mensis. Sed o mores o tempora, ludibrium nunc apud quosdam est prelatus vel pontifices aliquos esse etiam ut [illegible] sua quasi indignum dignitate predicatio vel
publica ad populum exhortatio videatur. Est inquit hoc officium mendicantium vel pauperum theologorum adeo mentes rapit quod Dei sunt
aliena hominibus, quia de terra est nec nisi de terra loqui potest. Sed imperando dicunt nonnulli prelati aliorum: Cur inquit vos theologi magistri
doctorati non predicatis? Cur statis in studio vel in cameris sedetis tota die ociosi? Cur talentum sic vobis collatum retinetis? Diceret
prelatus sic loquentes verum hac pro multis responsio: Nemo nos conduxit. Mathei 20. Neque enim sicut magistralis in theologia dat obligationem
predicandi, sed bene ostendit ydoneitatem. Quam quidem non tenentur nisi velint vel aliunde mittantur. Dicit enim apostolus: Quomodo predicabunt nisi mittantur?
Sed videntur ad conversandas excusationes in promptu: Nos predicamus, inquiunt, non per substitutos predicamus per illos qui se ad hoc opus libenter
ingerunt. Et hoc satis notum est. Nomine multiplicationis simonie tanta est quod in nausea tussit audientium. Agunt sicut alia quedam
et ardua dum ministrorum verbi dum temporalitate vigilant protegunt. Spiritualia enim sine temporalibus diu subsistere non possunt. Sed videat
quesso talis: Utrum decentius aut salubrius dum quod accessorium est, prelati per se operentur et principale per substitutos. Vel econtra si
illud oportuit facere, scilicet predicare, et illud non obmittere, scilicet mysteriorum defendere. Si cedit ipse qui principalis est habendus —
quod et si predicatio possit per substitutum fieri, quanto magis illud quod minus est, temporalium defensio. Attendant quam pauca sunt sermones in
tam multis, multa inquam, immo sine predicatione laude rarissime. Cur? Quia adulterant verbum Dei atque corrumpunt, dum vel questus
estimant pietatem. Vel dum insurgunt errorum mala semina vel inutilia sterilia narrationum frivolarum zizania supersemina
Itaque curam vigilanciorem multi prelatorum adhibent in eligendis mercenariis agrorum suorum pro cultura vel ad huiusmodi advocatis
seu bonorum protectoribus per eam aliqua defendenda quam adhibent in eligendo predicatorum bonorum pro animarum cultura spirituali. Quis igitur quod
pretendo ordinem sola temporalium defensorum vel administrationes attendunt, nec mirandum si quis senciat potentes vel advocatos
aut prudentes seculi in cautelis et astuciis et traditionibus humanis preferendos esse in dignitatibus ecclesiasticis beneficiis aliisque
honoribus viris quibusque in sacra doctrina et spirituali conversatione pollentibus. Nam sicut prestatuuntur finis, de consequentibus ad finem iudicare
est quod in hiis omnem ordinem preterunt, in via morum male sapiunt. Venit super nos gemitus dolor, tior [illegible] et [illegible]
caudere nos gemitus mortis et dolores inferni circumdederunt nos. Et quod inter ceteras omnia mala ignorantie prelatum denotandum est
quod propter maliciam occecante oculos eorum, sicut inquit in minimis nesciunt videre. Speculatores ceci facti sunt, omnes nescierunt. Ysaie 56.
Ridiculosa res et magis periculosa speculator cecus, doctor inscius, preceptor claudus. Prout multi prelati negligentibus aut quibus
utrum vero pensata temporum mociuorum qualiter competerit sunt prelatos splendere in ornatibus optionibus vel ducere vitam pauperum
per Christo et apostolis conformem in mendicitate aut vilitate. Vide Henricum de Hassia in prologo biblie. Item patet quod ergo dictis quo predica-
tionis est illa dum prelati conferunt interrogatio. Sed utrique testantur quorum plures quam videat gesta fieri ipsi viderunt.
Denique cum beneficium debet propter officium, non tamen in horis dicendis sed tantum vel amplius in convictibus de pronuncio vita et pastura
gregis domini. Dividetur apud se hic qui propter officium sibi maxime debitum vel nescit vel omittit, vel dedicari sacrilegio
sumit et vendit. Dividet obsecro si beneficium tale rite iuste quod recipiunt aut retinent, maxime quod si negligunt etiam tum
de horis dicendis officium etc. Quomodo clerici intrent ad ecclesiasticum beneficium. Bernardus libro de vita clericorum quasi alibi dicitur colloquium pet. 1 r. p. c 13
idiuti Videte vocationem vestram, aut verba apostoli considerate et nos cum iam vocati veni et vocati ab eo tamquam [illegible] vocatio est. Nec quemquam modo
vocationem [illegible], quam sane inmo eciam apostoli, quos perstituat, hos et vocat. Si quis vocavit nos in horem clari, quem nemo velim
conciliares singulorum ut secundum preceptum Domini ad cor Ierusalem loquar. Huic enim parvulo adhuc aut forsitan necdum nato ecclesiasticum iam
beneficia provida sane puto solicitudine parabat. Huic nos inquiens ille vel ille tradiderunt epo apud quem honoris gratia locum aut
cum forte [illegible]. Ut diceret de bonis Domini nec in tot libros non dividat hereditas. Ille prositus aut dextrum ut eius succederet
plus quam maturo educatur affectu in deliciis enutritus et delectis. Ille dignus archidiaconatu vel pote filius principis magis adest
episcopi [illegible] in quo mox tota est episcopata pergens. Aliqua undique terminet sedulus explorator, blanditur obsequitur
simulat et dissilat, inserta quod sibi suffragia mendicare non erubescit manibus et pedibus, si quo tamen se se ingerere queat
in prosperis tempor et bona Domini que sola ex omnibus hodie querunt comparata in hoc pergere presumendum est sed in bonum forte ut sua in plerumque
dissitte repetat voluntas. Nunc ab intencione quodammodo erratis et insula [illegible] querit, inmo querit queri. Nempe quem
querere ipse debuit ut sic curis seculi in scientia cordis et corporis illumatur accedat ad Dominum et suam suis et proximorum non
operetur salutem omnibus studio deditis et verbo predicatorum. Nam si quod querit aut tenet adeo ut constituta vel huic vite licet venia
evangelisat ut manducet et posse minus ordine celestibus terrena mereatur. Recte dignus amplius quam consentaneum nimis
ut per carnali victu carnalia magis opera et negocia operetur vel fieret in usorem rerum aut inhonoraret mysterium spirituale. Sed
modico est iam contenta. Nec multi sola in huius terra querunt. Quippe maiori facile satis obtinenda precio [illegible] volunt
placere student hominibus delectari et supplices et huic seculo conformari. Audi querelas Domini quod super hac tanta temeritate
homines loquatur pacientes reddidit. Principes cupientes quam vindictam, ipsi mei regnaverunt et non ex me principes extiterunt et ego
non vocavi eos. Ministros sequuntur in ordinibus ecclesiasticis ceteris quibus ad curandam pertinentibus, honorum querentes propria aut divicias
seu corporis voluptates, postremo que sua sunt non que Ihesu Christi. Manifeste prosius et indubitanter non ea que Dei et carites
sed aliena addet et omnium radix malorum cupiditas introducit. Quid istud temeritatis, immo quid insanie est ubi timor Dei
ubi mortis memoria ubi gehenne metus et terribilis illa comptatio indiciis. Sponsi vel cubiculum vel cella [illegible] nisi rege
introducente presumit, tu inveniens irruis nec vocatus nec introductus. Trahe me post te aut illa in odorem ungentorum tuorum
currens. Nunc autem trahit sua quemque voluptas et ardore turpis lucri sectantes questum estimant pietatem. Quo circa dixi est. [illegible]

Ibid. c. 8. Sunt ecclesiastici persecutionis complementum et remedium infirmitatis. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Sed perfectio est si quis filius hominis non habet ubi
caput reclinaret. Non habebat Petrus et Iohannes neque aurum neque argentum. Erat Paulus victu simplici et vestitu contentus. Sed ipsa labore manuum
acquirebat. Sed non omnis capit verbum hoc. Sicut neque complementum castitatis. Ideo dicit ipsis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis
recipiant vos in eterna tabernacula. Verba domini sunt. Et quod locus hic est ferme equidem stat et immobilis. Sed simia eos qui volunt multum se ditari
sit incidere in temptationes laqueum et diaboli. Sed qui invisor super terram et ipsum quod camelum quod hic non potest per foramen acus transire possit. Ita
vere saltem a verbo apostoli qui laqueum venantium non declinatis. Vestite nudum egenum alte visitate infirmum ne forte audire contingat
sermone dure asperum verbum audierunt: mala ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. Facite vobis amicos de mammona
iniquitatis. Apostolus manifestius dicat: Vobis divites qui habetis consolationem vestram. Actum vero iam superesse videtur. Communicate cum pauperibus quorum est regnum
dei, ut cum venerit hora corporis renunciaverunt et deficientes vos recipiant in eterna tabernacula sua et consolationem suam quam non potuerunt accipere
dum vestram inuenerint. Percipiunt quietem desolati mensuram eorum bonam et coagitatam et superaffluentem dabunt in sinum eorum. Ut erit de
pallium breve quod duos operire non possit aut stratum coangustatum unde decidat alter. Capitulum xx ibidem.
Sunt est quod dotatas et ditatas videmus ecclesias a potentibus et divitibus hiis scilicet qui in operibus bonis divites iuxta Pauli admonitionem
amicos sibi faciunt de mammona iniquitatis a quibus in eterna tabernacula recipiuntur. Quid enim apparuit ab hiis recipi quod clementes videntur. Terre
sed habere data est ipsa prudentia corporis in otiosos carnis et qui sibi petunt aliud in celo tabernacula eterna parare debuerant. Iam terra co-
niungit domum ad domum et copulat agrum agro. Quibus respondit ab ore apostolorum temporis hiis virum gratie fiducie vero. Ecce nos reliquimus omnia
et secuti sumus te. Ecce enim ut ipsis sic et sacerdotes secularibus volunt divites fieri. Simplex ymo et Iudas neque ipse hiis prorsus complaceret
sibi amiculum ageret et ipsi ut in aliena tabernacula recipiatur utpote ipsa non habentes. Beati enim pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum.
Velut hominibus qui perfectionis obtinuit locum digne pollet. Aucte premunt fugiunt officium. An intelligis infirmum et imperfectum quam
usque adeo deficientem liceat saltem parare remedium ipsi. Hinc quod sunt indocti ipsi neque indocti utrique liceat. Vae quod in nunc
deceat maxime est. Nobis sane liceat vel audire dicente. Si sal infatuatum fuerit in quo salietur. Ad nichil valet ultra nisi ut mittatur
foras et conculcetur. Sed et presbiteri cum forsitan derogare timebunt qui servus est. Ubi liceat solita spiritus libertate ulli blandiri
palpare vicem. Sed inde nudam proferre veritatem. Clericus namque qui habet partem in terra non habet partem in celo. Item clericus si proprium
habet preter deum pars eius non erit deus. Vel aurum sive argentum sive possessiones sive variam supellectilem cum istis deus pars eius non dignatur.
Ibidem c. 16. Iam qui per ipsum sibi in sorte ministerium huius michi esse videntur. Accepto quemadmodum ea desinunt quemadmodum instruunt quemadmodum
pastat gregem domini. Sollicita sciendum quod quantum ad corporis distracta. Iudicium enim lacte et lana vivunt. Si non pascunt oves si non vigilant
in custodia gregis. Inducunt et manducant et nescit. Ve ve tibi. Mors in olla. Mors in ollis. Veteranum mors in hiis deliciis est.
Non modo quod sancti noticiam delicatorum porta esse cognoscitur. Sed ob id maiorem quod ipsi constat esse peccata quod comedunt. Corpus ecclesiasticos
gratis terre te reputas. Certando ut aiunt bona temporalia premere videntur. Sed bonum erat fore magis. Aut certe mediocre peccata enim
ipsi comedunt. Quod ipsa tibi minus sufficere videntur. Soliatus esto quam reddituris rationem. Dignos per eos gemitus fundere. Dignos
age penitentie fructus. Alioquin tibi venient imputanda que non michi delicias comedunt et perpendent et dissimulas tamen nunc attinet
tibi ad iudicium dei. Abyssus multa. Et terribilis deus in consiliis super filios hominum. Frustra incipiet misereri dicere montibus cadite super
nos et collibus operite nos. Veniet ante tribunal et audietur plorans querela gentis accusando divina quorum vitam stipendiis ut
diluerent peccata. Quibus facti sunt divites verum fraudulenti mediatores. Quid tu mispices delicate sapiunt quod divicia ille veros
oblectant oculos. Quibus vitare tam grave incommodum tam dure temetipsum obligas rationi. Vindicta quamvis ad quod debere nomissi prigere.
Cap. xvii. Sed esto studiose quis et fructuose laboret. Dignus plane est operarius mercede sua. Et qui altario servit de
altario vivat. Vivat namque de altario ut nunc cum apostolus alimenta et quibus tegatur. Hiis de hiis contentus sit. Totum hoc enim
preceptum est. De altario namque vivat non superbiat non luxurietur. Denique non ditetur. Non consenti cuiquam plane dignum omni
acceptione sermo in clericatu diues quod paupere fiat quod ignobili glorietur. Non sibi de bonis ecclesie ampla palacia fabricet
muratas quadrata rotundis. Nec loculos inde congreget ut vanitate aut superfluitate dispergat non extollat de
facultatibus ecclesie consanguineos suos aut nepotes ne filias divinum nuptui tradat. Res pauperum non pauperibus
dare par sacrilegium crimine esse demonstratur. Sane patrimonia sunt pauperum facultates ecclesiarum et sacrilega eis crudelitate
surripitur quicquid sibi ministri et dispensatores non utique domini vel possessores ultra victum accipiunt et vestitum. Hec enim or-
dinat deus hiis qui ecclesie serviunt de ecclesia querere divitias vel ornatum. Sed vivere. Ait Paulus ad Cor. Ut in delicijs sint
contenti alimento corporis non gule irritamenta aut incentiva libidinis et quibus tegantur non quibus ornentur accipere.
Sane qui non fidelis in terminis per ipsum quid in infidelis agat et cum ipsum manifestum sit deus faciet arborem
fructus radices palmites opera intentionum. Faciet ad quod venit ut mactet utique et disperdat. Qui enim altario servit
qui eiusmodi est simul ac in spiritu et veritate. Flos iste prius adoratores querit. Alioquin adorator mortis est in iudicium
et condempnacionem sunt quod potius necessario contentus esse qui eo animo intromittunt ut stipendia cleri in usus voluptatis superflue
et vanitatis congreget seruet expendat. Templum ergo fructus qui difficile rapitur. Horum misere in primaciis tempus quod indigne
ministrat sed et ipso fructu abutitur temporali. Cap. 18. Quid enim si multo modo floret et prosperatur in via sua. Arescet
velociter. Cito decidet flos feni et vapor ad modicum parens parabitur virge qui inveniuntur iniquitates eius ad odium utique
non ad vitam. Virga namque tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Habet enim virgam sed illa et baculum et illa consolatio est quod
vos qui virga reditis baculo sustentetur. Sunt etiam pater pastor virga et baculus. Illa omnibus illa lupo. Dicit propheta alios
si quidem ecce virga eos consolatur a stimulis conscientie dum hic non sibi senciunt peccata dimitte dicens: deus ego sum qui deleo
iniquitates tuas. Et baculus innititur ad tolerantiam virge dum illius comparatione fit levior. Econtra vero dicit: in diuinis frons
meretricis facta est tibi. Erubescere noluisti. Et addit: recessit zelus meus a te ultra non irascar. Quem enim diligit
arguit flagellat omnem filium quem recipit. Loquitur inde eos qui in labore hominum non sunt et cum filiis non fla-
gellantur ut diligi ab eo ut recipi. Non forte diligi putas audi quid super hoc scriptura loquitur. Deus quod voluit

amicus esse huius mundi inimicus dei constituitur. Et alio loco Karissimi nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum non est
caritas patris in eo. Verba sunt apostolorum. Prius quidem Iacobi, posterius eius discipuli quem diligebat Ihesus. Et qui utrique ignorare non possunt amicos et
viros nosse quis sit qui diligat mundum. Neque enim caritas dei inberet adesse, sed que adeo non sunt ea diligere prohiberet. Quem vero sint scilicet
Iohannes ipse loquatur: Ad hec omnia que in mundo sunt concupiscentia oculorum et ambicio seculi. Que non sunt inique ex patre sed ex mundo. Videlicet concupiscencia
omnis sit speciis quid diligat quid cupiat quid sequatur. Ecce enim speculum virtutis tibi nunc est quo spectato cultu confestim sive probat et
qualis fuit obliviscatur. Ambicio curiositas et voluptas non ex patre sed ex mundo sunt. Item certe quod multi codices habent non absurde
seculi sed superbia vite in concupiscentia carnis voluptas, accipe corporalium sensuum delectaciones, quia quidem nec ipsa curiositas caret; ac deinceps
concupiscenciam oculorum quicquid ad humanam dicitur que propria nimie concupiscit et scelerum gloriam et potentiam pertinet vanitate porro in superbia
vite elacionem cordis intelligite. Sed enim tamen qui diligit mundum diligit et dei constitutus est inimicus, bene sapiat. At qui huiusmodi est
reconciliacionis officium nomen mediatoris et pastoris inimicicias cumulavit ut mito iam non hostis sed ut traditor iudicatur, ut Iudas
utique non ut Paulus. Capitulum xx. Quia cum impudencia et frontositas cor obduravit ut non paveat non horreat non contremiscat
ea item domini despiciendo est. Quid enim horum sibi conscius iste tanquam qui iniusticiam fecit. Quo sese vultui sistere non veretur. Tamquam domesticus
intrat, confert, ingreditur, salutat, genua flectit, osculatur ore sacrilego dolose agit sed in conspectu dei ut inveniatur iniquitas eius ad odium. Mira-
bilis plane deo frontosa temeritas et impudencia execranda, propter quod enim irritavit impius deum. Exacerbavit dominum peccator
ut secundum multitudinem ire sue non querat. Non propter fornicacionis incestum aut sacrilegia in corpore meo commisit propria, sed quia in corde suo dixit
non requiret. Non comparuisse requisitus. Et impietas que tamen secundum multitudinem ire sue infertur. Deus nunc corripit, nunc arguit, nunc flagellat,
nunc placatur adveniencium corpore, sicut de Moyse et Aaron et Samuele legimus, quibus minus propicius fuit. Sed consensisse ac signavit. Omnis sit
et impietas audiamus Capitulum xxi. Afferamus impio ait deus velut in consilio angelorum et congregacione fidelium. Nec eos latuit omni
dolore omni malignacione, iniusticia iudicet meditari. Quia non didicit hic iniusticiam facere, sed obdormiscens miser et dicens
oblitus est deus, avertit faciem suam. Dies suos ducat in bonis, in puncto ad inferos descendunt, et cum dixerit pax et securitas,
tunc subitaneus eis superveniet interitus, nec effugiet. Et non didicit inique facere iniusticiam. In terra sanctorum iniqua gessit ait dominus.
Ecce dicat, nolo discat iniusticiam facere. Inventa est iniquitas eius ad odium. Cum adhuc querendum est, quisquis sit impius. In terra
inquam sanctorum iniqua gessit. In ecclesiasticis possessionibus que sanctorum usibus fuerant assignate. In domo dei quam sanctitudo decet.
De qua Paulus discipulo studiose sollicitatus ut sciat quomodo te oportet conversari in domo dei ~~quam sanctitudo decet~~ que est ecclesia dei
vivi, columpna et firmamentum veritatis. In clero quippe tanquam in celo gerens iniqua, quod nunc de ministro indicetur. Celeste tenet
officium angelus domini exercituum fuus est. Tamquam angelus aut eligitur aut reprobatur. Inventa quippe in angelis pravitas destruenda
iudicetur. Nota est inexorabilis. Tu bellua age ergo qui iudicium genere habes. Qui presunt et potestates potentes tormenta pacientur. Ascendat
cendat superbia tua usque. Sequere regem tuum, omne sublime videat oculi tui. Festina multiplicare plebendas, inde ad archiepiscopatus
cuola, demum aspira ne tibi quidem requie habitus qui sit tuum ad astra. Quo progrediens miser, an ut ab altum gradu sit casus
gravior. Neque enim sic paulatim descendes, sed tamquam fulgur impetu vehementi quasi alter Sathanas subito decidens. In labore inquit
hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia. Petimus dixi. Quomodo ceciderunt qui operantur iniquitatem, et est quod
non recipit disciplinam curam, remittit medela non sustinebit. Ulcus pessimum quod ne summis saltem digitis patitur attrectari. Hunc et
ipse indignacionis verbum super hoc et genere iudicium. Quid ni timeat, morte sua spirituale insaniam et acerbam freneticam non ignorans.
Et dominum sunt verba que replico et eadem ipsi quibus loquitur et intelligit propterea legere quippe scientes. In terra inquam sanctorum iniqua gessit et
non videbit gloriam domini. Quid igitur certam vidisse prestat, hic mihi totus in me finis hic ego inquam nolo presul fiat insanabilis tam crudelis.
ne veniat in corporis consilium anima mea. Capitulum xxii. Quis enim vobis inimicum demonstrat. Fuge a ventura ira. Quid putem
tantopere fugitis iram, flagellum timetis, declinate virgam. Et quidem in hac die vestra que ad pacem vobis, sed si cognovissetis et vos
civitatis et non effugietis pericula. Neque malum impunitum esse non potest. Si non punitur hic propria voluntate punietur alibi sine misericordia.
Sane et omnino plena demencie commutacio humanum declinare laborem et patrum sudorem diabolo eligere semper in chabdite sepultus
et videte non hominis, sed diabolo et angelis eius ignem illum esse paratum. Ille enim hostis et lupus, nos autem populus eius et oves pascue
eius. Ille securis et malleus, nobis flagellum et virga debetur. Illius iniquitas inventa est ad odium, sine dicatur carcerem ubi
nulla redempcio, unde nunquam liceat respirare. Noster sane et labore tolerabilior carcer et tempore brevior assignatur. Ubi cum natus
fuit dominus in istis die recordetur redemptoris sui mittens populo corpore. Demum in tempore constituitur in quo dominus illi patri inquit
In sudore vultus tui comedes panem tuum donec in terram de qua sumptus es revertaris. Pessimus ille angelus de terra sumptus non est
nec in terram aliquando rediturus. Propterea non quod donec, sed ignis paratur ei eternus. Omnium que expedit ut in sapiencia scelus auctor sceleris non
veram finalem iudicium et deludere velle. Sinamus declinando vestrum laborem hominum et sudorem, nescit ullo contingere nos videatur quod
ade dictum est. Aut non in eo sumus laborem exceptum in quo sine acceptione premii ob aut non quid culpe intellexerit debeat esse
pena quinta. Capitulum 23. Forte enim aliquis dicat: Quid peccamus, bona est omnis creatura dei. Nostra licite possideo. Non vero utimur facul-
tatibus a rapinis et latrociniis abstinentes. Divitum non pascitur in terra carnes. Ego sane divitem illum cuius pallor meruit in extremo
in nullo horum audio accusari. Induebatur purpura et bysso, quotidie splendide epulabatur. Sed crudelis arguitur quod sibi habebat mundi huius
et videns fratrem suum egere clausit viscera sua ab eo. Quid vero divitem dicitur? Quantos videtis et ipsi lazaros esurientes nudos
et egrotos et plus de innocentis vite plus de corde faleris quam de corpore miseriis cogitatis. Sed ad tormentum Abrahe iudicium vestrum
Non enim Abrahe sed dei Abrahe sumus. Memento inquit fili quod recepisti bona in vita tua et Lazarus similiter mala. Verum utique est non
potes omnino negare. Fer sumus quod pancos excepta. Tota summa negocii est. Ille bona et iste mala recepit. Quid miramini? Nunc autem
hic inquam consolatur, tu vero cruciaris. Reprehendimus ebrii et flete. Tribulacio enim dei super filios hominum in iudicio est. Plane cruciatum cum
tota eo in illis seculo bona recepit ipsa plane. Neque enim hominem de paradiso voluptatis ad eundem dimisisse excusasse videtur ut altum sublime
paradisum adveniendo humanum paret. Homo ad laborem nascitur. Si laborem refugit non facit ad quod natus est, ad quod venit in mundum.
Quid videbitur ei qui iussit cum qui constituit ut laboraret: Memento ait quod recepisti bona in vita tua et Lazarus similiter mala.

Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Quid dicemus ad hoc? Si talis est finis et tale initium, ut extrema gaudii luctus occupet, numquid non praeferenda sunt
in hoc saeculo mala bonis? Quippe nec illa vera bona esse iam manifestum est. Verba porro sunt Salomonis: esse melius ire ad domum luctus quam ad domum
convivii. Caeterum si sic cruciandi sunt qui in vita sua bona receperunt, et hi quibus consolationem putes repositam esse semper in superioribus, in verbis
sunt atque de sapientia carnis scientes in omnibus et per omnia reprobare malum et eligere bonum, quomodo non poterit esse finis, si sunt multi eorum consolationem suam
dolores apprehenderint animas miserorum. Consequens enim videtur ut bona omnia et omnes saeculi huius repleverunt consolationem, nihil residui de
et inimicis maneat cruciatus. Num vero et illud quod exspectas sinu Abrahae conticendum putares, qui quidem ducti spiritu vitae putans omnia
bona respuit, elegit mala omnia, quam bona dum et omnes futuros consolationem? Forte enim hoc erat quod Petrus audire voluit, cum tanta fiducia
domino tantaque libertate convenit: Ecce enim nos reliquimus omnia et secuti sumus te; quid ergo erit nobis? Ibidem inferius capitulo [illegible]
Dignum plane apostolica fide et devotione verbum. Iam reliquisti omnia, iam dominum patrem secutus es, et nunc demum quid sis accepturus
interrogas? Vel Symon vel obediens Mauritiae aut sui patris Zebedaei? Ad unius enim imperii vocem Petrus et Andreas relictis
omnibus secuti sunt redemptorem. Quod si homini carnali stultitia forte videtur, audiat quod stultum est dei sapientius esse hominibus, et quoniam
placuit deo per stultitiam praedicationis salvare credentes, quippe cum mundus eum in sapientia non cognovisset. Multos enim sapientia maledicta
supplantat et conceptum in eis extinguit spiritum, quem voluit deus vehementer attendi. Noli, inquit, praecipitanter agere, sed considera
diligenter intuere. Magnum est quod promittis; amicos consule, ne et post factum paenitere contingat. Haec sapientia inimica terrena animalis diabolica,
inimica salutis, suffocatio vitae, mater cupiditatis, ea quae solet deo vomitum provocare. Cave tibi, ait. Utique enim a deo verbum
esse non dubites, quid opus est deliberatione? Vocat magni consilii angelus, quid aliena consilia praestoleris? Quis enim fidelior, quis
vero sapientior illo? Seduc me domine et seducar, fortior esto et invaluisti. Nonne ego quam sint quae ex sancto ore prolata
tot gehennae eripior et inducas peccatum, et retardabo et cunctabor, quaero si forte interim fiat ignis. Abscondi ignem in
sinu meo et conscio iam late, iam invadit vestibus, iam sanie defluente. Dum iam deliberatur, est in conscientia anima abierat illum.
Magnum omnino est quod offertur, sed eo utique libenter et festinanter obviis suscipiendum manibus cum fervore et hilaritate. Probet
ad scripturam hoc qui de ipsa virtute praesumit. Nam dum quidem omnino probata est, dicitur consulat quod non legit iuveni hoc domestica eius
quod frequentat causam qui etiam non obedit. Ad in eo sane legem permitteret cunctam sequi dominum, sed defuncto patre praemium se-
pelire volenti, versum ab eo ut sinet mortuos sepelire mortuos suos. Alteri quoque cum suis qui in domo erant valedicere cupienti:
Nemo, inquit, mittens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno dei. Sed quid audieat primus magister? Ait: Volo te sequi
quocumque ieris. Cui videns dominus: Vulpes foveas habent, inquit, et volucres caeli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.
Prudentia carnis in fovea vulpis, in nido volucris arguens elationem cordis. Est enim multos videre nonnullos qui relictis omnibus
abrenuntiare solo disponentes vix recte velint; volunt deinde recte tollidire sua totos se domino committere, nimium for-
midantes, sed refutantes nescio quid sinceri, ut tota massa corrumpant. Quod in multis frequenter compertum est. Alius sui dominus et propter
studium apprehendendi facile cogitans ambulat in magnis et in mirabilibus super se, ut vulgo dicitur. Saliens autem debeat Petrus
cogitatum suum iactans in deo et omnem sollicitudinem suam in eo ponens, certus quia illi cura foret de eo, reliquit omnia, secutus est
dominum. Ne interroges siquidem de primo, dominus ex pretio dominum quod Salvator persequebatur, sumet occasionem. Capitulum [illegible]
Quid ergo erit nobis? Ait illis Iesus: Amen dico vobis, verbum confirmationis promittit, magnum nominis esse quod sequitur: Amen dico vobis
quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis etc. Quid est quod dicit in regeneratione, aut quae est haec nova regeneratio?
Neque enim iam ignoravit qui ex hominibus nasci debemus, non ex sanguinibus neque ex voluntate viri, sed ex aqua et spiritu sancto. Ceterum cum
nullatenus ad eam regenerationem valeat pervenire, sed promittere forte et altam regenerationem opus esse videtur, nec solum denuo sed tertio hominem
nasci necesse est. Infelix ego et miserabilis casus meus! Tu non una sufficit, cum duplex est nostra regeneratio, in ea quod corpore constans
tendi totus; sed totus resurgere omnino non possum. An vero dignum non est ut ea quae videtur potior prior pereo repetitur? At ipsam
sane animam esse nemo sanae mentis ignoraverit, prior ergo resistat, quia prior corruit. Praesertim quod ab eius culpa alterius poena provenit
et ipsius corruptio corpori; quod fuit cum corruptionis huius est quod animabus primum Salvator advenit tollere utique peccatum mundi, non
molestias carnis. Quod sane manifestius docuit in seipso, poenis omnibus corporis opponens animam, at immunem praesens custodiens
a peccato [illegible]. Non sic hodie filii hominum, non sic; sed animae curam negligunt, curam autem carnis perficiunt in omni desiderio. Neque
peccare metuunt sed pervertere; ut virtuti cordis datur opera, sed valetudini corporis, immo carnalium voluptati. De schola Hypocratis et Epicuri
didicerunt hoc, neque ex ipsis suis de his hoc quippiam tradidit. Discite, inquit, a me, quia mitis sum et humilis corde. Utique quam corde
utique diligitur puritatem et quietis mediatum. Tempus hoc animabus est, non corporibus assignatum, dies salutis utique, non voluptatis,
omnia tempus habent, animabus vero operandum datur, nunc est. Nam in carne qui seminat, solum quidem metet corruptionem. At nemo, inquit,
carnem suam odio habuit. Verum est quod zelum dei habens absque scientia dum prodesse festinat, invenitur obesse. Sed enim initium carnis
quod omnia pendeat, nihil tamen potest esse utilius quam salus animae providere, ut videlicet in tempore sit respectus illius et sua pars feliciter
quod consortium meatur. Unde apostolus: Salvatorem inquit exspectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum
corpori claritatis suae. Requiesce in hac spe caro mea misera, quem propter animam venit pro te quod venturus est, qui reformat illa
tunc quod non obliviscetur in fine. Reguietur interea anima et corpus perfecta et perfectuata adiuvantur conformis fiat imaginem filii eius
in mansuetudine et humilitate cordis. Ipsius enim munito te quod nominis alium regenerandae et conformandae corporis eius in gloria et claritate.

vo de reformacione pacis inter deum et homines

licet omnipotens sacra pagina unica ab eterno predestinavit omnes electos salvandos eos quos scripsit in libro vite. Culpa tamen primi transgressoris ipsa predestinacio
sine non consequebatur effectum quod nullus admittebatur ad claram dei visionem in qua consistit ultima pax inter [illegible] quietacio [illegible] eorum porte paradisi
patriarche aut electorum aliorum cuiuscumque gentis aut nacionis fuit admissus est ad claram dei visionem ad reformacionem perfectissime pacis [illegible]
inter christum et homines sanctissima incarnacione etc. Et hec est clavis fuit omnino [illegible] Iohannes in sua sancta revelacione apocalipsis qui vidit in dextera sedentis
in throno librum scriptum intus et foris clausum et sigillatum sigillis septem. et non reperiebatur in celo neque in terra neque subtus terram qui dignus esset accipere
librum et aperire solvere quod signacula eius et ypi [illegible] flevit sed unus de senioribus dixit ei Ne fleveris vicit leo de tribu iuda radix david etc.
Iste leo de tribu iuda fuit dominus noster ihesus christus qui septem misteriis sue sanctissime incarnacionis accepit librum et solvit sigilla eius. pacem inter deum et homines
reformando scilicet per nativitatem per baptismum per mortem per descensum ad inferos per resurreccionem per ascencionem et per ultimam iudicii [illegible]. Que vero misteria breviter
denotantur nascitur abluitur moritur descendit ad yma surgit et ascendit veniet discernere cuncta. Hec ab altissima consideracione vocat [illegible]
ista misteria sanctissima sigilla vocantur iam more sigillorum [illegible] predictorum misteriorum [illegible] sacra scriptura primi namque sigilli scilicet nativitatis
figura fuit rubus ardens quem moyses videbat incombustum scriptura vero id est ysaias Ecce virgo concipiet et pariet filium. Sed sigilli scilicet baptismi figura
fuit moyses positus in fiscella scirpea bitumine linita scriptura vero id est psalmus Vox domini super aquas deus maiestatis intonuit. Tercii sigilli scilicet
mortis figura fuit ysaac sponte [illegible] amonite in deserto levatus scriptura vero id est [illegible] spiritus oris nostri dominus christus captus est in peccatis nostris.
Quarti vero sigilli scilicet descensus ad inferos figura fuit ionas in mare missus et in ventre ceti receptus scriptura vero id est psalmus Estimatus sum
cum descendentibus in lacum et anima mea inferno appropinquavit. Quinti sigilli scilicet resurreccionis figura fuit virga aaron que sicca floruit et sampson
qui media nocte portas [illegible] in monte portavit. scriptura vero id est psalmus Exsurrexi et adhuc sum tecum. Sexti sigilli scilicet ascensionis figura fuit
helias igneo curru ad celum raptus scriptura vero id est psalmus Ascendit super cherubim et volavit volavit super pennas ventorum. Septimi vero sigilli
scilicet examinis diei iudicii figura fuit columpna nubis populo dei lucida. egipciis vero tenebrosa scriptura vero id est psalmus Deus iudicium tuum
regi da et iusticiam tuam filio regis. Nec moveat aliquem quod dico sigillum diei iudicii aptum [illegible] aptum est. potestatem iudicandi
et si non consecutus [illegible] illi deus pater potestatem iudicium facere quia filius hominis est. Nullus ergo alius de celo in terra aut subtus terram potuisset
hunc librum aperire et solvere signacula eius Et hec [illegible] que fuit aut non fuit [illegible] in celo viget aut arte et ingenio
que fuit super terram aut violencia que maxime regnat subtus terram in inferno quia ibi pena est violenta. Ideo pax ista inter [illegible]
non potuit reformari nec arte neque ingenio. sed neque violencia quia ut dicit [illegible] in reformacione nostre pacis opere deus fecit tam
mirabiliter singularia et singulariter mirabilia ut antea facta non sunt nec amplius fieri debeant. Convenerunt in hac sola [illegible] distancia
scilicet deus et homo. mater et virgo. fides et cor humanum. [illegible] mira et inaudita compago et [illegible] ut non solum [illegible] tempus
[illegible] supernum actus sed [illegible] partus imponunt. Ista sunt eciam que natura non [illegible] ignorant [illegible] capit
ingenium hebet silent angeli stupet celum natura miratur. Ideo [illegible] sophisticator [illegible] intellectus dubitat
et legistas [illegible] legibus uti. Et nova condendis [illegible] stipulacio [illegible]
[illegible] in hoc pacis misterio sunt tres sunt [illegible] sunt deus sunt [illegible] legista [illegible] grandis [illegible] ad primo
[illegible] sit tendit [illegible] Ad geometras [illegible] ad punctos [illegible] geometer punctos
Rethoricos [illegible] color rutilanti [illegible] arte Et doceat [illegible] logos et silogizator [illegible] argumenter
[illegible] sine vide [illegible] Nil ars nil [illegible] sapiencia [illegible] in hoc summa sapiencia mentes tota
[illegible] Ideo summa dei [illegible] et eius [illegible] artibus [illegible] dei [illegible] ergo reformatori pacis [illegible]
[illegible] et nos devote clamemus O [illegible] pacis [illegible] A longe te videbamus [illegible] ad te suspirantes
et [illegible] possumus ad te venire solam [illegible] Domine deus [illegible] et [illegible] longe [illegible] nos
ad te [illegible] nobilitate [illegible] ut [illegible]
[illegible] ad te pacis portum Ad quem ille nos perducat qui in secula benedictus vivit et regnat Amen 1278

Licet primu p ratione librorum de consideratione beati bernardi. sua tamen cita que debita dexperim ordinatis non tamen sunt primus ab eo quos ipse composuit editis libros. Sz ille qui de humilitatis gradibus intitulatur. In quo satis evidenter ondit quante fons humilitatis in eius corde exuberavit. ex quo doctrine rivus tam copiose effluxit. Et ut omnes quos sanctus vir composuit libros breviter perstringam. sctm. scdo loco sequuntur libri omeliarum in laudibus beate virginis matris. Tercius de diligendo deo. Quartus que apologeticum vocat. Septimus de precepto et dispensatione. Septimus Sermo qui fertur exhortatorium ad milites templi. Octavus de gratia et libero arbitrio. Nonus quem scripsit ad Eugenium. Decimus liber sermonum que scripsit super cantica canticorum undecimus sunt et ultimus insigne volumen epistolarum quas ad diversas scripsit personas. In his omnibus prudens lector advertet de facili quo fervore spiritus omnes diligit iusticiam et omnes eque odent iniquitates. Et que intellectus pars anime nobilior est sicut et contemplacio super eminet actioni. cuius fecunda quedam mater est dilectio mediatibus velut duabus obstetricibus gratia et libertate arbitrii. de quibus tercio loco ponendus estimo post librum de diligendo deo. Cum prepondus est tamen primus omnium liber de consideratione et intelligitur ut sit ordinis universorum in capite librorum. Sermones de tempore incipiunt. Hodie fratres celebramus adventus initium. Similis sermo sic incipit. Comendant parce nobis liberi xpm dominum et ex patre et ad patrem et in patre. Sermones de sanctis primus de sancto Stephano sic incipit. Benedictus qui venit in nomine domini. Ultimus de sancta trinitate sic incipit. Beata illa et sempiterna trinitas. Et sunt in numero c. xx. Breves vero sermones quos fecit ad clericos conceptis illis sunt lxxxiii vel lxxxv in toto sunt 174 vel. Omelias super cantica canticorum solum 86. edidit quas ore proprio composuit sinibus et preoccupatus morte preclara. 63° etatis sue anno perhennem translatus est ad requiem. Alias vero omelias que incipit ab illa vary sic et deinceps assumens que cadit vary usque ad finem complevit aliquis religiosus.

Nota de continuo profectu in bono

Non mentalis puritas requirit continuum proficiendi desiderium quia si cessas in via dei stare retrocedere est. Unde Augustinus dicit Summa
perfectio christiane religionis est ut quantumcumque homo in hac vita proficiat semper sibi putet superesse quod querat. Unde [illegible] assignat Leo papa
nam qui estimat se ad hoc pervenisse quod cupit non repperit quesita sed in inquisitione defecit. Ideo quibus evidenter elicitur error 1o 3o
qui dicunt quod homo in presenti vita potest tantum culmen perfectionis attingere quod amplius in gratia et caritate proficere non potest. alias inveniretur
ad perfectionem christo cuius non sunt finita sed id donum est oleum fluens et crescens. Nam perfectio in christo sunt parum effundi valens gratificatur
et id sicut omnis lux repleta in istis inferioribus non adequatur luci solari ita nec omnis perfectio conjuncta omni hominum potest adequari perfectioni
gratie christi. Si autem queritur an sit necessarium ad salutem semper in hac vita proficere. potest dici quod non quia si homo hic nichil non salvaretur cum semper in uno
statu bone consuetudinis. puta in certis orationibus et ieiuniis vitam suam consummat. Ad quod dicendum quod continuus profectus necessarius est homini quantum ad
desiderium non autem quantum ad opera exteriora. Ideo sic per plerumque cum in hac vita quantumcumque studeat debet dicere quotidie cum psalmista ps. a 6o Et
dixi nunc cepi etc. quod cum consummaverit tunc incipiet. Gregorius Unde Gregorius hic est perfectorum summa instantia ut se nunquam perfectos esse
credant ne ibi deficiendi mandat in periculis ubi proficiendi deponat appetitum et non dicit proficiendi continuum. Innuens per hoc quod continuus
profectus semper est habendus in desiderio non autem hic ... operis continui. Et de tali puritate mentalis fundata in continuo proficiendi desiderio potest intelligi
id quod scribitur prov. 4. Iustorum semita i. puritas et conversatio virtuosa est quasi lux splendens id est per bonum conatum vivendi et crescens id est
per maiorem affluentiam usque ad perfectum diem i. ad perfectam mentis claritatem et hoc per finalem perseverantiam quod si habuerit Dominus vineam filia fidem regis
fiunt virtutum cap. quod consummatos [illegible] bonum repositorium vita sit quam nemo violare debet etc. in epistola ad [illegible]

Nota de indiscretione. Bernardus dicit De rapina offert holocaustum qui nimia egestate aut superflua penuria corpus suum affligit.
Augustinus Qui indiscrete corpus suum affligit deo sacrificium aufert proximo exemplum spiritui affectum operi effectum. Ieronimus Cum corpus
suum tantum maceraverit quod opus agere non valeat adhuc virtute discretionis ignorat. Gregorius Nolo vos ornare ad tedium.
Item nota Bernardus dicit in quodam sermone. Omnis homo qui vult placere deo primum opera sua discutiat scilicet ut liceat deceat et expediat. Liceat
ut non sint contra statuta et canones sanctorum patrum. Deceat ut non agat contra precepta dei tam affirmativa quam negativa. Expediat
ut non operetur contra precepta consiliativa. Secundo ut moderetur omnia verba et omnem sermonem suum sit sit brevis verax et utilis. Tertio
ut sit mundus corde et purus in tribus potentiis anime scilicet voluntate intellectu et memoria. Voluntate ut velit quod Christus voluit et docuit sicut sit
humilis in [illegible] stabilis in fide verax in verbis iustus in factis [illegible] in operibus disciplinatus in moribus [illegible] facere
non nascens et fratres potens tolerare cum fratribus pacem tenere deum toto corde diligere et amare in eo quod potest timere in eo quod dives est
Christo in omni [illegible] ut nobis ille quemque proposuit [illegible] in epistola de ordine divino etc. In intellectu ut intelligat sibi [illegible]
et non sapiat plus quam oportet. In memoria ut nunquam obliviscatur innumerabilium beneficiorum dei. Ut regulet ista tria mala scilicet voluntatem
ut iam dictum est affectum et cogitationem. Affectum in istis septem quibus afficitur anima spe timore gaudio odio dolore pudore et amore
Cogitationem ut ista quatuor primum cogitet scilicet peccata tua commissa de ipsis puro corde dolendo [illegible] de futuris peccatis
cum diligentia te praecavendo. Secundo ut cogitet frequenter de illis que sunt incitativa ad amorem dei et proximi. Tertio de penis inferni que
incutiunt timorem quo incipit [illegible]. Quarto de gaudiis eternis que hominem movent ad appetendum celestia atque eterna. Item [illegible] tria Ve
[illegible] sunt meditanda. Cogitatio de deo ut delectemur. De morte [illegible] passione ut
mors Christi [illegible] in gloria celi. Item dolor inferni [illegible] quibus homo iuste pie et sobrie vivit. Primum est
Item Tria sunt que faciunt hominem [illegible] victus sobrius actus rectus [illegible] quibus [illegible] in coartatione et [illegible] motuum illicitorum abiunt
moderata [illegible] disciplina [illegible] optiorum [illegible]
[illegible] castitas in deliciis humilitas in divitiis pietas in negociis veritas in multiloquio caritas in hoc mundo.
Caritas sic describitur a [illegible] in libro de vita activa et contemplativa. Caritas est ut mihi videtur recta voluntas ab omnibus terrenis Caritas
ac presentibus [illegible] mota deo inseparabiliter et unita igne quodam spiritus sancti a quo est et ad quem refertur incorrupta [illegible]
omnis [illegible] corrumpi nescia nulli vicio mutabiliter obnoxia super omnia que corporaliter diliguntur excelsa affectionum omnium potissima
divine contemplationis avida in omnibus semper invicta summa bonorum actionum salus morum finis celestium preceptorum mors criminum vita
virtutum virtus pugnantium palma victorum [illegible] meritum [illegible] causa meritorum bonorum [illegible] placuit cum qua non potuit peccare
fructuosa in penitentibus leta in proficientibus gloriosa in perseverantibus victoriosa in martiribus operosa in omnibus [illegible] est
in bonis operibus viget etc.

Nota quid sit mori peccato. Augustinus ad [illegible]. [illegible] est peccato mori in se opera mala in
nobis [illegible] et hoc [illegible] sequitur. Ut sicut homo carne mortuus in sepulcro nullo delectatur nulla violentia [illegible] neque
[illegible] neque opprimit non invidet bonis non insultat malis non luxuria carnis fervet non bibendo [illegible] neque
sitim accendit non odiorum flamma [illegible] non potentes aut divites [illegible] adulatur non [illegible] raptat non
de turba maiori [illegible] curam gerit non in auro argento [illegible] pallio [illegible] distendit non salutationibus potentium nec
parentum delectatur non se iniuriis fatigat non cum superbia inflat non ambicio [illegible] vexat non vana gloria [illegible] iactat
non auro [illegible] armille [illegible] inflammat non rabies insana [illegible] non [illegible] amor
mutat non pulcritudo spes feminarum animum [illegible] non [illegible] verba in [illegible] non [illegible]
perturbat non audacia extollit non gaudia [illegible] delectat non [illegible] non [illegible] non [illegible]
non [illegible] malignitas non mobile instabile quod [illegible] vite [illegible] amor [illegible] ut intelle
gat frumentas tua dulcissima [illegible] homo carne mortuus [illegible] que dixi [illegible] Et in [illegible] non [illegible]
studeas quantum possis cum dei adiutorio corpora mea cum viciis et concupiscentiis mortificare et induas nobilium [illegible]
[illegible] est in [illegible] et [illegible] ut [illegible] laudibus delecteris [illegible] detractoribus aures libenter [illegible] adulatoribus
credamus ut discordes simus [illegible] magis eos quos vales ad concordiam [illegible] Ubi pedes qui ad pacem currunt
Nota sunt carnales vel carnaliter [illegible] in hoc seculo quia dicit apostolus Si secundum carnem vixeritis moriemini. Item ille [illegible] vivit
qui secundum [illegible] vivit vel pergit quo vult dormit quando vult quantum vult. [illegible] quando vult et quicquid vult et ubi vult manducat et
bibit quando vult et quantum vult videt et vocat [illegible] quos vult [illegible] quicquid [illegible] tactui blandum
quicquid [illegible] delectabile quicquid corpori suo [illegible] sequitur quando vult et quo vult [illegible] carnaliter vult
delectatur in vestibus pulcerrimis et equitibus et armis sic vult et quando vult et qui sic vivit non secundum deum sed carnaliter vivit.

Oscula poscit amor · delectat · lenit et ardet ·
Oppugnat amor · desiderat alta tenere
Gratus amor cor habet / simpl'r cu lectulis optat
Potat amor · languet / complexibus habet amica
c 3 Querit amor quod amat / tenet / in sublimia surgit
Pulcer amor totus p singula mebra videndo ·
c 4 Dormit amor liquefit passus quod volua languet
6 Iungit amor soli · solus pfusus et est par
1 Pescit amor · vestitur turbatur · crebris vocatur
5 Visit amor vineas · ortos et poma reservat

Ingreditur cellas · pulcer et ipse niger
Esse vagus refugit · doctus equus quod deus est
Florendus est noster dulcis in ore suo · c 2o
Uno scarum quod rapit hunc videt audit habet
Aut tubat aut fert aut dyadema gerit
Vulnerat et nimis delicus redolet · p to' respdm ...
Mandat dilectum iactat amiciciam
Amore nitibus ordine terribilis ·
Parcat ut vemens · levis b' multa datur
Oscula libet pueri · fortis amor quasi mors

Ihesus Christus Maria. Incipiunt sermones beati Bernhardi super cantica canticorum

Vobis fratres alia quam aliis de seculo aut certe aliter dicenda sunt. Illis siquidem lac potum dat et non escam
qui apostoli formam tenet in docendo. Nam spiritualibus solidiora apponenda esse inde ipse suo docet exemplo.
Loquimur inquit non in doctis humane sapientie verbis sed in doctrina spiritus spiritualibus spiritualia comparantes.
Item Sapientiam loquimur inter perfectos quales nos nimirum esse confido nisi frustra forte vos longo
studiis estis celestibus occupati exercitati sensibus et in lege dei meditati die ac nocte. Itaque parate
fauces non lacti sed pani. Est panis apud Salomonem isque admodum splendidus sapidusque libro dico qui Cantica
canticorum inscribitur. Proferatur si placet et frangatur. Nam de libris Ecclesiastes et Proverbiorum huius cognoscere et contempnere
vanitatem satis ni fallor per dei graciam instructi estis. Quid et per parabolas? An non vita et mores vestri inde ea
que in ipsis inveniuntur doctrina sufficienter emendati sunt et informati? Proinde illis ambobus prelibatis quos ut fallor de aliena
archa prestitos accepistis accedite et ad hunc tercium huic panem ut percipiatis forsitan pociora. Cum enim duo sint mala
que vel sola vel maxime militant adversus animam vanus scilicet amor mundi et superfluus sui, pesti utrique duo illi libri ob-
viare noscuntur. Alter sarculo discipline pruriencia queque in moribus et carnis superflua resecans, alter vice vomis in
omni gloria mundi fucum vanitatis sagaciter deprehendens veraciter quoque distinguens a solido veritatis. Denique universis humanis
studiis ac humanis desideriis pretulit deum timere eiusque observare mandata. Merito quidem, unum etenim sapientie primum
illud initium, secundum consummacio est. Tamen constat nobis non aliud veram et consummatam esse sapienciam quam declinare a
malo et facere bonum. Item quod recedere a malo nemo possit perfecte absque timore dei, nec bonum opus omnino esse
preter observanciam mandatorum. Depulsis ergo duobus malis duorum lectione librorum, competenter iam accedit ad hunc
sacrum theoricum quoque sermonem qui cum sit amborum fructus, sobriis mentibus et auribus omnino tradendus est. Alioquin ante
carnis edomitam disciplinae studiis et mancipata spiritui, ante spretam et abiectam seculi pompam et sarcinam indigne
a nobis lectio sancta presumitur. Quo modo nempe lux incassum circumfundit oculos cecos vel clausos, ita animalis homo non
percipit ea que sunt spiritus dei. Etenim spiritus sanctus discipline effugiet fictum, quod est vita incontinens. Sed nec erit ei
unquam pars cum mundi vanitate cum spiritus sit veritatis. Que enim societas ei que desursum est sapientie et sapientie mundi que
stulticia est apud deum aut sapientie carnis que et ipsa inimica est deo. Puto autem quod iam non habebit unde adversum nos
murmuraverit is qui nobis de via venit amicus si istud ipsum sumpserint panem. Sed quis franget? Adest paterfamilias,
cognoscite dominum in fractione panis. Quis enim alter ydoneus? Non equidem ego in istud temere arrogaverim. Sic
spectetis ad me ut quod me non expectetis. Nam ego unus sum de expectantibus, mendicans et ipse vobiscum cibum anime
mee alimoniam spiritus. Pauper et inops pulso ad eum qui aperit et nemo claudit super sermonis huius profundissimo
sacramento. Oculi omnium in te sperant domine. Parvuli petunt panem, non est qui frangat eis. Speratur id a benignitate tua.
O piissime frange esurientibus panem tuum meis quidem manibus si dignaris sed tuis viribus. Dic queso nobis quo-
de quo ad quem dicitur: Osculetur me osculo oris sui. Aut quale est istud ita subitaneum et factum repente de
medio sermonis exordium? Sic quippe in verba prorumpit quasi quempiam loquentem premiserit cui quasi videntem et hanc
introducat personam quecumque est ipsa que osculum flagitat. Deinde si se osculari nescio a quo vel petit vel pre-
cipit cur signanter vel nominatim ore suo quasi aliud quam os aut alienum et non pocius suum exhibere sibi soleant oscu-
lantes. Et tamen ne hoc quidem dixit osculetur me ore suo, sed aliquid perfecto dissitacius osculo inquit oris sui. Et
quidem iocundum eloquium quod ab osculo principium sumit et blanda ipsa quedam scripture facies facile afficit et al-
licit ad legendum ita quod etiam ea latet delectat etiam cum labore investigare nec fatiget inquirendi forte difficultas
ubi eloquii suavitas mulcet. Verum que non valde attentum faciat istius modi principium sine principio et novitas veteri libro
locucionis. Unde constat hoc opus non humano ingenio sed spiritus arte ita compositum ut et quamvis sit difficile intel-
lectu sit tamen inquisitu delectabile. Sed quid titulum preterimus? Non oportet ne unum quidem iota quia et minucias iubemur
colligere fragmentorum ne pereant. Titulus talis est: Incipiunt cantica canticorum Salomonis. Observa in primis paci-
fici nomen quod est Salomon convenire principio libri qui incipit a signo pacis id est ab osculo. Simul quoque advertere huius-
cemodi principiis solas ad intelligendam scripturam mentes invitari pacificas que sese iam a viciorum vendicare
perturbacionibus et curarum tumultibus prevalent. De hinc nec hoc quoque ociosum putes quod non simpliciter cantica sed
cantica canticorum habet inscriptio. Multa quidem legi cantica in scripturis et nullum illorum memini taliter appellari. Cecinit
Israel carmen domino quo gladium pariter et iugum evaserit Pharaonis, gemino mirabiliter liberatus simul et
vindicatus obsequio. Non tamen quod cecinit dictum est canticum canticorum, sed si bene recolo Cecinit ait scriptura Israel
carmen hoc domino. Cecinit eciam Delbora. Cecinit et Judith. Cecinit et mater Samuelis, cecinerunt quoque alii
et nemo eorum legitur appellasse canticum suum cantica canticorum. Sane omnes ni fallor cecinisse reperies pro commodo
suo suorumve percepto commodo ubi gracia pro optentu victorie pro evasione periculi aut pro capite rei qualiscumque
adepto beneficio. Ita ergo plerique cecinerunt singuli pro singulis causis ne ingrati divinis beneficiis invenirentur
iuxta illud: Confitebitur tibi cum benefeceris ei. At vero rex iste Salomon sapiencia singularis sublimis gloria rebus
affluens pace securus nullius talium eguisse cognoscitur pro quo accepto ista decantare libuerit. Sed nec scriptura
ipsa sua usquam aliquid tale significare videtur. Itaque divinitus inspiratus Christi et ecclesie laudes et sacri amoris
graciam et eterni connubii cecinit sacramenta simul quoque expressit sancte desiderium anime et epithalamium carmen
exultans in spiritu iocundo composuit eulogio figurato. Nimirum velabat et ipse instar Moysi fa-
ciem suam non minus forsitan in hac parte fulgentem eo quod illo adhuc in tempore nemo aut rarus erat qui revelata
facie gloriam istam speculari sufficeret. Igitur pro sui excellencia reor hoc nupciale carmen huiusmodi titulo
prenotatum ut merito cantica canticorum singulariter appellet sicut is quod cui canitur singulariter dicitur rex regum et dominus

dominancium

e Ceterum vos si vestram experientiam consulatis nonne in victoria qua vincit mundum fides vestra in exitu vestro de lacu miserie et
de luto fecis cantastis et ipsi domino canticum novum quia mirabilia fecit. Rursus cum adiecit super petram statuere
pedes vestros et dirigere gressus vestros puto quod et tunc necesse pro indulta novitate vite immissum est in os vestrum
canticum novum carmen deo nostro. Quid cum penitentibus vobis non solum peccata dimisit sed insuper promisit et premia nonne multo
magis spe gaudentes futurorum bonorum cantastis in viis domini quoniam magna est gloria domini. Aut si cui forte vestrum clau-
sum est obscurorum aliquid de scripturis illuxit tunc profecto necesse est pro perceptis celestis panis alimonia divinas
mulceat aures in voce exultationis et confessionis sonus epulantis. Sed et in quotidianis conatibus et bellis
que nulla hora pie in Christo viventibus desunt a carne a mundo a dyabolo sicut militiam esse vitam hominis super terram
incessanter experimini in vobisipsis quotidiana necesse est cantica pro assecutis victoriis innovari. Quoties temptatio
superatur aut vitium subiugatur aut imminens periculum declinatur aut laqueus insidiantis deprehenditur aut antiqua et
inveterata quecumque anime passio semel perfecte quoque sanatur aut multum diu quoque cupita et sepius petita virtus tandem aliquando
dei munere obtinetur quid nisi toties iuxta prophetam personat gratiarum actio et vox laudis et ad singula beneficia
benedicitur deus in donis suis. Alioquin ingratus reputabitur cum districto venerit qui non poterit dicere deo Canta-
biles michi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee. Arbitror vos in vobisipsis illa iam recognoscere que in
psalterio non cantica canticorum sed cantica graduum appellantur eo quod ad singulos profectus modo iuxta ascensiones quas quisque
in corde suo disposuit singula sunt cantica depromenda ad laudem et gloriam promoventis. Quonam modo impleatur
aliter ille versiculus non video Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. Aut certe apostoli illa pulcherrima salube-
rrima quoque exhortatio in psalmis ympnis et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris deo. Sed est
canticum quod sui singulari dignitate et suavitate cunctis merito que commemoravimus et si qua sunt alia antecellit
et merito hoc appellaverim cantica canticorum quia ceterorum omnium ipsum est fructus. Huiusmodi canticum sola unctio docet
sola addiscit experientia. Experti recognoscant inexperti inardescant desiderio non tam cognoscendi quam experiendi.
Non est enim strepitus oris sed iubilus cordis non sonus labiorum sed motus gaudiorum voluntatum non vocum consonantia
non auditur foris nec enim in publico personat sola que cantat audit et cui cantatur id est sponsus et sponsa.
Est quippe nuptiale carmen exprimens castos iocundosque complexus animorum morum concordiam affectuumque con-
sentaneam ad alterutrum caritatem. Ceterum non est illud cantare seu audire anime puerilis et neophite adhuc et
f recens converse de seculo sed provecte iam et erudite mentis que sub nimirum profectibus deo promovente in tan-
tum crevit quatenus ad perfectam etatem et ad nubiles quodammodo pervenit annos. Annos dico meritorum non temporum facta
nuptiis celestis sponsi ydonea qualis denique suo loco plenius describetur. Sed pervenit hora que nos cogere perget
ad opera manuum et paupertas et institutio singularis. Cras in nomine domini quod cepimus prosequemur de
osculo quia de titulo hodiernus sermo nos expedivit. Explicit sermo primus. Incipit secundus. Osculetur. x

Sermo primus
a

Ardorem desideriorum patrum suspirantium presentiam Christi in carne frequentissime cogitans compungor
et confundor in memetipso. Et nunc vix contineo lacrimas. Ita pudet teporis torporisque miserabilium
temporum horum. Cui namque nostrum tantum ingerat gaudium gratie huius exhibitio quantum veteribus sanctis accen-
derat desiderium promissio. Ecce enim quam multi in hac eius que proxime celebranda est nativitate
gaudebunt sed utinam de nativitate. Illorum ergo desiderium flagrans et pie expectationis affectum spirat
michi vox ista Osculetur me osculo oris sui. Senserat nimirum in spiritu quisque tunc spiritualis esse poterat
quanta foret gratia diffusa in labiis illis. Propterea loquens in desiderio anime aiebat Osculetur me osculo oris sui
nimirum omnimode cupiens tante suavitatis participio non fraudari. Dicebat enim perfectus quisque Quid michi ora
hec seminiverbia prophetarum. Ipse potius speciosus forma pre filiis hominum ipse me osculetur osculo oris sui. Non
audio iam Moysen impeditioris siquidem lingue factus est michi. Ysaie labia immunda sunt. Ieremias nescit loqui
quia puer est et prophete omnes elingues sunt. Ipse me osculetur osculo oris sui. Non in eis iam aut per eos
loquatur michi quia tenebrosa aqua in nubibus aeris sed ipse me osculetur osculo oris sui cuius gratiosa presentia et
admirande doctrine fluenta fiant in me fons aque salientis in vitam eternam. Nunc unxit pater oleo letitie pre
consortibus suis. Nunquid non copiosior michi infundetur gratia si tamen dignetur me osculari osculo oris sui. Nam
utique sermo vivus et efficax osculum michi est non quidem coniunctio labiorum que nonnumquam mentitur pacem animorum sed plane
infusio gaudiorum revelatio secretorum mira quedam et quodammodo indistincta commixtio superni luminis et illuminate mentis.
Adherens quippe deo unus spiritus est. Merito proinde visiones et sompnia non recipio figuras et enigmata nolo
ipsas quoque angelicas fastidio species. Nempe et ipsos longe superat Ihesus meus specie sua et pulchritudine sua.
Non ergo alium sive angelum sive hominem sed ipsum peto osculari me osculo oris sui. Nec sane presumo ut me
osculatum iri ab ore ipsius. Est enim hoc assumpti hominis unice felicitatis et prerogative singularis sed humilius
ab osculo oris sui peto me osculari quod quidem utique est multorum qui dicere possunt Et nos omnes de plenitudine
b eius accepimus. Intendite. Sit os osculans verbum assumens osculatum caro que assumitur osculum vero quod
pariter ab osculante et osculato conficitur persona ipsa ex utroque compacta mediator dei et hominum homo Christus Ihesus.
Hac ergo ratione sanctorum nemo dicere presumebat Osculetur me ore suo sed tantum osculo oris sui. Ipsi sane servatur
prerogativa ista cui singulariter semel quod os verbi impressum tunc est cum ei se corporaliter plenitudo omnis divinitatis inclusit.
Felix osculum ac stupenda dignatione mirabile in quo non os ori imprimitur sed deus homini unitur. Et ibi quidem contactus
labiorum complexum significat animorum hic autem consertio naturarum divina humanis componit que in terra sunt et que in celis pacificans.
Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum. Ad hoc ergo osculum suspirabat quisque antiquorum sanctorum quod iocunditatem
et exultationem thezaurizatam super ipsum et thesauros omnes sapientie et scientie in ipso absconditos presentiret cupientes quoque et

ipsi de plenitudine eius accepimus. Sermo placet vobis quod dicitur? Sed accipite et aliud. Non latuit sanctos etiam ante adventum
salvatoris deum super mortalium genus cogitare cogitationes pacis. Neque enim faciet verbum super terram quod non revelaverit servis
suis prophetis. Erat tamen verbum hoc absconditum a multis. Fuit namque in tempore illo rara fides in terris et tenuis admodum spes
in plerisque illorum qui exspectabant redemptionem Israel. Tamen qui praesciebant ipsi et praedicabant Christum in carne venturum et cum ipso
pacem. Unde quidam illorum: Et pax erit, inquit, in terra nostra cum venerit. Immo per ipsum deo gratiam homines recuperaturos cum omni
fiducia sicut divinitus acceperant praedicabant. Quod et praecursor domini Johannes suo tempore impletum agnovit et perhibuit:
Gratia, inquiens, et veritas per Jhesum Christum facta est. Et ita verum esse nunc omnis christianus experitur. Ceterum illis praenuntiantibus
pacem, mora autem faciente auctore pacis, nutabat populi fides, dum non erat qui redimeret neque qui salvum faceret.
Itaque causabantur homines moras, quia ille totiens nuntiatus necdum veniebat princeps pacis, sicut locutus fuerat per os sanctorum
qui a saeculo sunt prophetarum eius, et suspectas habentes promissiones signum reconciliationis, quod est osculum, flagitabant. Ac si nunciis
pacis unus quilibet de populo responderet: Usquequo tollitis animas nostras? Iam olim praedicitis pacem et non venit; promittitis bona et
adhuc turbatio. Ecce hoc ipsum multipharie multisque modis et angeli patribus et patres nostri annuntiaverunt nobis dicentes:
Pax, et non est pax. Si vult mihi persuasum esse deus quod de suae beneplacito voluntatis tam crebra iam legatione spondet,
necdum exhibet, osculetur me osculo oris sui, sic quod in signo pacis faciat de pace securum. Nam verbis iam quomodo credam?
Opus magis est opere verba firmari. Probet veridicos nuntios suos deus, si tamen nuntii eius sunt, et sequatur eos ipse ut
saepius promiserat, quia sine ipso prorsus facere nichil possunt. Misit puerum, tulit baculum, et nec est vox neque vita. Non surgo, non
suscitor, non excutior de pulvere, non respiro in spe, si non propheta ipse descendat et osculetur me osculo oris sui. Huc accedit
quod is qui noster se profitetur mediator ac deum dei filius est et deus est. Et quid est homo ut innotescat ei, aut filius
hominis ut reputet eum? Unde mihi fiducia ut tantae me audeam credere maiestati? Unde, inquam, terra et cinis praesumo deum
curam habere mei? Ad haec diligit patrem suum, me vero opus non habet, bonorum meorum non eget. Unde ergo constabit mihi quod medi-
ator meus in parte nequaquam sit? Tamen si vere, ut dicitis, decrevit misereri deus, cogitat quod ut complacitior sit adhuc,
statuat testamentum pacis et foedus perpetuum feriat mihi in osculo oris sui. Ut quae processerunt de labiis suis non faciat
irrita, exinaniat se, humiliet se, inclinet se, et osculetur me osculo oris sui, ut utroque partibus congruens mediator
neutri sit suspectus. Filius dei fiat homo, fiat filius hominis, et certum me reddat in hoc osculo oris sui. Securus suscipio
deus mediatorem dei filium quem agnosco et meum. Nimirum plane iam in suspectus erit, frater enim et caro mea est. Puto
enim spernere me iam non poterit os de ossibus meis et caro de carne mea. Ita ergo vetus querela sacrosanctum osculum,
id est incarnationis mysterium, exigebat, dum longa et molesta exspectatione fatigata fides deficeret et infidelis
populus adversus promissa dei victus taedio murmuraret. Adinventio mea est, si non haec eadem vos cognoscitis de scripturis.
Inde profecto erant querulae illae et plenae murmure voces: Manda remanda, exspecta reexspecta, modicum ibi, modicum
ibi. Inde anxiae illae et pietatis preces: Da mercedem, domine, sustinentibus te, ut prophetae tui fideles inveniantur. Item: Suscita, domine,
praedicationes quas locuti sunt in nomine tuo prophetae priores. Inde blandae illae et plenae consolatione promissiones: Ecce appa-
rebit dominus et non mentietur. Si moram fecerit, exspecta eum, quia veniet et non tardabit. Item: Prope est ut veniat tempus
eius. Et ex persona promissi: Ecce ego, inquit, declino in vos ut flumen pacis et ut torrens inundans gloriae gremium
gentium. In quibus verbis satis apparet et praedicatorum instantia et diffidentia populorum. Hinc itaque et plebs murmurabat
et fides nutabat, et iuxta Ysaiae vaticinium angeli pacis amare flebant. Ne ergo universum genus humanum moras
faciente Christo desperatione periret, dum se contemptum suspicaretur infirma mortalitas sue, quod reconciliationis cum deo
de gratia totiens repromissa diffideret, qui de spiritu certi erant certitudine de carnis praesentia exspectabant, ac signum refor-
mandae pacis propter pusillanimes et incredulos cum instantia requirebant. O radix Iesse, qui stas in signum populorum, quam
multi reges et prophetae voluerunt videre te et non viderunt. Felix tu et in omnibus Symeon, cuius senectus in misericordia uberi
usque exultavit ut videret signum desiderii, et vidit et gavisus est. Accepto quod osculo pacis in pace dimittitur,
ante tamen aperte pronuntians Jhesum esse natum in signum cui contradicendum erat. Quod ita fuit: contradictum est exorto signo
pacis, sed ab hiis qui oderunt pacem. Nam pax hominibus bonae voluntatis, malivolis autem petra scandali et lapis of-
fensionis. Herodes denique turbatus est et omnis Jerusalem cum eo, siquidem in propria venit et sui eum non receperunt. Felices
in sua pernoctatione illi pastores qui signi huius visione digni sunt. Iam tunc se abscondebat a sapientibus et pru-
dentibus et revelabat parvulis. Et Herodes videre voluit, sed quia non bona voluntate, non meruit. Pacis siquidem signum
erat datum tantum hominibus bonae voluntatis. Herodi vero et similibus eius non dabitur signum nisi signum Jonae prophetae. Porro ad
pastores: Et hoc, ait angelus, vobis signum, vobis humilibus, vobis obedientibus, vobis non alta sapientibus, vobis vigilantibus
et in lege dei meditantibus die ac nocte. Hoc, inquit, vobis signum. Quod signum? Quod angeli promittebant, quod populi requirebant,
quod prophetae praedixerant, hoc fecit dominus nunc et ostendit vobis, in quo recipiant increduli fidem, pusillanimes spem,
perfecti securitatem. Hoc ergo vobis signum. Cuius rei signum? Indulgentiae, gratiae, pacis, et pacis cuius non erit finis. Hoc
est ergo signum: Invenietis infantem pannis involutum et positum in praesepio. Deus est vero in ipso mundum reconcilians sibi;
morietur propter peccata vestra et resurget propter iustificationem vestram, ut iustificati per fidem pacem habeatis ad deum. Hoc pacis signum
propheta quondam regi Achaz proponebat petendum a domino deo suo sive in excelsum supra sive in infernum deorsum. Sed impius rex
recusavit, non credens miser quod in signo hoc ima summis in pace sociranda essent, quatenus et inferni descendente
salutati in osculo sancto signum pacis et ipsi reciperent, et superni spiritus ad ipsum [illegible] cum ad caelos rediret etiam suam participarent.
Sermo finiendus est. Sed ut quod in eo disputatum est breviter recolligam summam: patet hoc sanctum osculum
duabus ex causis necessarie indultum mundo, ut et infirmis faceret fidem et desiderio satisfaceret perfectorum; porro ipsum osculum
esse non aliud quam mediatorem dei et hominum, hominem Jhesum Christum, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat etc. Explicit sermo secundus.

Hodie legimus in libro experientie. Convertimini ad vosipsos et attendat unusquisque conscientiam suam super his que dicenda sunt.
Explorare velim si cui vestrum vel semel datum sit dicere: Osculetur me osculo oris sui. Non est enim cuiusvis hominis
ex affectu hoc dicere. Sed si quis vel semel ab ore Christi spirituale osculum vel semel accepit, hunc proprium experimentum profecto solli-
citat et repetit libens. Ego arbitror neminem ne scire quidem posse quid sit nisi qui accipit. Est quippe manna abs-
conditum et solus qui edit adhuc esuriet. Est fons signatus cui non communicat alienus, sed solus qui bibit adhuc sitiet.
Audi expertum quomodo requirit: Redde michi letitiam salutaris tui. Assumat ergo et sibi arroget mei similis anima onerata
peccatis, sicque adhuc carnis obnoxia passionibus, que suavitatem spiritus necdum senserit, internorum ignara atque inex-
perta penitus gaudiorum. Quod tamen ei que huiusmodi est locum in salutari sibi congruentem, ne assurgat ad os serenissimi
sponsi, sed ad pedes severissimi domini mecum pavida iaceat, et cum publicano tremens non in celum aspiciat, ne
confusa in lucidis celi facies assueta tenebris opprimatur a gloria atque insolitis reverberata splendoribus densioris
rursus cecitate caliginis obvolvatur. Non tibi o quecumque es talis anima, non tibi ille locus vilis aut despicabilis vi-
deatur, ubi sancta peccatrix peccata deposuit, induit sanctitatem. Ubi ethiopissa mutavit pellem et in novum restituta
candorem iam tunc fiducialiter veraciter respondebat exprobrantibus sibi: Nigra sum sed formosa filie Ierusalem.
Miraris qua hoc arte potuit vel quibus obtinuit meritis? Paucis accipe. Flevit amare et de intimis visceribus
longa suspiria trahens salubribus intra se singultibus felleos humores evomuit. Celestis medicus celerrime
subvenit, quia velox est sermo eius. Numquid non potio est sermo eius? Est utique fortis et vehemens scrutans corda et
renes. Denique sermo dei vivus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens usque ad divisionem anime ac
spiritus compagum quoque et medullarum et discretor cogitationum. Huius ergo beate penitentis exemplo prosternere et tu o misera
ut desinas esse misera; prosternere et tu in terra, amplectere pedes, placa osculis, riga lacrimis, quibus tamen non illos laves
sed te, et fias una de grege tonsarum que ascenderunt de lavacro. Ita sane ut suffusa pudore et merore vultum suum
tollere non ante audeas quam audias et ipsa: Dimittuntur tibi peccata tua. Exsurge consurge captiva filia Syon excutere
b de pulvere. Sumpto itaque ad pedes primo osculo nec sic quidem presumas statim ad osculum oris assurgere, sed erit tibi gradus
ad ipsum medium quoddam aliud osculum, quod scilicet loco ad manum accipies, de quo et talem accipe rationem. Si dixit
michi ille: Dimittuntur tibi peccata tua, nisi ego peccare desiero? Deposui tunicam meam; si rursus induero eam, quid pro-
feci? Si rursus pedes meos quos lavero inquinavero, numquid aliquid lavisse valebit? Sordens omni genere vitiorum
iacui diu in luto fecis, sed erit sine dubio recidenti quam iacenti deterius. Denique qui me sanum fecit ipsum me
recordor: Ecce sanus factus es, vade iam amplius noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat. Cum autem dederit
voluntatem penitendi, opus est ut addat et continendi virtutem, ne iterum penitenda faciam et novissima mea pe-
iora prioribus. Ve michi etiam penitenti si subtraxerit statim manum suam, sine quo nichil possum facere. Nichil inquam nec potui
penitere nec continere. Audio proinde quid consulit sapiens: Verbum ne iteres in oratione. Et quod iudex
intentat arbori non facienti fructum bonum. Fateor pro his non sum omnino contentus priori gratia qua iam malorum
sum penitens, nisi et secundam accepero, ut videlicet dignos faciam penitentie fructus et deinceps non revertar ad vomitum.
Hoc ergo restat michi prius petendum et accipiendum quam presumam altiora et sacratiora contingere. Nolo repente fieri
summus; paulatim proficere volo. Quantum displicet impudentia peccatoris, tantum verecundia penitentis placet.
Citius placabis eum si mensuram tuam servaveris et altiora te ne quesieris. Longus saltus et arduus est de pede
ad os, sed nec accessus conveniens. Quid enim? Recenti adhuc pulvere respersus ora sacra contingeres? Heri de
luto tractus, hodie vultui glorie presentaris? Per manum tibi transitus sit. Illa prius te tergat, illa te erigat. Quomodo
te erigat? Dando unde presumas. Quid istud? Decor continentie et digni penitentie fructus, que sunt opera pietatis.
Hec de stercore te erigent in spem audendi potiora. Sane accipiendo donum osculare manum, hoc est non tibi
sed nomini eius da gloriam. Da semel et da iterum, tu pro donatis veniis, tu pro collatis virtutibus. Aut certe
videto unde munias frontem contra ictus istos: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris
c quasi non acceperis? Iam tandem in osculis duobus habens geminum divine dignationis experimentum, forsan non con-
funderis presumere sanctiora. Quantum quippe crescis in gratia, tantum et in fiducia dilataris. Inde fit ut et amantius
ardeas et pulses fidentius pro eo quod tibi deesse sentis. Porro pulsanti aperietur. Iam summum illud quod
d tante est summe dignationis et mire suavitatis osculum credo non negabitur sic affecto. Hec via, hic ordo: primo
ad pedes procidimus et ploramus coram domino qui fecit nos ea que fecimus nos. Secundo manum querimus sub-
levantis et roborantis genua dissoluta. Postremo cum ista multis precibus et lacrimis obtinuerimus, tunc demum audemus
forsitan ad ipsum os glorie caput attollere, pavens et tremens dico, non solum speculandum sed etiam osculandum, quia spiritus
ante faciem nostram Christus dominus, cui adherentes in osculo sancto unus spiritus ipsius dignatione efficimur. Tibi domine Ihesu
tibi merito dixit cor meum: Exquisivit te facies mea; faciem tuam domine requiram. Nempe auditam fecisti michi
mane misericordiam tuam, cum iacenti primum in pulvere tua ad deosculanda reverenda vestigia que male vixeram re-
misisti. Porro in progressu diei letificasti animam servi tui, cum deinde in osculo manus bene vivendi gratiam indul-
sisti. Et nunc quid restat o bone domine, nisi ut iam in plenitudine lucis in fervore spiritus ad osculum oris
dignanter admittens adimpleas me letitia cum vultu tuo? Indica michi o suavissime o serenissime ubi pascas,
ubi cubes in meridie. Fratres bonum est nos hic esse, sed ecce avocat diei malitia. Hi enim quorum modo super-
venisse nuntiant gravius cogunt rumpere quam finire sermonem. Ego vado ad hospites ne quid desit officiis caritatis

de qua loquimur caritatis ne forte et de nobis audire contingat dicunt enim et non faciunt. Vos orate interim ut volun-
taria oris mei beneplacita faciat deus ad vitam ipsorum edificacionem et laudem et gloriam nominis sui. Sermo quartus.

Triplicem quendam anime profectum sub nomine trium osculorum sermo hesternus complexus est. Nunc occurrit nobis. Et a
a vestris hodierna disputacione prosequendum erit prout parce dignabitur in dulcedine sua pauperi deus. Meministis
si recolitis illa oscula sumi ad pedes ad manum ad os singula singulis respondentes. In primo sane primordia
dedicantur nostre conversionis. Secundum autem proficientibus indulgetur. Porro tercium solis conceditur et rara perfectis. Ad hoc solo
quod ultimum est positum, super sit exordium scriptura ista quam tractare suscepimus, et ipsius causa reliqua duo a nobis
adiuncta sunt. Quid vero necesse vos iudicabitis. Puto enim facies ipsa eloquii facile admonet et ista requirere. Mirum vero
si non et vos advertitis oportere revera esse aliud sive alia oscula a quibus illud oris distinguere voluit ille qui dixit
Osculetur me osculo oris sui. Cur enim cum sufficere potuisset dixisse simpliciter osculetur me, preter morem usumque loquendi
distincte ac signanter adiecit osculo oris sui, nisi ut ostenderet ipsum quod petebat osculum summum esse non solum? Nonne de
more ita invicem loquimur, osculare me vel da mihi osculum, et nemo sequitur ut dicat ore tuo sive osculo oris tui? Denique
alterutrum osculari parantes non verbis invicem ora tendimus, que tamen adiuncte non requirimus notatum. Denique qui narrat
ubi gratia a domino susceptum in osculo proditorem, et osculatus est autem eum, nec addidit ore suo vel osculo oris sui. Sic
nimirum omnes et qui scribit et qui loquitur consuevit. Sunt ergo hec tres animi affectus sive profectus cognitu dumtaxat
satis noti et manifesti, cum aut de actis malis indulgenciam aut de bonis agendis graciam aut ipsius eciam indul-
toris et benefactoris sui presenciam eo quidem modo quo in corpore fragili possibile est obtinet intueri. Ceterum primum et secun-
dum que vere oscula nominaverim manifestius accipite. Osculum pacis michi est omnis nominis. Porro autem si ut scriptura
loquitur peccata nostra separant inter nos et deum, tollatur de medio quod interest et pax erit. Cum ergo satisfacimus ut ablato
quod separat pecto reconciliemur indulgenciam quam recipimus quid nisi quoddam osculum dixerim pacis? Id quoque interim non
alibi quam ad pedes sumendum. Humilis quippe et verecunda debet esse satisfaccio, qua emendatur superba transgressio. b
At cum eciam ad vivendum emendacius deo dignius quam consueveris placita quadam ampliori gracia familiarius donatum
ampliori iam fiducia caput iam levamus de pulvere largitoris ut assolet manum osculari, si tamen de accepto mu-
nere non meam sed auctoris gloriam querimus ei quam sola dona et non nobis ascribimus. Alioquin si in te et non magis
in domino gloriaris proprium perfecto et non dei manum osculari convinceris, quod iuxta beati Iob sermonem est iniquitas maxima
et negacio in deum. Si ergo ad scripture testimonium proprium gloriam querere proprium est osculari manum, perfecto qui dat
gloriam deo dei dicitur non incongrue osculari manum. Et in hominibus quidem ita esse videmus, suos vero offensores dominorum
osculari solere pedes, cum ab eis veniam petunt, et pauperes divitum manus cum ab eis munus accipiunt. Verum quia spiritus
est deus et illius simplex illa substancia membris distincta corporeis caret, forsan qui illatenus de illo recipiat hec
aliquid, sed a me sibi dei manus vel pedes flagitet demonstrari, sic quam probari quod de osculo pedum manus re-
diffinio. Sed quid si et ego vicissim ab ipso meo satisfactore de ore quam dei requisiero, quid de quo oris osculo
scriptura loquitur ad deum pertinere demonstretur? Nempe aut cum isto sibi et illa habet aut cum illis pariter et isto caret. c
Habet enim et os habet, qua dat escam omni carni, et pedes habet quorum terra scabellum est, ad quos in terris peccatores quis-
que humiliati sufficiat. Habet inquam deus omnia habet per effectum non per naturam. Inveniunt perfecto apud deum et verecunda con-
fessio que se humiliando deiciat et prompta devocio ubi se renovando reficiat et iocunda contemplacio ubi conquie-
scendo quiescat. Omnia omnibus est qui omnia administrat nec quicquam est omnium proprie. Nam quod in se est lucem habitat inaccessi-
bilem, et pax eius exsuperat omnem sensum, et sapiencie eius non est numerus et magnitudinis eius non est finis, nec potest
eum videre homo ut vivat. Non quia longe ab unoquoque sit, qui esse omnium est, sine quo omnia nichil, sed ut tu plus mireris et
nil eo presencius et nil incomprehensibilius. Quid nempe cuique rei presencius quam esse suum? Quid cuique tamen incomprehensibilius
quam esse omnium? Sane esse omnium dixerim deum, non quia illa sunt quod est ille, sed quia ex ipso et per ipsum et in ipso sunt d
omnia. Esse est ergo omnium que facta sunt ipse factor eorum, sed causale non materiale. Tali profecto modo dignatur illa
maiestas suis esse creaturis omnibus quidem quod sunt, animantibus autem quod et vivunt, porro racione utentibus lux, recte vero
utentibus virtus, vincentibus gloria. Et in hiis omnibus creandis gubernandis administrandis movendis promovendis innovandis
firmandis nullis corporeis indiget instrumentis, qui omnia solo verbo et corpora creavit et spiritus. Anime corporibus et corporeis
indigent sensibus per que se invicem innotescant et valeant. At non ita omnipotens, cui de sola voluntate celeris suppe-
tit efficiencia tam creandis rebus quam ordinandis prout voluit. Valet cum vult quantum vult et absque corporalium
officio obsequio ve membrorum. Quid ad intuenda que condidit ipse putas requirit corporei sensus adiutorium?
Nichil omnino latet aut effugit lucem ubique presentem nec tamen ut agnoscat alicuius indiget ut ministrent sensus
ministerium. Nec solum universa novit sine corpore sed et innotescit mundis corde sine corpore. Dico autem idem
latius ut planius fiat. Sed forte quia finiendi iam sermonis angustia non admittit, consilium magis est
ut in crastinum differamus. Explicit sermo quartus. Incipit quintus.

Quatuor spirituum genera nota sunt nobis, pecoris, noster, angelicus, et qui condidit istos. Non est eorum omnibus e
cui sive propter se sive propter aliud sive propter utrumque necessarium corpus non sit corporis ve similitudo, excepto dum-
taxat illo cui omnis tam corporalis quam spiritualis creatura merito confitetur et dicit: deus meus es tu
quoniam bonorum meorum non eges. Et primum quidem ita corpore egere constat ut nec subsistere absque illo utique possit.
Simul quippe vivificare desinit et vivere ille spiritus cum moritur pecus. Verum nos vivimus quidem post corpus

Left margin, beside the line beginning "Habet enim et os habet": 1 dicitur quod deus habet pedes et manus

sed ad ea quibus beate vivitur nullus nobis accessus nisi per corpus patet. Senserat hoc qui dicebat: Invisibilia Dei per ea que
facta sunt intellecta conspiciuntur. Ipsa siquidem que facta sunt, id est corporalia et visibilia ista, non nisi per corporis sensum
instrumentum in nostram notitiam veniunt. Habet ergo necessarium corpus spiritualis creatura que nos sumus, sine quo nimirum nequaquam
illam scientiam assequitur qua sola accepit gradum ad ea de quorum sit cognitione beata. Sed si mihi obiciatur de parvulis re-
generatis quod absque scientia rerum corporalium exeuntes de corpore ad beatam vitam minime transire credantur, breviter audeo
hoc illis conferre gratiam non naturam. Et quid ad me de miraculo Dei, qui de naturalibus dissero? Iam quod et supercelestes
spiritus opus corporis habeant, illa maxime certos nos facit vera et veridica sententia: Nonne omnes sunt administratorii spiritus
missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Quonam ergo modo implerent ministerium suum absque corpore
b presertim apud viventes in corpore? Denique non est discurrere nec de loco ad locum transire nisi corporum, quod frequenter
angelos facere tam indubitata quam nota probat auctoritas. Hinc est quod et visi sunt patribus et ad eos intraverunt et manducaverunt
et pedes laverunt. Ita inferior spiritus et superior propriis corporibus egent, sed tantum quibus iuvent, nec quo iuventur. At pecoris
quidem pro debito servitutis et ad usus tantum temporalium corporalium quoque necessitatum innodati sunt. Ideo quoque ille spiritus et cum
tempore transit et cum corpore deficit. Servus quippe non manet in domo in eternum, licet qui bene eo utuntur omnique usu
servi temporalis servitutis ad questum referant eternorum. Angelus vero curat satagitque in libertate spiritus administratorie
officium pietatis futurorum bonorum promptum mortalibus alacriterque sese ministrum exhibens, utpote suis in eternum
futuris concivibus et coheredibus superne hereditatis. Ille ergo ut iuvet serviat, iste ut pie subveniat. Ambo proinde
suis corporibus egent ut iuvent. Nam in quo ipsi eis iuventur non video. Ad profectum ditavit ac civitatis. Iumentabilis
nempe spiritus etsi corporalia per corpus et ipse hauriat, nichil tamen consequitur innatum corpore suo ut per corporalia et sensibilia
que per illud sentit etiam ad spiritualia et intelligibilia proficiendo pertingat. Ad que tamen capessenda per suo corporali
temporali quoque obsequio nostri iuvat illos qui omni usu rerum temporalium ad fructum transferunt eternorum, utentes hoc mundo
tanquam hoc non utentes. Porro autem supercelestis spiritus absque adminiculo corporis et absque intuitu eorum que per corpus
sentiuntur solo prefecto sue vicinitate ac vivacitate nature sufficit apprehendere summa et intima penetrare. Sed hoc
apostolus intellexit qui cum diceret Invisibilia Dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, adiecit protinus a creatura mundi,
non utique a creatura celi. Non ita. Quo enim hic involutus carne ac terre incola spiritus per consideracionem sensibilium proficiens
gradatim quodammodo paulatim quod intus pervenit, eo ille celestium civitator ingenita subtilitate ac sublimitate sua
in omni velocitate facilitate pertingit, nullo utique sensu corporei amminiculo fultus, nullo corporei membri adiutus officio,
nullo corporee cuiuslibet rei informatus intuitu. Cur enim intus corpora scrutetur spiritualia sensu quos in libro vite
no et absque contradictione legit et absque difficultate intelligit? Cur in sudore vultus sui laboret excutere grana de
paleis de uvis vina et de oliva oleum, qui de omnibus satis habunde quod ad manum habet? Quis mendicet victum
suum per domos alienas in sua habundans panibus? Quis puteum fodere curat et in terre visceribus venas aquarum
c cum labore rimari, cui ultro affatim aquas limpidas fons vivus emanat? Nec brutus ergo nec angelicus spiritus
ad ea capessenda que beatam spiritualem faciunt creaturam suis ullo modo corporibus adiuvatur. Ille quidem pro ingenita stoliditate
non capiens, iste vero pro excellentiori glorie prerogativa non indigens. Porro hominis spiritus qui medium quendam inter
supremum et infimum tenet locum usque adeo ad utrumque necessarium habet corpus mancipatum est, ut absque eo nec ipse proficere nec
alteri prodesse possit. Nam ut taceam membra cetera corporis officiave membrorum, quo nam modo queso aut sine lingua
instruens audientem aut sine aure proprius instruentem? Itaque cum absque corporis amminiculo nec bestialis spiritus serviendi
conditionis solvere debitum, nec spiritualis celestis quoque creatura implere ministerium pietatis, nec rationalis anima tam pro
quam etiam sibi sufficiat consulere ad salutem, liquet omnem creatum spiritum sive ut iuvet sive ut iuvetur, sive et iuvet et iuvetur, corporeo
prorsus indigere solacio. Quid enim si qua avaricia quantum ad usum sui respiciant incommoda, nullis quoque apta usibus creaturarum
necessitatum presunt perfecto visu et non usu utiliora cordibus intuentium quam utentium corporibus possunt? Et si noxia et si etiam
preciosa temporali hominum constet esse saluti, non tamen desunt corpora corporibus unde cooperentur in bonum his qui secundum propositum
vocati sunt sancti, et si non tribuendo in cibum aut exhibendo ministerium, certe ingenium exercendo in ista eum quod utique
omnium utentium commune pro ista est quis disciplina perfectum quo invisibilia Dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur.
Nam et dyabolus eius quoque satellites cum sint semper corde maligna intentione nocere quidem semper incipiunt, sed bonis emula-
toribus quibus dicitur: Quis vobis nocere poterit si boni emulatores fueritis, absit ut possint. Magis autem prosunt et nolen-
d tes cooperantur in bonum bonis. Ceterum angelica corpora utrum ipsis spiritibus naturalia sint sicut hominibus sua, et sint
animalia sicut hominis immortalia tamen, quod nondum sunt homines. Porro si ipsa corpora mutent et vertant in formam et speciem
quam volunt quando apparere volunt, densantes et solidantes ea quantum volunt, cum tamen in sui veritate pro subtilitate nature
atque subtilia sive invisibilia sint et nostris omnino attingibilia visibus, an vero in simplici spirituali substantia subsistentes corpora
cum opus est sumant, usuque completo opere ponant in causis qua sumpta sunt materiam dissolvenda, nolo ut a me requiratis.
Videntur patres de hiis diversa sensisse nec mihi perspicuum est unde alterutrum doceam et nescire me fateor, sed et vestris
profectibus non multum conferre arbitror horum rerum notitiam. Illud autem scitote, nullius creatorum spirituum per se nostris mentibus
applicari ut videlicet nullo mediante nostri sive vestri corporis instrumento ita nobis immisceatur vel infundatur, quo eius participatione
docti sive doctores vel boni sive meliores efficiamur. Nullus angelorum nulla animarum hoc modo mihi capabilis est,
nullius ego capax. Nec ipsi angeli ita se alterutrum capiunt. Sequestretur inde prerogativa hec summo et incircumscripto
spiritui, qui solus cum docet angelum sive hominem scientiam instrumentum non querit nostre corporee auris sicut nec sibi oris.
Per se infunditur, per se innotescit, purus capitur a puris. Solus nullius indiget, solus et sibi et omnibus de sola omnipotenti vo-
luntate sufficiens operatur tam immensa et innumera per subiectam creaturam corporalem sive spiritualem, sed quasi imperans

nō mendicās. Ecu vbi grā q̄ lingua mea corpalem assūpsit nūc in opus suū doce videlz nos. cū ipse absq̄ dubio facilius suam ꝗ q̄ id posset. pfecto indulgencia est nō indigēcia. In pfectis seqūdꝫ nō mīnū queunt. in nō sibi solaciū. Reqͥrit sepe. opus est omī homī opanti bonū ne forte in se de bonis dū nō in dnō glorietur. Est tamē qui bonū opatur nō volens. sic hō malꝫ sive angelꝫ malus. et constat fieri nō ppt eū quod fit p eū. cum prodesse ullꝫ opus bonū possit invito. Igitʳ ei quedā dispensacio tm̄ credita est. ꝗ nescio quō gracius iocūdiꝫ q̄ sentimꝫ bonū quod p maliū dispensatorē mittit. Ipa ḡo est causa cur p malos faciat deus bona bonis. nō aūt ut opa corp indigeat in beneficiādo. Porro hiis que vivūt ul sensu carencia sūt. multo mīꝫ deū ege quis dubitet. Ecʒ qu in opus suū bonū et ipa concurrūt. apparet quā oīa seruiūt ei cui vere est dicē. Meus est orbis t̄re sunt certe q̄ nomīt que p que ꝗcq̄ fiant. de seruitute corporee creature nō efficaciā querit ꝗ congruenciā. Esto deinde q̄ corpm̄ iusticiā oportune plerūq̄ diuinis opibꝫ applicent. ut vbi grā plume vinificandꝫ seminibꝫ ul multiplicandꝫ segetibꝫ ul fructibꝫ maturandꝫ. quid ipo queso de corpe facit cui ad nichil indiguit. vniūsa corpora celestia atq̄ t̄restria obsequi constat. plane supfluo lucet sibi cui ullꝫ ꝯ recipit alienū. Viri si tractata que hoc loco dicenda occurūt. puti volui sermone gclude. sermo modū excedet et vires forsitan aliquorū ppt ea que restiūt. sub alio sermone absoluenda principio. Explicit sermo quītus. Incipit sextus.

Ut precedenti sequens sermo cohereat. tenete ne datū supra. solū summū et incircūscriptū spm̄ ad omē quod facit ul fieri volt. corpis instruto sic obsequio nō ege. Deinq̄ ḡo sectuꝛ vera soli deo sic imortalitate et incorpalitatꝫ q̄ solus spirituū vniūsorū corporeꝫ nāq̄ eo usq̄ sustendat ut quociēq̄ corpe in quociēq̄ ope nō indigeat. solo spūtali nutu cū vlt. ad quecūq̄ vlt agenda contentꝫ. Sola gʳ est que nec ppt se nec ppt aliū solacio corpei instrutᵗⁱ opus ht. illa maiestas. cuiꝫ omīpotēᵗ arbitrio mancipatur. p isto cū omē opꝫ omē altū inclinat. omē adūsū redit. omē creatū fouet. etiā nullo interueniēte ul subueniēte solaco corpali sive spūali. Docet ul mouet sine lingua. pbet ul tenet sine manibꝫ. sine pedibꝫ currit et succurrit penitētibꝫ. Ita tabat ista et cū pribꝫ priorībꝫ seculis copiebant hoīes sedula beneficia ꝗ latebat eos beneficus. Ille quidē attingebat a fine usq̄ ad finē fortiꝫ et disponebat oīa suauiꝫ. sed nō senciebat ab homībꝫ. Et gaudebat de bonis dn̄i et dn̄i sabaoth. et q̄ cū tranquillitate indicaret oīa nesciebat. Ab ipo erant ꝗ nō cū ipo. p ipm̄ viuebat ꝗ nō ipo. Ex ipo sapiebant ꝗ nō ipm̄. alienati ingrati insensati. Hinc deinū factū est ut qd̄ erant q̄ viuebant q̄ sapiebant nō auctori tribuerēt ꝗ nature ascriberēt. aut cecē quod insipiencius erat fortune. ppe q̄ industrie. atq̄ virtuti multi multa adscribebant. Et multa sibi vsurpabat seductoris spūs. quia soli et lune data sūt. quia t̄ris ul aquis attributa. quia eciā manifactis fabrilibꝫ q̄ mortaliū reputata opibꝫ herbis arbustꝫ in mitissimis vilissimis q̄ seminibꝫ p muneribꝫ deferebant. Heu sic hoīes pdiderūt et commutauerūt glām suā in similitudinē vituli comedentis fenū. Horū deus miseratꝫ errores. de monte vmbroso et condenso dignatur egrediens in sole posuit thabernaculū suū. Obtulit carnē sapientibꝫ carnē p quā discerēt sapere et spiritualiꝫ. Dū in carne et p carnē facit opa nō carnis sed dei. utiq̄ naturā imperans superans q̄ fortunam. stulta faciens sapiam hōim. demonū q̄ debellans tyrannidem. manifeste ipm̄ se indicat esse p quē et eadē et ān fiebant cum fiebant. In carne inquā et p carnē potenter et patenter opatus mira. locutꝫ salubria. passꝫ indigna. euidenter ondit quia ipe sit qui potenter et insibilit' secla condidisset. sapienter regēt. benigne ptegēt. Denique dū euangelisat ingratis. signa qᵒlibet infidelibꝫ. pro suis crucifixorībꝫ orat. nōne liquido ipm̄ se esse declarat qui cū pre suo quotidie oriri facit solē suū sup bonos et malos. et pluit sup iustos et iniustos. hoc enī est quod ipe aiebat. Si nō facio opa pris mei nolite credē. Ecu apit os carnis sue docens in monte discipulos qui in silencio angelos in celestibꝫ docet. Ecu ad tactū corporee manꝫ curatᵘʳ lepra. fugatᵘʳ cecitas. auditus repatᵘʳ. lingua muta resoluitᵘʳ. discipulus ppe mersus erigitᵘʳ. et eis indubitanter agnoscitᵘʳ cui dixerat longe ante dauid. Apis tu manū tuā et imples omē aīal benedictione. Et item. Apiente te manū tuaꝫ omīa implebūtᵘʳ bonitate. Ecu secus corpales pedes iacens ac penitens audit peccatrix. Remittūtᵘʳ tibi pcā. et recognoscit eū de quo iā multis retro t̄pibꝫ sciptū legerat. Egrediebatᵘʳ dyabᵒˡ’ ān pedes eius. Vbi nempe pctm̄ remittitᵘʳ ibi procul dubio dyabꝫ de corde pctoris expellitᵘʳ. Hinc vlʳ de cunctis penitentibꝫ ait. Nunc iudiciū ē mūdi nunc princeps huiꝫ mūdi eicietᵘʳ foras. q̄ scꝫ liberalit' confitenti remittat deus pctm̄. et dyabꝫ eū que in hoīne corde inuaserat. amittit principatū. Denique ambulat sup undas carnalibꝫ pedibꝫ. cui necdū carne vestito iam psalmista pcinuerat. In mari via tua et semite tue in aquis multꝫ. qd̄ est. conculcas corda tumencia superborū et fluxa desidia carnaliū comprimis. iustificas impios et supbos humilians. Qd̄ cū q̄ inuisibilit' fit. carnalis nō sentit a quo fit vnde et subditᵘʳ. Vestigia tua nō cognoscentᵘʳ. Hinc cuiꝫ pr ad filiū. Sede inquit a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabelliū pedū tuorū. hoc est donec oēs qui te contempnūt tue voluntati subiciaꝫ. siue invitos et miseros sic voluntarios et btōs. Itaq̄ hoc opus spūs q̄ caro nō pcipiebat. aīalis quippe nō pcipit ea que sūt spūs dei. opus fiūt ut corpalibꝫ pedibꝫ corpalit' incubans et corpalibꝫ labiis pedes eosdem deosculans venia pctorū peccatrix pcipet. sic q̄ illa mutacō dextre excelsi qua invisibilit' iustificat impiū. eciā carnalibꝫ innotescet. Ver9 illos spūales pedes dei quos primo loco spūalr osculari docuimus. pterire nō oportet. Nam ego curiositate vraꝫ que nil sua voluntate insinuanē oro pcedat. hoc vō ducentꝫ contemptui nosse quibꝫ scriptura pedibꝫ tam frequenter deū commendat. Nunc quidē stare. Vt ibi adorabimus in loco vbi steterūt pedes eius. Nunc vō ambulare ut ibi. Et habitabo in illis et deambulabo

in eius nunc etiam currere nisi illud Exultavit ut gigas ad currendam viam. Sed recte apostolo visum est caput Christi referre ad divinita-
a tem. Puto et nobis non incongrue videri pedes ad humanitatem pertinere, quorum alterum misericordiam, alterum iudicium nominemus. Nota
sunt vobis ista duo vocabula et de plerisque scripture locis ambo pariter si cogitatis occurrunt. Primum vero misericordie pedem
Deus in carne cui se univit assumpsit. Docet epistola ad Hebreos temptatum perhibens Christum per omnia pro similitudine
absque peccato ut misericors fieret. Quid illum alterum qui iudicium nuncupatus est? Nonne ad hominem eque assumptum et ipsum perti-
nere ipse Deus homo aperte fatetur ubi datam sibi perhibet a Patre potestatem iudicium facere quia Filius hominis est. His duobus
ergo pedibus apte sub uno divinitatis capite concurrentibus natus ex muliere factus sub lege invisibilis Emanuel in terris visus
est et cum hominibus conversatus est. His certe pertransiit et nunc benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo sed
spiritualiter et invisibiliter. His inquam pedibus devotas perambulat mentes incessanter lustrans scrutansque corda et re-
nes fidelium. Vide autem ne forte hec illa sint sponsi crura que sponsa tam magnifice commendat in consequentibus comparans
ea ni fallor columpnis marmoreis fundatis super bases aureas. Pulchre omnino quia quidem in incarnata Dei sapientia
que auro designatur misericordia et veritas obviaverunt sibi. Denique universe vie Domini misericordia et veritas. Felix mens
cui semel Dominus Ihesus utrumque imposuit pedem. A duobus signis cognoscite eam que huiusmodi est, que sicut necesse est
referat divinis impressa vestigiis. Ipsa sunt timor et spes, ille iudicii, illa misericordie reputans ymaginem. Merito
beneplacitum est Domino super timentes eum et in eis qui sperant super misericordia eius, cum sapientie timor initium est, spes profectus,
nam consummationem sibi caritas vendicat. Que cum ita sint non parvus fructus est in primo hoc osculo quod ad pedes
accipitur. Tu curato ut neutro fraudetur illorum. Porro enim si iam dolore peccati et iudicii timore compunctus veritatis
iudicii quasi vestigio labia impressisti, et si dolorem timoremque divine intuitu bonitatis et spe consequende indul-
c gencie temperas, etiam misericordie pedem amplecti te noveris. Alioquin alterum sine altero osculari non expedit, quia et
recordacio solius iudicii in baratrum desperacionis precipitat, et misericordie fallax assentatio pessimam generat securitatem. Datum
est et michi misero nonnumquam sedere circa pedes Domini Ihesu et modo hunc modo illum tota devocione complecti, in quantum
me sua benignitas dignabatur admittere. At si quando misericordie oblitus stimulante conscientia iudicio paulo diutius insi-
sterem, mox incredibili metu ac miserabili confusione deiectus et tenebroso circumfusus horrore solum hoc pal-
pitans de profundis clamabam: Quis novit potestatem ire tue et pre timore tuo iram tuam dinumerare? Et si eo relicto pedem
misericordie plus tenere contigeret, tanta e contrario incuria negligentia dissolvebar ut confestim et oratio tepidior et
actio pigrior et risus promptior et sermo incautior, et omnis denique interioris hominis status inconstantior appareret.
Proinde magistra instructus experientia non iudicium iam solum aut solam misericordiam, sed misericordiam pariter et iudicium
cantabo tibi Domine. Ineternum non obliviscar iustificationes tuas. Cantabiles michi erunt ambe in loco peregrinationis mee
quousque misericordia superexaltata iudicio misera conticescat at sola cantet tibi de cetero gloria mea et non compungar.
Ipse michi laborem sustinuistis qui vos sponte provoco ad quedam. Prima enim ego primum osculum | Sermo septimus
occasione spirituales Dei pedes propriis diffinitionibus ac nominibus et quidem exuberanti demonstrare curavi
vos porro cepistis inquirere et de manu que secundo loco osculanda proponitur. Annuo gero vobis morem. Insuper
non manum sed manus ostendo, propriisque distinguo vocabulis. Latitudo una, altera fortitudo dicatur, quod et tri-
a buat affluenter et defendat potenter quod dederat. Utramque profecto osculabitur qui ingratus non fuerit, deum utique se
bonorum omnium largitorem ita et conservatorem recognoscens et confitens. Satis de duobus osculis dictum esse reor.
Videamus et de tertio. Osculetur me inquit osculo oris sui. Quis dicit? Sponsa. Que nam ipsa? Anima sitiens Deum.
Sed pono diversas affectiones ut ea que proprie sponse congruit distinctius elucescat. Si servus est, timet a facie Domini.
Si mercenarius, sperat de manu Domini. Si discipulus, aurem parat magistro. Si filius, honorat patrem. Que vero osculum
b postulat, amat. Excellit in nature donis affectio hec amoris, presertim cum ad suum recurrit principium, quod Deus est.
Nec sunt inventa eque dulcia verba quibus verbi animeque dulces ad invicem exprimerentur affectus quemadmodum sponsus et
sponsa. Quippe quibus omnia communia sunt, nil proprium, nil a se divisum habentibus. Una utriusque hereditas, una domus, una mensa,
unus thorus, una etiam caro. Denique propter hanc relinquet ille patrem et matrem et adherebit uxori sue et erunt duo
in carne una. Hec quoque iubetur oblivisci populum suum et domum patris sui, ut concupiscat ille decorem eius. Si er-
go amare spiritualiter sponsis principaliter convenit, non inmerito sponse nomine censetur anima que amat. Amat autem
que osculum petit. Non petit libertatem, non mercedem, non denique doctrinam, sed osculum, more plane castissime sponse
ac sacrum spirantis amorem nec omnino valentis flammam dissimulare quam patitur. Vide enim quale preparat sermonis
exordium. Magnum quid a magno petitura nullo tamen ut assolet uti blandiciarum fuco, nullis circumlocutionibus ad id
quod desiderat ambit. Non facit prohemium, non captat benivolentiam, sed ex habundancia cordis repente prorumpens
nude frontoseque satis: Osculetur me ait osculo oris sui. Annon tibi quasi manifeste dicere videtur: Quid michi est in celo
et a te quid volui super terram? Amat profecto caste que ipsum quem amat querit, non aliud quicquam ipsius. Amat sancte
quia non in concupiscentia carnis sed in puritate spiritus. Amat ardenter que ita proprio debriatur amore ut maiestatem non co-
gitet. Quid enim? Respicit terram et facit eam tremere, et ista se ab eo postulat osculari. Ebria ne est? Ebria
prorsus. Et tunc cum ad ista prorupit, exierat de cella vinaria quo se nimirum introductam post modum gloriatur.
Nam et David de quibusdam dicebat Deo: Inebriabuntur ab ubertate domus tue et torrente voluptatis tue pota-
bis eos. O quanta vis amoris, quanta in spiritu libertatis fiducia. Quid manifestius quam perfecta caritas foras mittit timorem?
Verumtamen non ad ipsum sponsum sermonem dirigit, sed ad alios tanquam de absente: Osculetur me inquiens osculo oris
sui. Grandis quippe res petitur et opus est verecundia commendari petentem. Itaque per domesticos
c et intimos accessus ad intima querit, ambitur ad desideratum. Quinam illi? Credimus angelos astare orantibus,
offerre Deo preces et vota hominum, ubi tamen sine ira et disceptatione levari puras manus perspexerint. Probat hoc angelus
ita loquens ad Thobiam: Cum orabas cum lacrimis et sepeliebas mortuos et derelinquebas prandium tuum et mortuos

abscondebas prandium in domo tua et nocte sepeliebas ego obtuli orationem tuam Domino. Puto id vobis satis et eo aliis scripturae testimoniis persuasum. Nam quod psallentibus quoque dignanter admisceri sancti angeli soleant quid eo manifestius quod psalmista ait: Praevenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuvencularum tympanistriarum. Unde et dicebat: In conspectu angelorum psallam tibi. Doleo proinde aliquos vestrum gravi in sacris vigiliis deprimi sopore nec caeli cives revereri sed in praesentia principum tamquam mortuos apparere cum ipsi alacritate permoti vestris intersesse sollemniis delectentur. Vereor ne quando desidiam quasi abominantes cum indignatione recedant et incipiat unusquisque vestrum sero cum gemitu dicere Deo: Longe fecisti notos meos a me, posuerunt me abominationem sibi. Et illud: Elongasti a me amicum et proximum et notos meos a miseria. Item: Qui iuxta me erant de longe steterunt et vim faciebant qui quaerebant animam meam. Porro enim si se a nobis boni spiritus elongaverint impetus malignorum quis sustinebit? Dico ergo his qui tamquam sunt: Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. Dicat quod non ego sed Dominus: Utinam calidus esses aut frigidus, sed quia tepidus es incipiam te evomere ex ore meo. Attendite proinde principes vestros cum statis ad orandum vel psallendum et state cum reverentia et disciplina et gloriamini quod angeli vestri quotidie vident faciem Patris. Siquidem ipsi nimirum missi in ministerium propter nos qui hereditatem capiunt salutis devotionem nostram in superna ferunt, referunt gratiam. Praesumamus officium quorum consortium, ut in ore infantium et lactentium perficiatur laus. Aemulemur eos vicissim videntes: psallite regi nostro psallite. Laude ergo cum caeli cantoribus in commune ducentes, utpote cives sanctorum et domestici Dei, psallite sapienter. Cibus in ore, psalmus in corde sapit. Tantum illum terere non negligat fidelis et prudens anima quibusdam dentibus intelligentiae suae, ne forte si integrum glutiat et non masticatum fraudetur palatum sapore desiderabili et dulciore super mel et favum. Offeramus cum apostolis in caelesti convivio et in divina mensa favum mellis. Mel in cera, devotio in littera est. Alioquin littera occidit si absque condimento spiritus glutiatur. Si autem cum apostolo psallas spiritu, psallas et mente, cognosces et tu veritatem illius sermonis quem dixit Iesus: Verba quae locutus sum vobis spiritus et vita sunt. Et item quod legimus dicente Sapientia: Spiritus meus super mel dulcis. Sic delectabitur in crassitudine anima tua, sic holocaustum tuum pingue fiat. Sic placabis regem, sic placabis principibus, sic denique tota tibi curia benevolos reddes et odorati odorem suavitatis in caelestibus de te quoque dicent: Quae est ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae et thuris et universi pulveris pigmentarii? Principes, inquit, Iuda duces eorum, principes Zabulon et principes Nephtalim. Hoc est confitentium, continentium, contemplantium. Noverunt siquidem principes nostri regi suo acceptam esse confessionem, continentiam fortitudinem, contemplationem puritatem, et solliciti sunt exigere a nobis istius modi primitias spiritus, quae perfecto non aliud sunt quam primi et purissimi fructus sapientiae. Cum enim non ignoratis Iudam laudantem vel confitentem, Zabulon habitaculum fortitudinis, Nephtalim cervum emissum insinuat, qui nimirum agilitatis suae saltibus exprimit speculantium excessus et opaca penetrare nemorum ut ille consuevit. Denique autem qui dixit: Sacrificium laudis honorificabit me. Porro si non est speciosa laus in ore peccatoris, nonne pernecessaria haec confitenti continentiae virtute, per quam fiet ut non regnet peccatum in vestro mortali corpore? Porro continentia non habet meritum apud Deum quae gloriam quaerit humanam. Ideo quod maxime opus est puritate intentionis, qua soli mens vestra Deo placere appetat et valeat inhaerere. Neque enim aliud est inhaerere Deo quam videre Deum, quod solis mundis cordibus singulari felicitate donatur. Cor mundum habebat David qui dicebat Deo: Adhaesit anima mea post te. Item: Mihi adhaerere Deo bonum est. Videndo adhaerebat et adhaerendo videbat. Huiusmodi contemplationi caelestes sese nimirum familiares exhibent et frequentes, praesertim si frequenter orantem perspexerint. Quis dabit mihi per vos o benigni principes petitiones meas innotescere apud Deum? Non enim Deo cui etiam cogitatio hominis confitebitur, sed apud Deum, hoc est ipsis qui cum Deo sunt, tam beatis virtutibus quam carne solutis spiritibus. Quis suscitabit me de terra inopem et de stercore eriget pauperem, ut sedeam cum principibus et solium gloriae teneam? Non ambigo quod gratanter in palatio colligant quem dignantur in sterquilinio visitare. Denique laetati sunt de conversione et in assumptione non cognoscent? Hoc itaque puto in orantis alloquio sponsa, et ipsis tamquam sponsi domesticis ac sodalibus desiderium cordis sui aperit cum ait: Osculetur me osculo oris sui. Et vide familiarem amici quod colloquitur cum in caelestibus praesertim. Desilit in oscula, petit quod cupit; non tamen nominat quem amat, quod illos nosse non dubitat, utpote de quo ei frequenter cum illis solet esse confabulatio. Propterea non dicit: Osculetur me ille vel ille, sed Osculetur me tantum. Sicut et Maria Magdalena non exprimebat ex nomine quem quaerebat, sed tantum aiebat ei quem putabat ortulanum: Domine, si tu sustulisti eum. Quem? Non aperit, quod omnibus palam esse credit quem a suo corde nec ad momentum recedere potest. Ita ergo et ista loquens sodalibus sponsi sui tamquam consciis et quibus se noverat manifestum, tacito nomine repente in hoc de dilecto verba prorumpit: Osculetur me osculo oris sui. De quo tamen osculo volo vos dicere propterea sed sermo crastino audietis, quemque orantibus vobis suggerere mihi dignabitur unde docens de omnibus unctio. Neque enim hoc secretum revelat caro et sanguis, sed is qui scrutatur etiam profunda Dei, Spiritus Sanctus, qui a Patre Filioque procedens cum ipsis vivit et regnat in saecula saeculorum amen. Explicit sermo septimus. Incipit octavus.

Hodie vobis sicut hesterna promissione teneor, de summo, id est de oris osculo disputare propositum est. Audite attentius quod sapit suavius et gustatur rarius et intelligitur difficilius. Mihi videtur, ut paulo altius inchoem, ineffabile quiddam atque inexpertum omni creaturae osculum designasse qui ait: Nemo novit Filium nisi Pater, et nemo novit Patrem nisi Filius, aut cui voluerit Filius revelare. Pater enim diligit Filium et singulari dilectione amplectitur, summus aequalem, aeternus coaeternum, unus unicum. Sed enim non minori a Filio ipse affectione astringitur, quippe pro cuius amore et moritur, ipso attestante cum ait: Ut sciant omnes quia diligo Patrem, surgite eamus hinc, haud dubium quin ad passionem. Illa itaque mutua gignentis et geniti cognitio et dilectio quid nisi osculum est suavissimum sed secretissimum? Ego pro certo ad tantum et tam sanctum divini amoris

archanum ne ipsam quidem angelicam admitti puto creaturam. Etenim Paulo excepimus sapientem, pax illa comparat omnem ex
angelicum spiritum. Unde nec ista quamvis multum praesumens audet ei dicere: Osculetur me ore suo, soli illud scilicet reservans patri,
sed aliquid minus postulans: Osculetur me, inquit, osculo oris sui. Videte novam sponsam novum osculum accipientem, non
tamen ab ore sed ab osculo oris. Insufflavit, inquit, eis, haud dubium quin Iesus apostolis, id est primitivae ecclesiae, et dixit: Accipite
Spiritum Sanctum. Osculum profecto fuit. Quid? Corporeus ille flatus? Non, sed invisibilis Spiritus, qui ita in illo flatu
Dominico datus est, ut per hoc intelligeretur et ab ipso pariter tamquam a patre procedere, tamquam vere osculum quod osculanti osculato-
que commune est. Itaque sufficit sponsae si osculetur ab osculo sponsi, etiam si non osculetur ab ore. Nec enim exiguum quid aut
vile putat osculari ab osculo, quod non est aliud nisi infundi Spiritu Sancto. Nempe si recte pater osculans, filius osculatus
accipitur, non erit ab re osculum Spiritum Sanctum intelligi, utpote qui patris filiique imperturbabilis pax sit, gluten firmum,
individuus amor, indivisibilis unitas. De ipso ergo audet sponsa, ipsum quoque infundi sibi fidenter sub osculi nomine petit.
Tenet quippe aliquid unde non desit ausa praesumendi. Dicit enim filius: Nemo novit filium nisi pater, et neque novit patrem
nisi filius, aut cui voluerit filius revelare. Non autem diffidit sponsa quin sibi velit, si cui voluerit. Petit ergo audenter
dari sibi osculum, hoc est Spiritum illum in quo sibi et filius reveletur et pater. Alter enim sine altero nequaquam innotescit. Unde
est illud: Qui me videt, videt et patrem meum. Et illud Iohannis: Omnis qui negat filium, nec patrem habet; qui autem confitetur
filium, et patrem habet. Ex quibus liquido constat quia nec pater sine filio, nec filius sine patre cognoscitur. Merito proinde non
in altera, sed in utriusque cognitione constituit summam beatitudinem qui dixit: Haec est vita aeterna, ut cognoscant te verum Deum
et quem misisti Iesum Christum. Denique et qui sequuntur agnum referuntur habere nomen eius et nomen patris eius scriptum in
frontibus suis, quod est de utriusque notitia gloriari. Sed dicit aliquis: Ergo et Spiritus Sancti agnitio non est necessaria, ut cum dixit vitam
aeternam esse nosse et patrem et filium, de Spiritu Sancto tacuit? Est utique, sed ubi pater et filius perfecte agnoscitur, utriusque bonitas
quae Spiritus est Sanctus quomodo ignoratur? Neque enim integre homo hominem innotescit, quamdiu latet utrum bonae aut malae sit
voluntatis. Utcumque et cum dictum est: Haec est vita aeterna, ut cognoscant te verum Deum et quem misisti Iesum Christum, profecto si
missio illa beneplacitum tam patris benigne mittentis quam filii voluntarie obedientis demonstrat, non omnino tacitum est
de Spiritu Sancto, ubi tantae utriusque gratiae mentio facta est. Siquidem amor et benignitas utriusque Spiritus Sanctus est. Huius ergo agni-
b tionis infundi sibi gratiam quidem quantum capi in carne mortali potest sponsa petit cum osculum petit; petit autem a filio
quia filii est cui voluerit revelare. Revelat ergo filius seipsum cui vult, revelat et patrem. Revelat autem sine dubio per
osculum, hoc est per Spiritum Sanctum, Apostolo teste, qui ait: Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum. Certius dando Spiritum per quem revelat,
etiam ipsum revelat: dando revelat, et revelando dat. Porro revelatio quae per Spiritum Sanctum fit non solum illustrat ad agni-
tionem, sed etiam accendit ad amorem, dicente Paulo: Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.
Et ideo forsan de his qui cognoscentes Deum non tamquam Deum glorificaverunt, non legitur quod Spiritu Sancto revelante cognoscerent,
quia etsi cognoverunt, non amaverunt. Sic quippe habes: Deus enim illis revelavit. Nec adiunctum est: per Spiritum suum,
ne sibi sponsae osculum mentes impiae usurparent, quae contentae ea quae inflat scientia, eam quae aedificat nescierunt. Denique
ipse Apostolus dicat per quid cognoverunt: Per ea, inquit, quae facta sunt, intellecta conspexerunt. Unde et constat quia nec perfecte
cognoverunt quem minime dilexerunt. Si enim integre cognovissent, bonitatem qua pro eorum redemptione in carne nasci et mori
voluit non ignorassent. Audi denique quid eis de Deo revelatum sit: Sempiterna, ait, virtus eius et divinitas. Vides quia
quod sublimitatis quod maiestatis est in praesumptione spiritus non Dei sed sui rimati sunt; quia autem mitis sit et humilis cor-
de non intellexerunt. Nec mirum, quia et caput eorum Behemoth nihil humile, sed sicut de eo legitur, omne sublime videt.
At contra David non ambulabat in magnis neque in mirabilibus super se, ne scrutator maiestatis opprimeretur a gloria.
Vos quoque, ut caute in archanis sensibus pergatis, figatis memoriter quod sapiens admonet: Altiora te, inquit, ne
c quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris. In spiritu ambulate in illis, et non in sensu proprio. Doctrina spiritus non curiositatem
acuit, sed caritatem accendit. Merito proinde sponsa quem diligit anima sua requirens, non se suae carnis sensibus credit,
non curiositatis humanae inanibus ratiociniis acquiescit, sed petit osculum, id est Spiritum Sanctum invocat, per quem accipiat simul et scientiae
gustum et gratiae condimentum. Et bene scientia quae in osculo datur cum amore recipitur, quia amoris indicium osculum est. Scientia ergo
quae inflat, cum sine caritate sit, non procedit ex osculo. Sed nec qui zelum Dei habent et non secundum scientiam, ullatenus ar-
rogent illud. Utrumque munus offert osculi gratia, et agnitionis lucem et devotionis pinguedinem. Est quippe Spiritus
sapientiae et intellectus, qui instar apis ceram portantis et mel, omnino habet et unde accendat lumen scientiae et unde infun-
dat saporem gratiae. Nequaquam ergo se osculum percepisse putet sive qui veritatem intelligit et non diligit, sive qui diligit nec intelligit.
Sane in osculo isto nec error locum habet nec tepor. Quamobrem geminae gratiae sacrosancti osculi suscipiendae parat
e regione duo labia sua quae sponsa est, intelligentiae rationem, sapientiae voluntatem, ut de pleno osculo glorians mereatur
audire: Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. Itaque pater filium osculans plenissime illi
archana suae divinitatis eructat et spirat suavitatem amoris, Scriptura hoc signante cum ait: Dies diei eructat verbum.
Cui sane sempiterno singularique et beato complexui nulli omnino, ut iam dictum est, creaturae interesse donatur, solo utriusque
Spiritu teste ac conscio mutuae agnitionis et dilectionis. Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?
Sed dicat mihi fortassis aliquis: Tibi ergo unde innotuit quod nulli fateris cognitum creaturae? Profecto unigenitus qui est in
sinu patris ipse enarravit. Enarravit, dico, non mihi misero et indigno, sed plane Iohanni amico sponsi, cuius
haec verba sunt. Non solum autem, sed et Iohanni Evangelistae, utique discipulo quem diligebat Iesus. Placita enim fuit Deo et anima
illius, digna prorsus nomine et dote sponsae, digna sponsi amplexibus, digna denique quae recumberet super pectus Domini.
Hausit Iohannes de sinu unigeniti quod de patris hauserat ille. Nec solus ipse tamen, sed et omnes quibus ipse aiebat
Magni consilii angelus: Vos dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a patre meo nota feci vobis. Hausit et Paulus, cuius evangelium
non est ab homine neque per hominem accepit illud, sed per revelationem Iesu Christi. Profecto hi omnes tam feliciter quam veraciter
dicere poterant: Unigenitus qui erat in sinu patris ipse enarravit nobis. Et illa enarratio quid eis nisi osculum fuit?
Sed osculum de osculo, et non de ore. Audi siquidem occultum osculum de ore: Ego et pater unum sumus. Item: Ego in

in patre et pater in me est. Osculum est ore ad os sumptum sed nemo appropriat. Osculum plane dilectionis et pacis, sed dilectio
illa supereminet omni scientie et pax illa omnem sensum superat. Verumtamen quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit Paulo revelavit deus per spiritum suum hoc est per osculum oris sui. Quod igitur filius in patre et patrem esse in filio, osculum
de ore est. Quod autem legitur non accepimus spiritum huius mundi sed spiritum qui ex deo est ut sciamus que a deo donata sunt nobis
osculum sane de osculo est. Et ut aperte altitudinem distinguam, qui plenitudinem capit osculum de ore sumit, qui vero de
plenitudine osculum de osculo suscipit. Magnus quidem Paulus sed quantumlibet sursum porrigat ora, etiamsi se usque ad tertium d
celum extendat, citra os altissimi tamen necesse est ut remaneat et modo suo contentus in se subsistat, et cum pertingere ad
vultum dei non valet condescendi sibi et ex alto transmitti osculum humiliter petat. Cum vero non rapinam arbitratur esse se
equalem deo ita ut audeat dicere Ego et pater unum sumus, quia ex equo coniungitur et ex equo complectitur non osculum de
loco inferiori mendicat sed pari celsitudine os ori coniungit et singulari prerogativa osculum de ore sumit. Christo ergo
est osculum plenitudo, Paulo participatio, ut cum ille de ore iste tamen de osculo osculatum se glorietur. Felix tamen osculum per quod
non solum agnoscitur deus sed diligitur pater qui nequaquam plene cognoscitur nisi cum perfecte diligitur. Que in nobis
anima sensit aliquando in secreto conscientie sue spiritum filii clamantem Abba pater, ipsa paterno diligi presumat affectu que eodem
se spiritu quo filius affectam sentit. Confide quecumque es illa, confide nichil hesitans in spiritu filii filiam cognosce te
patris sponsam filii vel sororem. Utroque vocabulo etenim que eiusmodi est invenies appellari. Ad manum est unde id pro-
bem non multum laborabo. Vox sponsi est ad ipsam: Veni in ortum meum soror mea sponsa. Soror siquidem est quia ex
uno patre, sponsa quia in uno spiritu. Nam si carnale matrimonium constituit duos in carne una, cur non magis spiritualis
copula duos coniunget in uno spiritu. Denique qui adheret deo unus spiritus est. Sed audi etiam de patre quam amanter quamque dignanter
et filiam eam nominat et nichilominus tamquam nurum propriam ad filii blandos invitat amplexus. Audi inquit filia et vide
et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui et concupiscet rex decorem tuum. Ecce a quo ista flagi-
tat osculum. O sancta anima reverentiam habe quia ipse est dominus deus tuus fortasse non osculandus sed adorandus cum patre et spiritu
Redeamus iam ad librum verbisque sponse vim demus et consequentiam. [sancto in secula seculorum amen.] Sermo nonus Sermo nonus
Pendet enim et abrupta videtur absque principio. Ideo que premittenda ut competenter coherant ponamus. Fingamus quos- a
dam sponsi sodales ob nonnullam visitandi salutandique gratiam sicut fieri et in industriis accessisse. Nunc quoque ad
sponsam subinmurmurantem et tedentem repperisse, mirari causam et quasi alloquendi modo: Quid nobis accidit
quod te cernimus solito tristiorem? Que supervenit insolita causa? Certe non aversa et alienata nobis per amatores
tuos cum quibus male erat tibi compulsa tandem venisti ad virum tuum priorem? Nonne ut saltem mereris tangere pedes multis
precibus et fletibus institisti? Recolo inquiunt. Quid obtento eo, simul quoque accepta in osculo pedum indulgentia de offensis
rursus iterum facta impaciens et tanta nequaquam dignatione contenta, sed maioris familiaritatis cupida sum quoque gratiam
eandem qua prius instantia postulasti et impetrasti ita ut in osculo manus adepta sis virtutes non paucas et preclaras.
Hec diffiteor ait. Et illi: Numquid non tu es que mirari et obtestari solebas si unquam ad osculum manus pervenire daretur?
Sufficere iam tibi nil de cetero petituram. Ergo quid? Quid forte horum que acceperas quippiam ablatum conquereris? Nichil.
An vero times repetitum iri quod tibi de mala pristina tua conversatione indultum presumpseras? Non. Age tu dic unde que-
queamus satisfacere tibi. Non quiesco ait nisi osculetur me osculo oris sui. Gratias de osculo pedum, gratias de osculo
manus, sed si cura est ei ulla de me, osculetur me osculo oris sui. Non sum ingrata sed amo. Accepi fateor meritis
potiora sed inferiora prorsus votis. Desiderio feror non ratione. Ne queso causemini presumptionem ubi affectio urget.
Pudor sane reclamat sed superat amor. Non ignoro quia honor regis iudicium diligit sed preceps amor nec
iudicium prestolatur nec consilio temperatur nec pudore frenatur nec rationi subicitur. Rogo supplico flagito osculetur b
me osculo oris sui. Ecce gratia ipsius multis iam annis caste sobrie quoque vivere curo. Lectioni insisto orationi incumbo. Frequenter
viciis resisto vigilo contra temptationes, recognosco annos meos in amaritudine anime mee. Sine querela me arbitror
quantum in me est conversari inter fratres. Superioribus potestatibus subdita sum, egrediens et regrediens ad imperium senioris.
Aliena non cupio, potius mea et me pariter dedi. In sudore vultus mei comedo panem meum. Ceterum quod in omnibus est
constat in consuetudine, de dulcedine nichil. Quid nisi iuxta prophetam vitula sum Effraim docta diligere triturare?
Denique in ewangelio qui hoc solum quod facere debet facit servus inutilis reputatur. Mandata forsitan utcumque adimpleo
sed anima mea sicut terra sine illius aqua. Ut ergo holocaustum meum pingue fiat, osculetur me queso osculo oris sui.
Plerique vestrum michi quoque ut memini in privatis confessionibus suis conqueri solent super huiuscemodi arentis animi
languore atque hebetudine stolide mentis, qua diu alta atque sublimia penetrare nequiret quoque de suavitate spiritus
aut nil aut parum sentiret. Quo isti nisi ad osculum suspirant? Suspirant plane et inhiant spiritum sapientie et intellectus,
intellectus utique quo pertingant, sapientie qua gustent quod intellectu apprehenderint. Ergo in hoc ipso affectu sanctum puto
orasse prophetam cum diceret: Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea et labiis exultationis laudabit os meum.
Osculum omnino petebat et illud osculum in cuius tactu perfusis labiis pinguedine gratie spiritualis sequitur quod idem
alibi ipse precatur: Repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam. Denique et eructavit
ubi gustavit: Quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Satis hoc osculum detinuit
nos et necdum me illud ut verum fatear digne satis expressisse confido. Demus tamen ad reliqua quia id melius
impressum quam expressum innotescit. Sequitur: Quia meliora sunt ubera tua vino fraglantia unguentis optimis. Et c textus
hec verba cuius sint auctor non loquitur, relinquens nobis libere conicere cui potissimum persone conveniat. Mihi vero
non deest unde illa congruenter assignem sive sponso sive sponse sive etiam sponsi sodalibus. Et primum sponse qualiter
congruat indicabo. Interim confabulantibus illa pariter atque illis, accessit ipse de quo sermo erat. Utique libros appropriat

de se loquentibus solet sicut fecit euntibus in Emaus et conferentibus inter se sociatus factus quasi exhibuit comitem. Nempe
hoc est quod in evangelio pollicetur Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorum sum
Et per prophetam Antequam aut clament ego exaudiam adhuc loquentibus illis dicam ecce assum. Ita ergo nunc non
vocatus affuit et delectatus verbis prevenit preces. Arbitror quod interdum nec verba expectat sed solis cogitationibus
advocatur. Denique ait ille qui inventus est secundum cor dei Desiderium pauperum exaudivit dominus preparationem cordis eorum
audivit auris tua. Attendite et vos vobis in omni loco sedentes qui omnia videt nomen scrutans corda et
renes deus qui finxit sigillatim corda nostra qui intelligit omnia opera nostra. Sponsa ergo sponsi adesse pre
senciens subsistit pudet enim presumptionis in qua deprehensam se intelligit nam verecundia id moliri pro intimo eos
estimarat. Mox quasi conversa ad ipsum temeritatem prout valet excusare conatur quia meliora sunt inquiens
ubera tua vino fragrancia unguentis optimis. Ac si dicat Si altum sapere videor tu fecisti o sponse qui in dul
cedine uberum tuorum tanta me dignatione lactasti quibus omnem metum tua caritate non mea temeritate depulso
audeam forte plus quam expediat. Audeo sane pietatis memor immemor maiestatis. Hec per verborum consequentiam
dicta sunt. Nunc qualia sint ista ubera sponsi commendata videamus. Duo sponsi ubera duo in ipso sunt ingenite
mansuetudinis argumenta quod expectat pacienter delinquentem et clementer recipit penitentem. Geminam inquam dul
cedo suavitatis exuberat in pectore domini Ihesu longanimitas videlicet in expectando et in donando facilitas. Nisi quod
hoc non sit inventum meum legis profecto de longanimitate An divitias bonitatis eius et pacientie et longanimitatis
contempnis. Item An ignoras quia benignitas dei ad penitentiam te adducat. Ad hoc siquidem diu suspendit suam
ultionem a contempnente ut quoque exhibeat graciam remissionis in penitente. Non vult enim mortem peccatoris sed ut
convertatur et vivat. Ponamus exempla et de alio ubere quod dictum est remittendi facilitas. Legis et de ipsa
Quacumque enim hora peccator ingemuerit peccatum suum remittetur ei. Legis Derelinquat impius viam suam et vir
iniquus cogitationes suas et revertatur ad dominum et miserebitur eius et ad deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum
Pulcre David paucis utrumque comprehendit dicens longanimis et multum misericors. Hinc gemine bonitatis experimento
in eam se fiduciam excrevisse fatetur sponsa ut audeat petere osculum. Quid mirum dicit si sic presumo de te o sponse
que de tuis uberibus tantam sum experta habundanciam suavitatis. Ergo ad audendum me provocat dulcedo uberum
tuorum non meorum confidentia meritorum. Quod autem dicit meliora sunt ubera tua vino hoc est pinguedo gratie que de
tuis uberibus fluit efficacior est michi ad spiritualem provectum quam mordax increpacio prelatorum. Nec solum meliora
vino sed et fragrancia unguentis optimis quod non modo intus dulcedinis lacte pascis alios sed bone quoque opinionis
grato odore respergis absentes bonum habens testimonium et ab hiis qui intus et ab hiis qui foris sunt. Habes
inquam lac intus et foris unguenta quia quibus non assunt quos lacte reficias si non prius odore attraxeris. Sane de
hiis unguentis si quid dignum consideratione continent videbitur post hec tunc cum ventum fuerit ubi dicitur in consequentibus
In odore unguentorum tuorum curremus. Nunc modo prout possumus interim hec ipsa ubera que sponse data sunt. An et sponsa
contineat audiamus. Sponsa loquente de sponso repente ut dixi adest ille annuit voto dat osculum implet
quod in eo sermone qui scriptus est Desiderium pauperum exaudivit dominus cordis eius tribuisti ei et voluntate labiorum
eius non fraudasti eum. Quod et probat ex uberum eius repletione. Tante nempe efficacie osculum sanctum est ut ex
ipso mox cum accepit illud sponsa concipiet tumescentibus nimirum uberibus et lacte quasi pinguescentibus in testimonium
Quibus studium est frequenter orare experti sunt quod dico. Sepe corde arido et tepido accedimus ad altare orandi
tubinque persistentibus aut repente infunditur gratia pinguescit pectus replet viscera inundacio pietatis et si sit
qui premat lac concepte dulcedinis ubera fundere non tardabunt. Dicat ergo Habes sponsa quod petisti et hoc
tibi signum quod meliora sunt ubera tua vino. Hinc scies te nimirum osculum accepisse quod te concepisse senties. Unde
et ubera tibi intumuerunt facta in ubertate lactis meliora vino scientie secularis. Que quidem inebriat sed curiositate
non caritate implens non nutriens inflans non edificans ingurgitans non confortans. Sed denique et sodalibus
ista prima. Iniuste inquiunt murmuras adversus sponsum quia id plus valet quod ille iam dedit quam quod tu petis
Quod enim postulas te delectat quibus autem ubera quibus parvulos alis quos et paris meliora hoc est necessaria
sunt vino contemplationis. Aliud siquidem vinum quod letificat cor hominis et aliud quod edificat multos. Nam et si
Rachel formosior sed Lya fecundior est. Noli ergo nimis insistere osculis contemplationis quia meliora sunt
ubera predicationis. Occurrit et alius sensus quem quidem non proposueram sed modo perstringo. Utique enim verba hec non magis
convenire dicam eis ipsis quibus preest in sollicitudine tamquam parvulis mater aut nutrix. Hee enim conqueruntur ferunt
iuvencule et tenere adhuc ancillam vacare quieti cumque plenius erudita doctrina exemplis informari deside
rant. Cum non denique talium in subsequentibus compescat inquietudinem ubi sub gravi contestatione prohibent susci
tare dilectam quousque ipsa velit. Hee itaque sencientes osculis inhiare sponsam secretum querere seu fugitare publica
declinare turbas et curie ipsarum propriam preferre quietem. Noli inquiunt noli quia maior in uberibus quam in amplexibus
fructus consistit per ea siquidem nos vendicas a carnalibus desideriis que militant adversus animam crescis modo et acquiris
deo. Hoc ergo est quod aiunt quia meliora sunt ubera tua vino. Carnis inquiunt voluptate qua paulo ante tamquam vino
ebrie tenebamur vincunt hee quas tua nobis ubera stillant delicie spirituales. Et pulcre vino comparant car
nalem affectum. Ut enim uva semel expressa non habet iam quod denuo fundat sed perpetua ariditate dampnatur
sic caro in pressura mortis ab omni prorsus sua delectacione siccatur nec ultra revirescit ad libidines. Unde propheta
omnis caro fenum et omnis gloria eius tamquam flos feni exsiccatum est fenum et cecidit flos et apostolus Esca [illegible]

in carne de carne et metet corruptionem. Et rursum: Esca ventri et venter escis; deus autem et hunc et hanc destruet. Vide autem ne non carni tantum sed et mundo forte competat ista propositio. Denique et ipse transit et concupiscentia eius, et cum omnia que in mundo sunt cessabunt, finis eorum non erit finis. Verum ubera non sic. Licet enim cum exhausta fuerint, rursum de fonte materni pectoris sumunt quod promant sugentibus, multo proinde meliora carnis [illegible] asseruntur ubera sponse, que nullo unquam lactentium numero arescunt, sed semper habundant de visceribus caritatis, ut iterum fluant. Flumina siquidem fluent de ventre eius, fietque in ea fons aque salientis in vitam eternam. Cumulat deinde laus uberum fragrantia unguentorum, quia non solum uberum sapore pascunt, sed et factorum opinione redolent. Iam que sunt ubera, quo tumida lacte, qualibus delibuta unguentis, sub alio sermonis principio, Christo adiuvante, monstrabimus, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo decimus

Non sum ego proinde sensus neque adeo perspicacis ingenii ut novi quippiam ex me adinvenire possim; sed est fons magnus et indeficiens os Pauli, quod patet ad nos. De ipso hauriam michi etiam nunc in expositione uberum sponse, sicut et frequenter soleo. Gaudere, inquit, cum gaudentibus, flere cum flentibus. Maternum breviter exprimunt affectus, quia nec dolere parvuli nec valere queunt absque illa que genuit, ubique necesse est eam suis conformari visceribus. Igitur iuxta Pauli sententiam duos illos affectus duobus sponse uberibus assignabo: compassionem uni et congratulationem alteri. Alioquin parvula est et nondum nubilis, si nondum ubera intumuit; si se videlicet neque ad congaudendum sentiat promptam neque paratam ad condolendum. Talis si forte ad regimen animarum seu ad officium predicationis assumitur, aliis quidem non prodest, sibi vero obest plurimum. Porro sese ingerere quante impudentie est! Sed redeamus ad ubera sponse, ac pro diversitate uberum diversas et lactis species proponamus. Nam congratulatio quidem exhortationis, compassio vero consolationis lac fundit. Porro utriusque speciem uberum celitus irrorari pio pectori suo spiritualis mater toties sentit quoties osculum sumit. Videas eam mox plenis uberibus parvulis incubare lactantem, et ex uno quidem consolatoria, ex altero vero exhortatoria ubertim instillare, prout singulis convenire videbit. Ubi eam. Si quem forte ex hiis quos genuit in evangelio deprehendit forte aliqua temptatione concussum, et inde turbatum ac tristem, pusillanimem quoque factum, non posse ferre iam vim temptationis, quomodo condolet, quomodo mulcet, quomodo plangit, quomodo consolatur, quot argumenta pietatis mox reperit quibus erigat desolatum. Econtra si promptum, si alacrem, si bene proficientem agnoverit, exultat, aggreditur salutaribus monitis, attendit amplius, instruit de quibus potest ut perseveret, ut quoque in melius semper proficiat exhortatur. Omnibus se conformat, omnium in se transfert affectus, matrem denique se probat non minus deficientium quam proficientium. Quam multi hodie secus affectos se ostendunt. De hiis dico qui animas regere susceperunt. Nec enim sine ineffabili gemitu dicendum non est: Christi opprobria, sputa, flagella, clavos, lanceam, crucem, mortem, hec omnia in fornace avaritie conflant et profligant in acquisitione turpis questus, et pretium universitatis suis marsupiis includere festinant. Hoc solo sane a Iuda differentes, quia ille horum omne emolumentum denariorum numero compensavit, isti voraciori ingluvie lucrorum infinitas exigunt pecunias. Hiis insaciabili desiderio inhiant; pro hiis ne amittant timent, et cum amittunt dolent; horum in amore quiescunt, quantum duntaxat in eis liberum est adservandi vel augmentandi cura. Animarum nec casus reputatur nec salus. Non sunt profecto matres, qui cum sint de crucifixi patrimonio nimium incrassati, impinguati, dilatati, non compatiuntur super contritione Ioseph. Vera mater est, non dissimulat; habet ubera et non vacua. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus novit, nec cessat exprimere de ubere quidem congratulationis lac exhortationis, de ubere vero compassionis lac consolationis. Et de sponse uberibus vel uberum lacte ista sufficiant. Nam qualibus etiam unguentis eadem ubera redoleant indicabo, si tamen vestris orationibus iuvor, ut quod inde sentio datum est, detur et eloqui digne ad audientium utilitatem. Alia sponsi atque alia sponse unguenta sunt, quemadmodum et sua cuique ubera. Sed de sponsi quo in loco tractandum sit superius prefixum est. Nunc sponse unguentis intendamus, idque intentius, tanquam hiis que scriptura non mediocriter commendavit, ita ut ea pronuntiant non simpliciter bona sed optima. Expono diversas species unguentorum, quo ex pluribus ea que potissimum sponse uberibus conveniant eligamus. Est unguentum contritionis et unguentum devotionis est et pietatis. Primum pungitivum dolorem faciens, secundum temperativum dolorem leniens, tertium sanativum etiam morbum expellens. Nunc de hiis latius disseramus. Est ergo unguentum quod sibi conficit anima multis irretita criminibus, si tamen, cum ceperit cogitare vias suas, colligat, congerat conteratque in mortariolo conscientie multas ac varias species peccatorum suorum, et intra estuantis pectoris ollam simul omnia coquat igne quodam penitentie et doloris, ut possit dicere cum propheta: Concaluit cor meum intra me et in meditatione mea exardescet ignis. Ecce hoc est unum unguentum quo anima peccatrix sue conversionis primordia condire debet, plagisque suis recentibus adhibere. Primum deo sacrificium spiritus contribulatus. Quamdiu ergo non habet tanquam pauper et inops unde sibi melius ac pretiosius componat unguentum, non negligat interim parare istud, licet de vilibus speciebus, quia cor contritum et humiliatum deus non despicit. Tanto autem minus vile divinis apparebit conspectibus, quanto plus sibi illa viluerit in recordatione peccatorum suorum. Tamen si illo visibili quo visibiliter uncti a peccatrice corporali pedes domini referuntur in evangelio, invisibile hoc et spirituale dicamus fuisse figuratum, non omnino vile reputare poterimus. Nam quid enim de illo legitur? Et domus, inquit, repleta est ex odore unguenti. Peccatricis manibus distillabatur et extremis membris corporis in pedibus fundebatur, et tamen non usque adeo contemptibile aut vile fuit, quod totam domum vi aromatum et suavitatis replevit odoris. Et nos si attendamus quanta in unius peccatoris conversione fragrantia respergatur ecclesia, et quomodo fiat odor vite in vitam quisque penitens, si publice perfecteque peniteat, profecto et de hoc eque indubitanter pronuntiabimus quod domus impleta est ex odore unguenti. Denique et supernas beatorum mansiones attingit penitentie odor, ita ut teste ipsa veritate magnum gaudium sit inter angelos dei super uno peccatore penitentiam agente.

Gaudete penitentes pusillanimes confortamini vobis dico quos nuper conversos de seculo a viis vestris pravis recedentes excepit
mox amaritudo et confusio animi penitentis ac velut recentium vulnerum dolor nimius cruciat et perturbat. Secure
manus vestre distillent mirram amaritudinis in salubrem hanc unctionem quia cor contritum et humiliatum deus non despiciet.
Non est omnino spernenda nec vilis habenda huiuscemodi unctio cuius odor non solum homines provocat ad correctionem
sed et angelos ad consolationem invitat. Sed est unguentum tanto isto profecto preciosius quanto de melioribus compositum
speciebus. Huius siquidem species non longe querantur penes nos et absque difficultate reperimus ac de ortulis nostris talium
perfacile copiam tollimus quotienscumque necessitas poscat. Quis enim non satis de facili possit ad manum habere iniquitates et peccata
si non dissimulat. Hec autem sunt sicut recognoscitis species unguenti primi quod iam descripsimus. At vero secundi huius aromata terra
nostra nequaquam profert sed procul de ultimis finibus ea nobis comparamus. Nempe omne datum optimum et omne donum perfectum
desursum est descendens a patre luminum. Fit enim unguentum istud de divinis collatis humano generi beneficiis. Felix qui ipsa
sibi studiose colligere et ante mentis sue oculos digna cum gratiarum actione reducere curat. Profecto cum fuerint in vasculo
pectoris pistillo crebre meditationis contusa atque contrita, demumque igne sancti desiderii sint decocta omnia et demum impin-
guata oleo leticie, erit unctio longe prior excellentior quam prior. Sufficiat ad probandum eius testimonium qui ait:
Sacrificium laudis honorificabit me. Nec dubium quin excitet ad laudem beneficiorum recordatio. Porro cum scriptura hoc
solum testetur de illo alio quia nequaquam despiciet, liquet amplius esse commendatum quod et honorificat. Denique
illud pedibus, apponitur hoc capiti. Si enim in Christo caput ad divinitatem refertur est dicente Paulo: Caput Christi deus.
Procul dubio caput ungit qui gratias agit, quia deum tangit non hominem. Non quia non sit homo qui deus est, siquidem deus
et homo unus est Christus: sed quia omne bonum a deo non ab homine est etiam ipsum quod per hominem ministratur. Profecto enim spiritus est
qui vivificat, caro non prodest quicquam. Propterea et maledictus qui spem ponit in homine, quia et si spes nostra tota de pendet
in homine deo non tamen quia homo sed quia deus. Illud itaque pedibus hoc capiti exhibetur: quia et humiliatio contriti cordis
humilitati convenit carnis et maiestate decet glorificacio. Ecce quale unguentum proposui vobis quo se nescit tangi
caput illud tremendum principatibus non ducat indignum. Immo et honoris insigne indicat dicens: Sacrificium laudis ho-
norificabit me. Quamobrem non est pauperis et inopis seu pusilli cordis conficere istius modi unctionem, nempe cuius
aromata et species sola confidentia possidet que tamen de libertate spiritus et cordis puritate descendat. Sane enim pusil-
lanimis est modice fidei mens rei sue familiaris tenuitate constringitur nec valet per inopiam vacare ad vacandum
laudi. Est siquidem certe conatur assurgere confestim domestica cura
divinis laudibus seu his que laudes pariunt intuendis beneficiis. Et si quando certe conatur assurgere confestim domestice
necessitatis curis urgentibus revocatur ad sua et in se compingitur propria egestate compellitur. Et si huius misere
querit a me causam dicam quod ipsi in vobis ni fallor aut esse aut fuisse recognoscitis. Duabus de causis videtur mihi
huiuscemodi animi egritudo et diffidentia solere contingere aut de novitate videlicet conversionis, tepore etiam si de conversione
longum tempus habuit. Utrumque profecto humiliat et deicit conscientiam et inquietam facit dum sine per teporem antiquos animi
passiones necdum in se emortuas sentit et necesse habens rescecandis intendere de cordis ortulo spinis im-
quitatum et urticis cupiditatum, longius a semetipsa evagari non sinitur. Quid enim qui laborat in gemitu suo
potest ne simul et in dei laudibus exultare? Quomodo namque in ore gementis et plangentis sonabit pariter illud ysaie:
Gratiarum actio et vox laudis? Nam sicut a sapiente accepimus: In luctu importuna narratio est. Demumque gratiarum actio
sequitur beneficium non precedit. Que autem in tristicia adhuc est anima beneficio non gaudet sed indiget. Habet ergo
unde preces offerat non autem unde referat grates. Quo enim referret beneficium quod non accepit? Merito proinde
dixi non esse anime pauperis conficere hoc unguentum quod de recolendis divinis beneficiis componi debet, quia non potest
videre lucem donec tenebras intuetur. Nempe in amaritudine est, occupat quippe memoriam tristis recordatio peccatorum,
nec libet letum quippiam simul admittere. Ideo talibus denuntiat spiritus propheticus dicens: Vanum est vobis ante lucem surgere.
Quod est: Frustra surgitis ad intuenda beneficia que delectant, nisi prius recepto lumine consolationis de reatibus
que conturbat. Non est ergo pauperum hoc unguentum. Sed videte quinam de eius copia non minimo glorientur. Ibant
gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati. Profecto multum distillabant de
pinguedine spiritus quorum lenitas non dico verbis sed nec verberibus cessit. Erant enim divites in caritate que nullis
perfusi impensis et de ipsa facile holocausta medullata offerebant. Fundebat passim sudancia pectora liquore
quo imbuta plenius erant quando loquebantur variis linguis magnalia dei prout spiritus sanctus dabat eloqui
illis. Necdubium quin et illi habundarent hiisdem unguentis quibus apostolus testimonium perhibebat dicens: Gratias ago
deo meo pro vobis semper in gratia dei que data est vobis in christo ihesu quia in omnibus divites facti estis in illo in omni
verbo et in omni sciencia sicut testimonium christi confirmatum est in vobis ita ut nichil desit vobis in ulla gratia. Utinam
et pro vobis ego has ipsas gratias referre possim videns quod vos divites in virtutibus, alacres in laudibus dei, spiri-
tali hac pinguedine habundantius redundantes in christo ihesu domino nostro. Sermo undecimus.

Dixi in fine sermonis nec me iterare piget quod cupiam vos omnes fieri sacre unctionis participes. Illius
videlicet in qua dei beneficia cum leticia et gratiarum actione recolit sancta devocio. Hoc enim bonum est tum propter quod vele-
vados parit vite labores qui utique tolerabiliores nobis fiunt exultantibus in laude dei. Tum quia nichil
ita prefiguret quedam terris reputat celestis habitacionis statum sicut alacritas laudancium deum dicente scriptura: Beati qui habitant
in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. De hoc precipue unguento puto dixisse prophetam: Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite. Neque enim priori videtur congruere posse illud. Enim etsi bonum
sit non tamen est iocundum quia recordatio peccatorum amaritudinem facit non iocunditatem. Sed nec qui illud faciunt simul
habitant, cum quisque propria peccata lugeat atque deploret. Cum vero in gratiarum actione versantur, deum intuentes solum et co-
gitant ac per hoc ipsi vere habitant in unum. Bonum est autem quod faciunt quia fuit ei iustissime gloriam cuius est etiam
nichilominus iocundum quia delectat. Quamobrem suadeo vobis amicis meis reflectere pedem a molesta et anxia

cogitacione viarum vestrarum et evadite in itinera planiora serenioris memorie beneficiorum dei ut qui in vobis confusionis
ipsius intuitu respiratis. Volo vos proinde illud quod sanctus propheta consulit dicens: Delectare in domino et dabit tibi peticiones
cordis tui. Et quidem necessarius dolor pro peccatis, sed si non sit continuus. Hanc interpolet leticior recordacio divine benignitatis, a
ne forte pre tristicia induretur cor et desperacione plus pereat. Misceamus absinthio mel ut salubris amaritudo salutem dare
possit, cum mixto temperata dulcore bibi poterit. Audi denique deum quomodo ipse contriti cordis temperat amaritudinem,
quomodo pusillanimem a desperacionis revocat barathro, quomodo blande et fidelis promissionis melle merentem consolatur, erigit
diffidentem. Ait per prophetam: Ego infrenabo os tuum laude mea ne intereas, hoc est ne intuitu facinorum tuorum nimium
mentis tristicia atque instar effrenis equi desperatus in preceps ruas et pereas. Freno inquit te inhibebo indulgencie mee
et meis laudibus erigam; respirabis in bonis meis qui de tuis confunderis malis, dum me sane benigniorem quam
te culpabiliorem inveneris. Hoc freno si infrenatus fuisset Cayn, nequaquam desperando dixisset: Maior est iniquitas mea
quam ut veniam merear. Absit, absit. Maior est dei pietas quam quevis iniquitas. Ideo iustus non continue sed in principio sermonis
accusator est sui. Porro autem in dei laudes plerumque sermonem claudere consuevit. Videte denique iustum hoc ordine procedentem:
Cogitavi inquit vias meas et converti pedes meos in testimonia tua, ut qui viarum suarum contricionem et infelicitatem in viis propriis
expertus fuerat, in via testimoniorum dei delectaretur sicut in omnibus diviciis. Et vos ergo exemplo iusti si de vobis in humilitate
sentitis, sic enim legis apud sapientem: Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum. Hoc autem
facile mentibus persuadet divine munificencie frequens, immo continua recordacio. Alioquin quomodo implebitur illud apostoli:
In omnibus gracias agentes, si ea pro quibus gracie debentur a corde hominis fuerint abolita? Nolo vos incurrere notam obprobrii
de quibus scriptura testatur quod non sint memores beneficiorum eius et mirabilium eius que ostendit eis. Verum quia bona que largiri b
mortalibus non cessat misericors et miserator dominus recolere et intelligere omnia omnino homini impossibile est. Quis enim loquetur
potencias domini, auditas faciat omnes laudes eius? Illud saltem quod precipuum et maximum est opus, videlicet nostre redempcionis, Opus redempcionis
a memoria redemptorum aliquatenus non recedat. In quo opere duo potissimum duco opera que nunc occurrunt vestris studiis intimare
curabo et hoc quam paucis ad compendium potero, memor illius sentencie: Da occasionem sapienti et sapiencior erit. Duo ergo illa sunt:
modus et fructus. Et modus quidem exinanicio dei est, fructus vero nostri de illo replecio. Hoc meditari sancte spei seminarium est,
illud summi amoris incentivum. Utrumque profectibus nostris necessarium, ne aut spes mercenaria sit si amor non comitetur, aut amor
tepescat si infructuosus putetur. Porro fructum talem exspectamus nostri amoris, qualem ipse quem amamus promisit: Mensuram
inquiens plenam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabit in sinum vestrum. Mensura ista ut audio erit sine mensura.
Sed velim scire cuius rei futura sit mensura vel potius illa immensitas que repromittitur. Oculus non vidit deus absque te
que preparasti diligentibus te. Dic nobis tu qui preparas. Credimus, confidimus, venerit sicut promittis, replebimur in bonis
domus tue. Sed quibus queso bonis aut qualibus? Forte frumento vino et oleo, auro atque argento, lapidibus ne preciosis?
Sed hec vidimus et novimus et videmus et fastidimus. Id querimus quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit.
Hoc placet, hoc sapit, hoc delectat inquirere, quicquid est illud. Erunt inquit omnes docibiles dei, et ipse omnia in omnibus. Ut
audio plenitudo quam exspectamus a deo non erit nisi de deo. Quis vero comprehendat quam magna multitudo dulcedinis in c
Cor. XV brevi isto sermone comprehensa sit: Erit deus omnia in omnibus? Ut de corpore taceam, in anima tria intueor: racionem, voluntatem, Trinitas mea
memoriam, et hec tria ipsam animam esse. Sentit unusquisque horum in presenti seculo deesse de integritate sua et perfectione, sentit omnis
qui ambulat in spiritu. Quare hoc nisi quia deus nondum est omnia in omnibus? Hinc est quod et racio sepissime in iudiciis
fallitur et voluntas quadruplici perturbacione iactatur et memoria multiplici oblivione confunditur. Triplici huic vanitati
nobilis creatura subiecta est non volens, in spe tamen. Nam qui replet in bonis desiderium anime, ipse racioni futurus est
multitudo plenitudo lucis, ipse voluntati pacis, ipse memorie continuacio eternitatis. O veritas, caritas, eternitas! O beata et beatificans
trinitas, ad te mea misera trinitas miserabiliter suspirat, quoniam a te infeliciter exulat. Discedens a te quibus se intricavit
erroribus, doloribus et pavoribus! Heu me quale pro te commutavi trinitatem! Cor meum conturbatum est et inde dolor; dereliquit
me virtus mea et inde pavor; et lumen oculorum meorum non est mecum et inde error. En quam dissimilem trinitatem o anima mea
trinitati commutans invenisti. Verumtamen quare tristis es anima mea et quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi,
cum error videlicet a racione, a voluntate dolor atque a memoria timor omnis recesserit, et successerint illa quam speramus mira se-
renitas, plena suavitas, eterna securitas. Primum illud faciet veritas deus, secundum caritas deus, tercium summa potestas deus, ut sit
deus omnia in omnibus, racione recipiente lucem inextinguibilem, voluntate pacem imperturbabilem, cohereat memoria fonti
indeficienti eternaliter inherente. Videtis vos recte ne primum illud filio, spiritui sancto sequens, patri ultimum assignetur, sic
tamen ut nichil horum patri vel filio vel spiritui sancto subtrahatur, ne aut forte personarum aut plenitudinem minuat distinctio
aut proprietatem tollat perfectio. Vide et hoc advertite quid simile filii huius seculi experiantur de carnis illecebris, de mundi specta-
culis et de pompis sathane, cum tamen hoc totum sit unde vita presens eludit miseros amatores suos, dicente Iohanne: Quicquid
in mundo est, concupiscencia carnis est et concupiscencia oculorum et ambicio seculi. Hoc de redempcionis fructu. Modo quoque si re- d xi
colitis, dei esse exinanicionem diffinivimus. Tria item precipue vobis intuenda commendo. Non enim simplex aut modica illa
exinanicio fuit, sed semetipsum exinanivit usque ad carnem, ad mortem, ad crucem. Quis digne penset quante fuit humilitatis,
mansuetudinis, dignacionis, dominum maiestatis carne indui, multari morte, turpari cruce? Sed dicit aliquis: Non valuit d. ae
opus suum reparare creator absque illa difficultate? Valuit, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimum atque odiosissimum vicium
ingratitudinis occasionem ultra reperiret in homine. Plane multum fatigacionis assumpsit quo multe dileccionis hominem
debitorem teneret, commoneretque ad graciarum actiones difficultas redempcionis, quem minus esse devotum fecerat condicionis
facilitas. Quid enim dicebat homo creatus et ingratus? Gratis quidem conditus sum, sed nullo auctoris gravatu vel labore;
siquidem dixit et factus sum, quomodo et universa. Quid magnum est quamlibet magna in verbi facilitate donantis?
Sic beneficium creacionis attenuans humana impietas ingratitudinis materiam inde sumebat, unde amoris causam

hic debuerat, ideoque ad confundendas accusationes impietatis. Ideo obstructum est os loquentium iniqua. Luce clarius patet quantum
pro te sit dispendium factum. De Domino fiunt de divite pauper, caro de Verbo, et de Dei Filio filius hominis. Sed non despexit. Memento iam
te, etsi de nihilo factum, tamen non de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia, et te inter omnia. At vero per totos triginta
annos operatus est salutem tuam in medio terre. O quantum laboravit sustinens carnis necessitates, hostis temptationes, nonne
crucis aggravavit ignominia, mortis cumulavit horrore? Necne quibus sic homines et iumenta salvasti Domine quemadmodum
multiplicasti misericordiam tuam Deus. Hec meditamini, in his versamini. Talibus odoramentis refovete viscera vestra, que diu torsit odor
molestior peccatorum, ut habundetis et his unguentis non minus suavibus quam salutaribus. Nec tamen adhuc vos putetis habere illa optima
que in sponse uberibus commendantur. De quibus iam nunc modo finiendi sermonis iam angustia prohibet. Que dicta sunt de aliis
tenete memoria, probate vita, et de his iuvate me precibus vestris ut digne loqui possim quod et dignum sit tantis sponse
deliciis et vestras animas ad amorem edificet sponsi Ihesu Christi. Incipit sermo duodecimus

Duo me unguenta vobis tradidisse recordor. Unum contritionis multa delicta complectens, alterum devotionis
multa continens beneficia. Ambo salubria, sed non ambo suavia. Primum siquidem pungitivum sentitur, quia movet compunctionis
amara recordatio peccatorum et dolorem facit. Tamen sequens mitigatorium est, dum pietatis intuitu consolationem
a dante et sedante dolorem. Sed est unguentum quod ambobus antecellit, et hoc appellaverim pietatis, eo quod fiat de necessitatibus
pauperum, de anxietatibus oppressorum, de perturbationibus tristium, de culpis delinquentium, et postremo de omnibus quorumlibet
miserorum erumpnis, etiam si fuerint inimici. Despicabiles videntur species iste, sed est super omnia aromata unguentum quod
ex eis conficitur. Sanativum est. Beati enim misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Igitur multe miserie collecte atque oculo pietatis
inspecte ipse sunt species ex quibus unguenta illa optima componuntur, sponse digna uberibus, sensibus sponsi grata. Felix mens
que talium collectione aromatum sese ditare et impinguare curavit, infundens ea oleo misericordie et ardore decoquens caritatis.
Quis putas est iocundus homo qui miseretur et commodat, pronus compati, subvenire promptus, dare quam accipere beatius iudicans,
ignoscere facilis, irasci difficilis, ulcisci penitus non acquiescens, et per omnia proximorum eque ut proprias respiciens necessitates.
O quecumque es anima sic affecta, sic imbuta rore misericordie, sic affluens pietatis visceribus, sic te omnibus omnia faciens, sic
facta ipsa tibi tamquam vas perditum, ut ceteris presto ubique sis, occurras atque succurras, sic denique mortua tibi ut vivas omni
bus, plane tu tertium optimum quod unguentum feliciter possides, et manus tue distillaverunt totius suavitatis liquore. Non evacuabitur
in tempore malo, nec fervor persecutionis exhibet illud, sed semper Deus memor erit omnis sacrificii tui et holocaustum tuum pingue fiat.
b Sunt viri divitiarum in civitate Domini virtutum; quero an apud aliquos hec unguenta veniat. Et primus occurrit sicut undique
solet mihi Paulus vas electionis, vere vas aromaticum odoriferum, vas et refertum omni pulvere pigmentario. Ipse enim
erat bonus odor Deo in omni loco. Multe profecto suavitatis fragrantia longe lateque spargebat pectus illud quod sic
afficiebat sollicitudo omnium ecclesiarum. Vide enim quales species, qualia aromata coacervaverat. Quotidie inquit morior per
vestram gloriam. Et rursus: Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror? Et multis talibus, que vobis
nota sunt, habundabat iste et in componendis unguentis optimus. Decebat namque primis et purissimis unguentis aromatibus
redolere ubera que Christi membra lactaverent, quorum Paulus mater erat pro eo parturiens semel et iterum donec Christus formaretur
in eis ac membra capiti suo reformaret. Audi et de alio divite quod ad manum habebat species de quibus optima unguenta
conficeret. Foris inquit non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Item: oculus fui ceco et pes claudo. Pater eram pau
perum. Conterebam molas iniqui et de dentibus illius auferebam predam. Si negabam quod volebant pauperibus et oculos vidue ex
pectare feci. Si comedi buccellam meam solus et non comedit pupillus ex ea. Si despexi pereuntem eo quod non haberet indumentum
et absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius et de velleribus ovium mearum calefactus est. Quanto putas
vir iste odore totum resperserat in his operibus? Singula opera singula erant aromata. Hinc profecto replevat conscientiam
ut putorem fetide carnis intus suavitatis exalatione temperaret. Ioseph postremo universam Egyptum post se currere
fecit in odore unguentorum suorum, etiam suis venditoribus eandem demum fragrantiam propinavit. Et quando imperatorio vultu
preferebat iratos, sed erumpebant lacrime de pinguedine cordis non ire indices, sed gratie proditrices. Samuel lugebat Saul
qui se querebat occidere, et ad ignem caritatis intolerabilis pre ore liquefactus intus pietatis adeps foras emanabat per
oculos. Ob hoc bonum demumque quem ubicumque diffuderat sic optimus odorem refert de eo scriptura quia cognoverat omnis
a Dan usque Bersabee quod fidelis Samuel propheta esset Domini. Quid de Moyse dicam, quanto adipe et pinguedine ipse re
pleverat viscera sua, unctionisque illa quam sparsit in qua per tempore vivebat? Potuit namque in omni munere et fide suo unctionis
spiritus qua semel imbutus fuerat continere, quo minus inter assiduas lites et quotidiana iurgia ipse in sua mansuetudine
permaneret. Unde testatus est spiritus sanctus de eo quod esset mansuetissimus omnium hominum qui morabantur super terram. Denique cum hiis
qui oderunt pacem erat pacificus intantum ut populo ingrato et rebelli non modo non irasceretur, sed et irascentem Deum pro
intercedens leniret sicut scriptum est: Dixit ut disperderet eos si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius
ut averteret iram eius ne disperderet eos. Denique si dimittis dimitte, ait, sin autem dele me de libro tuo quem scripsisti.
O vere hominem unctum unctione misericordie. Loquitur plane patrum affectu, quam nulla possit delectare felicitas ex orbis
quos parturiunt, tamquam si dives quispiam mulieri paupercule dicat: Ingredere tu ad prandium meum, sed quem gestas
infantulum relinque foras, quia plorat et molestus est nobis. Numquid faciet? Nonne magis eliget ieiunare quam depo
sito pignore caro sola prandere cum divite? Ita nec Moyses solum se introduci in gaudium Domini sui eligit, foris sibi
remanente populo cui licet inquieto et ingrato mente preest et affectione matris inheret. Dolet viscera, sed tolerabiliorem
sibi iudicat torsionem quam evulsionem. Quid David mansuetus qui illius mortem lugebat qui suam sepe sectabatur? Et tam benignus
ut eius molestie fieret decessio cui succedebat in regnum. Sed de morte parricide filii quam difficile consolationem admisit.
Magna profecto optime unctionis copia perfruebat talis affectus. Ideo et securus orando dicebat: Memento Domine David et
omnis mansuetudinis eius. Hec igitur omnes fuerunt optima unguenta quibus hodie quoque per universas ecclesias redolet suavis
sime. Nec solum ipsi, sed et quicumque sic in hac vita ita benivolos et beneficos prebuerunt, ita inter homines humane vivere
studuerunt, quatinus omnem quam in se sunt habuisse gratiam non sibi tenerent, sed in quem debuerint estimantes se amicis

et multis sapientibus et insipientibus debitores. Utique fuissent utiles omnibus in omnibus et pro omnibus, contituere dilecti deo et
hominibus quorum fragrantia in benedictione est. Quotquot inquam tales precesserunt fragrarunt suis temporibus. Fragrat et hodie unguentis
optimis. Tu ergo si bonum quod desuper accepisti nobis contubernalibus tuis libenter impertiaris, si te exhibeas ubique inter
nos officiosum, si affectuosum, si gratum, si tractabilem, si humilem, testimonium habebis ab omnibus quod fragres et ipse unguentis optimis.
Omnis in nobis qui fratrum infirmitates tam corporum quam morum non solum patienter sed insuper si licet et si valet iuvat
in obsequiis, confortat alloquiis, informat consiliis, si hoc non potest propter disciplinam sollicitis saltem orationibus solaciari
non cessat infirmo, omnis inquam qui talia operatur in nobis bonum odorem spargit inter fratres et odorem de unguentis
optimis. Balsamum in ore hic est sicut in congregatione. Monstratur digito et dicitur de eo omnis: Hic est fratrum amator et
populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo et universa sancta civitate. Sed et revertamur ad evangelium atque aliquid forte quod spectat
et ad hec unguenta requiramus. Maria Magdalene et Maria Jacobi et Salome emerunt aromata ut venientes ungerent
Jesum. Que nam ista unguenta tam preciosa ut Christi corpori parentur et comparentur tam copiosa ut toti sufficiant. Neutrum
quippe duorum precedentium aut emptum aut factum specialiter ad opus domini aut toto in corpore legitur fuisse diffusum, sed de
subito introducitur mulier uno quidem in loco osculans pedes et unguento ungens, in alio non nisi ipsa vel altera habens alaba-
strum unguenti et illud mittens in caput. Nunc autem emerunt inquit aromata ut venientes ungerent Jesum. Nunc non unguen-
ta sed aromata et vice in obsequium domini non facta asseruntur sed nova conficiuntur, nec ad ungendam tantum aliquam corporis
partem verbi gratia pedes aut caput, sed sicut scriptum est ut venientes ungerent Jesum, quod est totius complexio non partis distinctio.
Tu quoque si te induas visceribus misericordie liberalem benignum quod exhibeas non tantum parentibus sive cognatis tuis aut quos tibi
vel beneficiores tenes vel beneficturos speras, Nam et ethnici hoc faciunt, sed iuxta Pauli consilium studeas bonum ad omnes
ita ut propter deum nec inimico officium humanitatis corporale seu spirituale negare subtrahendo vel contraheres, constat te
quoque habundare unguentis optimis, nec caput aut pedes domini tantum, sed passim quantum in te est unge suscepisse corpus
tuum quod est ecclesia. Et forte ob hoc dominus istarum sibi dulcedinem aromatum dependi noluit in corpore suo ut servaret
vivo. Vivit enim ecclesia que manducat panem vivum qui de celo descendit. Ipsa est carius corpus Christi quod ne morte
gustaret morti illud alterum traditum fuisse nemo christianorum ignorat. Ipsam ungi, ipsam foveri desiderat, ipsius infirma mem-
bra cupit fomentis accuratioribus relevari. Ipsi ergo preciosa unguenta retinuit cum anticipatas horas et accelerans gloriam
mulierum devotionem non elusit sed intercepit. Renuit ungi, sed parcens non spernens. Non recusans obsequium, non refutans
profectum, profectum dico non quidem materialis atque corporalis unguenti, sed plane spiritualis quod in isto designatum est. In isto
ergo reperit integre pietatis unguentum optimis pietatis que membris suis indigentibus tam corporaliter quam spiritualiter o-
cupit exhiberi. Denique cum paulo ante in caput eius aut etiam in pedes funderetur unguentum ipsum quod satis pretiosum
minus prohibuit immo et obstitit prohibentibus. Nam et Simonem indignanti quod se tangi a peccatrice permitteret longam re-
spondit reprehensionis parabolam, et aliis perditionem unguenti causantibus, Quid ait molesti estis huic mulieri. Nonnumquam
ego ut modicum faciam confessus cum sedeam ad pedes Jesu merens et offerens sacrificium spiritus contribulati in recordatione
peccatorum meorum, aut certe ad caput si quando vel raro stantem et exultantem in recordatione beneficiorum dei, audivi dicentes
utique quosdam, perditio hec, causantes videlicet quod soli viverem mihi, qui ut putabant multis prodesse possem et dicebant, Potuit
enim venundari et dari pauperibus. Sed non bonum mercatum mihi erat si universum mundum lucrer meipsum perderem et detrimentum mei
facerem. Ut intelligerem verba hec inter illas quas scriptura loquitur muscas morituras que perdunt suavitatem unguenti,
recordatus sum illius: Domine sui popule meus qui te beatificant in errorem deducunt. Sed audiat causantes dominum
et ridentem pro me qui me quasi de otio incusant. Quid inquit molesti estis huic mulieri. Quod est, Vos videtis in facie
ideo secundum faciem iudicatis. Non est vir ut putatis qui possit mittere manum ad fortia, sed mulier. Quid tentatis
ei imponere iugum ad quod ego quidem eam minus sufficientem intueor. Bonum opus operatur in me. Stet in bono quamdiu
non convalescit in melius. Si quando de muliere in virum et virum perfectum profecerit, poterit et in opus perfectionis assumi. Sponsi veniam
Fratres veniam sponsi si veniam. Labores corporis. Si labores pensamus non affectamus honores, cognoscamus imparem
vires nostras nec delectet molles et feminas humeris virorum supponere sarcinis. Nec obstinemus eos sed honoremus.
Insipiens nempe corporum robustiorum operarum onera refugiens temerarie obiurgat virum de prelio venientem
mulier nens in domo. Dico enim, si qui de claustro est eum qui versatur in populo, interdum minus districte minusque re-
circumspecte sese deprehendit agere, verbi gratia in verbis et in cibis, in somno, in ira, in risu, in iudicio, non ad iudicandum
confestim prosiliat, sed meminerit scriptum: Melior est iniquitas viri quam benefaciens mulier. Nam qui in tua custodia
vigilans benefacis, sed qui iuvat multos melius facit et virilius. Et si impleri non sufficit absque aliqua iniquitate
id est absque quadam inequalitate vite et conversationis sue, meminerit quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hec dixerim
sufficiant contra geminam temptationem qua sepe viri religiosi eorum vel ambire gloriam vel excessus tenere iudicare
diabolicis instigationibus instigantur vel incitantur. Sed redeamus ad unguenta sponse. Vides nunc quam sit perfectum
ante istud pietatis unguentum, de quo solum non est perditionem sibi putantium, de ipso perditio non fit ut nec aque frigide
nimirum remuneratione careat. Bonum tamen contritionis unguentum quod de recordatione peccatorum conficitur et mittitur quasi
in pedes domini quia cor contritum et humiliatum deus non despiciet. Satis melius longe esse arbitror id quod
dicitur devotionis, factum de recordatione beneficiorum dei, quippe quod et capiti profundendum reputatur ita ut perhibeat
de ipso deus: Sacrificium laudis honorificabit me. Porro utrique vincit unctio pietatis que de respectu miserorum
fit et per universum corpus Christi diffunditur. Corpus dico non illud crucifixum sed quod illius acquisitum passione est.
Optimum vero unguentum in cuius comparatione cetera nec respice se confidit qui ait: Misericordiam volo et non sacrificium.
Hac ergo potissimum inter ceteras virtutes redolere puto ubera sponse que sponsi per omnia gestit congruere volun-
tati. Sicut nec odore misericordie et habita etiam in morte fragrabat, et ideo de morte cito convaluit, quia

c d nō Ecci 22 nō F

preualent odori vite. Sed audite verbum abbreviatum super hoc capitulo. Circumspice et inebriat verbis et fragrat beneficiis. Quid dictum putet
quod meliora sunt ubera tua vino fraglantia unguentis optimis. Et ad hec quis ydoneus? Quis nostrum saltem horum integre
perfecte quod possideat ut non vel intercidat et in dictis sterilior et in operibus tepidior sit. Sed est que mihi et non dubie hic
proprio glorietur, ecclesia utique, cui nunquam de universitate sua deest et unde inebriet et unde fraglet. Nam et si sibi deest in uno
hic in alio semper invenitur. Secundum mensuram donationis Christi ac moderationem spiritus dividentis singulis prout vult. Fraglat etiam in hiis qui sibi faciunt
amicos de mammona iniquitatis. Inebriat in ministris verbi qui vino letitie spiritualis infundunt terram, inebriant eam et fructum
referunt in patientia. Ipsa audacter secura quod sese nominat sponsam tanquam que vere habet ubera meliora vino et fraglantia unguentis
optimis. Sed et si nemo nostrum hec cuncta perfecte possideat, ut animam suam audeat quis sponsam domini appellare, quia tamen sumus de ecclesia
que merito hoc nomine et re nominis gloriatur, non immerito glorie huius participium usurpamus. Quod enim sit omnes plene integre quod possidet,
hoc singuli sine contradictione participant. Gratias tibi domine Jhesu qui nos carissime ecclesie tue aggregare dignatus es non solum ut fideles essemus
sed ut etiam tibi vice sponse in amplexus iocundos castos eternos quod copularemur, revelata et ipsi facie speculantes gloriam tuam
que tibi quidem est pariter cum patre et spiritu sancto in secula seculorum amen. Sermo tredecimus

Origo fontium et fluminum omnium mare est, virtutum et scientiarum dominus Christus. Quis enim dominus virtutum nisi ipse est rex glorie? Sed
et iuxta Anne canticum idem ipse deus scientiarum dominus est. Continentia carnis, industria voluntatis, rectitudo ex illo fonte
emanat. Non solum autem sed et si quis valet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde est. Inde scientie
inde sapientie sermo. Thesauri namque sapientie et scientie ibi omnes absconditi sunt. Quid consilia pudica, iusta iudicia, sancta desideria?
Nonne rivuli fontis illius sunt? Nam si torrentes aquarum subterraneis quibusdam meatibus sibi incessanter equora repetunt ut inde rursum ad
nostros usus quam indesinenter et infatigabiliter erumpant, absque dubio. Quidni etiam spirituales rivi ut arva mentium rigare non desinant
Gras proprio fonti sine fraude et sine intermissione reddantur. Ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant. Remittatur ad suum
principium flumen celeste quo uberius terris refundatur. Qualiter inquis? Qualiter dicit apostolus: In omnibus gratias agentes. Quicquid sapientie
quicquid virtutis te habere confidis, dei virtuti dei sapientie Christo reputa. Et quis tam insanus ut aliunde presumat? Nemo plane. Sed eo ut
et phariseus gratias agat, cuius tamen iustitie laus non est apud deum. Nec enim illa gratiarum actio sibi revoluta illius gratiorem eum facit.
Quare? Quia quicquid in ore sonuit devotionis, cordis non sufficit excusare tumorem apud eum qui alta a longe cognoscit. Deus, o pharisee,
non irridetur. Putas tu habes aliquid quod non accepisti? Nichil inquit, et ideo refero gratias largitori. Si ergo nichil, ergo nec minus
precessit in te vellum ut illa de quibus gloriaris acciperes. Sed et si fateris primo quidem frustra inflaris. Adversus publicanum qui ideo non habet quod tu
quia non accepit ut tu. Deinde vide etiam ne non integre sua dona resignes deo et tibi inflectens aliquid de gloria et honore
ipsius fraudis. Multo cognatus et fraudem in deum. Si enim de hiis que iactas ergo te tibi quippiam forte arrogares, falli te magis
quam velle fraudare crederem et errorem corrigerem. Nunc vero quia gratias agendo probas te tibi nichil tribuere, sed dei esse dona tua, mitia
prudenter agnoscere, certe tecum asperando probas te quod in corde et corde locutus sis. Alto comitante lingua mendacio alto vitiat
usurpas gloriam. Non enim mitiaccas publicanum contempneres pre te si non pallium te honorandum censeres. Sed quid videris apostolo presti-
tuenti et dicenti: Soli deo honor et gloria, vel angelo distinguenti et docenti quid sibi retinere placeat deo et quid partiri dignetur? Glo-
riam gloria inquit in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Terminus ne pharisei agentem gratias labiis quidem honorare deum
corde autem suam sese vel usu quodam magis quam sensu vel affectu personare in ore multorum gratiarum actionem adulte est in tantum ut hodie
quoque sceleratissimi ad quoque flagitia et facinora sua soleant deo gratias agere quod bene prospere quod ut quidem ipsi sapiunt cesserit sibi
in adimpletione prosperorum voluntatum suarum. Audias ubi gratia? Furem cum impie machinationis male cupitum inceptum reportavit
consultante clam et dicere: Deo gratias non inanes vigilias feci et nocturnum laborem meum non perdidi. Alius qui homicidium fecit nonne
gloriatur et refert gratias quod prevaluit adversus emulum aut de hoste se vindicavit. Et meretricis adulter tripudians gestit in dei lau-
des quod diu optato concubitu tandem potitus sit. Non ergo omnis gratiarum actio accepta est deo nisi que de corde puro et vera simplicitate
prodierit. Pudica sane dixerim propter eos qui et de malis actibus suis gloriantes deo gratias dicere solent qui dum more ipsorum letentur
cum malefecerint et exultent in rebus pessimis. Audiet qui eiusmodi est: Existimasti inique quod ero tibi similis, arguam te et sta-
tuam contra faciem tuam. Vera vero admiror propter ypocritas qui deum quidem de bonis suis sed vel potius gloriantes glorificantes corde re-
tinent quod ore proferunt et quod dolose agunt in conspectu eius ut inveniatur iniquitates eorum ad odium. Illi impie mala sua deo
isti dei bona fraudulenter intorquent. Sed et quidem prius illud tam stultum tam quod stare ac quoddam etiam bestiale est ut necesse
non habeam de ipso monere vos. Ceterum sequentis religiosos et maiores spiritualibus viris insidiari solet. Magna et rara utique perfecto
est ut magna licet operante magnum te nescias et manifesta omnibus tua solum te latere sanctitate, mirabilesque te apparere et con-
temptibilesque reputare. Hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. Modico fidelis vere famulus es si de multa gloria domini tui et si
non operante de te tamen transeunte per te vel tuis manibus adherere contingat. Tunc nos interpretantes pietas munera quod calumpnia et
excutis manum tuam ab omni munere. Tunc mihi mansuetum deum lux tua lucet coram hominibus ad glorificandum non te sed patrem qui in
celis est. Sed et imitator Pauli fidelium quod predicatorum non predicans semetipsos, atque nec tu que tua sunt queris sed que Jhesu Christi.
Quamobrem audies et tu: Euge serve bone et fidelis, super multa te constituam. Joseph cum domum et omnia bona egiptii domini sui sibi
credita servet, domina non ignoravit precepta et obliti non acquievit contingere. Non est inquit quicquam omnibus bonis domini mei quod non
in mea potestate sit vel non tradiderit mihi preter te que uxor eius es. Meliorem eius nonnata esse gloriam viri et inquam sibi indicavit
vice contra ingloriam facere cum qui se fecerat gloriosum. Advertit homo dei sapiens prudens viri uxorem fortiter tanquam ipsam zelare gloriam
sibi quod ipsum retinuisse fuavidum non alii credidisse. Communicandum ad non concessum contendere non presumpsit. Quid ergo? Homo zelat gloriam suam
et deum audet velle fraudare de sua qui non zelante. Sed audi quid dicat: Gloriam inquit meam alteri non dabo. Quid ergo dabis
nobis domine? Quid dabis nobis? Pacem inquit do vobis, pacem relinquo vobis. Sufficit mihi gratanter suscipio quod relinquis et
relinquo quod retines. Sic placet sic mea interesse non dubito. Abiuro gloriam prorsus ne forte si usurpavero non concessa perdam merito
et oblatam pacem. Volo pacem desidero et nichil amplius. Cui non sufficit pax non sufficis tu. Tu es enim pax mea qui fecisti utraque
unum. Hoc in unum hoc satis est reconcilian tibi reconcilian mihi. Non quo posuisti me contra te et factus sum mihi metipsi gravamen.
Cautus sum nec forte ingratus fore beneficio date pacis nec sacrilegus invasor glorie dei. Tibi domine tibi gloria tua maneat illibata,
mecum bene agitur si pacem habuero. Golia prostrato letatus est populus pace recepta sed David singulariter obtinuit gloriosus. Josue
Jepte Gedeon Sampson Judith quoque cum sexu femina gloriosa in diebus suis triumphaverunt de hostibus suis sed pace cum gaudio fruentibus
ceteris nemo eis comparatur in gloria. Judas Machabeus miles et ipse inclitus victoriis cum frequenter exultanti populo pacem

fortis pugnando trivisset umquam gloriam, quamquam partitus est aliorum. Denique et factus est mihi in gloriam, et letitia magna in populis. Audi mihi
ab hostibus omnibus conditor omnium fecit quo mihi et ipse deberet gloriam singulariter. Solus cuncta creavit, solus de hoste triumphavit, solus captivos
vos liberavit, et solus habebit in gloria. Et brachium meum mihi auxiliabitur, inquit. Item: Torcular calcavi solus, et de gentibus non est
vir mecum. Audi nunc ergo, cum victoria sit, nec in prelio fui. Impudentissime vel arrogo vel gloriam absque victoria vel victoriam sine pugna. D
Sed suscipiant montes pacem populo, pacem suscipiant nobis, non gloriam. Ipsi soli eam servantes qui solus propugnavit et vicit. Ita quaeso, ita,
ita sit gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. At vero non bone sed inique plane voluntatis est, qui nequaquam
pace contentus, superbo oculo et insatiabili corde inquietus anhelat et ad gloriam Dei, nec pacem proinde retinet nec gloriam apprehen-
dit. Alius credat parieti, si se dicat parturire radium quem suscepit per fenestram, aut si glorientur nubes quod imbres genuerint,
quos quod non viderat. Michi liquido constat nec de cancellis oriri rivos aquarum, nec de labiis vel dentibus verba prodire, etsi
sensus vel corporeus attingat. Si qua sane in sanctis digna laude vel admiratione intueor, clara luce veritatis discutiens profecto
reperio laudabilem sive mirabilem aliud apparere, aliud esse, et laudo Deum in sanctis eius, sive sit Heliseus sive ille magnus
Helias, mortuorum utique suscitatores. Ipsum quidem sive in illo sive in isto, qui sic exhibet nobis nova et insueta. Deus vero in ipsis
manens ipse facit opera. Invisibilis et inaccessibilis in se, in suis spectabilis atque mirabilis est, et solus mirabilis qui facit no
mirabilia solus. Nec laus calami laudabilis pictura sive scriptura, nec gloria lingue aut labiorum sermo bonus, ut et
propheta loquatur. Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Quomodo si elevetur
virga contra elevantem se et exaltetur baculus, qui utique lignum est. Hic quoque Dominus omnis qui gloriatur in Domino glorietur. Sic glorians e
Paulus me docuit: Gloria mihi est, inquit, hec, testimonium conscientie mee. Securus glorior si teste conscientia de gloria conditoris nichil michi
usurpo. Securus plane, quia iam non ego Dominus sed in Domino. Hec nobis gloriari non solum non prohibet, sed et suadet tam ipsa gloria ab ipso
quia, et gloriam que a solo Deo est non vult. Vera gloria in solo Deo, non nisi a solo Deo est. Nec mediocris ista gloria, siquidem
tam vera quam de veritate et in veritate; tam rara, ut vix vel paucitas perfectorum perfecte glorietur in ea. Sciant ergo vani filii hominum,
mendaces filii hominum, caveant et decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Nam sapiens glorator probabit opus suum atque ad lucem veritatis
diligenter examinabit, et sic habebit in semetipso gloriam et non in altero. Stultus sum si distulero laborum tuorum gloriam, mea credidero et repo-
nendam a te exigam cum habere voluero. Nonne nempe in tuo arbitrio est, placeat me vel displiceat, prout volueris? Sed retineo potius
me ipse fidelius servo meo? Immo vero nec ei credo. Ipsi potius reponere servanda qui potens est depositum meum servare in illum diem,
tantum in custodiendo fidelis in sermone, in restituendo. Secura tunc erit laus unicuique a Deo, his dumtaxat qui servandas lau-
des contempserint. Nam gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Dicente eosdem David: Qui hominibus placent confusi sunt, quia Deus sprevit f
eos. Sciens sed licet sitis, nemo virum velit laudari in vita ista, quia quicquid hic favoris captas, quod ad Deum non retuleris, ipsum furaris
tibi. Enim unde gloria, putride pulvis, tibi unde? De vite sanctitate? Sed spiritus est qui sanctificat. Spiritus dico non tuus, sed Dei. Sed pro-
digiis aut signis effulgeas que in manu tua fiunt? Sed virtute Dei. An blanditur popularis favor, quod verbum et bonum et bene
forte deprompseris? Sed Christus donavit os et sapientiam. Nam lingua tua quid nisi calamus scribe? Et hoc ipsum mutuo accepisti. Ta-
lentum creditum est, repetendum cum usura. Sed inventus fueris ad opus impiger, ad fructum refundendum fidelis, pro labore tuo mercedem
reperies. Sin quominus, tolletur a te talentum et mercedis perges lucrum, et vocaberis servus nequam et piger. Omnis qui de
bonis multiformibus gratie apparentibus in nobis, referatur ad ipsum laus, laudabilium siquidem omnium auctorem et largitorem.
Ideo non ficte quemadmodum ab hypocritis, nec sola consuetudine sicut a secularibus, nec quadam necessitate ut iumenta fenis oneribus
applicantur, sed sicut decet sanctos, sinceritate fidei, devotione sollicita, hilaritate grata sed non dissoluta. Iubilantes itaque ho- g
stiam laudis et reddentes vota nostra de die in diem, iungentes omni vigilantia mentem sensui, affectum sermoni, compunctionem affectui,
gravitate exultationem, humilitate gravitati, libertate humilitati, quo interdum liberioris puritate mentis passibus procedamus et
excedamus per diversitates quasdam affectionum spiritualium, letitias in mirabilibus amenitatibus in lumine Dei, in suavitate in
spiritu sancto, probantes nos comprehensos in his quos propheta intuebatur cum diceret: Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine
tuo exultabunt tota die, et in iustitia tua exaltabuntur. At fortasse non absurde dicat: Bene admones, sed si ea dixeris, dicas que
tuo proposito conveniret. Supportate paulisper, nondum immemor. Nonne in manibus habemus textum in quo dicitur: Oleum effusum nomen
tuum? Hoc opus, hic labor est. Et que premisimus an fuerint vana, vos videritis. Nunc quod attinet ad me, quia hec aliena non
sunt, paucis adiicite. Non recordamini in sponse uberibus geminam commendatam esse suave olentiam unguentorum? Nunc ergo
consequenter, quod ut candidam fragrantiam sponse, ne sibi arrogare putetur, de sponsi uberibus recognoscat. Cum plane sensum
illa omnia que pertractavimus subsumere cognoscat. Ita verba mea mihi sic redolent et sic placent, nec studiis nec mihi ascribo,
meis sed tue, o sponse, devote largitati, de oleo utique effuso nomine tuo. Hoc per linee consequentiam. Ceterum complanando ipsius capitu-
li occasione super neglecto vitio ingratitudinis, puto, sermonem tam in longum protraximus. Tempus aliud et aliud exordium
sermonis desiderat. Nunc hoc solum admonitos vos esse sufficiat: si sponsa utique de omni virtute sua vel gratia nunc audet
sibi quippiam arrogare, quanto magis adolescentule forte que nos sumus? Dicamus proinde et nos, sponse vestigia sectantes, di-
camus: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Dicamus non verbo et lingua tantum, sed opere et veritate, ne forte quod minus
vere dicatur et de nobis: Dilexerunt eum in ore suo et lingua sua mentiti sunt ei; cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec
fideles habiti sunt in testamento eius. Dicamus ergo, dicamus clamantes medullis cordis plus quam labiis oris: Salvos nos fac, Domine
Deus noster, et congrega nos de nationibus, ut confiteamur nomini sancto tuo et gloriemur in laude tua, non nostra, in secula seculorum. Amen.

Notus in Iudea Deus, in Israel magnum nomen eius. Populus gentium qui ambulabat in tenebris. Sermo xiiij. xiiij
vidit lucem magnam, que erat in Iudea et in Israel. Voluit quippe accedere et illuminari, ut qui aliquando non populus,
nunc populus esset. Lapis quippe angularis ambos in se parietes venientes e diverso recipit, et esset de cetero
in pace locus eius. Porro fiduciam dabat invitantis vox, que iam sonuerat: Letamini gentes cum plebe eius.
Ergo accedere voluit, sed vetuit synagoga, immunditiam asserens eorum de gentibus et indignam ydolatrie fece et ignorantie
cecitate impermixtis, et dicebat: Recede, quia mundus, noli me tangere. Cur mihi? An Iudeorum Deus tantum? Nonne et gentium

Etsi in ea te iudicio deest sed non illi misericordia. Nunquam solum iustus est sed et iudex. Veniat michi miserationes tue et
vivam. Et iuxta opera tue multitudine quem sum iudicium tuum visitari me quod nimirum temperatum est ira. Quid faciet iustus et
a iudex? Duo sunt, gloriari in lege et applaudere iustitie; sed nec indigere misericordia sed despicere ipsam que indiget. Alia
exceptione propria cognoscente delicta confitere indignitate remittere iudicium flagitare misericordiam quod neque faciet iudex cui
et iudicare et misereri sicut utrumque familiare est ut neutro familiarius alterum. Quid sane nunquam quod ut pro suo quisque accipiat
voto, iudicium illa misericordiam ista. Iudea iudicium querit et habeat; gentes autem super misericordia honorent deum. Et est iudicium ut qui
contempnunt dei misericordem iusticiam et suam volunt constituere que profecto non iustificat sed accusat, cedere sue iustitie relinquatur
opprimendi magis quam iustificandi. Est quippe ea lege que neciens unquam duxit ad perfectum. Est iugum quod neque ipsi neque patres
eorum unquam portare potuerunt. Sed synagoga fortis est non curat onus leve nec iugum suave. Sana est, non est ei opus
medico nec unctione spiritus. Confidit in lege litere tamen si potest. Non autem data est lex que possit vivificare, insuper et occidit
litera autem occidit. Propterea inquit dico vobis, moriemini in peccatis vestris. Habet ergo iudicium synagoga quod flagitat. Ceterum tu ecclesia
et concionosa deserta donec plenitudo gentium quas superba spernis et invida repellis intrat et agnoscat etiam ipsa ipsum
qui notus est in iudea deus quod et in israel est magnum nomen eius. Hic quippe in iudicium venit in hunc mundum ut qui non
vident videant et qui vident ceci fiant. Ex parte tamen quia non repellet dominus plebem suam ex toto fruas sibi ad semen apostolos
et multitudinem credentium quorum erat cor unum et anima una. Sed nec repellet in fine reliquias salvaturus. Iterum enim suscipiet
israel puerum suum et recordabitur misericordie sue ut ne ibi quidem iudicium deserat omnes misericordia ubi illius recepit ipsa locum.
Alioquin si per multos recepisset iudicium sine misericordia et profecto quod non fecit minime. Habet quippe iudea oleum nullum dubium nobis
idque in se tamquam in vase clausum avara retinet. Pectore et non infundet ut commodat. Sola dei cultum sola notitiam sola lex
possidere magnum nomen eius. Licet zelat sed non secundum scientiam [illegible]. Ergo tu domine iudica iudicium meum et nomen magnum magni-
ficet adhuc et oleum quod nullum est multiplicetur magis. Crescat ebulliat effundatur diluetur et in gentibus et sonat omnis
terra salutare dei. Quo pacto ut lex iudeis nigris tota in barba aaron remaneat unctio salutaris. Non barbe
sed capitis. Caput et non barbe solius sed et totius est corporis. Capiat sane non sola sed prima refundat et inferioribus membris
quod accepit ipsa desuper. Descendat et in ubera ecclesie superius liquor. Rumida quippe nimis hic [illegible] de barba
non despiciat. Perfusa quidem rore gratie ut se non ingratam probet et dicat. Oleum effusum nomen tuum. Sed confundet queso adhuc
et perveniat usque in ora vestimenti in me utique omnium novissimo atque indignissimo de vestimento tuo. Nam et ego illud michi
de maternis uberibus tamquam parvulus in christo mire profecto pietatis efflagito. [illegible] cum de bonitate [illegible] neque [illegible]
due vide pro me. De vultu tuo iudicium meum prodeat et non de superbo israel. Ymo vide pro te et dic calumpniatori. Tibi
quippe calumpniatur quia debeas gratis. Dic pro me illi. Volo et huic novissimo dare sicut et tibi. Displicet phariseo tua misericordia?
b Ius meum voluntas est iudicis. Quid iniquum ad nullum quod ad primum dicis? Non non licet quod libet facere? Michi quod misericordia
sed tibi iudicium quandoquidem cura sit. Tolle quod tuum est et vade. [illegible] salvacioni et me quod tu predis exaggera quantum vis multa
et extolle sudores. Melior est misericordia tua super vitas. Fateor non sustinui pondus diei et estus, sed iugum suave et
onus leve pro beneplacito pusillanimitas porto. Opus meum vix unam est horam et si plus per amorem non sentio. Iudeus pro se
[illegible] vices non placet. Licet quod sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta. Ego ea sane opis ac timens dignum non
reparatio. Ille pacto convenerimus ego placito voluntatis nitor ego et non ad insipientiam. In vita in voluntate eius illa in
reconciliat precium, illa hereditate restituit etiam tumulatione grandi simphonie et cantici ac epularum ac totius conclamante
familie celebria gaudia suscitat. Nam [illegible] indignatur sicut meus senior ille qui cum amicis comedere maluit cum amicis suis foris
quam mecum in propria domo vitulum saginatum videbit. Illi epulari et gaudere oportet quia hic filius meus mortuus fuerat et revixit
perierat et inventus est. Adhuc synagoga foris epulatur cum amicis suis demonibus quibus satis placet quod hedum [illegible] inspiciens
devorat [illegible] et repones atque quendam [illegible] secundum illud in ventre vecordie et insipientie sue dum contempnens dei
iusticiam et suam volens constituere dicit se non habere petitum nec morte [illegible] vituli saginati iudicium sequitur se iustum quia ex legis
operibus reputans. Itaque etiam scisso velo occidentis litere in morte ubi crucifixi audacter ad eius penetralia penitus spiritu libertatis
erupit agnoscit placet sentit. Cum ille locum fit sponsi frui, propter amplexibus et in talem spiritu christo domino cum
conspirat. Videns stillare ac fundere undique oleum sue [illegible] per principibus suis complices ipsum ait oleum effusum
nomen tuum. Quid mirum si ungitur que unctum amplectitur? Ecclesia ergo recubuit intus sed etiam interim [illegible] spes [illegible]
est et nobis. Cubemus [illegible] per fortibus qui minus perfecti sumus spe gaudentes. Sponsus et sponsa soli intus [illegible]
secretis quod fruuntur amplexibus nullo strepitu carnalium desideriorum nullo corporeorum fantasmatum perturbante tumultu. Tu [illegible]
vero adolescentularum que absque [illegible] consuetudinibus nondum esse putantes [illegible] scientes quod [illegible]
spectat quod legitur. Adducentur regi virgines post eam proxime eius afferentur tibi. Et ut quisque sciat cuius sit sponsus virgines
dico illas que ante christo federate quod fidelitate [illegible] amplexibus ipsi firmiter [illegible] cum se tanto feliciter quanto mature
devoverint, proximas vero que pristinam sua deformitate [illegible] conformes [illegible] spiritibus spiritui
et omni carnali [illegible] sese turpiter prostituerat, tamen aliquando erubescentes et [illegible] in novam [illegible] forma quanto [illegible]
tanto sinceriorem reformari festinat. Et hoc et ille sane proficiat non deficiat neque fatigatur et si nondum plene in se sen-
tiunt unde dicat oleum effusum nomen tuum. Nec enim audent adolescentule pro se facere verba sponso [illegible] si [illegible] vestigiis
pressius inherere student effusi olei saltem odore delectabuntur et invitabuntur etiam de odore [illegible] et querere [illegible]
c [illegible] quod fateor non verumtamen magis quam in multo [illegible] mee corde durum et frigidum et quomodo quod vellem
diligere anima mea. Nec enim adhuc diligere poterat quem nondum invenerat aut certe minus quam vellet diligebat et ob hoc querebat
ut magis diligeret quem nequaquam quereret nisi iam aliquatenus dilexisset. Eum ergo querens in quo recalesceret ac requiesceret
spiritus meus utique torpens et languens, nec ulla parte occurrit qui succurreret per quem vel bruma vigens que intus stringe-
bat interiora dissolveretur et illa spiritualis suavitas ac spiritualis amenitas rediret, tunc magis ac magis languebat

ac tedebat et dormitabat anima mea pre tedio tristis pigra et desperans et murmurans secum illud Quis ante faciem frigoris eius quis
sustinebit. cum subito forte ad affatum vel etiam aspectum cuiuspiam spiritalis perfecti quoque viri interdum et ad solam defuncti
seu absentis memoriam, flabat spiritus et fluebant aque et erant mihi lacrime mee panes die ac nocte. Quid utique istud
nisi odor exalans unguenti quo erat ille perfusus. Non enim erat unctio que ad me nisi tamen sic homine mediante non pertinge-
bat. Ceterum etsi gaudebam de munere confundebar tamen et humiliabar quod sola ad me tenuis odoris halatio et non pinguis aspersio
pervenisset. Odoratu quippe delectatus non tactu indignum me prodere agnoscebam cui per seipsum dulcesceret deus. Et nunc
idipsum si accidat ambobus quidem suscipio numquam indultum gratiarum habeo sed doleo doleo per meipsum non sumpsisse. Atque ut verum
de manu de manu minime accepisse cum obiecte id petam. Pudet nimirum ad hominis magis quam ad dei moveri memoriam et nunc
cum gemitu clamo. Quando veniam et apparebo ante faciem dei. Existimo et aliquos vestrum idem esse expertos et experiri multum. Adhuc
et una in re quid sentiendum nisi quod vera aut superbia confovetur aut fatua curiositas nutritur aut desidia confortatur. Prorsus
idem quod cibus et egroti est medicina et egrotantis dieta potus et debiles confortat et delectat valentes. Prorsus ipse est
idem quod cibus et languorem sanat et firmat sanitatem et corpus nutrit et palato sapit. Sed redeamus ad ubera sponse et sic
curemus audire que ait. Ut studeamus sapere que sapit sponsa ut dixi etiam est. Ipsa est cui plus dimissum et que plus di-
lexit. Haec emula et misericors ad commodum hoc ipsa sibi instruit ad commodum inde mansuetior ad correptionem inde paratior
ad laborem inde ardentior ad amorem inde sagacior ad cautelam inde humilior per gratiam inde acceptior per vetusta inde ad
obediendum paratior inde ad gratiarum actionem devotior et sollicitior. Denique illa ut dictum est in numero et in mediocritate multa
facit et labores et pondus diei et estus certamen bustum revolvit. Oleum effusum nomen tuum. Hoc plane testimonium ipse ad
confitendum nomen dominum non tamen ipse sed carne sed eius qui sum spiritus est. Nam hic ille quo pacto dicat. Non quod non sit oleum sed non est
effusum sit reconditum sit in cordibus sed non in coordibus. Sponse hic in lingua convertat manibus vas plenum et clausum nec aperit ut
ungat. Intus nimirum est unctio spiritus aperit unge et iam non eris domum dispersans. Quid faciet oleum in vasis si non senties
et in medelis. Quid est pro salvatoris nomine leticiae in labiis nec sermone pietate in moribus oleum est effundens
et sentiens virtutem eius que triplex est. Sed indeque ista fastidibit. Vos audite. Volo dicere cur nomen sponsi oleo comparetur.
Quod nomen dixeram et tres hinc vel certius causas. At quid pluribus vocabulis appellatur. Eo quod nullum quo ipse dicatur inveniat.
Ineffabilis quippe est. Pius nobis invocandus est spiritus sanctus ut de multis unum quod hic loco intelligi quod scriptum designare
non placuit ipse nobis aperire dignetur. Sed hic quod alias. Nam et si in promptu mihi essent omnia et vos onerati et ego fatigatus
essem. Hora tamen fine invitis. Tenete in quo vos attentos reddidi ut non sit causa repetere necesse. Hoc incubit hic in manibus
est dicere scilicet cur nomen sponsi oleo comparetur et quod de nominibus et quid non possum ego a me dicere quoniam indicta omnis est ut
nobis sponsus ipse revelet per spiritum suum Ihesus Christus dominus noster cum est honor et gloria in secula seculorum. Amen. Sermo xv · Sermo xv

Bene quidem est cum spiritus sapientie et non consuevit difficilis esse se invocantibus qui sepe et antequam invocetur dicit. Ecce assum.
Audite iam orantibus vobis quid per me mediocritatem dignatur de eo quod heri ad hoc nostrum distulimus et ordinem viator
fructum tempestivum preripite. Ex omnibus nominibus quod oleo nimio comparat et quo nimio dicam. Multa quidem sponsi po-
tabula sparsa per omnem divinam paginam legit sed in duo ea vobis universa complector. Nullum ut arbitror reperies quod non aut
pietatis gratiam aut potentiam maiestatis sonet. Ita dicit spiritus etiam per sibi familiarem organum. Duo hic audivimus quia potestas dei
est et tibi domine misericordia. Ergo secundum maiestatem sanctum et terribile nomen eius. Secundum pietatem non est aliud nomen sub celo datum hominibus
in quo nos oporteat salvos fieri. Sed exemplis magis perspicuum fiet. Hoc est inquit nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster.
Nomen potentie est. Item. Et vocabit nomen eius Emanuel pietatem insinuat. Item ipse de se Vos vocatis me aut magister
et domine. Primum gratie est secundum maiestatis. Non enim minus pium est docere animam sciam quam possit escam corpori. Item propheta. Vocabitur
inquit nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis. Primum tamen quartum maiestatem sonant reliqua
pietatem. Quis horum ergo effundit. Perfecto maiestatis ac potentie nomen in id quod est pietatis et gratie quodammodo transfert. Ipsum quod ef-
funditur per Ihesum Christum salvatorem nostrum. Nomen verbi cum quod deus est. Nomen in id quod est nobiscum deus. Hoc est in Emanuel
liquescit et defluit. Sic admirabilis in id quod est consiliarius. Sic deus et fortis in ea que sunt pater futuri seculi et princeps pacis.
et dominus iustus noster in misericors et miserator dominus. Non dico novum quid. Adam quod mutatus Abram in Abraham et Sarai in Sara
effusa sunt etiam tunc salutifere effusionis celebratum prefiguratum quod mysterium recolamus. Ubi iam illud quod apud antiquos tam
terribiliter quam frequenter intonare solebat ego dominus ego dominus. Anteque dictare oratione cum principium dulce nomine patris. Supplicium obtinen-
darum petitionum prebet fiducia. Servi nominant et amici et resurrexit non salutem discipulis sed fratribus annuntiat. Nec mirum si advenit
ut plenitudo temporis facta est effusio nominis. Deus quippe quod per Iohelem promiserat adimplere et effundere de spiritu suo
super omnem carnem cum tale aliquid apud Hebreos olim contigisse legam. Credo vos prevolare et scire iam quid velim. Qualis
erat nisi quod sciscitanti Moysi primo nuntio est. Ego sum qui sum. Et Qui est misit me ad vos. Nescio an vel ipse Moyses
caperet si non videlicet effunderetur. Sed fusum est et captum est. Nec modo fusum sed effusum. Nam infusum iam erat. Iam celi
habebant illud iam angelis innotuerat. Est ac foris missum et quod angelis ita erat infusum ut esset privatum effusum et in
homines est ita ut iam tunc merito clamaret de terra. Oleum effusum nomen tuum. Si non ingrate plebis exosa perfidia ob
stitisset. Aut enim. Ego sum deus Abraham et deus Ysaac et deus Iacob. Cuncte gentes. Ad manum est salus. Effusum est nomen
quod quicumque invocaverit salvus erit. Angelorum deus etiam hominum deus se nominat. Oleum misit in Iacob et cecidit in Israel. Date
fratribus meis. Date nobis de oleo vestro. Si noluit rogare dominum olei ut mittat et nobis. Dicite. Aufer obprobrium meum. Ne ergo
insultet malivolorum dulcedine tue quam a finibus terre exortere placuit. Ut tanto unde dignatus quanto minus digna. Decet ne
obsecro ut benigni prestitionis famulatorum finis neque excludat. Ergo sum non deus Abraham deus Ysaac et deus Iacob
et non amplius. Effunde effunde. Aperi manum tuam adhuc et imple omne animal benedictione. Veniant ab oriente et occidente
et recumbant cum Abraham et Ysaac et Iacob in regno celorum. Veniant veniant tribus tribus domini testimonium Israel ad confitendum

nomen sui veniat et recumbent epulentur et delectentur in letitia et vinum ubique resonuerunt voce exultacionis et confes-
sionis sonus epulantis. Et oleum effusum nomen tuum. Unum scio si philippus et andreas hos tales nos habuerimus repulsam
omnino non patimur. quicquid oleum petimus quicquid volumus iesum videre. Innotuerunt philippo et andree. andreas autem et philippus
dicunt iesu. Iesus autem quid. Profecto quod ille nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si
autem mortuum fuerit multum fructum affert. Moriatur ergo granum et surgat gentium seges. Oportet pati christum et resurgere a
mortuis et predicare in nomine eius penitentiam in remissionem peccatorum non solum in iudea sed etiam in omnes gentes. quatinus ab
uno nomine quod est christus milia milium christiani dicantur credentium et dicant. Oleum effusum nomen tuum. Agnosco eum
nomen quod et in ysaia legi. Servos suos inquit vocabit nomine alio in quo qui benedictus est super terram benedicetur.
amen. O nomen benedictum oleum usquequaque effusum. Quonsque? De celo in iudeam et inde in omnem terram exivit et de
toto orbe clamat ecclesia. Oleum effusum nomen tuum. Effusum plane quod non solum celos terras quoque perfudit. sed aspersit et
inferos adeo ut in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur et dicat
oleum effusum nomen tuum. Ecce christus ecce iesus utrumque infusum angelis utrumque effusum in homines et illos homines qui computru-
erant tamquam iumenta in stercore suo homines et iumenta salvas quemadmodum multiplicavit misericordiam suam deus. Quam carum quam vile
vile sed salubre. Si vile non esset in me non effunderetur. Si salubre non esset me non lucraretur. Particeps nominis sum et
sum et hereditatis. christianus sum frater christi sum. Si sum quod dicor heres sum dei coheres autem christi. Et quid mirum si sponsi ef-
fusum est nomen cum ipse quoque effusus sit. Nam semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Denique ait Sicut aqua effusus
sum. Effusa est plenitudo divinitatis habitans super terram corporaliter ut de illa plenitudine omnes qui corpus mortis gestamus
caperemus ac tali odore repleti diceremus. Oleum effusum nomen tuum. En quod nomen effusum et qualiter et quatenus. Sed cur
b vero oleum. Nam hoc needum dixi. In sermone superiore ceperam sed intervenit subito aliud quod dicendum videbatur et sic intermi-
serim ulterius quam credidi. Quod non aliud esse reor nisi quod forte mulier sapiens misit manum ad colum et digiti eius apprehenderunt
fusum. Novit enim modicam lanam vel linum in longum producere filum atque in tele extendere latitudinem et omnes domesticos suos
nota oleum vestire duplicibus. Est procul dubio inter oleum et nomen sponsi similitudo. Nec otiose spiritus sanctus alterutrum comparavit. Ego autem
dico in triplici quadam qualitate olei quod lucet pascit et ungit si vos melius non habetis. Fovet ignem nutrit carnem
lenit dolorem lux cibus medicina. Vide idem nunc de sponsi nomine. Lucet predicatum pascit recogitatum invocatum
lenit et ungit. Et percurramus singula. Unde putas in toto orbe tanta et subita fidei lux nisi de predicato iesu nomine.
In huius nominis luce deus nos vocavit in admirabile lumen suum. quibus illuminatis et in lumine isto videntibus lumen dicat
merito paulus Fuistis aliquando tenebre nunc autem lux in domino. Hoc denique nomen coram regibus et gentibus et filiis israhel
portare iussus est idem paulus et portabat nomen tamquam lumen et illuminabat patriam et clamabat ubique. Nox precessit Rō xiij
dies autem appropinquavit. abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis sicut in die honeste ambulemus. Et monstrabat
omnibus lucernam super candelabrum pronuncians in omni loco iesum et hunc crucifixum. Quid lux ista insplenduit et perstrinxit cunctorum
intuentium oculos quando de ore petri tamquam fulgur egrediens claudi unius corporales plantas solidavit et bases multosque
spiritualiter cecos illuminavit. Nunquid non ignem sparsit cum ait In nomine iesu christi nazareni surge et ambula. Nec tantum lux
[illegible] est nomen iesu sed et cibus est. An non totiens confortaris quotiens recordaris? Quid eque mentem cogitantis impinguat?
Quid ita exercitatos reparat sensus virtutes roborat vegetat mores bonos atque honestos castas fovet affectiones? Aridus
est omnis anime cibus si non oleo isto infunditur. Insipidus est si non hoc sale conditur. Si scribas non sapit michi nisi ibi legero
iesum. Si disputes aut conferas non sapit michi nisi ibi sonuerit iesus. Iesus mel in ore in aure melos in corde iubilus.
Sed est et medicina. Tristatur aliquis nostrum. veniat in cor eius iesus et inde saliat in os et ecce ad exortum tui nominis lumen
nubilum omne diffugit redit serenum. Labitur quis in crimen currit insuper ad laqueum mortis desperando. nonne si invocet
nomen vite confestim respirabit ad vitam. Cui aliquando stetit ante faciem salutaris nominis duricia ut assolet cordis ignavie
torpor rancor animi languor accidie. Cui forte siccatus fons lacrimarum invocato iesu non continuo erupit uberior fluxit
suavior. Cui in periculis palpitanti et trepidanti invocatum virtutis nomen non statim fiduciam prestitit depulit metum. Cui
queso in dubiis estuanti et fluctuanti non subito ad invocationem clari nominis emicuit certitudo. Cui in adversis diffidenti iam iamque
deficienti si nomen adiutorii sonuit defuit fortitudo. Nimirum morbi et languores anime isti sunt illud medicina. Denique et
probare licet. Invoca me inquit in die tribulationis eruam te et honorificabis me. Nichil ita ire impetum cohibet superbie tu-
morem sedat sanat livoris vulnus restringit luxurie fluxum restringit libidinis flammam sitim temperat avaricie ac totius
c indecoris fugat pruriginem. Siquidem cum nomino iesum hominem michi propono mitem et humilem corde benignum sobrium castum miseri-
cordem et omni denique honestate et sanctitate conspicuum eundemque ipsum deum omnipotentem qui suo me et exemplo sanet et
roboret adiutorio. Hec omnia michi simul sonant cum insonuerit iesus. Sumo itaque michi exempla de homine et auxilium a potente.
illa tamquam pigmentarias species hoc tamquam unde acuam eas et facio confectionem cui similem medicorum nemo facere possit.
Hoc tibi electuarium habes o anima mea reconditum in vasculo vocabuli huius quod est iesus salutiferum certe quodque nulli umquam
pesti tue inveniatur inefficax. Semper tibi in sinu sit semper in manu quo tui omnes in iesum et sensus dirigantur et actus. Denique et
invitaris pone me inquit signaculum in corde tuo signaculum in brachio tuo. Sed hec alias. Nunc vero habes unde et brachio
medearis et cordi. Habes inquam in nomine iesu unde actus tuos vel pravos corrigas vel minus perfectos adimpleas itemque
d unde tuos sensus aut serves ne corrumpantur aut si corrumpantur ut sanes. Habuit et iudea quodammodo iesus quorum vacuis
glorietur vocabulis. Illa enim nec lucent nec pascunt nec medentur. Ideo synagoga in tenebris est usque adhuc fame et
infirmitate laborans et non sanabitur nec saciabitur quousque sciat meum iesum dominari iacob et finium terre et convertatur ad vesperam
et famem patiatur ut canis et circuat civitatem. Et illi quidem premissi sunt tamquam baculus ad mortuum puerum et sua implere
nomina nequiverunt vacua quippe erant. Superpositus mortuo baculus est et non erat vox neque sensus quia baculus erat.
Descendit qui baculum misit et mox salvum fecit populum suum a peccatis eorum probans se esse quod dicebat. Quis est hic qui etiam

peccata dimittit. Clamet ergo qui dicat: Salus populi ego sum, dicit Dominus. Iam vox eius sensus est et patet eam non iam penitus non
ad instar prius deesse. Insinuasti salus et beneficium non tacet. Intus sensus, foris vox: compungor et confiteor. Et confessio
vitam indicat. Si mortuo enim tamquam qui non est, perit confessio. Ecce vita, ecce sensus. Suscitatus perfecte sum, integra est re-
surrectio. An aliud mors corporis est nisi cum sensu privatur et vita? Peccatum quod mors animae est, nec compunctionis in sensum
nec confessionis reliquerat vocem, et eram mortuus. Venit qui peccata dimittit et utrumque restituit et dicit animae meae: Salus
tua ego sum. Quid mirum si cedit mors ubi vita descendit? Iam corde creditur ad iustitiam et ore confessio fit ad salutem.
Iam oscitat puer et oscitat septies et dicat: Septies in die laudem dixi tibi. Videte hunc septenarium. Sacer numerus
est, non vacat. Sed melius hoc alii servemus sermoni, quo familiarius et non fastidiosi ad tam bonas epulas accedamus invi-
tante nos sponso ecclesiae domino nostro Ihesu Christo qui est super omnia Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Sermo XVI

Quid sibi ergo vult septenarius iste? Nescio enim an ita simplex quispiam in vobis sit qui esse otiosas has tricas
et nihil hinc putet fortuitum. Ego nec illud vacare reor quod propheta incumbens super mortuum ad mensuram pue-
rilis corporis sese contraxit, os suum ori illius composuit, oculos oculis et manibus manus. Spiritus sanctus sic omnia
fecit et sic scribi fecit ad eruditionem [?] illorum spirituum quos corrupti corporis trahunt insidiae [?] sanctitas ac
stulta mundi sapientia despicere docuit. Corpus quippe quod corrumpitur aggravat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogi-
tantem. Propterea nemo miretur aut moleste accipiat si in hiis scrutandis tamquam quasdam spiritus sancti apothecas curiosius insisto,
cum sciam quod sic vivitur et in talibus vita spiritus mei. Dico tamen hiis qui praevolantes ingenio in omni sermone aut breviora fla-
gitant sive quod prius teneant, debitorem me etiam tardioribus et maiorem esse. Sed nec studium tamen esse mihi ut componam verba
quam ut imbuam corda, et haurire me et propinare oportet. Quod non fit celeriter percurrendo, sed tractando diligenter et cohortando fre-
quenter. Reliquum et praeter spem quidem meam diu vos discussio detinuit [illegible] putavi. Fateor unum ad hoc sermonem sufficere
silvam quia istam umbrosam latebrosamque allegoriarum pertransire nos cito et ad planitiem moralium sensuum iuvenum dici quod vix
pervenire. Sed secus contigit. Biduum iam quippe in eo expendimus et adhuc restat via. Ictus oculi eminus sublimitates ramorum
et mediam tantum pervolabat, sed vallium subiacentis vastitas et densitas dumetorum frustrabatur obtutum. Nunc ubi gratia
Helisei miraculum plaudere valebam, quia nos vero de genere vocatione et repulsione iudaeorum disserentibus ita subito in medium
prosiluit. Sed nunc quanto quidem incidimus non pigeat nos paululum immorari, quantum ad id quod intermittimus postea reversuri. Sicut
et accidere crebrius solet istis canibus quoque ac venatoribus plerumque contingit a bestia quam agressi erant desistere et sequi aliam quae
repentinis forte occurrit. Non parvum fiduciae robur praestat mihi quod magnus ille vir propheta potens in opere et sermone de
excelso monte caelorum descendens visitare dignatus est me cum sim cinis et pulvis, insuper mortuo inclinare se iacenti con-
trahi et coaequari, parvus certe parvuli lumine oculorum suorum et os mutum oris proprii osculo solvere, debiles quoque manus suarum
roborare contactu. Suavem [?] ista et replent viscera mea et interiora mea saginantur et omnia ossa mea confirmant
laudem. Hoc semel contulit universitati, hoc cotidie singulis in nobis actitare sentimus et cordi sed tribuit intelligentiae
lumine et ori aedificationis verbum et manibus opus iustitiae. Dat sentire fideliter, dat proferre utiliter, dat adimplere efficaciter.
Et est funiculus triplex qui difficile rumpitur ad extrahendas animas de carcere diaboli et trahendas post se ad regna caelestia.
Si recte sentias et digne proloquaris, si innocens conversationis sui tegit meos interius hominis fronte clarere luminibus
ornatus fide et intellectu. Ori meo iungit suum et mortuo signum pacis impressit quod cum peccatores essemus adhuc reconciliavit
nos Deo iustus pro mortuis. Os ori applicuit, credo inspiravit in faciem eius spiraculum vitae, sed sanctiorem quam primo. Nam prio-
rem quidem in animam viventem creavit me, secundo in spiritum vivificantem reformavit me. Manus suas manibus supposuit, exemplum prae-
bens bonorum operum formam obedientiae. Nam certe manus suas misit ad fortia ut doceret meas ad proelium. Et oscitavit nihilominus
puer septies. Sufficiebat ad gratiam manifestandi miraculi oscitasse semel, sed multiplicatus et insignis numerus mysterium
admonet. Sed illud ingens omnino quidam genus pro quibus contracta membra corporis attendas, vide si ubique contracto corpore vitium
propheta incumbente recepit, quod septies oscitavit quod septies in die laudem dicere consuevit. Sed tempus adultus mihi de te nonnihil
vita vivere spirituali ac ministerium ac mysticum hunc impleri mihi si spiritualitatem tuae caritatis divinae subiecte
exhibes, quia iuxta apostolum membra tua servire iustitiae in sanctificationem quae prius exhibuisti servire iniquitati ad iniquitatem.
Aut certe si eiusdem quaternarium pro primorum saluti insipiens ad perficiendum septenarium duo sed addicas, inde sed et medicum
curantem Deum habeas et alias septem oscitationes. Septem vero complementa sunt in quibus certa et vera salus redimi in spiritus intel-
constat, quatuor ad sensum compunctionis, tria ad confessionis sonum pertinentia. Sed vivus si vox si sensus est, tu quoque cum in te
recognoscis priorem sensum commotionis recuperasse te scias si tuam conscientiam quadruplici sentis compunctione morderi, pu-
dore gemino et gemino metu. Nam vitam ad perficiendum septenarium triplex confessionis species attestatur, de quibus postea
videbitur. Nove et sanctus Ieremias in suo planctu observat hunc numerum. Et tu ergo in tua lamentatione formam habens
propheticam Deum cogita factorem tuum, cogita et benefactorem, cogita patrem, cogita dominum. Ad omnia vero eos plange per
singula. Ad ultimum et primum videat timor tuus, ad duo media pudor. Pater sane non metuitur ut pius sit, pater est
misereri sciens et parcere. Et si percutit virga, non baculo percutit, et cum percussit sanat. Paterna vox est: Percutiam et ego sanabo.
Non est pudere quod a patre formides qui etsi quem feriat ut emendet, nullum tamen ut vindicet. At vero cogitare quod patrem of-
fenderim, est certe quod pudeat, non quod terreat. Voluntarie me genuit verbo veritatis, non stimulo carnalis cupiditatis concussit
quemadmodum genitor carnis meae. Denique non peperit etiam [?] pro sic gemitu. Ita ipse quidem priorem exhibuit [?]
sed non ego me illi vicissim filium. Qua iam fronte attollo iam oculos ad vultum patris tam boni tam filius malus?
Pudet tanto patre vixisse degenerem. Exitus aquarum deducant oculi mei, operiat confusio faciem meam, vultum meum
pudor suffundat, occupet quoque caligo, deficiat in dolore vita mea et anni mei in gemitibus. [?] dolor pudorque fructum
habui tunc in quibus nunc erubesco. Sed in carne seminavi, de carne et metam corruptionem. Sed in mundo, et ipse transit
et concupiscentia eius. Quid si caduca vana et ipse nulla et quorum finis mors est? Infelix ego et insanus prorsus non erubui.

etiam patris amori et honori. Confundor confundor audiens: Si ego pater ubi honor meus? Et si pater non essem, obruerent me
beneficia. Instant adversum me testes et alia innumera taceam, huius corporis victum et huius temporis usum, et super omnia
sanguine dilecti filii clamante de terra. Pudet ingratitudinis. Cumque ad confusionis cumulum arguat etiam reddidisse ma-
la pro bonis et odium pro dilectione mea. Nimirum quidem in a benefactore sicut nec a patre timendus est. Verus quippe benefi-
cus est dans affluenter et non improperans. Non improperat dona quia dona sunt et beneficia sua non debita, non vendidit. Denique
sine pena sunt dona eius. At quanto de illo benignius tanto de me indignius sentire cogor. Erubesce et dole infelix
anima mea quia et si illud non reputet et non improperare decet, nos tamen omnes deberent ingratos timoris quam potius. Heu
a quid vel mihi tandem retribuam pro omnibus que retribuit mihi? Et si segnior forte mihi partes suas cesserint pudor, timor
saltem potius in adiutorium occurrat, ut occurret. Depone paulisper pia verba benefactoris et patris, alia ad austeriora converte.
Nempe qui legitur pater misericordiarum et deus totius consolationis, legitur infelix deus ultionum dominus, legitur deus iudex iustus fortis,
legitur terribilis in consiliis super filios hominum, legitur deus zelans. Et pater est quia beneficus est tibi, est quia dominus ac creator sibi. Item
propter semetipsum fecit omnia scriptura teste. Tamen ergo quod tuum est tibi defendit et servat, putas suum non requiret principatum
honorem? Propter hoc irritavit impius deum quia dixit in corde suo non requiret. Et quid est in corde suo dicere non requiret
nisi non metuere quod requirat. Requiret usque ad novissimum quadrantem requiret et retribuet habundanter facientibus
superbiam. Requiret a redempto sanguinem, honorem et gloriam ab eo quem plasmavit. Esto quod dissimulet pater, ignoscat be-
neficus, sed non dominus et creator. Et qui parat filio non parcet figmento, non parcet servo nequam. Pensa cuius sit formidinis et
horroris tuum atque omnium contempsisse factorem, offendisse dominum maiestatis. Maiestatis est timeri, dominum est timeri et
maxime huius maiestatis huius quam dominum. Nam si reum regie potestatis crimen huiusmodi humanis legibus plecti capite sanccitum est,
quis finis contempnentium divinam omnipotentiam erit? Tangit montes et fumigant, et tam tremende potestatis audet irritare vilis
pulvis, scilicet uno levi flatu dispergendus et minime colligendus. Ille timendus est qui postquam occiderit corpus potestatem habet mittere
in gehennam. Paveo gehennam, paveo iudicis vultum ipsis quoque tremendum potestatibus angelicis. Contremisco ab ira potentis, a facie
furoris eius, a fragore ruentis mundi, a conflagratione elementorum, a tempestate valida, a voce archangeli et a verbo aspero. Con-
tremisco a dentibus bestie infernalis, a ventre inferi, a rugientibus paratis ad escam. Horreo vermem rodentem et ignem torrentem,
fumum et vaporem et sulphurem et spiritum procellarum. Horreo tenebras exteriores. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis
fontem lacrimarum ut preveniam fletibus fletum et stridorem dentium, manuum pedumque dura vincula et pondus cathenarum preme-
cium stringencium urencium non consumencium. Heu me mater mea ut quid me genuisti filium doloris, filium amaritudinis et
indignationis et plorationis eterne. Cur conceptus genibus, cur lactatus uberibus, natus in combustionem et cibus ignis. Cum
sic afficiatur, sine procul dubio recuperavit et in duplici metu isto item quoque pudore illo eque duplici. Et confitationes gor-
tiores que restat quo voce confessionis adiciet et nequaquam dicet iam dico doce non sit vox neque sermo, si tamen de corde humili
e simplici fideli quod processit illa confessio. Nunc ergo quoniam remordet conscientiam confiteri humiliter, pure, fideliter et has vices implesti.
Sunt qui gloriantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis, quos notat propheta peccata sua in quam predicaverunt sicut Sodoma.
Verum hos ab hac disputacione tanquam scelerates amoveo. Nam quid ad nos de hiis qui foris sunt. Caveo quoque et de hiis qui religiose
vestiti et religionem professi sunt, nonnunquam audivimus aliquos remissi et iactare impudentissime mala sua preterita que vel gra-
viter aliquid vel fortiter gladiatorio vel argute litatorio gessere conflictu seu aliud quid secundum mundi quidem vanitatem famorabile,
secundum vero anime salutem nocivum, pernitiosum, dampnosum. Scelerum adhuc animi indicium est hoc, et humilis habitus quem gestant a talibus
non sancte novitatis est indicium sed prisce vetustatis operculum. Nulla talia qui dolendo et penitendo rememorant sed glorie
intencione captatoria commissa sua non diluunt sed scriptos illudunt, nam deus non illuditur. Veterem hominem non exuerunt sed
novo palliant. Non prodit aut pereat vetus fermentum illa confessione sed statuitur secundum illud: Inveteraverunt ossa mea dum
clamarem tota die. Pudet remissi quemquam tanta protervia ut non pudeat eos cum exultatione lugenda iactitare quod et
post susceptum habitum sanctum calliditate quempiam supplantaverint et circumvenerint in negotio fratrem, aut quod talione pro convicio
vel maledicto, id est malum pro malo vel maledictum pro maledicto, audacter reddiderint. Est confessio eo periculosius noxia
quo subtilius vana cum ipsa etiam inhonesta et turpia de nobis detego, non verum non quod humiles simus sed ut esse putemur.
Nota Appetere autem de humilitate laudem humilitatis est non virtus sed subversio. Verus humilis vilis vult reputari, non humilis pre-
dicari. Gaudet contemptu sui, hoc solo sane superbus quod laudes contempnit. Quid perversius, quid indignius ut humilitatis custos
confessio superbie militet, et unde vis videri melior inde videris deterior. Mirabile iactantie genus ut non possis
putari sanctus si non appareas scelestus. At talis confessio speciem habens humilitatis non virtutem, non solum veniam non meretur
sed et provocat iram. Nunquid profuit Saul quod se ad increpationem Samuelis peccasse confessus est? Culpabilis procul dubio
fuit illa confessio que culpam non diluit. Cum enim humile contempnet confessionem humilitatis iugiter et cui humilibus dat gratiam
[illegible] ingenitum est. Quid non potest non placari si que in ore sonuit in corde radicasset humilitas. Sincerum hanc
f esse debere confessionem dixi. Oportet autem esse et simplicem, non intencionis forte que latet homines causam delectet,
si sit rea nec longam culpam que grandis est nec alieno adumbrare suasu cum invito necessitate cogente. Primum non con-
fessio est sed defensio, nec placat sed provocat. Secundum ostentat ingratitudinem, et quo minor reputatur culpa eo et
minuitur gloria indultoris. Si enim minus libenter beneficium dat quod minus grate minus utile pervenire sentit. Veniam
sibi prorsus abdicat qui munus largitoris attenuat, quod quidem omnis qui reatum suum alleviare verbis conatur facit. Iam
a postremo primi hominis dehortetur exemplum, nec culpa siquidem diffitentis nec tamen consequentis veniam, non dubium quin ob
reatus mulieris admonitione. Venus concussiendus est cum arguentur tu alium incusare. Porro accusare te velle quam contri-
verso quod sit non modo fructuosum sed et preciosum sensu David. Interroga verba nempe malicie ut excusationes in peccatis appel-
lat, ne in ea declinet cor suum rogans et supplicans. Merito quidem in eternum peccat sua qui se excusat.

repellens pudore a se indulgentiae medicinam et sic vita sicut ipso ore intercludens. Et quicumque maior malitia quam quoniam pro te est [illegible] in salutem, et linguae tuae temeritatem muratione confodit. Denique qui sibi nequam cui bonus est. Sit ac et fidelis confessio ut confiteatur in spe de indulgentia penitus non diffidens, ne tuo te ore non tam iustifices quam condempnes. Iudas certe proditor dominum et cayn fratricida confessi sunt. Ille alter peccavi inquit tradens sanguinem iustum. Alter Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear et vera licet uterque dixerit infidelis confessio. Hee itaque tres confessionis observantiae iuncte quattuor superioribus computationibus septenarium implent. Iam vero sic compunctus sic confessus ac per hoc pudore certus de vita certus quam intellexi ab ut arbitror vacuo nequaquam nomine appellari. Ipsum enim qui in te tria valuit et voluit operari, nec vacue subsecutum fuisse bachum quem premiserat. Non venit vacue quia non venit vacuus. Nam quo vacuus in quo habitavit plenitudo. Neque enim ei datus est spiritus ad mensuram. Denique et venit in plenitudine temporis plenum prorsus venire se indicans. Bene plenum quem unxit pre oleo leticie pre consortibus suis. Unxit et misit plenum gratie et veritatis. Unxit ut ungeret. Omnes ab eo uncti sunt qui de plenitudine eius meruerunt accipere. Ideo ait Spiritus domini super me eo quod unxit ad annunciandum mansuetis misit me ut mederer contritis corde et predicare captivis indulgentiam et clausis apertionem, ut predicarem annum placabilem domino. Veniebat ut audis unguentum contiones mitis ac lenis dolores. Ideo quia venit unctus venit mansuetus et mitis et multe misericordie omnibus invocantibus se. Sciebat ad infirmos se descendere, gestabat quod quale oportuit. Et quia multe erant infirmitates multa quamvis premedicamentis medicina curavit afferre. Attulit spiritum sapientie et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientie et pietatis et spiritum timoris domini. Vides quot phialas plenas aromatibus celestis medicus exprimit ad sananda vulnera illius miseri qui incidit in latrones. Septem sunt ille. Septem fortassis prout fortitudinis conditionibus accommodate. Spiritus enim vite erat in phialis. De his profecto infudit oleum meis vulneribus. Infudit et vinum non minus quam olei. Sic namque congruebat infirmitatibus meis ut misericordia superexaltet iudicio, quemadmodum vinum oleo superfertur infusum. Attulit prorsus quinque cados olei. Vini non nisi duos. Vinum siquidem timor et fortitudo fuerunt, reliqua quinque oleum ipsa suavitate designat. Vini spiritus denique fortitudinis tamquam potens crapulatus a vino descendit ad inferos contrivit portas ereas et vectes ferreos confregit. Alligavit fortem et vasa captivitatis eripuit. Descendit nichilominus in spiritu timoris sed timidus non timidus. O sapientia quanta arte medendi et vino et oleo ac mee sanitate restituerat. Suaviter fortis et fortiter suavis fortis pro me suavis in me. Denique attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Repellens metum et fovens infirmum. Sana me domine et sanabor, psallam et confitebor nomini tuo et dicam: Oleum effusum nomen tuum. Non vinum effusum. Nolo enim ut intres in iudicium cum servo tuo sed oleum quod coronas me in misericordia et miserationibus. Oleum plane quod desuper natat cunctis quibus immiscetur liquoribus, liquido illud designat nomen quod est super omne nomen. O nomen perfusum et dulce et praedulce, preelectum et precelsum et superexaltatum in secula. Hoc vere oleum quod consolatur facie horis quod caput remanentis impinguat ut oleum peccatoris non sentiat. Hoc nomen novum quod os domini nominavit quod et vocatum est ab angelo prius quam in utero conciperetur. Non solum indeens hoc sed quicumque invocaverit salvus erit. Mirum usque quaque effusum est. Hoc pater donavit filio sponso ecclesie domino nostro Ihesu Christo qui est benedictus in secula. Amen. Sermo xvii

Putamusne satis possimus sit in sanctuarium dei dum scrutatur innumerabile secretum. Ante adprescrutandum adhuc si quid restat audeamus spiritum ad interiora sequi. Spiritus nempe iste scrutatur non solum renes sed etiam profunda dei. Et sive ad ima sive ad alta securus sequor eum quocumque ierit. Tamen ut custodiat corda nostra et intelligentias nostras ne forte cum non adest adesse putemus deviantes. Venit namque et vadit prout vult et nemo facile scit unde veniat aut quo vadat. Et ipso signante spiritum fortasse salutis nescire licet. Certum qui veniat vel quo vadat id plane periculosissime ignoratur. Qui enim hoc spiritus sic nos dispensatione quibus vicissitudinibus vigilantissime non observant, fit ut nec absentem desideres nec putes glorificentes. Nempe qui idcirco recedit ut avidius requiratur, quo namque modo si abesse nescitur requiritur. Et quod dignum ad hoc redit ut consoletur, qualiter digne pro sua maiestate suscipitur si nec adesse sentitur. Heus ergo que ignorat accessum patet seductioni, et que reditum non observat erit ingrata visitationi. Periit aliquando apud Helisenum a migrare contigit hoc illius scriptum est autem propter nos. Vigiles esse et solliciti circa opus nostre salutis quod mira subtilitate actitat spiritus in intimo nostri perfectius doctorum et monentium quod numquam sane sine nostra conscientia magistra unctio que docet de omnibus tollatur a nobis si duplicato munere volumus non fraudari. Numquam demque querit simulans compositibus domum suam qui recedit a imperio qui utique ab illis superne mense copiosis de sit. Sed item ad iter abiturus. Item et recedit spiritus et qui stat eo tenente deserente cadat necesse est. Si non collidetur prorsus quia dominus supponit manum suam. Et has alternare vices non cessat et his qui spirituales sunt vel quos potius spirituales facere intendit visitans diluculo et subito probans. Denique septies cadit iustus et septies resurgit. Si tu cadat in die ut se cadere videat et cecidisse sciat et resurgere cupiat et requirat manum adiuvantis et dicat: Domine in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem. Avertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus. Aliud est dubitare de tua non ignorantia quid dicas et tu. Et si quid ignoravi ignorantia mea mecum est. Una est sitis Iob. Ignorantie pessime matris ignorantie pessime vicis due filie sunt: falsitas et dubietas. Illa miserior ista miserabilior. Propterea illa ista molestior. Cum loquitur spiritus cedit utraque et est non solum veritas sed et ita veritas. Est quippe veritas ille spiritus cum quo falsitas esse non potest et sapientia que cum sit candor vite eterne et ubique attingat propter munditiam suam obscurum ambiguum non admittit. Cavenda sane est cum spiritus iste non loquitur et si non molesta dubietas, certe falsitas execranda. Aliud est enim sub incerto hoc vel illud opinando sentire. Aliud temere affirmare quod nescias

Aut ergo loquitur ipse spiritus quod utique minime ambiguum est, aut qui sibi placet homo ipsum induat et loquatur, saltem silentium suum ne ipsum nobis falso prodere putantes merito per ipso male sentientes sequamur errorem. Et si suspendit in ambiguo non relinquat mendacio. Est qui dubie profert mendacium vel mentitur, et est qui veritatem quam nescit affirmat et mentitur. Nam et ille nequaquam quod non esse scit, sed quod credit credere dicit et verum dicit, etiam si hoc verum non sit quod credit, et id cum sit certum. Unde certus non est dicit verum non dicit, etiam si verum sit de quo asserit. Legis premissi cautelam talia inceptorum sequatur, iam spiritum sicut consiliis permittens, eadem tu cautela si potes quam premisi, et temptabo ipse facere quod doceo, ne dicatur et michi: Tu qui alios doces teipsum non doces. Distinguendo sane inter magistri et dubia vel illa scilicet adduci in dubium vel ista temere affirmari. Cuius quidem ipsum de magistro spiritus est spiritus vel cum una ad illud omnis industria sufficit. Cuius novit hominum aut id quod inter homines indicatum est, adeo superior fuimus patefecit in supernis quod indicium iam ferum (?) processit. Uterque nam lucifer qui mane oriebatur, si propterea elevabatur autem ... in tenebras que nos inviderent, et ipse olei infusionem ut prius ipsum iam tunc indignabundus instabat dicens intra se quotidie ut quod predictum est. Hoc ego non assero dicere spiritum sed vel conicere nolo. Nescio enim potuit an contingere, si tamen incredibile non putetur, plenum sapientia et perfectum decore homines prescire potuisse futuros etiam perfectiores in pari gloria. Et si prescivit, in dei verbo absque dubio comperit, et in livore suo invidit, et molitus est habere subiectos, socios dedignatus. Inferiores sibi inquit inferiores quam via non decet esse concives vel equales in gloria. Inde forte prodit hec impia eius machinatio, illa presumpta ascensio sessio quam significans magistrum: Ascendam inquit super montem excelsum, sedebo in lateribus aquilonis, quo altissimi quandam proinde similitudinem obtineret, sicut quemadmodum ille super cherubin sedens gubernat omnem angelicam creaturam, ita et ipse altius sedens regeret quam genus humanum. Absit. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni vie non bone, meditatur iniquitatem. Sed nos alium non agnoscimus iudicem quam auctorem. Non diabolus sed dominus iudicabit orbem terre. Ipse deus noster metuendus et in seculum seculi ipse reget nos in secula. Ergo in celo concepit dolorem et in paradiso peperit iniquitatem, plenam malicie, matrem mortis et corruptionis omnium, quam prima parens superbia. Nam etsi invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum, initium tamen omnis peccati superbia. Verum quid illi profuit? Inclite tu in nobis es domine et nomen tuum invocatum est super nos, et de pluribus accumulationibus de ecclesia redemptorum. Oleum effusum nomen tuum. Currimus (?) ego, tu illud effundis post me et in me, qui cum iratus fueris misericordie recordaberis. Accepit tamen satisfactio regnum super omnes filios superbie, sicut tenebrarum harum princeps, ut regno humilitatis etiam superbia militet. Dum in unoquoque pro principatu temporali et tali multos homines ... cotidie etiam quos reges constituat. Quamdiu inducuntur ut superbus ille humilium malleator eisdem ipsis nescientes fabricet coronas perpetuas, impugnando omnes et omnibus succumbendo. Denique ubique et semper iudicabit dominus populos et salvos faciet filios pauperum et humiliabit calumpniatorem, ubique et semper defensabit suos, propulsabit nocentes et tollet virgam peccatorum de super sorte iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Erit quam tandem cum ex toto arcum conteret et confringet arma et scuta comburet igni. Tu tibi miser sedem collocas in aquilone plaga nebulosa et frigida, et ecce suscitantur de pulvere inopes et de stercore pauperes, ut sedeant cum principibus et solium glorie teneant. Doleas quod impleri illud: Pauper et inops laudabunt nomen tuum. Pater tibi pro orphanorum et iudex viduarum. Incaluit super nos mons coagulatus mons pinguis, celi distillaverunt a facie dei Sinai, oleum effusum. Dilatatum est nomen quod nobis et cui nos invidebat invicem. Dilatatum inquam usque ad corda et ora parvulorum, et in ore infancium et lactencium perficitur laus. Porro peccator videbit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet, et erit sicut ira implacabilis, sic flamma inextinguibilis, que iam parata est ei et angelis eius. Zelus domini exercituum faciet hoc. Quo me amas deus meus amator meus, quo me amas ubique recordans mei, ubique clamans salutem egeni et pauperis, non solum adversus homines superbos sed etiam adversus angelos sublimes. In celo et in terra indicans nocentes me, propugnans impugnantes me, ubique subveniens, ubique assistis, ubique adiutor es michi. Nec commutar... hec cantabo domino in vita mea, psallam deo meo quamdiu fuero. Hec virtutes eius, hec mirabilia eius que fecit. Hoc primum et maximum indicium quod michi illa concilia sanctorum aperuit virgo Maria: Deposuit inquiens potentes de sede et exaltavit humiles, esurientes implevit bonis et divites dimisit inanes. Hoc enim aut simile est hunc quod iam audistis, ut qui non vident videant et qui vident ceci fiant. In hiis duobus indiciis consoletur se pauper et dicat: Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine et consolatus sum. Et revertamur ad nosipsos, scrutemur quoque vias nostras, et ut in veritate id possimus invocemus spiritum veritatis et virtutem ab alto quo nos induat, qui antecedit nos etiam ad nos, quia sine ipso possumus nichil. Nec verendum quod dedignetur condescendere nobis, qui potius si nil conamur quid absque ipso conamur indignatur. Non est enim ille vadens et non rediens, sed ducit de claritate in claritatem tamquam domini spiritus, quosque rapiens ad se in lumine suo, quos contemperans et illuminans tenebras nostras, ut sive super nos sive apud nos semper in luce sit, ut filii lucis ambulemus. Transivimus allegoriarum umbras, ventum est ad indagandum moralia. Edificata est fides, instruatur vita, exercitatus est intellectus, dirigatur actus. Denique intellectus bonus omnibus facientibus eum. Si tu et actus et intelligentia dirigantur in laudem et gloriam domini nostri Ihesu Christi qui est benedictus in secula. Amen. Sermo xviii

Oleum effusum nomen tuum. Unde certum demonstrat spiritus sanctus nobis in nobis occasione huius capituli. Profecto quod interim sentit geminae cuiusdam sive operationis experimentum, unius quidem qua nos primo intus virtutibus solidat ad salutem, alterius vero qua foris quoque muneribus ornat ad lucrum. Illa nobis, hec aliis accipimus. Verbi gratia fides spes caritas nobis propter nos dantur; absque hiis quippe salvi esse non possumus. Porro sermo sive sapientie sermo, gratia curationum, prophetia, similia quibus carere cum integritate etiam salutis nostre possumus, pro aliorum procul dubio in salute compendenda donatur. Et has spiritus sancti operationes quas vel in nobis vel in aliis experimur, ut ex re nomina accipiant, infusionem si placet atque effusionem nominemus. Cui nam harum convenit Oleum effusum nomen tuum? Non effu-

nota de lucifero

sionem. Nam de infusione potius infusum quam effusum dixisset. Denique ob bonum odorem verborum operumque diffusorum ait sponsa
Oleum effusum nomen tuum, ascribens ipsum odorem nomini sponsi tamquam oleo effuso super ubera. Et quisquis nunc gratie
potioris profusionem sic sentit quo et ipse aliis refundere possit, etiam huic dicere est: Oleum effusum nomen tuum. Sed sane cavendum
in hiis aut dare quod nobis accepimus retinere. Rem profecto retines proximi tibi, si verbi causa plenus virtutibus cum sis, foris
quoque insuper donis scientie et eloquentie adornatus, metu forte aut segnitie aut minus discreta humilitate verbum bonum quod posset
prodesse multis inutili immo et dampnabili ligas silentio. Certe maledictus qui frumenta abscondit in populis. Rursum quod
tuum est spargis et perdis, si prius quam infunderis totus semiplenus festinas effundere, contra legem agens in primogenito
bovis et ovis primogenitum tondens. Nimirum vita atque salute quam alteri das te fraudas, dum sana vacuus intentione
glorie inanis vento inflaris aut terrene cupiditatis veneno inficeris et letali apostemate turgens interis. Itaque
si sapis, concham te exhibebis et non canalem. Hic siquidem pene simul et recipit et refundit, illa vero donec impleatur
exspectat, et sic quod superabundat sine dampno communicat, sciens maledictum qui partem suam facit deteriorem. Et ne meum
consilium contempnendum ducas, audi sapientiorem me. Stultus, ait Salomon, profert totum suum spiritum simul, sapiens reservat in
posterum. Verum canales hodie multos habemus in ecclesia, conchas vero perpaucas. Tante caritatis sunt per quos nobis fluenta
celestia manant, ut ante effundere quam infundi velint, loqui quam audire paratiores, et prompti docere quod non didicerunt, et aliis
preesse gestientes qui seipsos regere nesciunt. Ego nullum ad salutem pietatis gradum illi gradui anteponendum estimo quem
sapiens posuit dicens: Miserere anime tue placens deo. Equidem si non habeo nisi parum olei quo ungar, putas tibi debeo dare
et remanere vacuus? Servo illud michi, et omnino nisi ad prophete iussionem non profero. Si institerint rogitantes aliqui eorum qui
forte plus estimant de me super id quod vident in me aut audiunt aliquid ex me, respondebitur eis: Ne forte non sufficiat nobis
et vobis, ite potius ad vendentes et emite vobis. Sed caritas, inquis, non querit que sua sunt. Et tu scis quam ob rem non querit?
Que sua sunt presto quia non desunt. Quis enim non querit quod habet? Caritas que sua sunt, id est ipse saluti necessaria, nequaquam non habet,
nec modo habet sed etiam habundat. Vult habundare sibi ut possit et omnibus. Servat sibi quantum sufficiat ut nulli deficiat.
Ceterum tu sic cui firma satis ipsa salus nondum est, cui caritas adhuc nulla est aut adeo tenera atque arundinea que
omni flatui cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur vento doctrine, immo cui tanta est ut ultra mandatum diligas
quidem proximum tuum plus quam teipsum, et rursum tantilla ut contra mandatum favore liquescat, pavore deficiat, perturbetur
tristitia, avaritia contrahatur, protrahatur ambitione, suspicionibus inquietetur, conviciis exagitetur, curis conficiatur, honoribus tumeat,
livore tabescat, tu nimirum ita in propriis temetipsum sentiens, qua nam dementia queso aliena curare aut ambis
aut acquiescis? Sed enim audi quid consulat cauta vigilque caritas: Non quod aliis sit remissio, vobis autem tribulatio,
sed ex equalitate. Noli nimium esse iustus. Sufficit tibi ut diligas proximum tuum tamquam teipsum. Hoc quippe est ex equalitate.
Dicit David: Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea, et labiis exultationis laudabit os meum. Infundi nimirum
prius volens et sic effundere. Nec solum infundi prius sed et impleri, quatenus de plenitudine eructaret, non [illegible] de in-
anitate. Caute quidem, ne quod aliis remissio sibi esset tribulatio. Et [illegible] imitans illum de cuius plenitudine
omnes accepimus. Disce et tu non nisi de pleno effundere, nec deo largior esse velis. Concha imitetur fontem; non
manat ille in rivum nec in lacum extenditur donec suis satietur aquis. Non pudeat fonte concham non esse suo fonte
profusiorem. Denique ipse fons vite plenus in seipso et plenus seipso, bonitate primum quidem ebulliens et saliens in proxima
secreta celorum omnia implevit bonitate, et tunc demum impletis secretioribus superioribus partibus erupit ad terras,
ac de superfluo homines et iumenta salvavit, quemadmodum multiplicavit misericordiam suam. Prius intima implevit, et sic redundans
in multis miserationibus suis visitavit terram et inebriavit eam, multiplicavit locupletare eam. Ergo et tu fac similiter:
imple prius et sic curato effundere. Benigna prudensque caritas affluere consuevit, non effluere. Fili, ne perfluas, ait
Salomon. Et Apostolus: Propterea, inquit, debemus intendere hiis que dicuntur, ne forte pereffluamus. Quid enim? Tu ne Paulo sanctior,
sapientior Salomone? Alioquin [illegible]. Si enim tu tibi nequam, cui bonus eris? De tumulo
si potes adiuva me; sin autem, parato tibi. Sed iam audite que et quanta saluti nostre necessaria sunt, que et quanta infundi
oporteat prius quam effundere presumamus, que tamen in pluralitate brevi colligere potero, hora siquidem iam multum ascendit
et sermonem urget ad finem. Accedit medicus ad egrotum, spiritus ad animam. Quam enim non reperiat gladio dyaboli vulneratam,
et post sanatum vulnus antiqui delicti medicamento baptismatis? Ergo ad illam animam que dicit: Putruerunt et corrupte
sunt cicatrices mee a facie insipientie mee, cum accedit spiritus, quid primo opus est? Ut tumor ulceris quod forte supercrevit
in vulnere et prohibet impedire sanitatem ante omnia amputetur. Abscidatur itaque ferro acute compunctionis ulcus inveterate
consuetudinis. Sed est acerbus dolor: leniatur proinde unguento devotionis, quod non est aliud nisi concepta de spe indul-
gentie exultatio. Hanc continendi parit facultas et victoria de peccato. Iam gratias agit et dicit: Dirupisti vincula
mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Deinde apponitur medicamentum penitentie, malagma ieiuniorum, vigiliarum, orationum,
et si qua sunt alia penitentium opera. In labore cibandus est cibo operis boni ne deficiat. Quod opus est cibus inde
doceris: Meus cibus, inquit, est ut faciam voluntatem patris mei. Itaque comitentur penitentie labores pietatis opera que con-
fortent. Elemosina aut fiducia prestat apud altissimum elemosina. Cibus sitim excitat, potandum est. Accedat cibo boni o-
peris orationis potus, coquens in stomacho conscientie quod bene gestum est et commendans deo. Orando bibitur vinum le-
tificans cor hominis, vinum spiritus quod inebriat et carnalium voluptatum infundit oblivionem, humectat interiora arentis
conscientie, escas bonorum operum digerit et deducit per quedam anime membra, fidem roborans, spem confortans, vegetans ordi-
natam caritatem et impinguans mores. Sumpto cibo potuque, quid iam restat nisi ut pauset egrotus et quieti con-
templationis post sudores actionis incubet. Dormiens in contemplatione sompniat deum, per speculum siquidem in enigmate,
non autem facie ad faciem interim intuetur. Tamen sic non tam spectanti quam coniectanti, et hoc raptim et quasi sub quodam

predicator non sit.
b

convicinae scintillulae tuis semper tenentur vocationibus attacti inardescunt amore et ait: Anima mea desideravit te in nocte, sed et spiritus meus in praecordiis meis. Talis amor zelat. Hic decet amicum sponsi, hoc modo est ardeat fidelis servus et prudens quem constituit dominus super familiam suam. Hic replet, hic fervet, hic ebullit, hic iam securus effundit, exundans et erumpens et dicens: Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror? Praedicet, fructificet, renovet signa, immutet mirabilia. Non est quo se immisceat vanitas ubi totum occupat caritas. Siquidem plenitudo legis et cordis est caritas, si tamen est plena. Deus denique caritas est. Nihil est in rebus quod possit implere creaturam factam ad imaginem dei nisi caritas dei qui solus maior est illa. Hanc nondum adeptus periculosissime promovetur, quantiscumque aliis videatur pollere virtutibus. Etsi habuerit omnem scientiam, si dederit omnem substantiam suam pauperibus, si tradiderit corpus ita ut ardeat, absque caritate vacuus est. Ecce quanta prius infundenda sunt ut effundere audeas, de plenitudine non de penuria largiens. Primo quidem compunctio, deinde devotio, tertio poenitentiae labor, quarto pietatis opus, quinto orationis studium, sexto contemplationis otium, septimo plenitudo dilectionis. Haec omnia operatur unus atque idem spiritus sub operatione quae infusio appellatur, quo illa quae effusio dicta est pure et ob hoc tute iam administretur ad laudem et gloriam domini nostri Ihesu Christi qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum.

Sermo XIX

Adhuc sponsa amatoria loquitur, adhuc pergit amplius prosequi laudes sponsi. Et gratum probat dum monstrat eam quam iam acceperat in se vacuam non fuisse. Audi etenim quae sequuntur adiungit: Ideo, inquit, adolescentulae dilexerunt te nimis. Ac si dicat: Non frustra, non inaniter nomen tuum oleum effusum est, o sponse, atque effusum in ubera mea. Ideo enim adolescentulae dilexerunt te nimis, propter quod, propter nomen effusum, et propter ubera eo conspersa. Inde quippe concitatae sunt in amorem sponsi, inde suspexerunt ut diligant. Sponsa infuso unguento concipiente illae mox sensere fragrantiam quae longe a matre nimie esse potuerunt atque illa suavitate repletae dicunt: Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ergo ipsa devotionis sponsa commendans hic inquit fructum, o sponse, nominis tui effusi, quia propterea adolescentulae dilexerunt te. Effusum siquidem senserunt quod capere integrum non valebant, propterea dilexerunt te. Effusio quidem nominis fecit capabile captu amabile, sed adolescentulis dumtaxat. Nam capaciores sunt integro gaudent, effuso non indigent. Angelica natura irrepercussa mentis acie intuetur divitiarum indeficientium abyssum, quorum summae aequitatis ineffabili delectatione beata gratulatur, insuper effectum eam per suum ministerium mancipari et palam fieri, et propterea multo dominum diligunt Christum. Nonne omnes administratorii spiritus sunt missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Porro archangelos ut est aliquid differentiae ab his qui simpliciter angeli sunt, honorati mirabiliter credo delectant, quia ipsis quasi aeternae sapientiae consiliis familiaris admittuntur, ea dumtaxat quae per ipsos locis quoque suis atque temporibus summo moderamine dispensantur; et hoc est quod diligunt dominum Christum et ipsi. Illae quoque beatitudines quae virtutes forsitan eo appellatae sunt quod virtutum ac prodigiorum occultas perpetuasque causas felici curiositate rimari ac mirari dignantur ordinare signa quae et quando volunt eo omnibus elementis tamquam potentes exhibeant; et ipse ergo quamvis non ficto corde sunt diligere dominum virtutum et dei virtutem Christum. Plenum quippe est suavitatis et gratiae intueri et occulta sapientiae in ipsa sapientia intueri. Plenum mellis honoris et gloriae causarum in verbo dei absconsarum modo spectare miras, quae in manum ipsorum digni efficacias. Sed et illi spiritus qui potestates nominantur, dum custodiunt virtutes divinas omnipotentes ubique fortiter attingentes intueri ac magnificare delectantur, conturbare et debellare daemonum ... contrarias potestates per his qui hereditatem capiunt salutis acceperunt potestatem. Et hii nonne iustissimam non habent causam ut diligant dominum Ihesum? Sunt et super istos principatus qui ipsum altius spectantes et liquido providentes universitatis esse principium et primogenitum omnis creaturae, tanta providentia principatus dignitate donantur ut ubique terrarum habeant potestatem et quasi de summo quodam rerum cardine regna et principatus et quasque per arbitrio mutare et ordinare dignitates, per quorum quae velint facere primos novissimos et novissimos primos, deponere potentes de sede et exaltare humiles. Et hoc istis quasi causa diligendi. Sed et diligunt dominationes. Cur hoc? Nescio quid sublimius subtiliusque indagare de Christo inestimabili atque ineffabili divinitate laudabili quadam praesumptione se ruunt, quia scilicet ubique universitatis non solum potens sed et pius supra infraque obsequium rectissime voluntati suae eius tempus motus corporum intus mentium ordine utique pulcherrimo cogat, idque cura tam vigili ut ne puncto quidem aut ictu unius ut dicitur horarum omnium debitum sub tanto famulatu ullatenus liceat. Operatur tamen tam suaviter ut turbationem seu amaritatem ullam omnino gubernator non sentiat. Intuentes ergo dominum sabaoth tanta cum tranquillitate omnia iudicantem, intentissime suavissimeque contemplationis stupore nimio sed sensato rapti in illud divinae claritatis tam ingens pelagus recipiunt sese in secretiori quodam intra tranquillitatis recessu ubi tanta pace ac securitate fruuntur ut quiescentibus ipsis providentia prorogatur tamquam vere dominationibus militare et ministrare videatur ceterorum multitudo. In thronis sedet deus, et puto quia hiis spiritibus super omnes qui incorati [?] sunt, et iustior causa et copiosior sit materia diligendi. Etenim si intres domum regis cuiuscumque palatium nonne cum plenum sit sellis sedibus cathedris quia regia sedes in eminenti posita cernitur? Et non est necesse quaerere ubi rex sedere solitus sit, nimirum mox manifesta occurrit sedes eius ceteris altior ornatior quia sedibus vel sedilibus. Hic quasi omnium decorem et eminentem ceteris aliis primum spiritibus istos intellige in quibus specialius quadam dignationis numine divina elegit residere maiestas. Et si sessio facit magisterium, puto illud qui unus est nobis magister in caelo et in terra dei sapientiam Christum cum alias quidem ubique attingat per munditiam suam, specialiter tamen istos atque principaliter tamquam propria sedem sua illustrare pretia [?] et inde tamquam de sollempni auditorio docere angelum docere hominem scientiam. Inde angelis dominorum notitia iudiciorum, inde consiliorum archangelis. Ibi virtutes audiunt quando et ubi et qualia proferant signa. Ibi denique universi sive sunt potestates sive sunt principatus sive dominationes discunt profecto quid ex officio debeant, quid per dignitatem praesumant, et quod praecipue cautum est omnibus accepta potestate ad propriam voluntatem seu gloriam non abuti. Illa tamen caeli agmina quae cherubin nuncupantur, si eis sui vocabuli fuerit interpretatio [?] arbitror vel haurire quod ab ipsis aut per ipsos accipiant, cum de ipso fonte haurire ad plenum liceat ipso eam praestante domino Ihesu

dignantur introducere in omnem plenitudinem veritatis et thesauros sapientie scientie qui in eo omnes absconditi sunt largissime
revelante. Sed nec que appellata sunt seraphin quippe que ipsa caritas deus ad se contraxit et absorbuit atque
in eundem rapuit sancte affectionis ardorem ut unus cum deo spiritus esse videantur instar profecto ignis qui aerem quem
inflammat suo sibi eum toto calore imprimit induitque colore non ignitum sed ignem fecisse cernitur. Amat itaque precipue
contemplari in deo ille quidem scientiam quamquam ista non est inflans. hii vero caritatem que non excidit unquam et nova ista sortita sunt
ex eo quoque in quo preminere videntur. Nam cherubin quidem plenitudo scientie. seraphin vero incendens vel incensa dicuntur.
Diligitur ergo ab angelis deus ob indicia suorum summa equitate ab archangelis ob consiliorum summa moderamina. Porro
a virtutibus ob benignissimam miraculorum exhibitionem per que incredulos dignatus esse trahit ad fidem. A potestatibus vero ob illam
iustissime potentie vim qua solet a piis malignantium propulsare et arcere crudelitatem. Verum a principatibus ob etiam originalem
illam virtutem qua dat esse et consistendi principium omni creature superiori et inferiori spirituali et corporali attingens a fine usque
ad finem fortiter. A dominationibus quoque ob placidissimam voluntatem qua licet ubique dicatur in fortitudine brachii sui virtute tamen
potentiori per suam ingenitam lenitatem et imperturbabili tranquillitate disponit omnia suaviter. Diligitur et a thronis ob benivolentiam
magistre sapientie sine invidia sese communicantis et unctionem que gratis docet de omnibus. Ceterum a cherubin propterea diligitur
quia deus scientiarum dominus est et sciens quid cuique opus sit ad salutem discrete providet quia dona sua digne poscentibus prout novit
competere distribuit. A seraphin quoque quia caritas est et nichil odit eorum que fecit et vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem
veritatis venire. Hii ergo omnes prout capiunt diligunt. Sed eum adolescentule quarum minus sapiunt minus et capiunt nec omnino sufficiunt
ad tam sublimia parvule quippe in corpore sunt lacte et oleo nutriende. Ergo ex uberibus sponse ipse sunt unde eum
diligant. Habet oleum effusum sponsa ad cuius commutantur ille odorem gustant et sentiunt quam suavis est dominus. Denique ardore
singulares presentie convertens se ad sponsum oleum effusum ait nomen tuum propterea adolescentule dilexerunt te nimis. Id est
nimis valde vehementer ardenter. Ad vos iam magis ex obliquo vos qui nuper venistis tangit spiritualis sermo. Verum illa qua
et nos frequenter reprimere conati sumus minus discreta vehementia immo intemperantia pressius nimium obstinata retinetis.
Non vultis quam contenti esse vita. Non sufficit vobis regulare ieiunium non solemnes vigilie non imposita disciplina non mensura
quam vobis partitur in vestimentis vel alimentis privata preferatis communibus. Quia vero curam nobis semel credidistis quid
rursum de vobis vos intromittitis. Nam illa quam totiens deum constituentes vestris testibus offendistis propria scilicet voluntas vestra
ecce nunc iterum magistram habetis. Non ipsa vos natura docet non parcere rationi non acquiescere non obtemperare seniorum consilio
vel exemplo non obedire. An ignoratis quia melior est obedientia quam victime. Non legistis in regula vestra quod quicquid sine volun
tate vel assensu spiritualis patris fit vane glorie deputabitur et non mercedi. Non legistis et in evangelio quam formam obediendi
puer ihesus pueris sanctis tradidit. Nam cum remansisset in ierusalem et dixisset in hiis que patris mei sunt oportet me esse
non acquiescentibus parentibus eius secutus illos in nazareth non despexit magister discipulos deus homines verbum et sapientia
fabrum et feminam. Quid enim addit sacra scriptura. Et erat inquit subditus illis. Quousque vos estis sapientes in oculis vestris
deus se mortalibus credit et subdit et vos in viis vestris adhuc ambulatis. Bonum recepistis spiritum sed non bene utimini
eo vereor ne alium recipiatis pro isto qui sub specie boni supplantet vos et qui spiritu cepistis carne consummemini. An ne
scitis quia angelus sathane ultionis transfigurat se in angelum lucis. Sapientia est deus et vult se amari non solum dulciter
sed et sapienter. Unde apostolus Racionabile obsequium vestrum. Alioquin facillime zelo tuo spiritus illudet erroris si scientiam
negligas nec habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem quam si efficere possit
ut in ea incaute et non cum ratione ambuletur. Quamobrem ego cogito modos quosdam tradere vobis quos opere primum
est deum diligentibus observare. Sed quia hic sermo finem deposcit tractandos eos si deus mihi vitam et ocium quod nunc nequeo
ad disserendum suaviter complere conabor. Sic enim recreatis nocturna quiete sensibus et quod est precipuum ordine premissis
alacriores ut iustum est ad sermonem delectabilem convenietis prestante sponso nostro ihesu christo cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen

Vt a magistri verbis sermo exordium sumat. Qui non amat dominum ihesum anathema sit. Sermo vicesimus
Valde omnino michi amandus est per quem sum vivo et sapio. Sed ingratus sum et indignus. Dignus plane est
morte qui tibi domine ihesu recusat vivere et mortuus est. et qui tibi non sapit desipit. et qui curat esse
nisi propter te pro nichilo est et nichil est. Denique quid est homo nisi quia tu innotuisti ei. Propter temetipsum deus fecisti
omnia et qui vult esse sibi et non tibi nichil esse incipit inter omnia. Deum time et mandata eius observa hoc enim est
omnis homo. Ergo si hoc est omnis homo absque hoc nichil est homo. Inclinat tibi deus modicum id quod me dignatus es
esse. Atque de mea misera vita suscipe obsecro residuum annorum meorum. Pro hiis vero quos vivendo perdidi quia perdite
vixi cor contritum et humiliatum deus non despicies. Dies mei sicut umbra declinaverunt et perierunt sine fructu.
Impossibile est ut revocem placeat ut recogitem tibi eos in amaritudine anime mee. Iam de sapientia ante te est omne
desiderium meum et propositum cordis mei si qua esset in me suavitas ad te. Sed deus tu scis insipientiam meam nisi quod hoc
ipsum fortasse sapientie est quod et ego agnosco eam et quidem ex munere tuo. Auge illud in me quidem ingrato pro minimo
culo sed sollicito pro eo quod deest. Pro hiis ergo ita sum amans te quibus possum. Sed est quod me plus movet plus
urget plus accendit. Super omnia inquam reddit amabilem te michi ihesu bone calix quem bibisti opus nostre redemptionis.
Hoc omnino amorem nostrum facile vendicat. totum sibi hoc inquam est quod nostram devotionem et blandius allicit et iustius exigit
et arctius stringit et afficit vehementius. Multo quippe laboravit in eo salvator nec in omni mundi fabrica tantum
fatigationis auctor assumpsit. Illa denique dixit et facta sunt mandavit et creata sunt. At vero hic et in dictis suis susti
nuit contradictores et in factis observatores et in tormentis illusores et in morte exprobratores. Ecce quo dilexit.

b
no
no
a
Bang…

Vide quod hanc primam dilectionem non reddidit sed addidit. Illa quis prior dedit ei et retribuetur ei? Sicut suus evangelista Johannes ait: Non quasi nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Denique dilexit et non existentes, sed adhuc diligit et resistentes, iuxta Pauli testimonium dicentis: Cum enim adhuc inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius. Alioquin si non dilexisset inimicos, nondum possedisset amicos, sicut neutrum quos sic diligeret essent, si non dilexisset qui nondum essent.

dil° dñi h' b

Dilexit autem dulciter, sapienter et fortiter. Dulciter nempe dixerim quod carnem induit, caute quod cavit culpam, fortiter quod mortem sustinuit. Nam quos etiam in carne visitavit, carnaliter tamen nequaquam amavit sed in prudentia spiritus. Spiritus quidem ante faciem nostram christus dominus. Emulans nos dei emulatione, non hominis, et certe sanius quam primus adam evam suam. Itaque quos in carne quesivit dilexit in spiritu, redemit virtute. Plenum prorsus omni suavitatis dulcedine videre hominem hominis conditorem. At vero prudenter utique elegit a culpa, patenter mortem protulit a natura. Et in carnis assumptione condescendit mihi, in culpe vitatione consuluit mihi, in mortis susceptione satisfecit patri. Amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis. Huic securus me credo qui salvare me velit, noverit et possit. Hunc quesivit hunc et vocavit per gratiam suam. Numquid venientem eiciet foras? Sed nec ullius … metuo profecto ulla quod me de manu eius possit eruere, et seductorem universitatis sapiente arte utique structione delusit, isto prudentior, illa potentior. Carnem quidem assumpsit veritatem sed peccati similitudinem; dulcem prorsus in illa exhibens consolationem infirmo, et in hac prudenter abscondens laqueum deceptionis diabolo. Porro ut patri nos conciliaret, mortem fortiter subiit et subegit, fundens pretium nostre redemptionis sanguinem suum. Ergo nisi amasset dulciter, non me in carcere requisisset illa maiestas; sed iunxit affectioni sapientiam qua tyrannum deciperet, iunxit et patientiam qua placaret offensum. Hic sunt modi quos vobis proposueram, sed primis eos in christo ut commendabiliores haberes. Disce, christiane, a christo quemadmodum diligas christum. Disce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter: dulciter ne illecti, prudenter ne decepti, fortiter ne oppressi ab amore domini avertamur. Ne mundi gloria seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat pre istis sapientia christus; ne seducaris spiritu mendacii et erroris, lucescat tibi veritas christus; ne adversitatibus fatigeris, confortet te virtus dei christus. Zelum tuum inflammet caritas, informet scientia, firmet constantia. Sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus; nec tepore careat nec careat discretione nec timidus sit. Et forte vide ne

Tria ista tibi et in lege tradita sunt dicente deo: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota virtute tua. Michi videtur si alius competentior non occurrit intellectus, amor quidem cordis ad zelum quendam pertinere affectionis, anime vero amor ad industriam seu iudicium rationis, virtutis autem dilectio ad animi posse referri constantiam vel vigorem. Dilige ergo dominum deum tuum toto et pleno cordis affectu, dilige tota rationis vigilantia et circumspectione, dilige et tota virtute, ut nec mori pro eius amore pertimescas, sicut scriptum est in canticis: Quia fortis est ut mors dilectio et dura sicut infernus emulatio. Sit suavis et dulcis affectui tuo dominus ihesus contra male utique dulces vite carnalis illecebras et vincat dulcedo dulcedinem quemadmodum clavus clavum expellit. Sed sit intellectui tuo prelucens et lux dux rationi, non solum ob cavendas heretice fraudis decipulas et fidei puritatem ab eorum versutiis custodiendam, sed etiam ut caveas sibi in nimia et indiscreta vehementia in tua conversatione vitare. Sit etiam fortis et constans amor tuus nec cedens terroribus nec succumbens laboribus. Ergo amemus affectuose, circumspecte et valide, scientes amorem cordis quem affectuosum diximus, absque eo qui dicitur anime, dulcem quidem sed seductibilem; illum vero absque illo qui virtutis est rationabilem esse sed fragilem. Et vide etiam manifestis exemplis ita esse ut dicitur. Cum contristarentur discipuli quod de ascensurum magistrum discessurum ab eodem ipso audierant audierunt: Si diligeretis me gauderetis utique quia ad patrem vado. Quid ergo? Non diligebant de cuius discessione dolebant? Sed diligebant quodammodo et non diligebant. Diligebant dulciter sed minus prudenter, diligebant carnaliter sed non rationabiliter. Denique diligebant toto corde, non autem tota anima. Dilectio eorum contra salutem eorum erat. Et aiebat: Expedit vobis ut ego vadam, culpans consilium non affectum. Loquenti de morte sua futura obviare conantem Petrum, qui eum tenere diligebat, cum ita ut meministis increpando repressit, quid in eo aliud quam imprudentiam reprehendit? Postremo quid est: Non sapis que dei sunt, nisi non sapienter diligis, humanum sequens affectum contra divinum consilium? Et vocavit sathanam eo quod saluti etsi nesciens adversaretur qui salvatorem mori prohiberet. Unde et correptus, repetente postmodum tristi verbo, mediante iam mori vetuit sed se commoriturum esse promisit. Nondum autem impleverat quia necdum ad tertium pervenerat gradum in quo tota virtute diligitur. Erat tamen tota anima doctus diligere, sed adhuc infirmus; bene instructus sed parum adiutus, non ignarus misterii sed martirii pavidus. Non plane illa fortis ut mors dilectio tunc fuit que morti succubuit. Fuit autem postea cum ex promissione ihesu christi indutus virtute ex alto tanta tandem cepit virtute diligere, ut in concilio prohibitus predicare nomen sanctum constanter prohibentibus diceret: Obedire deo oportet magis quam hominibus. Tunc demum tota virtute dilexit cum nec vite sue pepercit pro dilectione. Maiorem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quam etsi nondum tunc posuit iam tamen exposuit. Ergo non abduci blanditiis, nec seduci fallaciis, nec iniuriis frangi, toto corde tota anima tota virtute diligere est. Et nota amorem cordis quodammodo esse carnalem, quod magis erga carnem christi et que in carne christus gessit vel iussit cor humanum afficiat. Hoc repletus amore facile ad omnem de huiusmodi sermonem compungitur. Nichil audit libentius, nil legit studiosius, nil frequentius recolit, nil suavius meditatur. Inde holocausta orationum tanquam ex adipe vituli saginati impinguat. Astat oranti hominis dei sacra ymago aut nascentis aut lactentis aut docentis aut morientis aut resurgentis aut ascendentis, et quicquid tale occurrerit, vel stringat necesse est animum in amore virtutum vel carnis exturbet vicia, fuget illecebras, desideria sedet. Ego hanc arbitror precipuam invisibili deo fuisse causam quod voluit in carne videri et cum hominibus conversari, ut carnalium videlicet qui nisi carnaliter amare non poterant, cunctas primo ad sue carnis salutarem amorem affectiones attraheret atque ita gradatim ad amorem perduceret spiritualem. Nonne denique in hoc gradu adhuc stabant qui aiebant: Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te? Solo profecto corporalis presentie amore reliquerant omnia, adeo ut salutaris future passionis et mortis ne audire quidem verbum equanimiter sustinerent, sed nec gloriam ascendentis postmodum nisi cum grandi merore suspicere. Hoc enim est quod eis dicebat: Quia hec locutus sum vobis, tristicia implevit cor vestrum. Itaque in sola interim gratia presentie sue carnis eos ab amore omnis carnis suspenderat. Monstrabat autem postea eis altiorem amoris gradum cum diceret: Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam. Puto huc iam ascenderat qui dicebat: Etsi cognovimus christum secundum carnem, sed iam nunc non novimus. Fortasse et propheta nichilominus in hoc ipso stabat cum diceret: Spiritus ante faciem nostram christus dominus. Nam quod subiungit: Sub umbra

eius viuemus inter gentes. Inde michi videtur ex persona incipientium ad dixisse, ut qui nec stant sedere in umbra, qui solis ardore se minus validos se sentiunt et carnis dulcedine nutriantur dum necdum valent ea percipere que sunt spiritus dei. Umbra quippe Christi caro eius reor esse ipsius, de qua obumbratum est et Marie, ut eius obiectu fervor splendorque spiritus illi temperaretur. In carnis ergo devotione interim consoletur qui vivificantem spiritum necdum habet eo dumtaxat modo quo habet ille qui aiebat: Spiritus ante faciem nostram Christus dominus. Et item: Et si cognovimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non novimus. Nam alias quicunque sine spiritu sed ut in carne diligit Christum, et si non in illa plenitudine. Cuius tamen mensura devotionis hec est, ut totum cor illa suavitas occupet, totum sibi ab amore universe carnis ac carnalis illecebre vendicet. Hoc quippe toto corde diligere est. Alioquin si carnis mee qualemcumque consanguinitatem vel voluptatem forte prefero carni domini mei, per quod utique minus ea implere contingat que in carne manens verbo et exemplo me docuit, nonne liquido constat quod toto nequaquam diligo corde, cum id divisum habens partim in eo atque partim ad proprium? Denique ait: Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Ergo ut breviter dicam, toto corde diligere est omne quod blanditur de carne propria vel aliena sacrosancte carnis amori postponere. In quo et mundi gloriam et carnis, et qui in ea delectantur carnales esse non dubium est. Licet vero donum et magnum sit spiritus donum istiusmodi erga carnem Christi devotio, carnalem dixerim tamen huiusmodi amorem, illius utique amoris respectu quo non tam verbum caro iam sapit, verbum sanctitas, verbum sapientia, verbum iustitia, verbum veritas, verbum pietas, virtus, et si quid aliud istiusmodi dici potest. Et hec nempe omnia Christus, qui factus est nobis sapientia a deo et iustitia et sanctificatio et redemptio. An tibi eque et uno modo affecti videntur, is quidem qui Christo passo pie compatitur, compungitur et movetur facile ad memoriam horum que pertulit, atque istius devotionis suavitate pascitur et confortatur ad queque salubria, honesta, pia; item quod ille qui iustitie zelo semper est accensus, qui veritatem ubique zelat, qui sapientie fervet studiis, cui amica sanctitas vite et morum disciplina, cuius mores erubescunt iactantiam, abhorrent detractionem, invidiam nesciunt, superbiam detestantur, omnem humanam gloriam non solum fugiunt sed et fastidiunt et contempnunt, omnem in se carnis et cordis impuritatem vehementissime abhorrent et persequuntur, omne denique tamquam naturaliter et malum respuunt et quod bonum est amplectuntur? Nonne si comparas utriusque affectiones, constat quod secundus illum superiorem respectu quidem huius amare quasi carnaliter? Bonus tamen iste amor carnalis, per quem vita carnalis excluditur, contempnitur et vincitur mundus. Proficit autem in eo cum fit et rationalis, perficitur cum efficitur etiam spiritualis. Porro rationalis tunc est cum in omnibus que de Christo sentiri fidei ratio ita firma tenetur, ut ab ecclesiastici sensus puritate nulla verisimilitudine, nulla heretica seu diabolica circumventione aliquatenus deviet. Item quod cum in propria conversatione illa cautela servatur, ut discretionis metas nulla superstitione vel levitate vel spiritus quam fervidioris vehementia excedat. Et hoc esse tota anima deum diligere. Iam super duo si tanta adiungitur spiritus vigor tantumque accedat, ut nulla vi laboris vel tormentorum sive etiam mortis metu iustitiam unquam deserat, in hoc etiam tota virtute diligitur, et est amor spiritualis. Quod nimirum nomen huic specialiter amori congruere puto ob prerogativam utique plenitudinis spiritus qua prefulget. Et hec sufficiant pro eo quod sponsa dixit: Propterea adolescentule dilexerunt te nimis. In hiis quod sequitur divertetur nobis aperire thesauros nunc sue ille Christus dominus noster qui vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XXI

Trahe me post te. In odore unguentorum tuorum curremus. Quid sponsa? Nunquid ergo necesse habet trahi, et hoc post sponsum, quasi vero invita eum et non libens sequatur? Sed non omnis qui trahitur invitus trahitur. Nec enim infirmum aut debilem, eum videlicet qui per se ire non valet, trahi ad balneum seu ad prandium piget, et si reum pigeat trahi ad iudicium vel ad penam. Denique trahi libet que et hic rogat. Non autem rogaret, si sequi per seipsam dilectum prout vellet valeret. Utquid vero non valet? An infirmam fateamur et sponsam? Si una quevis ex adolescentulis infirmam se diceret et peteret trahi, nequaquam miraremur. Tantum non de sponsa, que trahere et alios utpote fortis et perfecta posse sufficere videbatur. Tamen non dubito quod et ipsa trahi tamquam infirma et debilis necesse habeat, licet sit et sana. Si illa infirmam dici consentiret, que per suam singularem perfectionem et excellentiorem virtute sponsa domini vocari? An etiam forte id dixit cum intueretur dilectum ascendentem, gestiens eum sequi atque assumi cum ipso in gloriam. Quis enim quantumvis perfectus anima, quamdiu gemit sub corpore mortis huius, sed neque retinetur inclusa carcere, ut quantumlibet levius consurgat necesse est ad contemplanda sublimia, nec omnino liber est sequi sponsum quocumque ierit. Hinc illa vox gementis: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hinc supplex illa peticio: Educ de custodia animam meam. Dicat proinde, dicat cum gemitu etiam sponsa: Trahe me post te, quia corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. In hoc dicat cupiens dissolvi et esse cum Christo. Propterea quod videbat hoc premiserat: Propterea inquiens adolescentule dilexerunt te nimis. Nunc ergo quasi dicat: Ecce adolescentule amant te, et amabo. Hoc sentire si dixisset: Trahe me ad te. Nunc vero quia dicit post te, magis id illud postulare videtur, ut valeat sequi vestigia, ut possit emulari virtutes et normam tenere vite et morum queat apprehendere disciplinam. In hoc quippe maiore opus est adiutorio, quo valeat abnegare semetipsam et tollere crucem suam et sequi Christum. In hiis trahi necesse habet sponsa, nec sane trahi ab alio quam ab ipso qui ait: Sine me nichil potestis facere. Scio inquit me nequaquam posse venire ad te nisi gradiendo post te, sed neque hoc quidem nisi adiuta abs te. Ideo quod peto ut trahas me post te. Beatus cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde disposuit in valle lacrimarum, perveniet quandoque ad te in montibus gaudens. Beatorum? Quam pauci, o domine, post te ire volunt, cum tamen ad te pervenire nemo sit qui nolit, hoc scientibus cunctis quod delectationes in dextera tua usque in finem. Et propterea volunt te frui ac non ita et imitari. Conregnare cupiunt, sed non compati. Horum unus erat ille qui dicebat: Moriatur anima mea morte iustorum et fiant novissima mea horum similia. Optabat ergo consummationem iustorum sed non ita et principia. Dilectus suus sopitum hec est hereditas domini, et quia beata mortuis qui in domino moriuntur, cum contra mors peccatorum pessima est. Non curat querere que tamen desiderabant invenire, cupientes consequi sed non et sequi. Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Beati qui digni habiti sunt testimonio tuo, domine Ihesu benigne: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Non sic illi quibus ibant post te pedibus et affectibus. Notas eis fecisti vias vite vocans eos post te qui via et vita es, dicens: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Item: Qui michi ministrat me sequatur, et ubi ego sum illic et minister meus erit.

c
f
a
21
b
n̄d
Num. 23

Dicebant ergo flentes ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Sic itaque et dilecta tua relictis omnibus propter te concupiscit
ut semper post te tuis se inherere vestigiis ac sequi te quocumque ieris sciens quia vie tue vie pulchre et omnes semite
tue pacifice et quia qui sequitur te non ambulat in tenebris. Precatur autem se trahi quia iustitia tua sicut montes dei
nec sufficit ad illam viribus suis. Precatur se trahi ut sic assolet quia nemo venit ad te nisi pater tuus traxerit eum. Porro
quos pater trahit trahis et tu. Opera quippe que pater facit hec et filius similiter facit. Sed familiarius a filio postulat se
trahi a quo sponso quem pater misit obviam ei ducem ac preceptorem qui se preiret in via morum et pararet iter virtutum
et erudiret eam sicut semetipsum et viam prudentie doceret et traderet ei legem vite et discipline et sic multo ipse con-
cupisceret decorem eius. Trahe me post te in odore unguentorum tuorum curremus. Propterea opus habeo trahi quia refriguit in
nobis paululum ignis amoris tui nec valemus a facie frigoris huius currere modo sicut heri et nudiustertius. Curremus
autem postea cum reddideris letitiam salutaris tui cum redierit temporis melior gratia cum sol iustitie iterum incaluerit et per-
transierint temptationis nubes que hunc operire ad horam cernuntur. Atque ad leniorem flatum aure blandioris soluto ceperint un-
guenta liquescere et aromata fluere et dare odorem suum. Tunc in odore illo curremus. Spirantibus namque unguentis curremus
quoniam abscedet torpor qui nunc est et redibit devotio et iam non opus erit nobis ut trahamur quippe odore excitati
ut sponte curremus. Nunc vero interim trahe me post te. Vides ne illum qui in spiritu ambulat nequaquam permanere uno statu
nec eadem semper facilitate proficere et quod non sit in homine via eius sed quemadmodum eius spiritus moderator prout vult dispensat
nunc segnius nunc alacrius que retro sunt obliviscens et ad anteriora sese extendere. Puto quod hoc ipsum si attenditis vestra
vobis experientia intus videt quod foris loquor. Ergo cum te torpore accidia vel tedio affici sentis noli propterea dif-
fidere aut desistere a studio spirituali sed innitaris requirere manum trahentis te obsecrans sponse exemplo donec demo
suscitate gratia fias promptior alacrior quam curras et dicas Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Sic
autem quamdiu adest gratia delecteris in ea ut non te existimes donum dei iure hereditario possidere ita videlicet securus de eo quasi
numquam perdere possis ne subito cum forte retraxerit manum et subtraxerit donum tu animo concidas et tristior quam oportet fias.
Denique ne dixeris in habundantia tua non movebor in eternum ne etiam illud quod sequitur dicas cum gemitu quando nequaquam probas(?)
Avertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus. Curabis potius si sapis pro consilio sapientis in die bonorum ne
immemor esse malorum. Ergo in die virtutis noli esse securus sed clama ad deum cum propheta et dic Cum defecerit virtus mea
ne derelinquas me porro in tempore temptationis consolare et dic cum sponsa Trahe me post te in odore unguentorum
tuorum curremus. Sic te non deseret spes in tempore malo nec in bono prudentia deerit cum quam inter adversa et prospera mutabilium
temporum teneas quandam eternitatis ymaginem utique hanc inviolabilem et incommutabilem constantis animi equalitatem benedicens
dominum in omni tempore probare quam vendicabis tibi et in hiis mutabilibus scilicet dubiis eventibus certis quam defectibus perfectius(?)
quodammodo et incommutabilem statum cum te ceperis renovare et reformare in insigne illud antiquum similitudinis eterni
dei apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Quippe sicut est ipse ita et tu eris in hoc mundo
nec in adversis timidus nec in prosperis dissolutus. In hoc namque nobilis creatura facta ad ymaginem et similitudinem eius
qui se fecit antiquum honoris dignitatem recipere iam iam quasi se et recuperare indicat cum se indignum ducit huic
labenti seculo conformari magis satagens iuxta Pauli doctrinam in novitate sensus sui reformari in eam similitudinem in qua se
conditam novit ac per hoc etiam cogitans ut dignum est solum istud quod propter se factum est vice versa in eum modum
conformari sibi dum omnia ei cooperari in bonum incipiunt tamquam in propria et naturali forma abiecta degeneri specie recog-
noscentia dominum suum cum ad serviendum creata fuerint. Unde arbitror illum sermonem quem dixit de se unigenitus videlicet
si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum cuilibet quoque eius fratribus posse esse communem hiis utique quos prescivit
et predestinavit conformes fieri ymaginis filii sui ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et ego igitur si exaltatus
fuero a terra confidenter dico omnia traham ad meipsum. Nec enim temerarie usurpo fratris mei vocem cuius me
induo similitudine. Et si ita est non putent divites huius seculi fratres Christi sola possidere celestia quia audiunt dici
Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Non eos namque estimat sola celestia possidere qui ea sola audiunt
in promissione possident et terrena. Et quidem tamquam nichil habentes sed omnia possidentes. Non mendicantes ut miseri
sed ut domini possidentes eo profecto magis domini quo minus cupidi. Denique fideli homini totus mundus divitiarum est totus
plane quia tam adversa quam prospera ipsius sed omnia serviunt ei et cooperantur in bonum. Ergo avarus terrena esurit
ut mendicus fidelis contempnit ut dominus. Ille possidendo mendicat iste contempnendo servat. Quere a quibus eorum
qui insatiabili corde lucris temporalibus inhiant quid nam de hiis sentiat qui sua vendentes et dantes pauperibus
regna celorum pro terrena mercantur. Sublata sapienter agant nec ne. Procul dubio videbit sapienter. Quere item
cur quod approbat ipse non facit. Non possum inquiet. Quare. Profecto quia domina avaritia non permittit quia liber
non est quia non sunt sua que possidere videtur. Sed nec ipse sui iuris. Si tua tua sunt expende ad lucra et pro terrenis
celestia commutato. Si non vales fatere te pecunie tue non dominum esse sed suum custodem non possessorem. Denique
et conformaris eruginie tue tamquam dominus servire sue dum quo ille illi necto congaudet gaudenti dolenti condolet
tu quoque cum crescente tuo marsupio crescis pariter animo et cum decrescente decrescis. Nam et contrahens tristicia cum id
contrahitur et leticia solveris autem et te inflaris superbia cum impletur. Hec ille. Nos vero sponse curremus emulari
libertatem atque constantiam que sicut bene instructa omnibus et erudita corde in sapientia scit habundare scit et
penuriam pati. Cum se rogat trahi ostendit quod desit sibi non pecunie sed virtutis. Nunc(?) cum se nichilo de spe reditum
gratie consolatur et si deficere non tum diffidere se probat. Dicat ergo Trahe me post te in odore unguentorum tuorum curremus.
Et quid mirum si indiget trahi que post gigantem currit quem comprehendere intendit cum qui salit in montibus transilit colles

Volebat autem currere sponsa eius. Non valet aequo cursu. Non potest pari cum illo celeritate contendere qui exultavit ut gigas ad currendam viam. Non potest suis viribus, et propterea rogat se trahi. Fessa sum, inquit, deficio, noli me deserere, sed trahe me post te, ne incipiam vagari post amatores alios, ne curram quasi in incertum. Trahe me post te, quia satius michi est ut me trahas et sic vim qualemcumque, aut terrendo minis aut castigando flagellis inferas, quam parcens in meo me torpore male securam relinquas. Trahe quodammodo invitam ut facias voluntariam. Trahe torpentem ut facias currentem. Erit quando non indigebo tractore, cum voluntarie et cum omni alacritate curremus. Non curram ego sola, etsi solam me trahi petierim; current et adolescentule mecum. Curremus pariter, curremus simul. Ergo in odore unguentorum tuorum curremus. Habet sponsa imitatores sui, sicut et ipsa est Christi, et ideo non ait singulariter curram, sed curremus. Sed oritur questio cur pluraliter, cum se petit trahi, cur adolescentulas non adiunxit, ut non trahe me, sed trahe nos diceret. Numquid enim forte ne sponsa indiget trahi, et adolescentule non indigent? O pulcra, o felix, o beata, exsere nobis huius distinctionis racionem. Trahe me, ais. Cur me et non nos? An hoc bonum invides nobis? Absit. Nos enim pro certo diximus adolescentulas tecum esse cursuras si sola pro sposu ne voluisses. Cur ergo pluraliter numero subinferens curremus, trahi te singulariter postulasti? Caritas inquit ita postulabat. Disce per hoc verbum a me in spirituali conversacione duplex auxilium desuper sperare, correpcionem et consolacionem. Altera foris exercet, altera visitat intus. Illa reprimit insolenciam, alia in fiduciam erigit. Illa operatur humilitatem, ista pusillanimitatem consolatur. Illa cautos, ista devotos facit. Timorem Domini docet illa, ista ipsum timorem infuso temperat gaudio salutari, sicut scriptum est: Letetur cor meum ut timeat nomen tuum. Item: Servite Domino in timore et exultate ei cum tremore. Trahimur cum temptacionibus et tribulacionibus exercemur. Currimus cum internis consolacionibus et inspiracionibus visitati tamquam suave olentibus unguentis respiramus. Ergo quod austerum et durum videtur retineo michi, tamquam forti, tamquam sane, tamquam perfecte, et dico singulariter: Trahe me. Quod suave et dulce tibi, tamquam infirmo, communico et dico: Curremus. Novi ego adolescentulas delicatas et teneras esse et minus ydoneas sufferre temptaciones, et propterea mecum volo ut currant, sed non ut mecum trahantur. Volo habere socias consolacionis, non autem et laboris. Quare? Quia infirme sunt, et vereor ne deficiant, ne succumbant. Me, inquit, o sponse, me corripe, me exerce, me tempta, me trahe post te, quia ego in flagella parata sum et potens ad sustinendum. Ceterum simul curremus. Sola trahar, sed simul curremus. Curremus, sed in odore unguentorum tuorum, non in meritorum fiducia nostrorum. Nec in magnitudine virium nostrarum currere nos confidimus, sed in multitudine miseracionum tuarum. Nam et si quando currimus ac voluntarie, non sumus volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Redeat miseracio et curremus. Tu quidem in virtute tua tamquam gigas et potens curris in ipsa virtute tua; nos nisi unguenta tua spiraverint non curremus. Tu qui pre unctus es oleo leticie pre consortibus tuis, curris in ipsa unctione; nos in illius odore curremus. Tu in plenitudine, nos in odore. Tempus esset ut persolverem quod de unguentis sponsi promiseram, sed huius sermonis longitudo vetaret. Differo ergo. Nam et materie dignitas altam longe supra promisisse me memini, si non huius sermonis longitudo vetaret. Rogate Dominum unctionis ut voluntaria oris mei beneplacita facere dignetur, ad instruendam molestam verbositatem non patitur. Rogate Dominum unctionis ut voluntaria oris mei beneplacita facere dignetur ad inspirandum nostris desideriis mediante habundancie suavitatis sue, que est in sponso ecclesie Ihesu Christo Domino nostro.

Sermo xxij

Si ita preciosa, ita magnifica sponse unguenta inventa sunt, quemadmodum cum tractarentur audistis, sponsi quanta sunt? Et si digne ea nos putamus sufficere explicare, haut dubium tamen quin excellencior virtus horum et gracia efficacior sit, quorum solus non solum adolescentulas, sed ipsam quoque sponsam odor excitat ad currendum. Sed enim adhuc nil tale de propriis unguentis ausa est polliceri. Etsi quidem illa optima esse gloriatur, sed non dicit quod in eis cucurrisset aut curreret, quod in istorum solo odore promittit. Nec si ipsam unctionem in se effusam sentiret, cuius ita tenui exhilarata fragrancia permovetur ut currat, quid si non et volaret? Sed dicat adhuc desiderium, non commendare. Satis cum ceperis assequi, apparebit quid sint. Non minime ego istud polliceor. Sane an vel ipsa sint que michi suggerimus dicenda unguenta, credere nondum adhuc nescire me fateor. Novimus enim sponsi varias aromatum species et non paucas, et alias quidem esse in quibus singulariter oblectatur sponsa tamquam propior ac familiarior, alias vero que usque ad adolescentulas pervenirent, alias que pertingunt eciam ad longe positos et extraneos, ut non sit qui se abscondat a calore eius. Sed licet suavis Dominus universis, maiore domesticis tamen, et quanto quisque ei familiarius pro vite meritis ac mentis puritate appropiat, tanto eum arbitror recenciorum aromatum et unctionum suaviorum sentire fragranciam. Porro in quibus non capit intelligencia nisi quantum experiencia attingit. Ergo vobis haut temere michi arrogaverim sponse prerogativas. Novit sponsus quibus deliciis spiritus foveat dilecta, quibus singulariter reficiet spiritum eius inspiracionibus et mulceat odoramentis. Sit tibi fons proprius in quo ei non communicet alienus nec indignus bibat ex eo. Est quippe ortus conclusus, fons signatus. Ceterum derivantur aque mee in plateis. Causa me ad manum habere fateor. Sed tu vero id molestum sit si de publicis hauriam et propino. Nam ut paulisper ministerium meum in hac parte commendem, non nullius profecto fatigacionis est atque laboris cotidie scilicet exire et haurire de manifestis rivulis scripturarum et eis singulorum necessitatibus ministrare, ut absque suo labore quisque vestrum prompto habeat aquas spirituales ad omne opus, verbi gracia ad lavandum, ad potandum, ad cibos coquendos. Est nimirum aqua sapiencie salutaris sermo Domini, non modo potans sed et lavans, dicente Domino: Et vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Sed et crudos carnales cogitaciones igne sancti spiritus accedente coquit divinum eloquium, ac vertit in sensus spirituales et cibos mentis, ita ut dicas: Concaluit cor meum intra me et in meditacione mea exardescet ignis. Cum vero sane puriori perceptos apprehendere sublimiora sufficiunt quam per nos perceperunt, non solum non prohibeo, sed et multum congratulor. Domini et ipsi nos faciant participes simplicioribus ministrare. Utinam michi ut omnes prophetarent! Utinam michi non necesse esset in huiusmodi occupari! Utinam aut aliud cura incumberet istud, aut certe quod mallem, non in vobis esset qui ea indigerent, essetis quam omnes docibiles Dei, et ego possem vacare et videre quoniam ipse sponsus est Deus. Nunc vero quem nimis interim non dico intueri, sed ne inquirere quidem licet. Quod si lacrimis non loquor regem in decore suo sedentem super cherubim, sedentem super solium excelsum et elevatum, in ea forma qua equalis Patri in splendoribus sanctorum ante luciferum genitus est, in qua et prospicere desiderant angeli, Deum apud Deum, ipsum saltem hominem hominibus loquor, sed omnino eam formam in qua ut se manifestum humana sua dignacione et dilectione

prodiret incolatus ab angelis in sole posuit tabernaculum suum tamquam sponsus procedens de thalamo suo. Quam magis quam sublime
et unctum non altum loquor quale denique sponsus dominus unxit et misit evangelizare pauperibus, mederi contritis corde, pre-
dicare captivis indulgentiam et clausis apertionem, predicare annum placabilem domino. Salvo quamquam quod forte sublimius subtilius
quam de sponsi unguentis specialiter nunc sentire se dixit et experti donatum est. Ergo quod de Christo accepi profero. In Christo ipse quasi fons
signatus de intra ortum conclusum erumpens per os Pauli fistula sua tamquam vena illa sapientia que iuxta beatum Job simul trahitur
de occultis in quattuor rivos sese diffudit et derivavit in plateas. Ubi videlicet et assignat nobis eum factum a deo sapientiam
et iustitiam et sanctificationem et redemptionem. Horum utique quattuor rivis tamquam pretiosissimis unguentis nil obstat utrumque intelligi
et aquam et unctionum: aqua quia mundat, unctionum quia fragrat. Hoc tamen magis quattuor primis tamquam unguentis pretiosissimis super
notet aromatum de celestibus speciebus confectis tanta ecclesie nares odoris suavitas replevit ut modo a mundi quatuor
partibus concitata illa dulcedine suspirando properaret ad sponsum tamquam regina illa Austri festinans a finibus terre audire
sapientiam Salomonis, opinionis siquidem odore provocata. Hanc et etiam non ante tempus valuit in odore sui Salomonis quippe is
qui ab eterno patre sapientia erat factus est ei in tempore a patre sapientia quo ipsius odorem percipere posset. Sic iustitia sic sanctificatio
sic et redemptio intellige ei factus est ut hominem quoque in odorem trahere posset cum haberet eque omnia in se cui omnia esset. Nam et in principio
quidem erat verbum, sed tunc demum ad videndum ipsum pastores venerunt festinantes cum incarnatum est factum. Denique et locuti sunt ad
invicem: Transeamus usque Bethleem et videamus hoc verbum quod factum est quod fecit dominus et ostendit nobis. Et sic. Et venerunt
festinantes. Prius sed non movebat eos verbum erat tamen apud deum. At ubi verbum quod erat factum est, ubi hoc dominus fecit
et ostendit, tunc venerunt festinantes, tunc cucurrerunt. Unus ergo in principio erat verbum sed verbum erat apud deum, factum est ut quod
esse inciperet et apud homines. Sic intellige in principio sapientia erat, erat iustitia, erat sanctificatio et redemptio, sed angelis ut
esset et hominibus fecit eum hoc omnia pater et fecit quod pater. Denique qui factus est nobis inquit sapientia. Sed qui factus est nobis sapientia
quoniam qui erat angelis factus est et nobis. At angelis inquis quo iam modo redemptio fuit non video. Nec enim auctoritas
scripturarum usquam asserere videtur eos aliquando aut peccato concitisse captivos aut morti obnoxios ut necessarii haberent re-
Redemptio angelorum demptionem, excepto duntaxat illis qui superbie lapsu et irremediabili tenentes redimi deinceps non meruerunt. Si
itaque angeli numquam redempti sunt, alii utique non egentes, alii non promerentes, illi quidem quia nec lapsi sunt, hi autem quia
irrevocabiles sunt, quo pacto tu dicis dominum Christum eis fuisse redemptionem? Audi breviter. Qui erexit hominem lapsum,
dedit stanti angelo ne laberetur, sic illum de captivitate eruens sicut hunc a captivitate defendens. Et hac ratione fuit
eque utrique redemptor, solvens illum et servans istum. Liquet ergo sanctis angelis dominum Christum fuisse redemptionem sicut
iustitiam sicut sapientiam sicut sanctificationem. Et nihilominus tamen hec ipsa quattuor esse facta propter homines qui invisibilia dei non
nisi per ea que facta sunt intellecta conspicere possunt. Sic ergo omne quod erat angelis factus est et nobis. Quid sapientia iusti-
tia sanctificatio redemptio? Sapientia in predicatione, iustitia in absolutione peccatorum, sanctificatio in conversatione quam habuit cum peccatoribus,
redemptio in passione quam sustinuit pro peccatoribus. Ubi ergo hec a deo factus est, tunc odorem sensit, tunc cucurrit. Vide
iam quadrifariam unctionum, vide affluentissimam atque inestimabilem suavitatem eius quem unxit pater deus oleo letitie pre con-
sortibus suis. Sedebas o homo in tenebris et umbra mortis per ignorantiam veritatis, sedebas vinctus catenis de-
lictorum. Descendit ad te in carcerem non ut torqueret sed ut erueret de potestate tenebrarum. Et primo quidem veritatis doctor
depulit umbram ignorantie tue luce sapientie sue. Per iustitiam deinde que ex fide est solvit funes peccatorum gratis
iustificans peccatorem. Quo gemino beneficio implevit sermonem illum sancti David: Dominus solvit compeditos, dominus illuminat
cecos. Addidit quoque sancte inter peccatores vivere et tradere formam vite tamquam vie qua rediret ad patriam. Ad cumulum postremo
pietatis tradidit in mortem animam suam et de proprio latere protulit pretium satisfactionis quo placaret patrem per quod illum plane
ad se versiculum traxit: Apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. Prorsus copiosa quia non gutta sed unda sanguinis
largiter per quinque partes corporis emanavit. Quid tibi debuit facere et non fecit? Illuminavit cecum, solvit vinctum, reduxit
errantem, reconciliavit reum. Quis non post illum libenter atque alacriter currat qui et ab errore liberat et errata dis-
simulat, qui deinde merita vivendo tradit, premia moriendo acquirit? Qua excusatione habet qui in odore horum unguentorum
non currit, nisi ad quem forte nec pervenit odor. Sed enim in omnem terram exivit odor vite, quia misericordia domini plena est terra
et miserationes eius super omnia opera eius. Ergo qui vitalem hanc sparsam ubique fragrantiam non sentit et ob hoc non
currit aut mortuus est aut putridus. Fragrantia fama est. Prevenit opinionis odor, concitat ad currendum, provocat ad
experimentum, ad bravium invitat: vox una omnium letantium premium percipientium: Sicut audivimus sic vidimus in civitate domini virtutum.
Animo propter mansuetudinem que in te predicatur curremus post te domine Iesu audientes quod non spernas pauperes, peccatores non
horreas. Non horruisti confitentem latronem, non lacrimantem peccatricem, non Chananeam supplicantem, non sedentem in the-
lonio, non supplicantem publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum, non ipsos crucifixores tuos. In odore
horum curremus. Porro sapientie tue odorem ex eo percipimus quod audimus quia si quis indiget sapientia postulet a te domine
et dabis ei. Aiunt siquidem quod des omnibus affluenter et non improperes. At vero iustitie tue tamque ubique spargitur fragran-
tia ut non solum iustus sed etiam ipsa dicaris iustitia, et iustitia iustificans. Tam validus denique es ad iustificandum
quam multus ad ignoscendum. Quamobrem quisquis pro peccatis compunctus esurit et sitit iustitiam credat in te qui iustificas
impium, et solam iustificatus per fidem pacem habebit ad deum. Sanctitatis quoque suavissime et copiosissime tua redolet non
solum conversatio sed et conceptio. Peccatum siquidem nec commisisti nec contraxisti. Cum ergo iustificatus a peccatis sectari de-
siderat et sanctimoniam sine qua nemo videbit deum, audiat te clamantem: Sancti estote quia ego sanctus sum.
Consideret vias tuas et discat quia iustus sis in omnibus viis tuis. Iam redemptionis odor quantos currere fecit. Cum
exaltatus a terra omnia prorsus traxisti ad teipsum. Passio tua ultimum refugium singulare remedium. Deficiente
sapientia, iustitia non subveniente, sanctitatis succumbentibus meritis, illa succurrit. Quis enim de sua sapientia vel iustitia vel
sanctitate presumat sufficientiam ad salutem? Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis tamquam ex nobis

sed sufficientia mea ex deo est. Itaque cum defecerit virtus mea non conturbor non diffido scio quid faciam. Calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo. Illumina oculos meos domine ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore et sapiens sum. Delicta iuventutis mee et ignorantias meas ne memineris et iustus sum. Deduc me domine in via tua et sanctus sum. Verumtamen nisi interpellet sanguis tuus pro me salvus non sum. Pro his omnibus currimus post te. Dimitte nos quia clamamus post te. Hoc currimus equaliter omnes in odore omnium unguentorum tuorum sed videas vehementius alios studiis singulariter sapientie, alios ad penitentiam spe indulgentie alacriores, alios amplius ad virtutum exercitium vite et conversationis eius provocari exemplo, alios ad pietatem passionis plus accendi memoria. Putamusne nos de singulis posse reperire exempla? Currebant in odore sapientie quam missi fuerant apprehendere pharisei cum reversi dicerent: Numquam homo sic locutus est, utique admirantes doctrinam et confitentes sapientiam. Currebat in hoc ipso odore sanctus Nicodemus qui venit ad Ihesum nocte, in splendore illius sapientie de multis quippe instructus edoctusque recessit. Vero in odore iustitie currit Maria Magdalene cui dimissa sunt peccata multa quia dilexit multum. Iusta profecto et sancta et non iam peccatrix, quemadmodum phariseus cogitabat, nesciens iustitiam seu sanctitatem dei esse munus non opus hominis. Et quia non modo iustus sed et beatus cui non imputabit dominus peccatum. An oblitus erat quod vel suam ipse vel alterius corporalem tangendo lepram fugaverat non contraxerat? Sic tactus a peccatrice iustus iustitiam impertit non perdit nec sorde peccati quam illa ablutat se inquinat. Currit et publicanus qui cum deprecationem peccatis suis humiliter imploraret descendit iustificatus teste ipsa iustitia. Currit Petrus qui lapsus flevit amare quatenus culpam dilueret recuperaret iustitiam. Currit David qui reatum cognoscens et confitens audire meruit: Et dominus transtulit peccatum tuum a te. Porro in sanctificationis odore Paulus currere sese testificatur cum Christi imitatorem se esse gloriatur dicens ad discipulos: Estote imitatores mei sicut et ego Christi. Cucurrerunt et omnes qui dicebant: Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. De ipso quippe sequendo Christum reliquerant omnia. Hortatur generaliter universos ad eundem odorem ista sua: Qui se dicit in Christo manere debet quemadmodum ille ambulavit et ipse ambulare. Iam qui in odore currunt passionis si audire vis universos martyres accipe. En quattuor unguenta assignata habes: primum sapientie, secundum iustitie, tertium sanctificationis, quartum redemptionis. Ducite nomina propter fructum et compositionis modum vel numerum specierum quibus confecta sunt nolite requirere. Non enim facile in sponsi unguentis hoc posse esse putet nobis quemadmodum in superioribus illis sponse fuerit. In Christo nempe vero plenitudo est sine modo sine modo. Nam et sapientie eius non est numerus et iustitia ipsius sicut montes dei et sanctitas singularis et redemptio inexplicabilis. Denique et hoc quero frustra cuius sancti sapientes de quattuor virtutibus tam multa disputaverunt quas tamen apprehendere omnino nequiverunt cum illum nescierunt qui factus est nobis a deo sapientia docens prudentiam et iustitia delicta donans et sanctificatio in continentia temperantie continenter vivens et redemptio in exemplum patientie fortiter moriens. Forsitan dicas: Cetera bene conveniunt sed sanctificatio ad temperantiam minus apte referri videtur. Ad quod videtur primum id esse continentiam quod temperantiam. Deinde usitatum in scripturis sanctificationem pro continentia seu munditia poni. Denique quid ille apud Moysen totiens iubere sanctificationes hominum temperantiam se a cibo et potu a concubitu et his quoque similibus. Et audi precipue ipsum apostolum confamiliare habeat vel uti vel usurpare sanctificationem in hoc sensu: Hec est inquit voluntas dei sanctificatio vestra ut sciat unusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione et non in passione desiderii. Item: Non enim vocavit nos deus in immunditiam sed in sanctificationem. Liquet quod sanctificationem pro temperantia ponit. Educto itaque in lucem quod obscurum videbatur redeo ad id unde digressus eram. Quid vobis cum virtutibus qui dei virtutem Christum ignoratis? Ubi nam queso vera prudentia nisi in Christi doctrina? Ubi vera temperantia nisi in Christi vita? Ubi vera fortitudo nisi in Christi passione? Soli ergo qui eius doctrina imbuti sunt prudentes dicendi sunt, soli iusti qui de eius misericordia veniam peccatorum consecuti sunt, soli temperantes qui eius vitam imitari student, soli fortes qui eius patientie documenta fortiter in adversis tenent. Incassum proinde quis laborat in acquisitione virtutum si aliunde eas sperandas putat quam a domino virtutum, cuius doctrina seminarium prudentie, cuius misericordia opus iustitie, cuius vita speculum temperantie, cuius mors insigne est fortitudinis. Ipsi honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Sermo xxiij

[Margin note: Ubi vero iustitia nisi de Christi misericordia]

xxiij

Introduxit me rex in cellaria sua. Ecce unde odor, ecce quo curritur. Dixerat quia curreretur et in quo currendum esset non dixit. Ergo ad cellaria curritur et curritur in odore qui ex ipsis procedit. Sponsa illud solita sagacitate presentiente et cupiente in ipsis plenitudine introduci. Verum de cellariis his quid sentiendum putamus? Cogitemus interim loca quedam redolentia penes sponsi plena odoramentis referta deliciis. In istiusmodi nempe officina potiora queque sive ex orto sive ex agro fructuum reponuntur. Illuc ergo properant currentes. Qui currunt? Anime spiritu ferventes. Currit sponsa, currunt adolescentule, sed que amat ardentius currit velocius et citius pervenit. Perveniens non dico repulsam sed nec cunctationem patitur. Fit mora apertum ei tamquam domestice, tamquam carissime, tamquam specialiter dilecte et singulariter grate. Adolescentule autem quid? Sequuntur a longe. Neque enim tantum adhuc infirme sunt ut par per devotionem cum sponsa currere nec ipsius omnino imitari desiderium et fervorem. Ideo et tardius venientes foris remanent. Sed caritas sponse nec quiescit nec neglexit ut assolet successibus suis ut eas obliviscatur; consolatur magis et hortatur ad patientiam quatenus equanimiter et sine fremitu ferant repulsam et illius absentiam. Denique et mittat eis gaudium quod percepit non ob aliud sane nisi ut de congaudeant, de confidant nimirum aliquando fore ut se quoque mater gratie accersiat. Nam nec illa ita profectui curat quo ipsarum negligat curam nec immemor suos profectus putat illarum dispendio. Nam nec illa ita introitus prerogativa tollatur ab illis caritate absque dubio et pia sollicitudine. Emulanda prorsus demonstrans eam sponsi sui imitari et potentem celos et meritis in terris cum suis se fore usque ad consummationem seculi pollicentem. Sic et ista quantumvis proficiat quantumvis promoveatur numquam prudentia atque affectu abiectas quas in Christo genuit, numquam amonetur numquam sua viscera obliviscitur. Dicat itaque eis: Gaudete, confidite. Introduxit me rex in cubiculum suum; putate et vos pariter introductas. Sola introducta videor sed soli non proficit. Vestrum omnium est meus omnis profectus; profecto vobiscum partibor quicquid plus forte vobis mereor. Vis indubitanter scire quia in hoc sensu et affectu locuta sit? Audi quid ille vicissim dicant: Exultabimus et letabimur, non in nobis nec enim meruimus. Memores uberum tuorum super vinum. Equanimiter sustinemus donec venias scientes te plena ad nos reversuram uberibus. Tunc nos confidimus exultare et letari.

meliores interim ubera tuorum(?) esse adiungunt super vinum, sicut se adhuc quidem pro sui imperfectione carnalium desideriorum que vino designantur recordatione pulsari, vinci tamen cedere desideria meliori habundantie suavitati qua iam ex uberibus fluentem(?) experte sunt. Dicerem de uberibus, si non me satis dixisse superius meminissem. Nunc vero quod de matre presumunt, quo eius lucra et gaudia sua reputant, ipse repulse invidia illius introductione consolate. Nunc ita confident in se matre assistente.

Prelati audiant

Audiant hoc prelati qui sibi commissis volunt semper esse formidini, raro utilitati. Erudimini qui iudicatis terram. Discite subditorum matres vos esse debere, non dominos. Studete magis amari quam metui. Et si interdum severitate opus est, paterna sit, non tyrannica. Matres fovendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuescite, ponite feritatem. Suspendite verbera, producite ubera. Pectora lacte pinguescant, non typo turgeant. Quid iugum vestrum super eos aggravatis quorum potius onera portare debetis? Cur morsus a serpente parvulus fugit confessionem sacerdotis, ad quem eum magis oportuerat tamquam ad sinum recurrere matris? Si spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans unusquisque seipsum ne et ipse temptetur. Alioquin ille in peccato suo morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Sed hec alias. Nunc quia hec consequentia ex hiis que per [illegible] manifesta est, videamus iam de cellariis quid spiritualiter sentire debeamus. In consequentibus mentio fit etiam de orto et de cubiculo, que ambo nunc adiungo istis cellariis et in presentem disputationem assumo. Nam simul tractata melius ex invicem innotescent. Et queramus si placet tria ista in scripturis sanctis: ortum, cellarium, cubiculum. In ipsis nempe libenter Deum sitiens anima versatur et moratur, sciens se ibi absque dubio inventuram quem sitit. Sit itaque ortus plana ac simplex historia, sit cellarium moralis sensus, sit cubiculum arcanum theorice contemplationis. Et primum quidem historiam ad ortum puto non incongrue deputari, quod in ea inveniantur viri virtutum tamquam ligna fructifera in orto sponsi et in paradiso Dei, de quorum bonis actibus et moribus quot sumis exempla, tot carpis poma. Nam forte quis ambigit Dei esse plantationem bonorum hominum? Audis sanctum David de viro bono quid canat: Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non defluet. Audi Jeremiam eodem spiritu concinentem et hiis quidem pene verbis: Erit tamquam lignum, inquit, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod ad humorem mittit radices suas, et non timebit cum venerit estus. Item propheta: Iustus ut palma florebit et sicut cedrus Libani multiplicabitur. Et de ipso: Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei. Est ergo historia ortus et ipsa tripartita. Continet namque in ea celi et terre creationem, reconciliationem, reparationem. Creatio quidem tamquam orti satio vel plantatio. Reconciliatio autem quasi germinatio satorum vel plantatorum. Tempore nempe suo rorantibus celis desuper et nubibus pluentibus iustum, aperta est terra et germinavit salvatorem, per quem facta est celi terreque reconciliatio. Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum, pacificans in sanguine suo que in terris sunt et que in celis. Porro reparatio est in fine seculi futura. Erit enim celum novum et terra nova, et colligentur boni de medio malorum tamquam fructus de orto in Dei promptuaria reponendi. In die illa erit, ut scriptum est, germen Domini in magnificentia et gloria, et fructus terre sublimis. Habes igitur tria tempora in orto historico sensu. In morali quoque disciplina tria eque adverte, et tres cellas quasi tribus in cellario uno. Et ideo forsitan pluraliter cellaria dixit, non cellarium, cellariorum videlicet hunc numerum insinuans. Iusta denique introducta se gloriatur in cella vinaria.

Cellaria

Nos ergo quia loquimur de cellariis, sapienti et [illegible] planior erit, si ceteris cellis quod prius sensus celle huic contulit imponemus, reliquis quoque duabus nomina: aromaticam unam et unguentariam alteram. Causas horum vocabulorum videbimus postea. Nunc autem adverte cuncta apud sponsam: aromatica, vinum et unguentaria. Vinum teste scriptura letificat cor hominis; facies sponsi salubria cuncta suavia reperi: vinum, unguenta, aromata. Ut unguenta fiant, aromata non modo grata suavitate odoris, sed vi [illegible] pulvis pigmentorum infundit. Merito se introductam illuc exultat sponsa, ubi tanta redundat ubertas gratie, [illegible] medendi utilia sunt. Et ut suo ordine noscantur, prima in [illegible] Sed habeo et alia nova, puto eminentiorem sui generis rem. Et ut suo ordine noscantur, primam in [illegible]

Nota

In priori discis innata ethice partis rem, inferior esse in sequente parte disciplinae. Sedamus nature tria genera: positiva. In priori discis esse disciplina in [illegible] hoc est sub alio cum alio super alium. Velle sit subesse coesse preesse. Primo ergo discis esse disciplinae impositione superior. Hoc est sub alio. Cum alio super alium. Equidem omnes homines natura equales genuit. Sed qui bono nature in moribus superbia depravato, facti sunt homines equalitatis impatientes, contendentes invicem superiores constitui, atque alterius super gredi cupientes, inanis glorie cupidi, invicem invidentes, invicem provocantes. Primo omnium in cella priori ingo disciplinae insolentia et ramus glorie cupidi invicem invidentes. Donec diutinus seniorum attrita legibus [illegible] et sanctis voluptas, bonum morum domanda est, quatenus quod superbiendo amiserat, obediendo recipiat. Tum solo iam nutu affectu non metu disciplinae [illegible] in se nature quod supplicando amiserat; obediendo recipiat. In cella tamen unusquisque nature sue sortis, id est cum omnibus hominibus socialiter, quieto usque est quiete, qui sese hic dividat. In cella tamen oritur(?) quod scriptum est: Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum, sicut unguentum in capite nature [illegible] quod scriptum est: Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum sicut unguentum in capite. Natura tamquam [illegible] oleum letitie, bonum nature; et fit unguentum bonitatis. Nam [illegible] disciplinatis moribus, tamquam tritis speciebus oleum letitie bonum nature, et fit unguentum bonitatis. Invicem [illegible] quam vincere reddit, hic patiens et mitis, his sine querela, invicem [illegible] tolerans invicem, tradens [illegible] qui vincit reddit. Insuper et libenter quicumque [illegible] in corde dati et accepti. Puto si bene intellexisti non te superbe contollere aut preferre. Insuper et libenter [illegible] in illa denique utriusque celle [illegible] non incongrue me hanc unguentariam, illam aromaticam appellasse testaberis. In illa denique utriusque celle [illegible] non incongrue [illegible] sicut pigmentorum vires atque singularia pistillo contorquet et [illegible] violenta contusio, sic [illegible] quodam et comprimunt [illegible] magisterii et districtio disciplinae. In hac autem tamquam voluntarie [illegible] quoddam et comprimunt [illegible] sponte officiosa currit [illegible] plane unguenti quod est in capite ad leve caloris [illegible] grata mansuetudo sponte officiosa currit [illegible] descendentis ac defluentis per totum. Itaque in cella disciplinae tamquam sicce ac simplices aromatum species continentur, et inde aromaticam eam denominandam putavi. In ea vero que nature dicta est, quoniam iam quasi confecta reponuntur, et [illegible] unguentaria nuncuparet. Nam vinariam quoque cellam fingunt unguenta [illegible] nomine et ipsa accepit ut unguentaria nuncuparet. Nam vinariam quoque cellam [illegible] arbitror fore, cum non [illegible] in ea vinum zeli in caritate fervens recondatur. Nec debet non alia sane sine non [illegible] introduci. Qui persus hoc vino estuat qui aliis prodesse [illegible] quemadmodum omnino prodesse aliis qui in eam [illegible] introduci. Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror? Doctoris gentium estimabat qui dicebat: Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror? Alioquin improbe satis preesse affectas quibus prodesse non curas, et quorum non zelas salutem subiectorum, nimis ambitiose vendicas tibi. Hanc ergo cellam quoque [illegible] non [illegible] absque gratia vel reliquas duas obtinere quis possit, si ob plenitudinem que singulariter in ista precipitur. Denique plenitudo legis est caritas, et qui diligit fratrem

legem impleant. Vidistis rationem vocabulorum, vide et differentiam cellarum. Nec enim paris fragilitatis est seu facultatis
eiusdem, petulantes vagosque spiritus atque in personalem carnis appetitum nigri metu compescere ac rigidae disciplinae
cohibere censura, et spontaneo affectu bene cum sociis convenire, castigatius sub ferula vivere moribus, et sola integra
voluntate gratum paribus gerere morem. Itaque neque unum invenies qui dicat esse nutum unum virtutis socialiter vivere et
utiliter praeesse. Etenim multi denique sub praeceptore quieti vivunt, quos si in ergo absolvas, videas non posse quiescere, nec
se aequalibus ullo modo fuisse innoxios. Itemque innumeros cernes simpliciter ac sine querela inter fratres conversari, qui super fratres
non solum inutiles, sed etiam insipientes et nequam. Quadam siquidem bona mediocritate contenti sunt, quibus secundum quod sunt, sic
eis mensuram fidei partitus est Deus, in media quidem agentes, in ergo nec tamen idonei magisterio. Potioribus ergo, sequentes qui
in moribus antecellunt, sed utrisque superiores constituuntur qui superiores esse sciunt. Denique et accipiunt in possessione qui
bene praesunt, constitutum super omnia bona Domini sui. Sunt profecto pauci qui utiliter, pauciores qui et humiliter praesunt, facile tamen
utrumque adimplet qui matrem virtutum discretionem perfecte adeptus, contemptum ipse gloriae usque ad divinum supremum obliviose
et non ad quaerenda quae sua sunt debatur, quod solo ac miro spiritus sancti magisterio inter cella vinaria obtinet. Virtus
siquidem discretionis absque caritatis fervore iacet, et fervor vehemens absque discretionis temperamento praecipitat. Ideo
que laudabilis cui neutrum deest, quatenus et fervor discretionem erigat et discretio fervorem regat. Ergo talem oportet esse
ornatum eum qui praeest. Optimus ac in moribus divertium et sedula disciplinae humiliter perfecte apprehendisse, cui totas has
cellas absque offendiculo percurrere et circuire donatum est, qui in nullo praesus aut resistit potioribus, aut invideat paribus,
aut subiectis vel desit in curam vel in superbia praesit, praelatis obediens, sociis congruens, subditis utiliter condescendens.
Tenuos quidem perfectionis insigne haud dubium sponsae adventu. Innuit hoc etiam primo quae dixit: Quia introduxit me
rex in cellaria sua, non non iam unam aliquam cellam, sed in cellaria pluribus se introductam ovidit. Iam ad cubiculum veniamus.
Quid est istud? Ne me praesumo scire quid sit, sive nec tante rei arrogo experientiam, nec glorior in praerogativa quae
soli servatur beatae sponsae. Cautus immo illud Graecorum scire me ipsum, ut sciam cuius tamen ipsa quid desit mihi. Sane si nihil
omnino saltem nihil dicerem. Sed scio non invideo vobis nec subtraho. Quod nescio, doceat vos qui docet hominem scientiam.
Dixi et meministis, in theorica contemplationis arcanum regis esse quoddam cubiculum. Ex quo de unguentis dixisse me scio,
multa videlicet et diversa penes sponsam ea esse, nec omnia praesto omnibus, sed sua quibusque pro diversitate merita meritorum, sic et
non unum cubiculum esse regi, sed plura. Nam nec una est regina profecto, sed plures, et concubinae multae sunt, et adolescentu-
larum non est numerus, et unaquaeque invenit secretum sibi cum sponso, et dicat: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Non omnibus uno in
loco fruitur, datur gratia et secreta sponsi praesentia, sed ubi cuique paratum est a patre ipsius. Non enim eum nos eleximus, sed ipse nos
elegit et posuit nos, et ubi ab eo quisque positus est, ibi est. Denique mulier una compuncta secus pedes domini istud sortita
est locum; cum alia sive devotionis fructum ad caput invenit, si tamen alia. Porro Thomas in latere, Iohannes in pectore, Pe-
trus in sinu patris, Paulus in tertio caelo, secretum huiusmodi gratiam sunt assecuti. Quis nostrum digne distinguet has varietates
meritorum vel potius praemiorum? Nec omnino praeterisse quod ipsi in omnino videamur. Pro nobis statuit sibi in tuta humilitatis positione,
in solido spei, Thomas in solido fidei, Iohannes in lato caritatis, Paulus in intimo sapientiae, Petrus in luce veritatis.
Sic ergo apud sponsum mansiones multae sunt, et suum regina, suum concubina sive etiam sit de numero adolescentularum cognitum
quo primitus accipit locum, tamen quousque liceat sibi contemplando procedere et introire in gaudium domini sui et rimari dul-
cia secreta sponsi. Quod suo loco distinctius quantum dignabitur suggerere demonstrare conabor. Nunc vero id nosse
sufficiat nulli adolescentularum, nulli concubinarum, nulli vel reginarum patere omnino accessum ad secretum illud cubiculi quod
sibi illi columbae perfecte formosae, unicae, unicum sponsus servat. Unde nec ego sane indignor si non ad illud admittor,
praesertim cum constet mihi nec reginam quidem sponsam interim adhuc ad omne quod libet pervenire secretum. Denique et flagi-
tat indicari sibi ubi pascat, ubi cubet in meridie. Ex audite quousque pervenerim, aut me pervenisse putaverim.
Nec enim iactantiae deputandum est quod in vobis pandere profectus. Est locus apud sponsum, de quo sua invenire dis-
cunt, et disponit consilia ipse universitatis gubernator, leges constituens omnium creaturae pondus et mensuram et numerum.
Et locus iste altus et secretus, sed minime quietus. Nam etsi ipse quantum in se est disponit omnia suaviter, tamen et con-
templante qui forte eo loci pervenerit quiescere non permittit, sed mirabiliter quamvis delectabiliter rimantem et admi-
rantem fatigat, reddit quoque inquietum. Pulchre utrumque in consequentibus sponsa exprimit, et delectationem videlicet istiusmodi
contemplationis et inquietudinem, ubi et se dormire et cor suum vigilare fatetur. Nam in sopore quidem suavissimi
soporis placide quoque admirationis sentit quietem, in vigiliis vero inquietem nihilominus curiositatis ac laboriosissimae exerci-
tationis pati se fatigationem fatetur. Sicut beatus Iob: Si dormiero, inquit, dico: Quando consurgam? Et rursum exspectabo
vesperam. Sentis ne in his verbis sanctam animam interdum velle molestam quodammodo declinare suavitatem, cum desiderio rursum
suavem molestiam affectare? Non enim dixisset: Quando consurgam? si ei toto ei quies illa sive contemplationis placuisset. Et
si ergo toto ei displicuisset, non denuo expetisset horam quietis vespertinae. Non ergo locus iste est cubiculum, ubi nequaquam plane
modo quiescitur. Est item locus de quo super vigilantem in specula quidem creatura immobilis vigilat sanctissima et severissima
animadversione iusti iudicis Dei, terribilis in consiliis super filios hominum. Cernit namque a timorato contemplatore hoc loco
Deus iusto sed occulto iudicio suos reprobos non diluens mala, nec acceptans bona, insuper et corda indurans, ne forte
doleat et respiciat et quaerat et sanet eos, et non absque certa et aeterna ratione, quod tanto formidolosius constat esse
quanto immobilius fixum constat in aeternitate. Pavendum valde quod in prophetia de huiusmodi legimus, ubi loquens ad angelos suos Deus
sic ait: Misereamur impio, etiam pavetibus atque quaerentibus, non ergo discet facere iustitiam. Non, inquit, subditos quoque cunctos
in terra, ait, sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Domini. Timeat clericus, timeat minister ecclesiae qui in terris sanctorum quas
possident, tam iniqua gerunt ut stipendiis quae sufficere debeant minime contenti, superflua quibus egeni sustentandi forent
impie sacrilegeque sibi retinent, et in usus suae superbiae atque luxuriae victum pauperum consumere non verentur, duplici profecto
iniquitate peccantes, quod et aliena diripiunt, et sacris in suis vanitatibus et turpitudinibus abutuntur. Talibus ergo cum
impiorum parcere ac misereri, ne metuam parcat, tamen iudicia abyssus multa adiutis, quibus hoc loco requiem quaerunt.

Discretio

Cubiculum

f

Ysa. 26

[?] quod de deo sentit

Timeat clerus

Habet haec visio timorem incutientem, non securitatem cubiculi. Terribilis est locus iste et totus expers quietis. Totus inhorrui
si quando in eum raptus sum, illam apud me replicans cum tremore sententiam: Quis scit si est dignus amore an odio? Non mirum
si titubabam ego ibi, folium utique quod vento rapitur et stipula sicca, ubi et maior ille contemplator suos quoque fatetur paene
motos fuisse pedes, paene effusos gressus. Et dicebat: Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns. Quare? In labore
hominum non sunt, et cum hominibus non flagellantur; ideo tenuit eos superbia. Nec liberi habentur, ad partem sane daemonum pertinent superbiam,
cum superbo diabolo et angelis eius. Nam qui in labore hominum non sunt, in labore daemonum profecto erunt, dicente iudice: Ite
maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Est tamen Dei locus et iste, plane non aliud quam domus Dei et domus
et porta caeli. Hic nempe timeri discitur Deus, hic sanctum et terribile nomen eius, et tamquam ingressus gloriae. Initium plane sapientiae
timor Domini. Ne vero te moveat quod initium sapientiae huic loco dederim, et non priori. Ibi quippe in quodam quasi auditorio suo
docentem de omnibus magistram audimus sapientiam, hic et suscipimus infundentem; ibi instruimur, hic afficimur. Instructio doctos
reddit, affectio sapientes. Sol non omnes quibus lucet etiam calefacit; sic sapientia multos quos docet quid sit faciendum
non continuo etiam accendit ad faciendum. Aliud est multas divitias scire, aliud et possidere; nec notitia divitem facit, sed
possessio. Sic prorsus sic aliud est nosse Deum et aliud timere, nec cognitio sapientem, sed timor facit, qui et afficit. Tune
sapientem dixeris quem sua sapientia inflat? Quis illos sapientes nisi insipientissimus dicat, qui cum cognovissent Deum, non
tamquam Deum glorificaverunt aut gratias egerunt? Ego magis cum Apostolo sentio, qui insipiens cor eorum manifeste pronuntiat.
Et bene initium sapientiae timor Domini, quia tunc primum Deus animae sapit, cum eam afficit ad timendum, cum non instruit ad sciendum. Times
Dei iustitiam, times potentiam, et sapit tibi iustus Deus et potens, quia timor sapor est. Porro sapor sapientem facit
sicut scientia scientem, sicut divitiae divitem. Quid ergo prior locus? Tantum praeparat ad sapientiam. Illic praeparaberis, ut hic initieris; praeparatio
rerum cognitio est. Verum hanc facillime sequitur elatio, si non reprimat timor, ut merito dicatur initium sapientiae, qui
se pesti insipientiae primus opponit. Ibi itaque quidam accessus ad sapientiam, hic et ingressus. Porro nec hic nec ibi speculanti
perfecta est quies, quia illic Deus apparet tamquam sollicitus, hic tamquam turbatus. Non ergo cubiculum quaesieris in his locis, quorum
alterum quasi auditorium docentis, alterum praetorium iudicis magis apparet. Sed est locus ubi vere quiescens et quietus cernitur Deus,
locus omnino non iudicis, non magistri, sed sponsi; et qui mihi quidem, nam de aliis nescio, plane cubiculum sit, si quando in illum contigerit
introduci. Sed heu rara hora et parva mora! Clare ibi agnoscitur misericordia Domini ab aeterno et usque in aeternum super ti-
mentes eum. Et felix qui dicere potest: Particeps ego sum omnium timentium te et custodientium mandata tua. Stat propositum Dei,
stat sententia pacis super timentes eum, ipsorum et dissimulans mala et remunerans bona, ut miro modo eis non modo bona
sed et mala cooperentur in bonum. O solus vere beatus cui non imputabit Dominus peccatum! Nam qui non habeat peccatum, nemo.
Omnes enim peccaverunt et omnes egent gloria Dei. Quis accusabit tamen adversus electos Dei? Sufficit mihi ad omnem iustitiam solum
habere propitium cui soli peccavi. Omne quod mihi ipse non imputare decreverit, sic est quasi non fuerit. Non peccare Dei iustitia est; hominis
iustitia indulgentia Dei. Vidi haec et intellexi illius sententiae veritatem: Omnis qui natus est ex Deo non peccat, quia generatio caelestis
servat eum. Generatio caelestis aeterna praedestinatio est, qua electos suos Deus dilexit et gratificavit in dilecto Filio suo ante mundi
constitutionem, sic in sancto apparentes sibi, ut viderent virtutem suam et gloriam suam, quo eius forent consortes haereditatis, cuius et appa-
ruerunt conformes imaginis. Hos ergo adverti quasi numquam peccasse, quia etsi quaedam deliquisse videntur in tempore, non apparent in aeternitate,
quia caritas patris ipsorum cooperit multitudinem peccatorum. Et dixi: Beati quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata.
Cum subito tanta mihi quoque de me suborta fiducia et infusa laetitia est, quanta certe in loco horroris, id est in loco secundae visionis,
non praecesserat timor, ita ut visus sim tamquam unus ex illis beatis esse. O si durasset! Iterum iterumque visita me, Domine, in salutari
tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad laetandum in laetitia gentis tuae. O vere quietis locus, et quem non immerito cubiculi
appellatione censuerim, in quo non Deus quasi turbatus ira, nec velut distentus cura prospicitur, sed probatur voluntas eius bona
et beneplacens et perfecta. Visio ista non terret, sed mulcet; inquietam curiositatem non excitat, sed sedat; nec fatigat sensus, sed
tranquillat. Hic vere quiescitur. Tranquillus Deus tranquillat omnia, et quietum aspicere quiescere est. Cernere regem est post diur-
nas forensium quasi litium causas, dimissis a se turbis, curarum molestias declinantem, petentem de nocte diversorium, cubi-
culum introeuntem cum paucis, quos hoc secreto et hac familiaritate dignatur, eo certe securius quo secretius quiescentem,
eo serenius se habentem quo placidius solos intuetur quos diligit. In hoc arcanum et in hoc sanctuarium Dei si quem forte
vestrum aliqua hora sic rapi et sic abscondi contigerit, ut minime avocet aut perturbet vel sensus egens, vel cura pun-
gens, vel culpa mordens, vel ea certe quae difficilius amoventur, irruentia imaginum corporearum phantasmata, poterit quidem
cum ad nos redierit hic gloriari et dicere: Introduxit me rex in cubiculum suum. Quod tamen an ipsum sit de quo exsultat
sponsa, non temere affirmaverim. Est tamen cubiculum, et cubiculum regis, quia nimirum de tribus quos triplici assignavimus visioni
solus sanctus est in pace locus eius. Ut enim apte monstratum est, in priori quidem parum et in secunda nulla penitus quies, cum illic
apparens admirabilis ad indagandum studium provocat curiositate, et hic inquietos terribilis infirmitate concutiat.
At vero tertio in loco isto non plane terribilis, nec tam admirabilis quam amabilis apparere dignatur, serenus et placidus, suavis
et mitis et multae misericordiae omnibus intuentibus se. Iam vero ut horum quae de cellario, horto, cubiculo longiori sunt disputata sermone
memoria brevia compendium teneat, mementote trium temporum, trium meritorum, quia priorum in horto advertite tempora, merita in cellario,
praemia in triplici illa contemplatione cubiculum inquirentis. Et de cellario quidem ista sufficiant. Porro horto vel cubiculo si
qua addenda aut alia forte quam dicta sunt modo adiicienda occurrerint, loco suo non praeteribimus. Nunc autem sufficiant
quae dicta sunt, et nimia iteratione ne umquam in fastidium, quod absit, veniat ea quae proferuntur ad laudem et
gloriam sponsi Domini nostri Iesu Christi, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen. Sermo xxiiii.

Recti diligunt te. Et hoc cui potissimum personae cognoscitur indicatum? Num adolescentulis? Matri sine dubio id
loquuntur. Siquidem cum dixissent ei: Exsultabimus et laetabimur in te, memores uberum tuorum super vinum,
consummato sermone hoc quoque inferunt: Recti diligunt te. Puto propter aliquas de numero suo quae non idem
sapiunt, licet pariter currere videantur, quae scilicet sunt quaerentes et non ambulantes simpliciter neque sincere

sed specialiter glorie matris invidentes et captantes occasionem murmurandi adversus eam eo quod ministerio sola in cellaria
introisset. Ipse sunt denique quibus exprobrantibus subinde pro se satisfacere cogitur, ubi eis ita videlicet: Nigra sum sed
formosa filie Jerusalem. Itaque propter murmurationes et blasphemationes dicitur ab hiis que bone que simplices que humiles
que mansuete sunt, ab hiis inquam dicitur sponse consolandi gratia: Recti diligunt te. Non sit tibi inquiunt cura de iniqua
reprehensione blasphemantium harum, cum constet quia Recti diligunt te. Bona profecto consolatio contra blasphemantium a mal-
bifacientes si recti diligant nos. Quomodo sufficit adversus os loquentium iniqua optimo bonorum testimonio conscientie.
In domino laudabitur anima mea, audiant mansueti et letentur. Mansuetis placere contendimus, audio quoque in me iactare
voluit livor pro caritate. Ergo in hoc puto appositum: Recti diligunt te. Nec absurde ut estimo. Cum pene ubique in
choro adolescentularum tales inveniantur que acta sponse curiose observant derogandi non imitandi causa. Torquentur in
bonis seniorum suorum et a malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, convenire sibi et sedere pariter, moxque laxare pro-
caces linguas in detestandos susurrios. Una vix cingitur nec spiraculum incedit in eis, tanta est libido detrahendi
audiendi vel detrahentem. Ineunt familiaritatem ad maledicendum, concordes ad discordiam. Conciliant inter se indissolubiles
amicitias et pacem consentiunt malignitatis affectu, celebrantur odiosa collatio, sicut fecerunt quondam Herodes et Pilatus
de quibus narrat evangelium quod facti sunt amici in illa die, hic est in die dominice passionis. Convenientibus sic vero unum non est
dominicam cenam manducare sed magis propinare et bibere calicem demoniorum, quod importantibus linguis aliorum prebentibus virus
aliorum auribus mutuatam mortem libenter concipiunt. Sic quippe iuxta prophetam intrat mors per fenestras nostras. Cum
prurientes auribus et oribus letale poculum detractionis invicem nobis ministrare contendimus. Non veniat anima mea
in consilio detrahentium, quos deus odit, dicente apostolo: Detractores deo odibiles. Quam sunt deus ipse loquens in psalmo
audi quo confirmat: Detrahentem inquit proximo suo hunc persequebar. Nec mirum cum id precipue vitium caritatem que
deus est, et quidem ceteris acrius impugnare et persequi cognoscatur, quemadmodum vos quoque potestis advertere. Omnis quidem qui de-
trahit primum seipsum prodit vacuum caritate. Deinde quid aliud detrahendo intendit nisi ut is cui detrahit veniat in odium
vel contemptum illis apud quos detrahit efficiatur ergo caritate in omnibus qui se audiunt lingua maledica, et quantum in se est
necat funditus et extinguit. Non solum autem sed et in absentibus universis ad quos volans verbum forte per eos qui presentes sunt
pervenire contigit. Vides quam facile et in brevi ingentem multitudinem animarum velociter eiusmodi tabe malicie lingua inficere
possit. Propterea dicit de talibus propheticus spiritus: Quorum os maledictione et amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effun-
dendum sanguinem. Utique tam veloces quam velociter currit sermo. Unus quidem qui loquitur est et unum tantum verbum profert, et tamen unum verbum
uno in momento multitudinis audientium dum aures inficit animas interficit. Cor siquidem felle livoris amaricatum per lingue
instrumentum spargere nisi amara non potest, dicente domino: Ex habundancia cordis os loquitur. Et sunt species huius pestis diverse.
Alii quidem nude atque irreverenter ut in buccam venerit virus evomunt detractionis. Alii autem quodam simulate verecundie fuco
conceptam maliciam quam retinere non possunt adumbrare conantur. Videas premitti alta suspiria, sicque quadam cum gravitate
et tarditate, vultu mesto, demissis superciliis et voce plangenti egredi maledictionem, et quidem tanto persuasibiliorem
quanto creditur ab hiis qui audiunt corde invito et magis condolentis affectu quam maliciose proferri. Doleo inquit vehe-
menter pro eo quod diligo eum satis, et numquam potui de hac re corrigere eum. Et alius quidem inquit: Bene compertum fuerat de illo istud
sed per me numquam innotuisset. Atque per alium res patefacta est, veritatem negare non possum. Dolens dico, revera ita est. Et
addit: Grande dampnum. Nam alias quidem in pluribus valet, ceterum in hac parte ut verum fateamur excusari minime potest.
His paucis adversus malignissimum vitium inculcatis, vertemur ad explanandum ordinem et demonstrandum qui sunt
hoc loco intelligendi recti. Non enim arbitror sentire quempiam recte intelligentem secundum corpus rectos dici eos
qui sponsam diligunt. Propterea demonstranda est a nobis spiritualis vel animi cordis vel rectitudo. Spiritus est cui loquimur,
spiritualibus spiritualia comparans. Ergo secundum animum non secundum terrenam et feculentam materiam deus hominem rectum fecit. Ad ymaginem
quippe et similitudinem suam creavit illum. Ipse vero quemadmodum psallitur: Rectus dominus deus noster et non est iniquitas in
eo. Rectus itaque deus rectum fecit hominem, similem sibi, id est sine iniquitate, sicut non est iniquitas in eo. Porro iniquitas cordis
est non carnis vitium, ut per hoc noveris in spirituali porcione tantum et non in crassa lutea quam substancia dei similitudinem conser-
vandam fore sive reparandam. Spiritus enim deus est, et eos qui volunt similes ei vel perseverare vel fieri oportet intrare ad cor
atque in spiritu id negocium actitare, revelata facie speculantes gloriam dei in eandem ymaginem transformari de claritate
in claritatem tamquam a domini spiritu. Quamquam et corporis staturam dedit deus homini rectam, forsan ut ista corporea exterior et vi-
lior quam rectitudo figmenti hominem interiorem illum qui ad ymaginem dei factus est spiritualis sue servande rectitudinis ad-
moneret et decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius quam curvum recto corpore gerere animum? Prava
res est et fetida luteum vas quod est corpus de terra oculos habere sursum, celos libere suspicere, celorumque luminibus ob-
lectare aspectus, spiritualem vero celestemque creaturam suos econtra oculos id est intuitus sensus atque affectus trahere in terram de-
orsum, et que debuit nutriri in croceis herere luto tamquam una de suibus amplexari quam stercora. Erubesce anima mea
divinam pecorina commutasse similitudinem. Erubesce volutari in ceno que de celo es. Erubesce anima ait corpus in
mei consideratione. Creata siquidem recta me quoque accepisti adiutorium simile tibi, ubique secundum lineamenta corporee
rectitudinis. Utique quocumque te vertas sive ad deum sursum sive ad me deorsum, nemo siquidem carnem suam odio habuit, usque
occurrit species decoris tui, ubique per statum dignitatis tue habes de magistro sapiencie familiarem admonicionem.
Me ergo meam quam in genere accepi rectitudinem et servare prerogativam, tu quod non consideres amplexe tua. Cur

Detractio nota

b

Recti qui sunt

suam in te conditor intuetur, oblita similitudine tua, in me tibi conformet assidue et reputet. Iam omne adiutorium quod tibi ego me debebat, vertisti tibi in confusionem, contulisti obsequio meo. Indigne curvam corporum inhabitas brutis et bestialis spiritus. Huiusmodi ergo curve anime non possunt diligere sponsum, quippe que non sunt amice sponsi, sed sunt mundi. Qui enim vult mundi amicus esse huius, inimicus dei constituitur. Ergo querere et sapere que sunt super terram curvitas anime est, et e regione meditari ac desiderare que sursum sunt rectitudo. Et hac rectitudine ut sit perfecta in omnibus, convenire necesse est sensu atque consensu. Illum vero rectum corde dixerim qui et recte in omnibus sentiat et a recto quod senserit in nullo dissentiat. Hi ergo de quibus dicitur ad sponsam, Recti diligunt te, qui videlicet in omnibus et recte et recto actu sentiunt. Utinam et nos de illis simus annumerati dilectoribus sponsi, prestante eodem domino nostro ihesu christo. Sermo xxiv

Hodie demum tuo fratres reditu ab urbe nunc clementior oculis e celo respexit, et vultus tandem serenior desuper arrisit nobis. Quievit leonina rabies, finem accepit malicia, ecclesia pacem recepit. Ad nichilum deductus est in conspectu eius malignus qui eam per hoc ferme octennium diro scismate conturbabant. Nunc vero ego gratias de tantis periculis ereptus vobis, vestris desideriis donatus sum, vestris me profectibus paro; quantum vivo impendere volo vite studiis et saluti. Et quia dudum cepta in canticis me poscere [illegible] libenter quidem accipio, et dignum arbitror interruptum porro resarcire sermonem quam novum ordiri quippiam. Vereor autem ne dissuetum per id temporis animum et distentum habitudine non solum ad tam ardua sed etiam ad tam digna dignitatis materie putem non admittat. Sed si quod habeo hoc vobis do potius et fideli obsequio meo. Deus etiam quod non habeo dare ut dem si non culpet sane ingenium, non voluntas. Locus autem nisi fallor id est unde incipere debes: Recti diligunt te. Quod autem opportune incipiam quid sit videamus, et cuius sit quisquam hoc videlicet dicat. A nobis namque cogitur quod auctor non loquitur. Et fortassis melius id dicamus adolescentulis ut suis verbis et hoc addant. Siquidem cum dixissent: Exultabimus et letabimur in te, memores uberum tuorum super vinum, nec minus quam matri loquuntur, continuato sermone hoc quoque inferunt: Recti diligunt te. Pro eo quod aliquas de numero ipsarum que non idem sapiunt licet pertinere videbantur, que sua sunt querentes et non ambulantes simpliciter neque sincere, sed spiritali glorie matris invidentes et captantes occasionem murmurandi adversum eam, eo quod minorum ipsa in cellaria introisset. Quod non est aliud nisi quod apostolus ait periculum in falsis fratribus. Ipse sunt denique quibus exprobrantibus subinde pro se satisfacere cogitur ubi eis ita videtur: Nigra sum sed formosa filie ierusalem. Itaque propter murmuratores et blasphematores dicitur ab his que bone, que simplices, que humiles et mansuete sunt, ab his in vinis dici sponse consolandi gratia: Recti diligunt te. Non sit tibi inquiunt cura de iniqua reprehensione blasphemancium, cum constet quod recti diligunt te. Bona profecto consolacio cum blasphemantur a malis bene facientes, si recti diligant nos. Dico sufficiens adversus os loquentium iniqua optimo bonorum testimonio consistere. In domino laudabitur anima mea, audiant mansueti et letentur. Mansueti inquit letentur; mansuetis placeo et equanimiter audio quicquid in me iactare voluerit livor perversorum. Ergo in hoc sensu puto appositum: Recti diligunt te. Nec absurde ut estimo, cum ubique pene in cantico adolescentularum et eas inveniamus que acta sponse curiose observent derogandi non imitandi causa. Loquuntur in bonis senioribus suorum pastores malis, non ut emendent. Et in sensu proficiat et consensu. Hos dic rectos vera de viris, si recte in omnibus sentiant et factis non dissentiant. Invisibilem animi statum indicat fides et actio. Tu nempe habes: si recte offers et recte non dividis, peccasti. Recte quidem quodcumque horum offeras recte ac absolute, ea non dividis. Noli esse rectus oblator et pravus divisor. Quid dividis actum a fide? Inique dividis, fidem perimis tua. Nam fides sine operibus mortua est. Munus mortuum offers deo. Tu enim quomodo acta fidei ipsa devotio? Quid fides que non operatur per dilectionem nisi cadaver exanime? Bene honoras deum munere fetido? Bene placas cum fidei interfector? Quo hostia pacifica ubi tam sana discordia est? Non mirum si cayn insanivit in fratrem qui sua pridem occiderat fidem. Quid miraris o cayn si ad tua non respiciat munera qui te despicit? Nec hoc mirum si non respicit ad te qui inadvertens es in te. Tu tamen devotionem quid animi dabis moriens? Non conciliabis deum discordie tue. Non placas si peccas, et si unde impie feriendo si tu non recte dividendo. Et si nondum fratrem, iam tamen tenuisti fidem. Cedat nunc rectus ille qui deo porrigit manum, cuius cor in terram trahit livor et fratrum odium. Quo recte cuius fides mortua, cuius opus mors, cuius ut devotio amaritudo multa. Erat quidem in offerente fides, sed non in fide dilectio. Recta oblacio sed crudelis divisio. Mors fidei est separatio caritatis. Credis in christum, fac christi opera ut vivat fides tua. Fidem tuam dilectio animet, actio non inficiet terrenum opus quem fides celestium erigit. Qui te dicis in christo manere debes sicut ipse ambulavit et tu ambulare. Quod si gloriam propriam querens florenti invides, absentem detrahis, rependeris ledenti, te hoc christus non fecit. Confiteris te nosse deum, factis autem negas. Non recte plane sed impie lingua christo animam dyabolo. Audi ergo quid dicat: Populus iste labiis me honorat, cor autem eius longe est a me. Non es profecto rectus qui tam recte non dividis. Non potes attollere caput spinis dyaboli iugo. Non te subrigere prevales cum dicat iniquitas: Iniquitates tue supergresse sunt caput tuum et sicut onus grave gravate sunt super te. Iniquitas denique super talentum plumbi sedet. Vides quia non facit hominem rectum fides etiam recta que non operatur per dilectionem. Atqui sine dilectione est non esse vir diligat sponsam. Nec opera quamvis recta rectum cor efficere possunt sine fide, ac impossibile est placere deo. Non potest illi placere deus. Nam cui placet deus deo displicere non potest. Porro cui non placet deus nec sponsa eius. Quomodo ergo rectus qui nec deum diligit nec ecclesiam dei, cui dicitur: Recti diligunt te? Si ergo nec fides sine operibus nec opera sine fide sufficiunt ad anime rectitudinem, nos qui in christum credimus fratres rectas studeamus facere vias nostras et studia nostra. Levemus corda nostra cum manibus ad deum ut toti recti inveniamur, fidei nostre rectitudinem rectis actibus comprobantes, dilectores sponse, dilecti a sponso ihesu christo domino nostro qui est benedictus in secula seculorum amen. Sermo xxv

Nigra sum sed formosa filie Jerusalem. Sermo 25.

Hec quoque dixerim in sermone qua emulis lacessentibus sponsa videtur cogitare que corpore quidem de medio adolescentularum esse videntur, animo autem longe sunt. Ait nempe: Nigra sum sed formosa filie Jerusalem. Patet quod detrahebant ei nigredinem improperantes. Sed advertite sponse pacem ac benignitatem. Non modo enim non reddit maledictum pro maledicto sed insuper benedicit, filias Jerusalem vocans que merito pro sua nequitia filie Babilonis vel filie Belial aut si quod aliud nomen improperii occurrisset appellari meruerant. Sane didicerat a psalmista, ymo ab ipsa unctione que docet, suavitate calamum non conterendum et linum fumigans non extinguendum. Propterea non putavit amplius irritandas satis commotas per se nec quemquam addendum stimulis invidie qua torquebantur. Magis autem cum hiis qui oderant pacem studuit esse pacifica, sciens se etiam insipientibus debitricem. Maluit ergo ipsa favorabili demulcere vocabulo, quia cure fuit ei infirmarum potius operam dare saluti quam pro se ultioni. Quibus quidem optanda istarum facta propter ac optimorum forma est prelatorum. Sicut quippe boni fideles quoque prepositi languentium subditorum curam non pompam. Quique intimo nimirum tamen zelo illarum querule vocis indicia deprehendunt et si in ipsos usque ad convicia et contumelias prorumpentes, medicos se et non dominos agnoscentes parant confestim adversus frenesim ac non vindictam sed medicinam. Hec ergo vos ait sponsa filias Jerusalem dicat, eas ipsas quas malivolas sustinet atque maledicas vero, ut in blando sermone deliniat immunditos commotionum, sedet sincere livore. Scriptum est enim: Lingua pacifica compescit lites. Filias vero filie vocat Jerusalem quod ea dumtaxat sunt qui huiusmodi sunt, nec falso ita eas nominat sponsa. Sunt enim propter sacram ecclesie que induunt quidem cum bonis suscipiunt, sive propter fidei eque communionem ac confessionem, sive ob fidelium corporalem saltem societatem, sive etiam propter spem future salutis a qua omnino non sunt extranei quamdiu hic vivunt vel tales desperandi quibuslibet vivunt desperate non incongrue vocantur. Videamus iam quid illud erit dicere: Nigra sum sed formosa. Nulla ne in hiis verbis repugnantia est? Absit, propter simplices dico qui inter colorem et formam discernere non noverunt, cum forma ad compositionem pertineat, nigredo color sit. Non omne denique quod nigrum est continuo et deforme est. Nigredo verbi causa in pupilla non dedecet. Et nigri capilli candidis vultibus etiam decorem augent et gratiam. Sic tibi quod facile advertere est in rebus innumeris. Tamen plurima sunt que in superficie quidem reperies decolorata, in compositione vero decora. Tali fortassis modo per sponsa cum pulchritudine utique compositionis nevum non tamen nigredinis sed fame in loco peregrinationis sue. Alioquin erit cum eam sibi in patria exhibebit sponsus gloriosam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi. Ceterum si diceret quia nigredinem non haberet seipsam seduceret et veritas in ea non esset. Quamobrem ne mireris quia dixit nigra sum et tamen intellige quia formosa sit gloriatur. Quo enim non formosa cui dicitur: Veni sponsa mea. Cui dicitur: Veni, nonne pertineat? Ne forte quis putet hoc dictum non quidem huic nigre que adhuc laborat veneno in via sed beate illi que iam prorsus absque nigredine regnat in patria. Sed audi unde nigra et unde formosa sit. Dixit enim nigra ob tenuia conversationem quam prius habuit sub principe huius mundi, ymaginem terrestris hominis adhuc portans; formosa vero de celestis similitudine quam postea commutata ambulat iam in novitate vite. Sed si hoc est cur non magis de preterito: Nigra fui, et non: Nigra sum dicit. Sed cum tibi placet hic sensus vero quod sequitur: Sicut tabernacula Cedar sicut pelles Salomonis, sic oportet intelligi ut de veteri quidem conversatione Cedar, de nova vero Salomonis se dixit tabernaculum. Hoc enim esse pelles quod tabernaculum propheta ostendit dicens: Repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles mee. Prius ergo nigra sicut vilissima tabernacula Cedar, postea formosa sicut pelles glorie regis. Sed videamus quomodo ad statum potius vite potioris utrumque respiciat. Sed quidem habitu exteriorem solum cuncti in facie quod sunt humilis utique et abiecti et quam neglecti innotua tamen hiis revelabitur intus revelata facie gloriam dei speculantes in eandem ymaginem transformentur de claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. Nonne vera talis anima quelibet intus vobis videbitur posse videri exprobrantibus nigredinem sibi: Nigra sum sed formosa. Vis tibi denique demonstrem animam et nigram pariter et formosam? Epistole inquiunt graves sunt, sed presentia corporis infirma et sermo contemptibilis. Paulus hic erat. Ita ne Paulum o filie Jerusalem de presentia corporis estimatis, et tamquam decolorem deformem quod contempsistis quod cernitis homunculum afflictum in fame et siti, in frigore et nuditate, in laboribus plurimis, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. Hec sunt que denigrant Paulum, propter huiusmodi doctor gentium reputatur inglorius, ignobilis, niger, obscurus, tamquam denique peripsima huius mundi. Sed numquid vero in me ipse est qui raptus in paradisum, qui vivo altius quam perambulans usque ad tercium sui puritate penetravit celum? O vere pulcherrima anima quam etsi infirmi inhabitantis corpusculi pulchritudo celestis admittere non despexit, angelica sublimitas non reiecit, claritas divina non repulit. Hanc vos dicitis nigram? Nigra est sed formosa filie Jerusalem. Nigra vestro, formosa divino angelico quam iudicio. Et si nigra est foris tamen est. Sibi ad pro nimio est ut a vobis iudicetur aut ab hiis qui secundum faciem iudicant. Homo siquidem videt in facie, deus autem in corde. Propterea et si nigra foris sed intus formosa ut ei placeat cui se probavit. Non enim vobis, quibus si adhuc placeret Christi servus non esset. Felix nigredo que mentis candorem parit, lumine scientie, conscientie puritate. Audi denique quid per prophetam deus promittat istis modi nigris quos aut humilitas pie aut caritatis zelus tamquam solis estus decolorasse videtur: Si fuerint aut peccata vestra ut coccinum, tamquam nix dealbabuntur, et si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erunt. Non plane contempnenda in sanctis ista nigredo exterior que candorem operatur intimum et sedem parat sapientie. Ut sapientes diffiniunt et candidam oportet esse animam in qua ipsa sedem elegerit. Quod si anima iusti sedes est sapientie, haud dubie dixerim animam iusti esse candidam, et fortassis iusticia ipsa candor est. Iustus autem erat Paulus cui reposita erat corona iusticie. Candida proinde Pauli anima erat et sapientia sedebat in ea, ita ut sapientiam loqueretur inter perfectos, sapientiam in misterio absconditam, quam nemo principum huius mundi agnovit. Porro hunc in eo sapientie iusticie quam candorem nigredo illa exterior de presentia corporis infirma, de laboribus plurimis, de ieiuniis ac vigiliis multis aut operabatur aut promerebatur. Ideo quod et quod nigrum est Pauli speciosius est omni ornatu

a

b

Sic thab. cedar

concupisco omni etiam cultu regio. Non comparabitur ei quantalibet pulchritudo carnis: non cutis utique nitida et arsura, non facies colorata vermium putredini, non vestis pretiosa obnoxia vetustati, non auri species, splendor vel gemmarum, seu quaeque talia, quae omnia sunt ad corruptionem. Merito proinde omnis cura studiorum, spreto ornatu cultuque superfluo corporis sui ipsius, qui certe corrumpitur, omnem se diligentiam praebet et occupat excolendo ac decorando interiorem illum, qui ad imaginem Dei est et renovatur de die in diem. Certi enim sunt Deo non posse esse carius quam acceptius imaginem suam, si proprio fuerit restituta decori. Propterea et omnis gloria eorum intus, non foris est; hoc est non in flore feni aut in ore vulgi, sed in Domino. Vere et dicunt: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, ubi contestis solus sit arbiter Deus, cui soli placere desiderant, et cui soli placere sola vera et summa gloria est. Non mediocris plane gloria illa quae intus est, in qua gloriari dignatur et Dominus gloriae, dicente David: Omnis gloria eius filiae regis ab intus. Et tutior sane, cum gloriam quis habet certam in semetipso et non in alio. Ut non in solo fortassis candore virtutis, sed in quotidianorum quoque nigredine glorietur, ne quid omnino sibi deperat, sed omnia cooperentur in bonum. Non solum, inquit, in spe, sed et gloriamur in tribulationibus. Libenter autem, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Optanda infirmitas quae Christi virtute compensatur. Quis dabit mihi non solum infirmari, sed et destitui ac deficere penitus a meipso, ut Domini virtutum virtute stabiliar? Nam virtus in infirmitate perficitur. Denique ait: Cum infirmor, tunc fortior sum et potens. Quod cum ita sit, pulchre sponsa sibi gratulatur ad gloriam quod ei pro opprobrio ab aemulis intorquetur, non modo formosam, sed et nigram se esse glorians. Non enim erubescit nigredinem, quam noverit praecessisse in sponso, cui similari gestiens. Quid tam etiam gloriae est? Nihil sibi gloriosius putat, quam Christi portare opprobrium. Unde vox illa pretiosae consolationis et salutis: Absit mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Gratia ignominia crucis ei qui crucifixo ingratus non est. Nigredo est, sed forma et similitudo Domini. Vade ad Isaiam, scilicet, et describet tibi qualem in spiritu illum viderit. Quem namque alium dicit virum dolorum et scientem infirmitatem, et quia non erat ei species neque decor? Et addidit: Nos putavimus eum quasi leprosum et percussum a Deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, et livore eius sanati sumus. Ecce unde niger. Iunge et illud sancti David: Speciosus forma prae filiis hominum, et habes totum in sponso quod sponsa de se in hoc loco testata est. Non tibi recte et ipse videtur secundum ea quae dicta sunt ab aemulis posse respondere invidis: Niger sum, sed formosus, filiae Ierusalem? Niger plane, cui non erat species neque color. Niger quia vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis. Denique seipsum fecit peccatum, et nigrum dicere verear? Intuere sane pannis sordidum, plagis lividum, sputis illitum, morte pallidum, et nigrum vel tunc fatebere. Percontare etiam apostolos eundem ipsum qualem in monte prospexerint, aut etiam angelos in quem prospicere concupiscunt, et mirabere formosum. Ergo formosus in se, niger propter te. Quam formosum et in mea forma te agnosco, Domine Iesu, non ob divina tantum quibus effulges miracula, sed et propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam. Beatus qui te in his homo inter homines conversantem diligenter observans seipsum praebet pro viribus imitatorem tui. Hoc iam habundius munus formositatis tuae, hanc pulchritudinis suae dotem accepit, nec quod formosum est tui imitari pigra, nec quod nigrum sustinere confusa. Unde et dicebat: Nigra sum, sed formosa, filiae Ierusalem. Et addidit similitudinem: Sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis. At istud obscurum est nec attingendum omnino fatigatis. Habetis tempus ad pulsandum, si non dissimulatis. Aderit qui revelat mysteria. Nec cunctabitur aperire qui et ad pulsandum invitat. Ipse est enim qui aperit et nemo claudit, sponsus Ecclesiae Iesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Sermo xxvi

Sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis. Hinc incipiendum, quia hic desiit sermo superior. Hoc exspectatis audire quid sit et quale, et quod proxime tractatum est exemplo coaptetur; quia similitudo est, patet enim hoc ita subiunctum fuisse ut utraque per similitudines ad id solum videat quod ibi praemissum est: Nigra sum, sed formosa, et ita ut duobus illis duo ista, id est singula singulis referantur. Ille quidem simplicior, iste obscurior est. Sed temptemus utrumque, et prius quidem hunc qui difficilior apparet. Non autem in duobus primis, sed in duobus duntaxat omnis difficultas est. Nam cedar, quod interpretatur tenebrae, apte satis cum nigredine convenire videtur, sed pelles Salomonis cum formositate non ita. Porro tabernacula in eandem intellige quoque convenientia quis non iudicat? Quid enim tabernacula nisi nostra sunt corpora, in quibus peregrinamur? Nec enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Sed et militamus in eis, tamquam in tabernaculis, pro rursus violenti ad regnum. Denique militia est vita hominis super terram, et quamdiu militamus in hoc corpore, peregrinamur a Domino et a luce. Nam Deus lux est; et in quantum quisque cum eo est non intus, in tenebris est, hoc est in cedar. Proinde vocem illam agnoscat: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est; habitavi cum habitantibus cedar; multum incola fuit anima mea. Est ergo hoc habitaculum corporis nostri non civis mansio aut domus indigenae, sed aut tabernaculum militantis aut stabulum viatoris. Est, inquam, hoc corpus tabernaculum, et tabernaculum cedar, quod nimirum animam obiectu sui interim nunc secludat aspectu lucis, nec sinit omnino videre illud nisi per speculum in aenigmate, non autem facie ad faciem. Vides ne unde Ecclesiae nigredo, unde pulcherrimis quoque animabus nonnulla rubigo inhaeserit? De tabernaculis profecto cedar, de exercitio laboriosae militiae, de diuturnitate miseri incolatus, de angustiis exilii onerosi, de corpore denique fragili et gravi: quia corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Propterea et cupiunt dissolvi, ut corpore levatae Christi advolent in amplexus. Unde et gemens una de miseris aiebat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Scit nimirum quia eiusmodi est quod non possit in tabernaculis cedar carere ad purum macula aut ruga, non quantulacumque nigredine, et cupit exire ut se possit exuere. Et haec vero causa cur sponsa nigram se dixerit sicut tabernacula cedar. Sed cum quo formosa sicut pelles Salomonis? Et nescio quid sublime ac sacrum sentio in his pellibus involutum, quod nimirum ausim omnino contingere nisi ad nutum sane ipsius qui reposuit et signavit. Lego nimirum quia scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Supersedeo ergo et differo. Vobis interim curae erit precibus impetrare favorem, ut eo alacriores quo fidentiores redeamus ad id quod attentioribus eget animis, et fortassis inveniet et pius pulsator quod

temerarius scrutator non posset ¶ Sequitur lamentacio super fratre Gerardo

Quamque et meror finem imperat et calamitas quam pacior. Cruciorque cum dissimulo et ignis quem intra me
abscondo triste pectus adurit. Clausus lacius serpit sevit acrius. Quid michi et cantico huic qui in amaritu-
dine anime sum. Vis doloris abducit intencionem et indignacio domini ebibit spiritum meum. Subtracto siquidem illo per quem
mea in domino studia utcumque libera esse solebant simul et cor meum dereliquit me. Sed vim feci animo ac dissimulavi usque huc ne
affectus fidem vincere videretur. Denique plorantibus aliis ego ut advertere potuistis siccis oculis secutus sum invisum funus. Siccis oculis
steti ad tumulum quousque cuncta peracta sunt exequiarum sollempnia. Indutus sacerdotalibus solitas in eum oraciones proprio ore comple-
vi terram meis manibus ex more ieci super dilecti corpus terram mox futurum. Qui me intuebantur flebant et mirabantur quod non
flebam ipse cum non illum quidem sed me pocius qui illum amisissem omnes misererentur. Cuius enim vel ferreum pectus super me ibi
non moveret quem videret Gerardo superstitem. Commune dampnum sed pre meo non reputabatur infortunio. At ego quibus poteram
viribus fidei reluctabar affectui mitens vel invitus non moveri frustra addicione nature universitatis debito condicionis
usu potentis iussu iudicio iusti flagello terribilis domini voluntate. Ex hinc michi potui et deinceps coegi a memetipso non
indulgere multo fletui multum tamen turbatus et mestus. Nec potui imperare tristicie qui potui lacrime. Sed ut scriptum est
turbatus sum et non sum locutus. At suppressus dolor alcius introrsum radicavit eo ut sencio acerbior factus quo non e-
rupit. Fateor victus sum. Exeat necesse est foras quod intus pacior. Exeat sane ad oculos filiorum qui scientes
incommodum planctum humanius estiment dulcius consolentur. Scitis o filii quam iustus sit dolor meus quam dolenda plaga. Sentitis
nempe quam fidus comes me deseruit in via hac qua ambulabam, quam vigil ad curam quam non segnis ad opus quam suavis
ad mores. Quis ita michi necessarius cui eque dilectus ego. Frater erat genere sed religione germanior. Dolete queso
vicem meam vos quibus hec nota sunt. Infirmus corpore eram et ille portabat me, pusillus corde eram et confortabat me,
piger et negligens et excitabat me, improvidus et obliviosus et commonebat me. Quo michi avulsus, quo michi raptus
est manibus homo unanimis, homo secundum cor meum. Amavimus nos in vita quo in morte sumus separati. Amarissima separacio et
quam posset omnino efficere nisi mors. Quando enim me vivus vivum desereres. Omnino opus mortis horrendum divorcium. Quid
enim tam suavem vinculo mutui amoris non separasset nisi tocius suavitatis inimica mors. Bene mors que unum
rapiendo duos tam furiosa peremit. Quidni non mors eciam michi. Ymo plus michi quam illi. utrique omni morte infelicior vita ser-
vata est. Vivo ut vivens moriar et hoc dixerim vitam. Quam minus me penares o austera mors. Vite usu quam fructu
hac vita sine fructu gravior morte. Denique duplex malum ligno patet infructuoso: securis et ignis. Ergo meis
laboribus invidens elongasti a me amicum et proximum per cuius maxime studium erant si qui erant fructuosi. Gracie
proinde in suspenso pendebat vita quam tua Gerarde procuracio qui meorum in domino studiorum eras sollicitus mediator fidelis
adiutor cautus coamator. Cur queso aut amavimus aut amisimus nos. Dura condicio sed mea miseranda sortia non
illius. Nam tu care frater si caros amisisti carencie utique recepisti. Michi vero que iam restat misero consolacio manet
post te unicum solacium meum. Placita fuit utrique pariter societas corporum pro morum concordia sed me solum divisio vulneravit.
Commune quod libuit quod triste et lugubre meum. In me transierunt ire tue in me confirmatus est furor. Erat
ambobus alterutrum grata presencia dulce consorcium suave colloquium sed tantas utriusque delicias ego perdidi tu mutasti.
Et quidem in mutatis illis rebus multa. Quanto fenore gaudiorum ac benediccionum cumulo habes pro me tantillo re-
positam tibi Christi presenciam. Nec dispendium sentis absencie a nobis tue angelorum admixtus choris. Non est quod
causeris tu de iniuria cui tibi subtracta presencia tibi affatim sui suorumque copia dominus maiestatis indulsit. At ego
pro te quid quam velle scire quid sencias nunc de me illo unico tuo inter medios merentes curis et penis destituto te ba-
culo imbecillitatis mee si tamen licet adhuc cogitare de miseris ingresso abissum luminis atque illo pelago eterne felicita-
tis absorpto. Forte enim et si nosti nos secundum carnem sed nunc iam non nosti et quia introisti in potencias domini memorare
iusticie eius solius memor. Ceterum qui adheret deo unus spiritus est et in divinum quendam totus mutatur affectum
nec potest iam sentire ac sapere nisi deum et quod sapit et sentit deus plenus deo. Deus enim caritas est et quanto quis
coniunctior ei tanto plenior caritate. Porro impassibilis est sed non incompassibilis cui proprium est misereri semper et parcere.
Ergo et te necesse est misericordem esse qui inhereas misericordi quamvis iam minime miser sis et qui non pateris compatie-
ris. Affectus proinde tuus non est imminutus nec cum deum induisti curam te exuisti et ipsi enim cura est de nobis.
Quod infirmum est abiecisti sed non quod pium. Caritas nunquam excidit. Non obliviscaris me in finem. Videor michi audire
quasi fratrem meum dicentem. Numquid mater potest oblivisci filii uteri sui. Et si illa oblita fuerit ego non obliviscar tui.
Non expedit prorsus. Scis ubi verser ubi iaceam ubi reliqueris me. Non est qui porrigat manum. Ad omne quod
emerserit respicio ad Gerardum ut consueveram et non est. Heu tunc ingemisco miser sicut homo sine adiutorio. Quem
consulam in ambiguis cui in adversis fidam quis portabit onera quis pericula propulsabit. Nonne ubique gressus
meos Gerardi oculi anteibant. Nonne tuum Gerarde pectus cure mee notius quam meum ipsius habebat familiarius
incursabant acrius urgebant. Nonne in lingua tua illa placabili et potenti meam a sermonibus secularium frequentissime
vendicabas animam reddebas silencio. Dominus dederat illi linguam eruditam ut sciret quando debet proferre sermonem.
Ita denique in prudencia responsorum suorum et in gracia sibi data desuper et domesticis satisfaciebat et exteris ut pene
me nemo requireret cum forte prior Gerardus occurrisset. Occurrebat autem advenientibus opponens se subito ne otium
meum incursaret. Quibus sane satisfacere nequibat hos perducebat ad me ceteros remittebat. O virum industrium
o amicum fidelem. Et amicis gerebat morem et officiis caritatis non deerat. Quis vacua ab eo recesserat manu.
Si dives consilium si pauper subsidium reportabat. Nec querebat que sua erant qui se medium ingerebat curis

ut ego vacarem. Sperabat enim ut erat humillimus maiorem de mea quiete fructum quam si vacaret ipse. Gerardus postulabat
absolui et alii tradi qui melius providerent quam ubi ille timuerit. Nec peculiari ut assolet aliquo in eo officio
detinebatur affectu sed solo intuitu caritatis. Et quidem plus omnibus laborabat et minus omnibus accipiebat ita ut
a sepe cum aliis necessaria ministraret ipse egeret in pluribus vel causa cibo aut veste. Denique cum se sentiret decessui proximum:
Deus inquit tu scis quod quantum in me fuit semper optavi quietem orationi intendere tibi vacare sed implicatum me tenuit
timor tuus et voluntas fratrum et studium obediendi super omnia abbatis patris et fratris germana dilectio. Ita est. Gratie tibi
sunt de omni fructu meorum si quis est in divinis studiorum. Tibi debeo si profeci si profui. Tu mittebaris et ego tuo beneficio
fenerato sedebam vel aut circa divinis obsequiis sanctius occupabar ut doctrine filiorum utilius intenderem. Cur enim securus
intus non essem cum te scirem agentem foris manum dexteram meam lumen oculorum meorum pectus meum et linguam meam.
Et quidem indefessa manus oculus simplex pectus consilii lingua loquens iudicium sicut scriptum est: Os iusti meditabitur
sapientiam et lingua eius loquetur iudicium. Sed quid dixi foris agentem illum quasi intus nesciret Gerardus et spiritualium
esset expers donorum. Noverunt qui illum noverunt spirituales quam verba eius spiritum redolebant. Noverunt contubernales quam mores
eius et studia non carnem saperent sed fervent spiritu. Quis illo rigidior in custodia discipline quis in castigando corpus
suum districtior vel superior et sublimior in contemplando subtilior in disserendo. Quoties cum eo disserens ea
didici que nesciebam et qui docturus adveneram doctior magis abscessi. Nec mirum de me cum magni ac sapientes viri
idipsum ...ille ... sibi accidisse testentur. Non cognovit litteraturam sed habuit litterarum inventorem sensum habuit et
illuminantem spiritum. Nec in maioribus tantum sed et in minimis maximus erat. Quid enim vel in edificiis in agris in ortis
aquis cunctis denique artibus seu operibus rusticorum quod magis vel in hoc vero genere Gerardi subterfugerit peritiam. Cementariis
fabris agricolis ortulanis sutoribus atque textoribus facile magister erat. Cumque omnium iudicio omnibus esset sapientior
solus in suis oculis non erat sapiens. Utinam multos et si minus sapientes non plus tangeret illa maledictio: Ve qui sapien-
tes estis in oculis vestris. Erubescentibus ista loquor et adhuc plura de illo compertus et maiora. Parco tibi quia caro mea
et frater est. Hoc tamen securus addo: vel utilis in omnibus et pro omnibus fuit. Utilis in parvis et in magnis et privatis et
publicis intus et foris. Merito ergo pendebam totus qui mihi totum erat. Solum mihi pene reliquerat presulatus honorem
et nomen; ita opus ipse faciebat. Ego vocitabar abbas sed ille preerat in sollicitudine. Merito requiescebat in eo spiritus
meus per quem licebat delectari in domino predicare liberius orare securius. Per te magis mihi fuit in sobrietate mea et gratia quies
sermo efficacior pinguior oratio frequentior lectio et ferventior affectus. Heu sublatus es et hec omnia simul tecum omnes
postquam abiere delicie et letitie mee. Iam cure irruunt iam molestie. Undique pulsant et angustie undique. Soli
me repperiunt: soli mihi te abeunte remanserunt. Solus sub sarcina gemo. Aut ponere aut opprimi necesse est. Quia tu humeros
honores subduxisti. Quis mihi tribuat cito mori post te. Nam pro te nollem nec te tua fraudare gloria. Porro super-
vivere tibi labor et dolor. Vivam quoad vivam in amaritudine vivam in merore et hec mihi sit consolatio ut medio
affligat non parcat sed immanibus manum domini. Etenim manus domini tetigit me. Me magis tetigit et percussit non illum
quem vocavit ad requiem. Me occidit cum succidit illum. Nunquid enim occasio quis dixerit quem plantavit in vita sit
quod illi vite ianua fuit mihi plane est mors. Meque illa morte mortuum dixerim non hunc qui obdormivit in domino.
Exite exite lacrime iam pridem cupientes. Exite quia is qui vobis meatum obstruebat commeavit. Aperiantur
catarracte miseri capitis et erumpant fontes aquarum si forte sufficiant sordes diluere culparum quibus iram merui.
Cum consolatus fuerit super me deus tunc fortassis et ego merear consolari si tamen non pepercero a merore. Nam qui lugent
ipsi consolabuntur. Propterea condescendat, moneo, omnes sancti et in spiritu lenitatis qui spiritualis est sustineat lamentantem.
luctus meos queso humano pensent affectu non usu. Videmus nempe mortuos quotidie plangere mortuos suos fle-
e tum multum et fructum nullum. Non culpamus affectum nisi cum excedit modum sed causam. Ille nimirum naturae est et eius
turbatio pena peccati. Hec vanitas et peccatum. Et enim ubi sola nisi fallor plorant corporalia gloriae carnis vite presentis
incommoda. Et plorandi qui ita plorant. Nunquid ego sic? Similis mihi affectus sed alia causa dissimilis quam intentio. Nulla
non sane querela de omnibus que sunt mundi. In hiis perfecto que sunt dei ademptum doleo fidele auxilium salutare co-
silium. Gerardum lugeo. Gerardus est in causa. Frater carne sed proximus spiritu sodalis proposito. Adhesit anima mea anime illius
et unam fecit de duabus non consanguinitas sed unanimitas carnis quidem necessitudo non defuit sed plus innexit societas
spiritus consensus animorum morum conformitas. Cum ergo essemus cor unum et anima una gladius animam meam pertransiit et ipsa eius partiti sunt
gladius et scindens media parte locavit in celo partem in ceno deseruit. Ego ego illa portio misera in luto iacens
truncata parte sui et parte potiori et dicitur mihi ne fleveris. Avulsa sunt viscera mea a me et dicitur mihi ne fleveris. Sentio
sentio vel invitus quia nec fortitudo lapidum fortitudo mea nec caro mea enea est. Sentio prorsus et doleo et
dolor meus in conspectu meo semper. Non sane nos potest duritie et insensibilitatis arguere ille qui liberavit quo illos
de quibus aut percussit eos et non doluerunt. Affectum meum confessus sum et non negavi. Carnalem quis dixerit? Ego humanum
non nego sicut nec me hominem. Si nec hoc sufficit nec carnalem negaverim. Nam et ego carnalis sum venundatus
sub peccato addictus morti penis et erumpnis obnoxius. Non sum fateor insensibilis ad penam mortem horreo meam
et meorum. Meus Gerardus erat meus plane. An non meus qui frater sanguine erat professione filius sollicitudine pater
consortis spiritu intimus affectu. Is recessit a me. Sentio lesus sum et graviter. Ignoscite filii, immo si filii vicem dolete
patrias. Miseremini mei saltem vos amici mei qui certe consideratis quam graviter pro peccatis recepi de manu domini. In virga
indignationis percussit me digne pro meritis duriter pro viribus. Sed leve quis dixerit vivere me absque Gerardo nisi qui
ignorat quid mihi cum Gerardo. Nec tamen contradico iudiciis set non reprehendo iudicium quo recepit quisque quod
dignus est ille coronam quam meruit, ego quam debui penam. Nunquid quia sentio penam reprehendo sententiam. Humanum est
illud hoc impium. Humanum magis necesse affici erga carnes sive delectabiles cum presto sunt sive cum absunt moleste.
f

Non erit otiosa socialis quisquis p̄positum int' amicos et quid efficiat mutuus amor in sibi p̄sentibus horror indicat
separacionis et dolor de morte separacione. Doleo super te Gerarde frater non quia dolendus sed quia ablatus et ideo
fortassis dolendum michi super me potius qui bibo calicem amaritudinis. Et solus doleo quia solus bibo. Non enim et tu bibis
ego patior quod solent pati qui se diligunt cum se amittunt. Utinam non te amiserim sed premiserim. Utinam vel
tarde aliquando sequar te quocumque ieris. Non enim dubium quin ad illos ieris quos tu media nocte noctis tue invi-
tabas ad laudem cum in vultu et exultacionis voce subito erupisti in illud davidicum stupentibus qui assistebant
Laudate dominum de celis laudate eum in excelsis. Iam tibi frater mi nocte adhuc media diescebat et nox sicut
dies illuminabatur. Prorsus illa nox illuminacio tua in deliciis tuis. Vocatus sum ego ad id miraculum videre in morte exultantem
hominem et insultantem morti. Ubi est mors victoria tua ubi est mors stimulus tuus. Iam non stimulus sed iubilus. Iam can-
tando moritur homo et moriendo cantat. Usurparis ad leticiam mater meroris usurparis ad gloriam glorie inimica usurparis
ad introitum regni porta inferi et fovea perdicionis ad inventionem salutis. Et hoc ab homine peccatore. Iuste nimirum quia in
hominem innocentem et iustum potestate temeraria usurpasti. Mortua es o mors et perforata hamo quem incauta glutisti
cuius vox est in propheta. O mors ero mors tua morsus tuus ero inferne. Illo inquam hamo perforata transeuntibus per medium
tui fidelibus letum latumque exitum pandis ad vitam. Gerardus te non formidat larvalis effigies. Gerardus per medias
fauces tuas transit ad patriam non modo securus sed et letabundus et laudans. Ubi cum ego supervenissem et ipse in ultima psalmi
me audiente clara voce complesset suspiciens in celum ait Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et repetens
eundem sermonem ac frequentius ingeminans Pater pater conversusque ad me exhilarata facie quanta inquit dignacio dei patrem
hominum esse quanta hominum gloria dei filios dei heredes. Nam si filii et heredes. Sic cantabat quem nos lugemus et meum fateor
luctum pene in cantum convertit dum intentus glorie eius proprie fere miserie obliviscor. Sed revocat me ad me pungens do-
lor facileque a sereno illo intuitu tamquam a levi excitat sopore perstringens anxietas. Plangam igitur sed super me quia super
illum vetat racio. Puto enim si opportunitas daretur modo diceret nobis Nolite flere super me sed super vos flete. Planxit merito
David super parricida filio cum precius sciret obstinatum corde de ventre mortis mole eiectum. Planxit super Saul et Iona-
than quibus eque absorptis semel emersio non speratur. Et quorum resurget si non ad vitam immo ad vitam ut vivi in
morte infeliciter moriantur. Et tamen de Ionatha non immerito possit haberi sententia. At michi etsi non ita suppetit plangendi causa
non tamen ulla. Plango primum super mea ipsius plaga atque iactura huius domus. Plango deinde super pauperum necessitatibus
quorum Gerardus pater erat. Plango item super universo statu nostri ordinis nostre et professionis qui de tuo Gerarde zelo
consilio et exemplo robur non modicum capiebat. Plango postremo etsi non super te super te tamen. Nunc postquam huius affi-
nor gratiam quia vehementer amo. Et non molestum sit deo non debere sic affici cum benignus Samuel super reprobo rege
et pius David super parricida filio satisfecit affectioni et non ad iniuriam fidei nec in superni suggillacione iudicii. Ab-
salon fili mi ait David fili mi absalon et ecce plus quam absalon hic. Salvator quoque videns civitatem Ierusalem et providens
venturam eius flevit super eam. Et ego ipsam et eque in puncto est desolacionem non sentiam plagam meam recentem et graviter
non doleam. Ille flevit compaciendo et ego paciendo non audeo. Et ecce ad tumulum Lazari nec flentes arguit nec
a fletu prohibuit insuper et flevit cum flentibus. Et lacrimatus est inquit Iesus. Fuerunt lacrime ille testes profecto nature
non indices diffidencie. Denique et prodiit mox ad vocem eius qui erat mortuus ne commotio putetur fidei preiudicium
dolentis affectum. Sic nec fletus utique noster infidelitatis est signum sed condicionis indicium. Nec quia percussus ploro
arguo ferientem sed provoco pietatem severitatem flectere satago. Unde et verba mea dolore sunt plena non tamen et murmure.
Numquid non plenum iusticie protuli quod unus sue complemento et punitus est qui debuit et donatus qui meruit. Et ad
hunc dico. Bene utrumque fecit dulcis et rectus dominus. Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Cantet tibi misericordia
quam fecisti cum servo tuo Gerardo cantet et iudicium quod nos portamus. In alto bonus in alto iustus in utroque
laudabilis. Non solius laus bonitatis est et iusticie. Iustus es domine et rectum iudicium tuum. Gerardum tu dedisti
tu abstulisti et si dolemus ablatum non tamen obliviscimur quod datus fuit. Et gratias agimus quod habere illum meruimus quo
carere iam non volumus. Intuitu non expedit. Recordare domine pacti mei et miseracionis tue ut magis iustificeris
in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Cum pro causa ecclesie anno preterito Viterbii essemus egrotavit ille et ma-
lescente languore cum iam proxima videretur vocacio ego egre ferens comitem peregrinacionis mee et illum comi-
tem relinquere in terra aliena nec resignare his qui michi eum commiserant quo amabatur ab omnibus sicut erat
amabilis valde conversus ad oracionem cum fletu et gemitu. Expecta inquam domine usque ad reditum. Restitutum amicis
tolle eum iam si vis et non causabor. Exaudisti me domine convaluit opus perfecimus quod iniunxeras redivimus
cum exultacione reportantes manipulos pacis. Porro ego oblitus sum convencionis mee sed non tu. Pudet
singultuum horum qui prevaricacionis me arguunt. Quid plura. Repetisti commendatum recepisti tuum. Finem verborum
indicunt lacrime tu illis domine finem modumque indicas. Sermo vicesimus octavus

Quia debitis humanitatis officiis animum vincente in patam prosecuti sumus. Redeo sicut ad propositum
edificandi quod intermiseram. Incongruum namque est dum flere letanter et sedenti ad epulas lacrimas
multas ingerere importunum est. Et si miras defleamus expugnabatur in quibus et nimius ne non tam amasse
illum quam nostra quesisse de illo commoda videamur. Tempus sane dilecti gaudium mestum desolatorum et tolerabilius
fiat nobis quod nobiscum non est quia cum deo est effectus. Ego omnibus viris volo in lucem si possim probe quicquid
illud est quod optimis illis pellibus sencio que in exemplum decoris sponse producte sunt. Hoc sic revolutis tactum sunt

sed indiscussum remansit. Porro discussum et declaratum quomodo nigra sit sicut tabernacula Cedar. Quomodo ergo sicut pelles Sa-
lomonis formosa? Quasi vero Salomon in omni gloria sua quicquam habuerit condignum decore sponse et glorie ornatus eius.
Et quidem si non ad decorem sponse sed ad nigredinem nescio potius quas pelles istas sicut et tabernacula Cedar
respiciendo diceremus fortassis competeret nec deesset unde id congrue monstraremus sicut et monstravimus. Nec sponse
claritati quantocumque decore pellium comparandum putamus. Hic prius nobis est eius ad quod pulsastis auxilio gratie
misterium hoc digne aperire possimus. Quid namque corporum que in facie lucent si interiori cuiuspiam sancte anime pulchritudini
a comparetur non vile ac fedum recto apparebit estimatori? Quid inquam tale in se ostendit ea que preterit figura huius mundi
quod equare speciem anime possit illius que contracta terreni hominis vetustate eius qui de celo est decore induitur ornata
optimis moribus pro monilibus, ipso puriori sicut et excelsior ethere, sole splendidior. Noli ergo respicere ad istum Salomonem
cum indagare cupis cur huiusmodi se pellibus similem in decore sponsa glorietur. Quid est ergo quod dicit formosa sum sicut
pelles Salomonis? Magnum ac mirabile quiddam ut estimo si tamen non hunc sed illum hic attendas de quo dicitur Ecce plus
quam Salomon hic. Nam usque adeo iste meus Salomon est Salomon ut non modo pacificus quod quidem Salomon interpreta[tur]
sed et pax ipsa vocetur Paulo perhibente quia ipse est pax nostra. Apud istum Salomonem non dubito posse inveniri quod
decori sponse omnino comparare non dubitem. Et presertim de pellibus eius adverte in psalmo: Extendens autem sicut pellem.
Non ille profecto Salomon et si multum sapiens multumque potens extendit celum sicut pellem, sed is potius qui non tam
sapiens quam ipsa sapientia est ipse prorsus extendit et condidit. Istius siquidem et non illius vox est: Cum preparabat celos
haud dubium quin deus pater, ego aderam. Aderat sine dubio preparanti celos sua utique sua quoque potentia sapientia. Nec pu-
tes astitisse ociosam et quasi ad spectaculum solummodo quia dixit aderam non enim preparabam. Respice paulisper inferius et
invenies apte subiungentem quia erat cum eo componens omnia. Denique ait Quecumque opera pater facit hec et filius similiter facit.
Et itaque extendit celum sicut pellem: pulcherrima pellis que in modum cuiusdam magni tentorii universam operiens faciem
terre solis lune atque stellarum varietate tam spectabili quanos oblectat aspectus. Quid hac pelle formosius,
quid ornatius celo? Minime tamen vel ipsum illatenus conferendum glorie et decori sponse vel eo ipso succumbens quod preterit
et hec figura ipsius utpote corporea et corporeis subiacens sensibus. Que enim videntur temporalia sunt. Est rationalis quedam sponse
b species spiritalis quam pulchritudo ipsa quoque eterna quia ymago eternitatis. Decor eius verbi gratia caritas est, et caritas sicut
legistis nunquam excidit. Est et iusticia inquit eius manet in seculum seculi. Est etiam patientia pauperum non peribit in
finem. Quid voluntaria paupertas, quid humilitas? Nonne altera regnum eternum altera eque exaltationem promeretur eternam?
Eo quoque spectat et timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Sic prudentia sic temperantia sic fortitudo et si que sunt
virtutes alie quid nisi margarite sunt quedam in sponse ornatu splendore perpetuo corruscantes? Perpetuo inquam
quia sedes et fundamentum perpetuitatis. Nec enim perpetue beate quoque vite ullus locus in anima est nisi mediante quidem
interventu quoque virtutibus. Unde propheta deo qui utique vita beata est: Iusticia inquit et iudicium preparatio sedis tue. Et apostolus
christum habitare non omnino quidem sed signanter per fidem in cordibus nostris. Duo quoque sessuro super asinum vestes suas sub-
straverunt discipuli significantes salvatorem seu salutem nequaquam insidere inde anime quam non viderit vestitam inveniat
doctrina et moribus apostolorum. Et ideo ecclesia promissionem huius future felicitatis curat interim preparare et ornare se
in vestitu deaurato circumdata varietate gratiarum atque virtutum qualicumque quasi disposita super desponsione quo digna
et capax pulchritudinis gratie inveniatur. Celum spirituale hinc tam pulchre varietate quam de prima interim stola
quandam veste sue sanctificationis accepit ullo pacto comparaverim in decore hoc celum visibile atque corporeum
c quamvis in suo genere quidem syderea varietate pulcherrimum? Sed est celum celi de quo propheta: Psallite inquit domino qui as-
cendit super celum celi ad orientem. Et hoc celum intellectuale ac spirituale et qui fecit celos in intellectu continet illud
et statuit in sempiternum ipsum quoque inhabitat. Ne vero putes sponse decorem quod illud remanere celum in quo sit hi-
tare dilectum, ubi enim thesaurus eius ibi et cor eius. Cum illis latet sane assistentes vultum ad quem suspirat et quibus
se interim non valet videndo associare studet conformare vivendo moribus magis quam vocibus clamans Domine
dilexi decorem domus tue et locum habitationis glorie tue. Prius de hoc celo minime sibi indignum ducat dicere
similitudinem hoc extentum sicut pellis non spaciis tamen locorum sed affectibus animorum. Hoc miris variisque artificiose dis-
tinctum operibus. Distinctos autem sunt non celorum sed virtutudinum. Nam alios quidem posuit angelos alios archan-
gelos alios vero virtutes alios dominaciones alios principatus alios potestates alios thronos alios cherubim atque
alios seraphim. Hic celum stellatum hoc sic depicta hec pellis. Hec una de pellibus mei Salomonis et hec
precipua in omni ornatu multiformis gratie eius. Sed ac grandis ista pellis quam plurimas in se eque Salomonis
pelles quo unusquisque beatus et sanctus qui ibi est pellis quoque utique Salomonis. Benigni siquidem sunt atque extenti
in caritate pertingentes usque ad nos quibus gloriam qua habent non invident sed optant ita ut quod ipsis hereditatem gratie
demorari apud nos non graventur, sedule circa nos et curam gerentes. Nam omnes administratorii spiritus missi in ministerium
propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Quamobrem sicut celum celi singulariter dicatur universa illa multitudo collecta
beatorum, sic et celi celorum propter singulos qui utique celi sunt nominati. Et ad singulos spectat quod dicitur extendens celum
sicut pellem. Videtis credo que ille pelles et cuius sint Salomonis de quarum similitudine sponsa gloriatur que in celo
se comparat et illi celo quod tanto est gloriosius quanto divinius. Nec indocte usurpat indecenter similitudinem unde ori-
d ginem ducat. Nam si propter corpus quod de terra habet tabernaculis Cedar se assimilat cur non et propter animam quam de celo est
celo eque similem esse glorietur presertim cum vita testetur originem testetur naturam dignitatem et patriam. Unum deum
adorat et colit quo angeli, christum super omnia amat quo angeli, casta est quo angeli, id quoque in carne peri-

et sap

xxviii

et fragili corpore quod non angeli queunt. Postremo et sapit que apud eos sunt non que super terram. Quid enim eque insigne celestis originis quam ingenitam et in regione dissimilitudinis retinere similitudinem, gloriam vite celibis in terra exul usurpare, in corpore denique pene bestiali vivere angelicam. Celestis sunt ista potentie non terrene, et quod vere de celo sit anima que hec potest apte indicant. Audi tu apertius: Vidi, inquit, civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de celo a deo paratam tamquam sponsam ornatam viro suo. Et addidit: Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus et habitabit cum eis. Ad quid? Credo ut acquirat sibi de hominibus sponsam. Mira res: ad sponsam veniebat et absque sponsa non veniebat. Querebat sponsam et sponsa cum ipso erat. Numquid due erant? Absit. Una est enim, ait, columba mea. Sed sicut de diversis ovium gregibus unum facere voluit ut sit unum ovile et unus pastor, ita cum haberet sponsam ab initio multitudinem angelorum, placuit et de hominibus convocare ecclesiam atque unire illi que de celo est ut sit sponsa una et unus sponsus. Ergo per adiecta ista perfecta est illa non duplicata, et aggestum de se dicit: Una est perfecta mea. Porro una conformitas facit unam quidem in simili devotione, postea vero et in pari gloria. Habes itaque utrumque de celo, et sponsum scilicet Ihesum et sponsam Ierusalem. Et ille quidem ut videretur semetipsum exinanivit formam servi accipiens et in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. At illa in qua non putamus forma seu specie aut in quo habitu vidit descendentem ille qui vidit? Nisi forte in frequentia angelorum quos vidit descendentes aut ascendentes super filium hominis. Sed melius dicimus quod sponsam tunc vidit cum verbum in carne vidit, agnoscens duos in carne una. Dum enim sanctus ille Emanuel terris intulit magisterium discipline celestis, dum superne illius Ierusalem que est mater nostra visibilis quedam ymago et species decoris eius per Christum Ihesum nobis in ipso expressa innotuit, quid nisi in sponso sponsam conspeximus, unum eundemque dominum glorie admirantes et sponsum decoratum corona et sponsam ornatam monilibus suis. Ipse ergo qui descendit ipse est et qui ascendit, et nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit, unus idem qui et sponsus in capite et sponsa in corpore. Nec frustra visus est in terris homo celestis, cum de terrenis celestes quamplurimos faceret sibi similes, ut sit quod legitur: Qualis celestis tales et celestes. Exhinc ergo vivitur in terra more celestium, dum instar superne illius beate quoque creature hec que a finibus terre venit audire sapientiam Salomonis celesti viro inheret casto amore, et si necdum quo illa iuncta per speciem, tamen sponsata per fidem iuxta promissum dei dicentis: Sponsabo te mihi in misericordia et miserationibus, et sponsabo te mihi in fide. Unde magis magisque conformari satagit forme que de celo venit, discens ab eo verecunda esse et sobria, discens et pudica et sancta, discens patiens atque compatiens, postremo discens mitis et humilis corde. Et his moribus longe certe contendit et absens placere ei in quem angeli prospicere concupiscunt, ut dum desiderio fervet angelico probet se pariter civem sanctorum et domesticam dei, probet dilectam, probet sponsam. Ego puto omnem animam talem non modo celestem esse pro origine, sed et celum ipsum posse non immerito appellari propter imitationem. Et tunc liquido ostendit quod vere origo eius de celis est, cum conversatio eius in celis est. Est ergo celum anima sancta, habens solem intellectum, lunam fidem, stellas virtutes. Vel certe sol iustitie zelus ac fervens caritas, et luna continentia. Quomodo enim claritas, ut aiunt, lune non nisi a sole est, sic absque caritate seu iustitia continentie meritum nullum est. Hinc denique sapiens: O quam pulchra est casta generatio cum caritate. Porro stellas diversas virtutes non me penitet considrante consequentiam similitudinis. Quod nempe stelle in nocte lucent, in die latent, sic vera virtus que sepe in prosperis non apparet eminet in adversis. Illud sane cautele est, hoc virtutis. Sidus est ergo virtus et hoc virtutum celum. Nisi quis forte cum deum per prophetam dixisse legit: Celum mihi sedes est, celum hoc volubile visibile que intelligat, et non potius illud de quo alibi apertius scriptura commemorat: Anima iusti sedes est sapientie. Cum autem ex doctrina salvatoris spiritum esse deum et in spiritu adorandum didicerit, sedem dei non ambigit assignare spiritualem. Ego vero sedem id dixerim non minus in homine iusti quam in angelico spiritu. Confirmat me in hoc sententia maxime illa fidelis promissio: Ego, ait filius, et pater ad eum, id est ad sanctum hominem, veniemus et mansionem apud eum faciemus. Prophetam quoque non de alio dixisse celo arbitror: Tu autem in sancto habitas laus Israel. Manifeste autem apostolus dicit habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Nec mirum si libenter inhabitat celum hoc dominus Ihesus, quod utique non sicut ceteros dixit tantum ut fieret, sed pugnavit ut acquireret, occubuit ut redimeret. Ideo et post laborem voto potitus ait: Hec requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Et beata cui dicitur: Veni electa mea et ponam in te thronum meum. Quare tristis es anima mea et quare conturbas me? Putasne et tu penes te invenies locum domino? Et quis nobis locus in nobis sufficit ydoneus glorie, sufficiens maiestati? Utinam vel merear adorare in loco ubi steterunt pedes eius. Et dignetur et mecum infundere aliquam unctionem sue atque ita extendere sicut pellem que utique cum ungitur dilatatur, ut possim et ego dicere: Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Potero etiam ipse fortassis ostendere in me ipso, et si non cenaculum grande stratum ubi possit recumbere cum discipulis suis, certe ubi reclinet caput suum. A longe suspicio illos certe beatos de quibus dicitur: Et habitabo in eis et deambulabo in illis. O quanta illius anime latitudo, quanta meritorum prerogativa, que divinam in se presentiam et digna invenitur suscipere et sufficiens capere. Quid illa cui et spatia suppetunt deambulatoria ad opus quidem maiestatis? Non est profecto vitiata forensibus causis curisve secularibus, nec ventri et luxurie dedita, sed nec curiosa spectandi seu cupida omnino dominandi vel etiam tumida dominatu. Oportet namque primo quidem his omnibus vacuam esse animam ut celum fiat atque habitaculum dei. Alioquin quomodo poterit vacare et videre quoniam ipse est deus? Sed et odio sive invidie aut rancori nullatenus prorsus indulgere, quoniam in malivolam animam non introibit sapientia. Deinde necesse est animam crescere ac dilatari ut sit capax dei. Porro latitudo eius dilectio eius, sicut dicit apostolus: Dilatamini in caritate. Nam et si anima cum sit spiritus nequaquam quantitatem corpoream recipit, tamen confert illi gratia quod negatum est a natura. Crescit quidem et extenditur, sed spiritualiter; crescit non in substantia sed in virtute. Crescit et

e

celi

f

in gloria. Crescit denique et proficit in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi. Crescit etiam in templum sanctum in domino.
Ergo quantitas cuiusque anime estimetur de mensura caritatis quam habet, ut verbi gratia que multum habet caritatis magna sit,
que parum parva, que vero nihil nihil, dicente apostolo: Si caritatem non habuero nihil sum. Quod si quantulamcumque habere ceperit,
ut saltem diligentes diligere curet ac salutare vel fratres suos et eos qui se salutant, iam non nihil quidem illam, attamen
dixerim que vicissitudine dati et accepti socialem retinet caritatem. Verumtamen iuxta dominicum sermonem quid amplius facit? Nec am-
plam proinde nec magnam, sed plane angustam et modicam censuerim animam qua adeo modice caritatis esse cognoscitur.
At si grandescat et proficiat ita ut transiens limites angusti obnoxiique amoris huius latos fines bonitatis gratuite
tota libertate spiritus apprehendat, atque largo quodam gremio bone voluntatis ad omnem seipsam, numquid illi iam recte
dicetur: quid amplius facitis? Quippe que seipsam tam amplam facit. Amplum nimirum gerit caritatis sinum que complecti-
tur universos, etiam quibus nulla se novit carnis necessitudine iunctam, nulla spe percipiendi commodi cuiusquam illectam, nulla
prorsus redhibitione obnoxiam, nullo denique omnino astrictam debito, nisi illo solo de quo dicitur: Nemini quicquam debeatis
nisi ut invicem diligatis. Tum si addideris etiam usque quaque vim facere regno caritatis, et usque ad ultimos eius terminos oc-
cupare istud pius invasor prevaleas, quatinus ne inimicis quidem claudenda pietatis viscera existimes, benefacies hiis qui
te oderunt, oras et pro persequentibus et calumpniantibus te, necnon et cum hiis qui oderunt pacem esse pacificus studeas,
tunc profecto latitudo celi latitudo tue anime, et altitudo non dispar, sed nec dissimilis pulchritudo. Impletumque tunc denum
in ea dicitur: Extendens celum sicut pellem. In quo iam mire latitudinis, altitudinis et magnitudinis celo summus et immensus atque
gloriosus non modo dignatur inhabitat sed et spaciose deambulat. Videsne quales in se habeat etiam celos Christus
mobilis ipsa in sua quadam immensitate ingens ecclesia, celum extentum a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos
orbis terrarum? Vide etiam consequenter et in hoc ipso assimiles atque si tu tibi non excidit illud quod paulo ante meditati sumus,
huius rei exemplar, de celo videlicet celi et celis celorum. Exemplo illius que sursum est mater nostra, hec quoque que adhuc pe-
regrinatur habet celos suos, homines spirituales, vita et opinione conspicuos, fide puros, spe firmos, latos caritate, contem-
platione suspensos. Et hii pluentes pluviam verbi salutarem tonant increpationibus, choruscant miraculis. Hii enarrant
gloriam Dei, hii extenti sicut pelles super omnem terram legem vite et discipline digito quidem Dei scriptam in semetipsis
ostendunt ad dandam scientiam salutis plebi eius. Ostendunt et etiam pacis quo Salomonis sunt pelles. Agnosce in hiis pellibus
iam superiorum illarum imaginem, que in sponsi ornatu non longe supra describebantur. Agnosce sponsi et regina astante
a dextris eius [illegible] similibus ornamentis non tamen paribus. Nam etsi habet etiam in loco peregrinationis sue et in die
virtutis sue in splendoribus sanctorum non minima claritatis atque decoris est portio, differt tamen illam consummat integritas
et consummata gloria beatorum. Et tamen et sponsam dixerim perfectam quamvis beatam sed ex parte. Nam ex parte tabernaculum cedar,
formosa tamen sive in illa portione sui que iam beata regnat, sive etiam illustribus viris quorum et micat nocte sua-
sima atque virtutibus tamquam celum suis sideribus adornatur. Unde scriptum: Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti,
et qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. O humilitas, o sublimitas! Et tabernaculum ce-
dar et sanctuarium Dei, et terrenum habitaculum et celeste palacium, et domus lutea et aula regia, et corpus mortis et templum
lucis, et despectio denique superbis et sponsa Christi. Nigra est sed formosa, filie Ierusalem, quam etsi labor et dolor longi
exilii decolorat, species tamen celestis exornat, exornant pelles Salomonis. Si horretis nigram, miramini et formosam.
Si despicitis humilem, suspicite sublimem. Hoc ipsum quam cautum, quam plenum consilii, plenum discretionis et congruencie est,
quod in sponsa deiectio ista et ista celsitudo suis temporibus quodam moderamine vicissitudinis comparantur, ut inter mundi huius va-
rietates et sublimitas erigat humilem ne deficiat in adversis, et humilitas sublimem reprimat ne evanescat
in prosperis. Pulcre omnino ambe res, que cum alterutrum contrarie sint, sponse tamen cooperantur in bonum, subserviunt in salutem.
Et hec pro eo quod sponsa videtur de pellibus Salomonis similitudinem. Restat aperiendum illud super eodem capitulo sensum quem in
primo commemoravi et promisi, qualiter videlicet tota ad solam nigredinem similitudo referetur, quamquam non estis promissione
fraudandi. Ceterum id differendum in aliud sermonis principium, tum quia hic iam terminum flagitat longitudo, tum etiam ut peragat
de more oratio ea que in laude et gloriam sunt referenda sponsi ecclesie Ihesu Christi domini nostri, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Sermo xxviii.

Quesitum credo cuius et quibus Salomonis pellibus decorem sponse similitudine decoratum
comparatum, si tamen ad ornatum commendationemque referatur decoris data ex hiis similitudo. At si nigredini magis ad-
scribenda putetur, sicut et illa de tabernaculis cedar, non equidem aliud occurrit nisi quidem de hiis
pellibus Salomonis, nisi quas forte rex in usum tabernaculi solet assumere si quando in tentoriis habitare libet. Erant
procul dubio nigre quotidiano exposite soli et quotidianarum imbrium pluviarum. Neque id frustra, sed ut ea que intus
reposita erant ornatius interiora servaret. Hoc exemplo sponsa non negat nigredinem sed excusat. Nec probro ducat
qualecumque habitu que caritas formet iudicium veritatis non implet. Denique quis infirmatur, et non infirmor?
quis scandalizatur et ego non uror? Induit se compassionis nevum, ut morbum in alto passionis leniat vel sanet. Nigre-
scit candore zelo livoris pulchritudinis; multos candidos facit unus denigratus, non tamen tangit culpa sed afficit
cura. Expedit nisi ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat. Expedit ut unus pro omnibus denigretur simi-
litudine carnis peccati et non tota gens denigretur, condempnet nigredine peccati. Splendor et figura substantie Dei obnubiletur
in forma servi pro vita servi. Candor eterne vite nigrescat in carne pro carne purganda. Speciosus forma pre filiis hominum
illuminandis obscuretur in passione, turpetur in cruce, palleat in morte, ex toto non sit ei species neque decor, ut sponsam
speciosam et decoram sibi acquirat eciam sine macula et sine ruga. Agnosco pellem Salomonis, ymmo ipsum in pelle nigra ipsum
Salomonem amplector. Est et Salomoni nigredo sed in pelle, foris niger in pelle, niger non intus. Alioquin

Sermo xxix

omnis gloria eius filie regis ab intus. Intus divinitatis candor, decor virtutum, splendor gratie, innocentie puritas. Tegit hec despicabilior infirmitatis color, et quasi absconditus vultus eius et despectus, dum temptatur per omnia pro similitudine absque peccato. Agnosco denigrate forme naturam. Agnosco tunicas pelliceas protoplastorum peccantium habitum. Denique semetipsum denigravit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Agnosco sub pelle edi, quod peccatum significat, et manum que peccatum non fecit, et collum per quod mali cogitatio non transiit, ideo quod non est inventus dolus in ore eius. Novi quod sis lenis natura, mitis et humilis corde, blandus aspectu, suavis spiritu, et quidem unctus oleo letitie pre consortibus tuis. Unde ergo nunc ad instar esau pilosus et hispidus? Cuius nam rugosa et tetra ymago hec? et unde hi pili? Mei sunt. Nam pilose manus similitudinem exprimunt peccatorum. Meos agnosco hos pilos, et in pelle mea videbo deum salvatorem meum. Non tu rebecca sic illum induit, sed maria, tanto dignior qui benedictionem acciperet quanto sanctior que peperit. Et bene in meo habitu, quia in benedictionem vendicat mihi, postulat hereditatem. Siquidem audierat: Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre. Tuam inquit hereditatem tuam et possessionem dabo tibi. Tuas dabit et si sua est. Et quomodo sua monet ut postulet? Aut quomodo sua si necesse habet ut postulet? Ob me ergo profecto postulat, qui meam ad hoc induit formam ut suscipiat causam. Nempe disciplina pacis nostre super eum, dicente propheta: Et dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Unde debuit fratribus per omnia assimilari, sicut ait apostolus, ut misericors fieret. Propterea vox quidem vox iacob, manus autem manus sunt esau. Suum est quod auditur ex eo, quod in eo videtur nostrum. Que loquitur spiritus et vita est; quod apparet mortale et mortuum. Aliud cernitur, aliud creditur. Nigrum sensus renuntiat, fides candidum et formosum probat. Niger est sed oculis insipientium, nam fidelium mentibus formosus valde. Niger est sed formosus. Niger reputatione herodis, formosus confessione latronis, centurionis fide. Qui formosum advertit qui exclamavit: Vere hic homo filius dei erat. Sed in quo advertit advertendum. Si enim attendebat quod apparebat, quomodo formosus, quomodo filius dei? Quid nisi deforme et nigrum oculis spectantium cernebat, cum expansis manibus in cruce medius duorum nequam risum malignantibus daret, fletum fidelibus? Et solus erat risui qui solus poterat esse terrori, solus esse debuerat honori. Unde ergo advertit pulchritudinem crucifixi, et quod sit filius dei qui cum iniquis reputatus est? Verum ad id respondere nec nobis necesse habes ut opus est. Nec enim hoc evangeliste diligentia preteriit. Sic enim habes: Videns autem centurio qui ex adverso stabat quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo filius dei erat. Ergo ad vocem credidit, ex voce agnovit filium dei, et non ex facie. Erat enim fortassis ex ovibus eius, de quibus ait: Oves mee vocem meam audiunt, et agnosco meas et cognoscunt me sicut me mee. Auditus invenit quod non visus. Oculum species fefellit, auri veritas se infudit. Oculus pronuntiabat infirmum, oculus fedum, oculus miserum, oculus morte turpissima condempnatum. Auri filius dei, auri formosus innotuit, sed non incircumcisis. Quia erat incircumcisus auribus, merito petrus abscidit auriculam servi, ut viam faceret veritati, et veritas liberaret eum et liberum faceret. Erat ille centurio incircumcisus sed non aure, qui ad unam expirantis vocem sub tot infirmitatis indiciis dominum maiestatis agnovit. Ideo quod non despexit quod vidit, quia credidit quod non vidit. Non autem credidit ex eo quod vidit, sed ex eo procul dubio quod audivit, quia fides ex auditu. Dignum quippe fuerat per superiores oculorum fenestras veritatem intrare ad animam, sed hoc nobis o anima servatur in posterum, cum videbimus facie ad faciem. Nunc autem unde irrepsit morbus inde remedium intret, et per easdem sequatur vestigia vita mortem, tenebras lux, venenum serpentis antidotum veritatis, et sanet oculum qui turbatus est, ut serenus videat quem turbatus non potest. Auris prima mortis ianua, prima aperiatur et vite. Auditus qui tulit reparet visum, quia nisi crediderimus non intelligemus. Ergo auditus ad meritum, visus ad premium. Unde propheta: Auditui meo dabis gaudium et letitiam, quod fidelis retributio auditionis beata visio sit, et beate meritum visionis fidelis auditio. Beati autem mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Porro fide opus mundari oculum qui videat deum, quemadmodum habes: fide mundans corda eorum. Interim ergo dum necdum est paratus visus, auditus excitetur, visus exerceat, auditus suscipiat veritatem. Felix cuius veritas attestatur dicens: In auditu auris obedivit mihi. Dignus ero qui videam, si prius quam videam obedisse inveniar. Securus videbo ad quem mea obedientia prevenerit munus. Quam beatus qui ait: Dominus deus aperuit mihi aurem, et ego non contradico, retrorsum non abii. Habes et voluntarie obedientie formam et longanimitatis exemplum. Nam enim non contradicit spontaneus est, et qui retro non abiit perseverat. Utrumque necessarium, quia hylarem datorem diligit deus, et qui perseveraverit in finem salvus erit. Utinam et mihi aperiat dominus aurem, intret in cor meum sermo veritatis, mundet oculum, lete preparet visioni, ut dicam deo etiam ipse: Preparationem cordis mei audivit auris tua. Et audiam a deo etiam ipse cum ceteris obedientibus: Et vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Non omnes mundantur qui audiunt, sed qui obediunt. Beati qui audiunt et custodiunt illud. Tamen requirit auditum qui mandat: Audi israel. Talem offert qui ait: Loquere domine quia audit servus tuus. Talem spondet qui dicit: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Et ut scias etiam spiritum sanctum hunc in anime spirituali profectu ordinem observare, ut videlicet prius informet auditum quam letificet visum: Audi inquit filia et vide. Quid intendis oculum? Aurem para. Videre desideras christum? Oportet te prius audire eum, audire de eo, ut dicas cum videris: Sicut audivimus sic vidimus. Immensa claritas, visus angustus, et non potis ad eam. Potes auditu, sed non aspectu. Clamantem denique deum: Adam ubi es? non videbam iam peccator, audiebam tamen. Sed auditus aspectum restituet, si pius, si vigil, si fidelis extiterit. Fides purgabit quem turbavit impietas, et quem inobedientia clausit aperiet obedientia. Denique a mandatis tuis intellexi, quod intellectum reddat observatio mandatorum quem tulit transgressio. Adverte adhuc in sancto ysaac quomodo pre ceteris sensibus auditus in iam sene viguit. Caligant oculi patriarche, palatum seducitur, fallitur manus, non fallitur auris. Quid mirum si auris percipit veritatem, cum fides ex auditu, auditus per verbum dei, verbum dei veritas sit? Vox inquit vox iacob est. Nichil verius. Manus autem manus sunt esau. Nil falsius. Falleris, manuum similitudo decepit te. Nec in gustu veritas, et si suavitas est. Nam quomodo sit in veritate qui se putat edere venacionem

[illegible] de auditu

cum domesticis vescatur edorum carnibus ultimoque oculus qui nichil videt. Non est vita in oculo, non sapientia. Ve qui sa-
pientes estis in oculis vestris. Non bona sapientia cui maledicitur. Mundi est ac per hoc stulticia apud deum. Bona et
vera sapientia trahitur de occultis ut sapit beatus Job. Quid foris eam queris in corporis sensu? Sapor in palato,
in corde sapientia est. Ne queratis sapientiam in oculo carnis, quia caro et sanguis non revelat eam sed spiritus. Non
in gustu oris. Nec enim invenitur in terra suaviter vivencium. Non in tactu manus, cum sapiens dicat: Si osculatus sum
manum meam ore meo, quod est iniquitas maxima et negacio in deum. Quod tunc fit, arbitror, cum donum dei quod
est sapientia non deo sed meritis ascribitur accionum. Sapiens fuit Ysaac sed erravit in sensibus. Solus habet auditus verum
qui percipit verum. Merito carnem redemptoris tangere prohibetur mulier carnaliter sapiens, plus quippe tribuens
oculo quam oraculo, id est carnis sensui quam verbo dei. Quem enim mortuum viderat resurrecturum non credidit, cum tamen hoc promi-
sisset ipse. Denique non quievit oculus eius usque dum saciatus est visu, qui non erat consolacio fidei nec dei rata promisso.
Nonne celum et terra et quecumque oculus carnis attingere potest ante transibunt et peribunt, quam iota unum aut unus apex
ex omnibus que locutus est deus? Et tamen cessavit a fletu in visu oculi que noluit consolari in verbo domini, plenius
habens complementum per visionem quam per fidem. Sed complementum fallax experitur. Ergo ad certiorem fidei cognicionem, que utique
apprehendit quod sensus nescit, experimentum non invenit. Noli me tangere, inquit; hoc est, dissuesce huic seductibili sensui,
innitere verbo, fidei assuesce. Fides nescia falli, fides invisibilia comprehendens sensuum penuriam non sentit. Denique trans-
greditur eciam fines racionis humane, nature usum, experiencie terminos. Quid interrogas oculum ad quod non sufficit? Et manus
quid explorare conatur quod supra ipsam est? Minus quicquid ille vel illa renunciet. Sane fides pronunciet de me quod
maiestati nichil minuat. Disce id certius, id tucius sequi quod illa suaserit. Noli me tangere, nondum enim
ascendi ad patrem meum. Quasi vero cum iam ascenderit tunc tangi ab ea velit aut possit. Et utique poterit, sed affectu
non manu, voto non oculo, fide non sensibus. Quid tu me, ait, modo tangere queris, qui speciem corporis gloriam estimas
[illegible]? Non recordaris quod tempore adhuc mee mortalitatis transfigurati ad horam montani corporis gloriam oculi dis-
cipulorum sustinere nequiverunt? Adhuc quidem sensibus tuis gero morem, formam ingerendo servilem quam de consuetudine
recognoscas. Ceterum mirabilis facta est gloria mea ex te, confortata est et non poteris ad eam. Differ ergo iudicium, suspende
sentenciam, et tante rei diffinicionem ne credas sensui, fidei reservato. Illa dignius, illa diffinit certius, que plenius com-
prehendit. Denique comprehendit illa suo mistico ac profundo sinu que sit longitudo, latitudo, sublimitas et profundum.
Quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, illa in se quasi quodam involucro clausum portat
servat quasi signatum. Illa ergo digne tanget que pariter consedentem suscipiet, non iam in humili habitu sed in celesti carne
ipsa sed alia specie. Quid deformem vis tangere? Expecta ut formosum tangas. Nam qui deformis modo tibi, for-
mosus. Deformis tactu, deformis aspectui, deformis denique deformi tibi que sensibus plus innixa es, fidei minus.
Esto formosa et tange me. Esto fidelis et formosa es. Formosa formosum et dignius tanges et felicius. Tan-
ges manu fidei, desiderii digito, devocionis amplexu. Tanges oculo mentis. Sed numquid adhuc niger? Absit.
Dilectus tuus candidus et rubicundus, formosus plane, quem circumdant flores rosarum et lilia convallium, hoc est
martirum virginumque chori. Et qui medius resideo utrique, tu dissideo choro virginum et martirum? Quid denique candidius?
non congruo virginum choris virgo, virginis filius, virginum sponsus? Quid non roseus michi causa virtus, fortitudo
fructus et forma martirum? Talem tange et dic: Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex
milibus. Aspice milium tuum dilectum et decies centena milia circa dilectum et nemo ad dilectum. Numquid tibi verendum
erit ne forte in quempiam de multitudine errare incidas quem diliges? Non ambiges quenam eligas; fa-
cile occurrat electus ex milibus cunctis insignior. Dices: Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine
fortitudinis sue. Non ergo in pelle nigra, que hactenus sane ingerenda fuit oculis persequencium ut contempnerent
occidendum, aut eciam amicorum ut recognoscerent redivivum. Non item in pelle nigra sed in veste alba speciosus
forma, non modo pre filiis hominum sed eciam pre milibus angelorum. Quid me vis tangere in humili forma, habitu con-
temptibili? Tange celesti decorum specie, gloria et honore coronatum, divina quidem maiestate tremendum sed in-
genita serenitate gratum ac placidum. Vides quam attendenda prudencia sponse et profunditas sermonum eius,
que sub figura pellium, scilicet in carne, rimata est deum, in morte vitam, summamque glorie et honoris in obprobria,
et sub nigro denique habitu crucifixi candorem innocencie splendoremque virtutum. Sicut ille utique pelles cum essent
nigre atque despecte preciosa et precandida penitus regis in se ornamenta servabat. Merito nigredinem non
contempsit in pellibus, decorem qui sub pellibus est abditus. Et ideo quidem illud contempserunt qui hunc nigrum non
cognoverunt. Si enim cognovissent, numquam dominum glorie crucifixissent. Non cognovit Herodes et ideo despexit. Non
cognovit sinagoga que nigredinem passionis improperavit et infirmitatis: Alios ait salvos fecit, seipsum non potest
salvum facere. Rex Israel est, descendat nunc de cruce et credimus ei. Sed cognovit latro de cruce, licet in cruce, qui et inno-
cencie puritatem confessus est: Hic autem inquid quid mali fecit? Et gloriam regie maiestatis plene est protestatus,
memento mei dicens cum veneris in regnum tuum. Cognovit centurio qui filium dei clamat. Cognoscit ecclesia que
et emulatur nigredinem ut decorem participet. Non confunditur nigra videri, nigra dici, ut dicat dilecto:
Obprobria exprobrancium tibi ceciderunt super me. At sane nigra instar pellium Salomonis foris, sed et non intus.
Neque enim intus nigredinem vir Salomon habet. Denique non ait sicut Salomon, sed sicut pelles Salomonis,
quia in superficie sit tantum veri nigredo pacientis; peccati nigredo intus est et prius interiora culpa commaculat.

que ad oculos pertinet. Denique de corde exeunt cogitationes male furta homicidia adulteria blasphemie et hec sunt que coinquinant
hominem. Sed absit ut Salomonem anime vero apud verum pacificum istiusmodi inquinamenta reperies. Alioquin namque esse sine peccato eum qui
tollit peccata mundi, quo ad reconciliandos peccatores inventus idoneus, non sub nomine vendicaret Salomonis. Est quidem
affligentis penitencie cum assiduis lamentis pro delictis. Hanc fortassis non abhorreat in me Salomon si sponte induam, maxime
pro peccatis meis, quia cor contritum et humiliatum deus non despiciet. Est et afficientis compassionis si afflicto condoleas et
fratrem te decoloret infortunium. Nec hanc profecto verecundam putat verus pacificus, quippe qua et ipse nobis dignatur in-
duit qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Est et persecutionis que eciam pro summo ornamento habetur si quidem suscipi-
atur pro iusticia et veritate. Unde est et illud: Ibant discipuli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati.
Denique beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. Hanc potissimum in gloriam eciam arbitror hanc libencius mutari de pellibus
sponsi. Denique et habet in promisso: Si me persecuti sunt et vos persequentur. Unde et addidit sponsa: Nolite me considerare quod
fusca sim quia decoloravit me sol. Hoc est nolite me notare quasi deformem quod [illegible] ingruente persecucione minus florentem
minus sim gratiam splendore coloratam. Quid conspiciatis ingredientem qua [illegible] persecucionibus non quasi decus pudor tunc operit. Ne sole
quod zelus iusticie, quo accenditur ut accingatur adversus malignantes dicens deo: Zelus domus tue comedit me etc. Et iterum: Ta-
bescere me fecit zelus tuus quia obliti sunt verba tua inimici mei. Illud quoque: Defectio tenuit me pro peccatoribus delinquentibus legem tuam.
Et iterum: Nonne qui oderunt te domine oderam et super inimicos tuos tabescebam. Et illud sapientis cante observat: Filie tibi
sunt? Noli ostendere letum vultum ad eas, ut scilicet remissis et mollibus fugitantibus disciplinam non candore lenitatis sed obscuro
severitatis cohibeat. Hec decoloracio a sole est, igneo scilicet caritate fervida, flere cum flentibus et cum infirmantibus infirmari, uri ad
scandala singulorum. Hic est sol iusticie: decoloravit me, Christus cuius amore langueo. Languor iste color quidam potius est
et defectus in desiderio anime. Unde et dicit: Memor fui dei et delectatus sum et exercitatus sum et defecit spiritus meus. Ergo instar
vivendi solis desiderio auctor pergratem in corpore decolorat. Vide vultum glorie inhiante impaciencie sua repulsa et co-
erceat amatorem dilectum. Denique inter tanto amore ardet ut desiderio videndi Christum omnem colorem putet vite leticie
quod fastidiat et deponat. Illa ex persica voce contestans et dicens: Diem hominis non desideravi, tu scis. Hec pro [illegible] David. Renuit consolari
anima mea. Non pro tanto bonorum nam leticia despicit colorari. Hec ita decoloravit me sol, sui [illegible] comparacione splendoris, dum
appropinquans illi quo ad me obscuratam deprehendo ingrata inmemor fedatamque despicio. Ceterum alias quidem formosa sum. Denique fuscam
dicit sed solus solis pulchritudini succumbente. Ad ceterum ipsorum videtur magis assentire ea que sequitur. Adiciens si quidem: Filii matris
mee pugnaverunt contra me, persecucionem passam se esse aperte fecit. Sed hunc aliud principium sermonis ordinet, qui sufficere hac
vice putet que accepimus de gloria sponsi ecclesie, domino ihesu qui est deus benedictus in secula. Amen. Sermo xxix

Filii matris mee pugnaverunt contra me. Annas et Cayphas et Iudas Scarioth filii sinagoge fuerunt et hii
contra ecclesiam eque sinagoge filiam in ipso exortu ipsius acriuscule pugnaverunt suspendentes in ligno collectorem
ipsius ihesum. Nam tunc siquidem deus implevit per eos quod olim prophetaverat per prophetam: Percuciam pastorem et dispergentur
oves. Et fortassis illius illa vox est in cantico Ezechie: Precisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer succ-
idit me. De hiis ergo atque aliis qui de illa gente Christiano nomini contradixisse feruntur puta dictum a sponsa: Filii matris
mee pugnaverunt contra me. Et pulcre filios matris sue, non autem et patris sui illos vocat, qui non habebant patrem deum sed ex patre
diabolo erant, homicide utique sicut et ille homicida erat ab inicio. Propterea non dicit: fratres mei aut filii patris mei, sed filii
inquit matris mee pugnaverunt contra me. Alioquin si non ita distinguerit, videretur eciam Paulus apostolus comprehensus in hiis de quibus
conqueritur, quia ipse aliquando persecutus est ecclesiam dei. Sed misericordiam consecutus est quia ignorans hoc fecit manens in incredulitate et probatur
deus se habere ipsum fratrem eciam tam ex patre quam ex matre esse. Sed attende quod nominatim filios matris sue et plures incusat,
qui soli in culpa sunt. Denique et ab exteris passa est multa. Illud apud prophetam: Sepe expugnaverunt me a iuventute mea et super
dorsum meum fabricaverunt peccatores. Denique quod singulariter filios matris tue causaris, que te nunc ignoras et ex aliis atque aliis
nacionibus sepissime impugnatam? Ad mensam divitis vocatus diligenter attende et considera que tibi apponuntur. Fratres, ad mensam
Salomonis sedemus. Denique dicam Salomonem. Non de terrenis dico divicias quas et ipse Salomon habundaret. Sed intuemini potius
mensam quo supremis est referta deliciis, spiritualia sunt et divina que nobis in ea apponuntur. Diligenter ergo inquit considera que
tibi apponuntur, sciens quoniam talia oportet te preparare. Ego utique quod in me est diligenter attendo. Id in appone in hiis verbis sponse et
ad mea apposui doctrinam cautelam quam respiciatis, quod ita ex nomine ac sola exprimitur persecucio a domesticis et tacentur tot et tanta
que ubique terrarum incessanter ex omni nacione que sub celo est ab infidelibus ab hereticis pertulisse cognoscitur. Non sponse
prudencia vel putaverim casu hoc illa aut quod inconveniens preterisse. Sed profecto id oppressius plangit quod et sentit diffucilius
quod quam vigilancius nobis cavendum considerat. Denique nam est hoc malum intestinum utique atque domesticum. Hoc tibi manifeste
in ecclesia ore ipsius salvatoris exprimitur cum dicit: Et inimici hominis domestici eius. Hoc et in psalmo homo inquit pacis mee in quo
sperabam qui edebat panes meos magnificavit super me supplantacionem. Item: Si inimicus meus maledixisset michi sustinuissem
utique. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis dux
meus et notus meus qui simul mecum dulces capiebas cibos. Hoc est quod a te pacior, conviva et contubernali meo id mo-
lestius sencio acriusque fero. Talis hec querimonia cuius de quo sit agnoscite sponse eodem de filiis matris conquerente affectu
quam in eodem spiritu cum ait: Filii matris mee pugnaverunt contra me. Unde et alibi loquitur: Amici mei et proximi mei adversum me
appropinquaverunt et steterunt. Longe queso a vobis faciat se hoc tam abhominabile et detestabile malum, vos qui experti
estis et quotidie experimini quam bonum sit et quam iocundum habitare fratres in unum, si tamen in unum et non in scandalum. Alioquin non iocundum
plane non bonum sed pessimum ac molestissimum. Ve autem homini illi per quem unitatis iocundum perturbat. Iudicium profecto portabit
quicumque est ille. Utinam nunquam contingat mihi quod audiam in vobis quempiam iuste clamitantem: Filii matris mee pugnaverunt contra
me. Nonne pro congregacionis tanquam unius matris filii omnes vos estis singuli alterutrum fratres? Denique ergo a foris vos conturbare
aut contristare possit si intus bene estis et fraterna caritate gaudetis. Denique quis vobis nocere poterit inquit si boni

emulatores sitis. Quorum emulamini carismata meliora ut perfectis vos bonos emulatores. Carisma peroptimum
caritas est. Plane incomparabile quod nove sponse novus sponsus inculcare totiens curabat. In hoc
cognoscent omnes quia mei estis discipuli si dilectionem habueritis ad invicem. Mandatum novum do vobis ut diligatis
invicem. Et hoc est preceptum meum ut diligatis invicem. Item quod orans unum eos fore sicut ipse et pater unum sunt. Sed et
vide si non ipse Paulus qui te ad carismata meliora invitat inter cetera caritatem in summo sive cum fide et spe dicat
eam esse maiorem et supereminentem scientie sive cum enumeratis pluribus aut mirabilibus superne gratie donis tandem ad super-
excellentiorem viam nos mittit haud alia profecto illa quam caritate diffiniens. Denique quid rara hinc inde grandis putamus
que ipsi prefertur martirio ac fidei transferenti montes. Hoc ergo est quod dico pax vobis a nobis sit et omne quod contristaverit
minari videtur non tristet quia non nos. Ita e contra quoque forte blandiri apparuerit nulla est profecto consolatio si intus
quod absit seminarium discordie germinavit. Proinde dilectissimi pacem habete inter vos et nolite ledere invicem non facto non
verbo non signo qualicumque ne forte concitati et preoccupati a pusillanimitate spiritus et tempestate et deum interpellare co-
gantur adversus illos qui se angustiaverunt aut contristaverunt et prorumpere in verbum grave contingat filii matris mee pu-
gnaverunt contra me. Hic enim peccantes in fratrem in Christum peccatis qui ait Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.
Hoc cavendum agnoscitis tum offensis verbi gratia ab aperto convicio seu maledicto a clandestino quoque susurro. Non enim
sufficit os custodire ab hiis et hiis similibus que cruda sunt et levia si tu leve debeat dici quodcumque in fratrem presumpseris vo-
luntate ledendi. Tu hoc solo si iactaveris illum dum reus iudicii tenearis. Audito quidem. Nam quod tu leve putas et
ob hoc leviter perpetras plerumque alius aliter accipit tanquam hic videns in facie et fratri facile iudicans paratus festucam tra-
bem suspicari et scintillam putare fornacem. Non enim est omnium caritas illa que omnia credit. Promptior autem sunt quidam homines
et cogitatio ad malum pronior suspicandum quam ad bonum credendum. Precipue ubi disciplina silentii nec te qui in causa es accu-
sare permittit nec illum voluntas suspicionis aperire quod patitur ut curetur. Ita vivit ille et moritur clausum letali vul-
nere intra semetipsum gemens dum totus in ira et disceptatione positus nil aliud saltem versare in mente possit nisi in-
iurias quas accepit. Non potest orare non potest legere non sanctum aut spirituale aliquid meditari. Et ita intercepto vitali spiritu dum suis
destituta alimentis vadit ad mortem anima pro qua Christus mortuus est quid tu interim queso animi habes. Quid oratio tua
quid opus quodcumque interim feceris sapit tibi contra quem interpellat Christus. Ecce clamat de pectore fratris tui quem contristati
filius iniquus matris mee pugnat contra me qui simul mecum dulces capiebat cibos replevit me amaritudine. Quod si
dixeris illum non tam graviter pro tam levi causa debuisse turbari. Video quia tanto levior est causa tanto levius a te potuit non gravari.
Quamquam nescio quomodo leve dicas ut iam dixi quoque amplius est quam irasci cum vel hoc ipsum obnoxium esse iudicio [illegible]
acceperis iudicis. Quanto enim. Tu ne leve dixeris in quo offenditur Christus unde ad dei iudicium pertrahi habes cum horrendum
sit incidere in manus dei viventis. Tu ergo accepta forte iniuria quod quidem utinam non accidere in hiis contubernibus difficile
est non continuo more secularium obliqua respice fratrem [illegible] festines. Sed neque sub specie quasi corripiendi verbo acuto et pu-
ngenti transfigere audeas nullatenus animam pro qua Christus affigi cruci dignatus est non grunnire quasi increpando non labiis mus-
sitare quasi murmurando non narem contrahere aut cachinnare quasi subsannando non frontem rugare quasi [illegible] aut
comminando. Caveat commotio tua ibi moriatur ubi oritur ne permittatur errare que mortem portat ne perimat ut dicere
possis et tu cum propheta turbatus sum et non sum locutus. Quosdam aliquos intelligo sentire istud quod de diabolo et angelis
eius dictum qui cum fuerint et ipsi filii ecclesie illius que sursum est mater nostra ex quo lapsi sunt non cessant sororem suam
b etiam impugnare. Sed neque contendo si quis usurpat hoc etiam in bonam sententiam [illegible] spirituales qui sunt in ecclesia adversus
carnales fratres suos dimicent in gladio spiritus quod est verbum dei volentes eos ad salutem atque ad spiritualia istiusmodi
expugnationibus provehere. Utinam corripiat me iustus in misericordia et increpet me proficiens et sanans [illegible] et vivificans
quo audeam et ego dicere Vivo autem iam non ego vivit vero in me Christus. Esto inquit consentiens adversario tuo dum es
cum eo in via ne tradat te iudici et iudex tortori. Bonus adversarius cui si consentiens ero non erit unde iudex ex-
cruciet me aut tortor. Ergo profecto si quem vestrum aliquando per eum contristavi non me piget. Contristati sunt enim ad salutem.
Et quidem nescio me id umquam fecisse absque mea quoque magna tristicia secundum illud Apostoli cum parit tristiciam habet. Sed absit ut iam
meminerim pressure tenens fructum doloris mei dum proinde videam Christum formatum in sobole. Nescio autem quo iam teneo
vinculo astricti sunt qui post increpationem tandem convaluerunt et per increpationem de infirmitate quam qui fortes ab initio fuerunt
non indigentes istiusmodi medicamento. Ergo in hunc sensum potest etiam seu anima diligens deum dicere quod decoloravit me sol
mittendo scilicet et armando de filiis eius matris qui eam salubriter oppugnarent et captivam ducerent ad fidem et amorem
quasi ipsius multiplicibusque confixam sagittis illis de quibus scriptum est Sagitte potentis acute et item Sagitte tue infixe sunt
mihi. Ideo quoque sequitur et ait Quoniam non est sanitas in carne mea ut sanitatis calor proinde fortior quoque fortis dicat Cum
quidem proemptus est caro aut infirma et cum apostolo Cum infirmor tunc fortior sum et potens. Vides quod quia carnis inf-
c irmitas robur spiritus augeat et subministret vires ita e contra noverit carnis fortitudinem debilitatem spiritus operari.
Et quid mirum si hoste debilitato tu fortior efficeris nisi forte tibi illam inimicam esse ducas amicam que non cessat con-
cupiscere adversus spiritum. Vide ergo si non prudenter sagittari et impugnari salubriter postulat sanctus cum dicit Confige
timore tuo carnes meas. Optima timor iste sagitta qui configit et interficit carnis desideria ut spiritus salvus sit.
Sed et qui castigat corpus suum et in servitutem redigit nonne is tibi videtur manum contra se pugnantis ipse iuvare. Est et
sagitta sermo dei vivus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. De quo salvator Non veni inquit pacem mittere
sed gladium. Est et sagitta electa amor Christi que Marie animam non modo confixit sed etiam pertransiit ut in pectore virginali
nullam particulam vacuam amoris relinqueret sed toto corde tota anima tota virtute diligeret et esset gratia plena. Aut certe
pertransiit eam ut veniret usque ad nos et de plenitudine illa omnes acciperemus et fieret mater caritatis cuius pater est
caritas deus perficiens et in sole ponens tabernaculum suum ut scriptura impleretur que dicit Dedi te in lucem gentium.

ut sis salus mea usque ad extremum terrae. Hoc enim impletum est in Maria, quae in carne visibilem edidit quem invisibilem
non de carne nec cum carne suscepit. Et illa quidem in tota se grande et suave vulnus accepit amoris; ego vero felicem
me putaverim, si summo saltem cuspide huius gladii interdum pungi me sensero, ut vel modico amoris vulnere accepto
dicat etiam anima mea: vulnerata caritate ego sum. Et quis mihi tribuat in hunc modum non modo vulnerari, sed expugnari omnino
usque ad consumptionem coloris et caloris illius qui militat adversus animam? Et si exprobraverint filiae huius saeculi illi animae quae huiusmodi
est, dicentes pallidam et fuscam eam esse, nonne tibi congrue posse dicere videbitur: Nolite considerare quod fusca sim, quia de-
coloravit me sol. Et si se ad hoc meminerit pervenisse adhortationibus seu increpationibus aliquorum fratrum qui aemu-
lantur eam aemulatione Dei, nonne consequenter addet quod inferre potest: filii matris meae pugnaverunt contra me? Et vi-
de quam modeste quod dictum est, ut ecclesia seu studiosa quaelibet anima loquatur non quasi gemens aut conquerens, sed quasi gaudens
et gratias agens, insuper et glorians quod pro nomine et amore Christi digna sit fusca seu decolor esse et dici, atque hoc ipsum
ascribat non suae industriae sed gratiae misericordiae provenisse, et mittentis ad se. Nam quo ardet fratres praedicante quod ab
praedicatoribus mittentibus filios matris suae contra se pugnasse meminerit, ut non irata sed non ingrata. Unde et sequitur:
Posuerunt me custodem in vineis. Quod verbum utique si spiritualiter acceperit, puto nil in se querimoniae aut rancoris habere
videbitur, sed magis favorabile aliquid redolere. Verum ad id contingendum puto sane quod manum apponere audeam. Locus enim
sanctus est, contrectandus est nobis solummodo precibus, et est consultandus ille spiritus qui scrutatur alta Dei, aut certe unigenitus qui
est in sinu patris, sponsus ecclesiae Iesus Christus dominus noster, qui est benedictus in saecula. Amen. Sermo xxxij

Posuerunt me custodem in vineis. Cum dixisset illi impugnatores quos proxime memorasti. Audite et intel-
ligite si non se ab illis ipsis fatetur ista promota a quibus et passam. Nec mirum tamen si quidem fuit causa impugnandi
caritas, intentio corrigendi. Itaque quis nescit multos amicabiliter utilius quam inimicos oppugnatos esse?
Multos quotidie opprimi piis impugnationibus praelatorum, ad meliora proficere, ad altiora provehi. Ergo illud potius de-
monstrare si possum, quemadmodum adversus eam quae pugnatum sit a filiis matris et hostili animo et damno utili. Id enim
fit cum qui nocere intendunt prosunt, et nolentes utique voluntatem tenet superior in pietatis, qui quidem non defuerunt et
qui bene et qui male aemulantur eam, diversa intentione impugnantes, sed utique profuerunt. Intuitu denique se
profecisse ex his quae ab aemulis passa est gloriatur, ut pro una vinea quam sibi abstulisse visi sunt, multas se gau-
deat consecutam. Hoc est, inquit, persistere pugnando contra me et contra vineam meam, qui dicunt: exinanite usque ad fun-
damentum in ea, ut unam pluribus commutarim. Hoc quippe est quod infert: Vineam meam non custodivi, tamquam causam
subiungens unde hoc illi contigerit ut non in una iam sed in pluribus custos posita sit. Et littera quidem sic est. Sed si ea
simpliciter sentimus, contenti eo solo quod sonare illa in superficie videtur, putabimus nos legere in scriptura sancta de huius vi-
neis corporeis et terrenis quas quotidie cernimus de rore caeli et de pinguedine terrae accipere unde fundunt vinum in quo
est luxuria. Et tunc non dico dignum sponsae signum, sed nec cuiuspiam certe congruum quid de tam sancta et divina scriptura
attulisse videbimur. Quae enim convenientia sponsis et custodiae vinearum? Sed et si conveniens putet, unde docebis
fuisse aliquam ecclesiam istiusmodi deputatam officio? Numquid de vineis est cura Deo? Sed aut spiritualiter sentiamus vineas ecclesias
vel fideles interpretemur, plures immo complete secundum dicentem: Vinea domini sabaoth domus Israel est, incipiet fortassis elucere
nobis quod sponsae minime indignum sit fieri custodem in vineis. Puto quod non parva insuper in hoc apparebit ipso pro-
rogatio, si quis diligentius curet advertere quantum ubique per orbem in huiusmodi vineas dilataverit terminos suos a die
illa quae in Ierusalem a filiis matris suae oppugnata est et conturbata, una cum parva illa sua novella plantatione,
multitudine dico credentium, quorum legitur fuisse cor unum et anima una. Et ipsa est quam se modo fatetur minime custodisse,
sed non ad insipientiam sibi. Nec enim ita inde evulsa in persecutione fuit, ut non alibi plantaretur atque aliis agri-
colis locaretur, qui reddant fructum eius temporibus. Non prorsus periit, sed migravit. Crevit et dilatata est tamquam
cui benedixit dominus. Denique leva oculos tuos et vide si non operuit montes umbra eius et arbusta eius cedros
Dei, si non extendit palmites suos usque ad mare et usque ad flumen propagines eius. Nec mirum: Dei aedificatio est,
Dei agricultura est. Ipse fecundat, ipse propagat, ipse putat et purgat eam ut fructum plus afferat. Quid nempe
destituet sua cura vel opera quam plantavit dextera eius? Non plane habenda neglectui in qua apostoli palmites,
dominus vitis et pater eius agricola est. In fide plantata, in caritate mittit radices, defossa sarculo disciplinae,
stercorata paenitentium lacrimis, rigata praedicantium verbis. Et sane exuberat vino in quo est laetitia, sed non luxuria,
vino totius suavitatis, nullius libidinis. Hoc est vinum quod laetificat cor hominis. Hoc constituit et angelos bibere cum
laetitia. Denique gaudent in conversione et paenitentia peccatorum, salutem hominum sitientes. Lacrimae paenitentium vinum eorum, quod
in illis odor vitae, sapor gratiae sit, indulgentiae gustus, reconciliationis iucunditas, sanitas redeuntis innocentiae,
serenatae suavitas conscientiae. Ergo ex illa una vinea quam saeva persecutionis visa est delevisse tempestas, quantae
in universa terra propagatae refloruerunt. Et in his omnibus custos posita est sponsa, ut non contristetur quod primam
vineam non custodivit. Consolare, filia Sion. Si caecitas ex parte contigit in Israel, quid tu perdis? [illegible]
et noli plangere detrimentum; dilata sinum et collige plenitudinem gentium. Dic civitatibus: Vobis oportebat
primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud et indignos vos iudicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes.
Moysi sane oblatum est ut, adversus provocatorem populum si vellet dimittere et domino proponere, eorum ipsum quidem posse
fieri in gentem magnam, sed ille renuit. Cuius ob nimiam profecto dilectionem qua illis fortiter devinctus tenebatur, et
quia non quaerebat quae sua sunt sed Dei honorem, et non quod sibi utile foret sed quod multis. Et ille quidem sic. Ergo
aut consilio fratrum puto hoc nunquam divinitus pro sui magnitudine reservatum sponsae, ut ipsa potius et non Moyses

mittetur in gentem magnam. Non enim oportebat amicum sponsi prius sponse blandiciorum et gratiam non quidem moyses sed nova
sponsa enim dicitur. Ite in mundum universum predicate evangelium omni creature. Ipsa prorsus missa est in gentem magnam. Nunquid in ma-
iorem potuit quam in universitatem. Et facile universitas recepit portantem pacem graciam offerentem. Et non sicut gratia ita et lex.
Una dissimili vultu ad omnem conspectum se offerunt suavitas huius et illius austeritas. Cuius sane respiciat quo equo co-
dempnante et complacente reposcente et ignoscente plectente et amplectente. Nam sunt perfecto acceptant voto umbre
et lucis ira et pax iudicium et misericordia figura et veritas virga et hereditas flagellum et osculum. Denique demum magnus moyses
testibus aaron et ur. Grave legis iugum testibus ipsis apostolis qui hoc et se et patribus importabile clamitat. Suave iugum
et leve primum mater tua est in promissione. Propterea non est moyses missus in gentem magnam. Sed tu mater etiam promissionem
habes vite que nunc est et future. Sed tale in duplici gratia obtines ab universis recipi et propter iugum suave et propter regnum
sublime. Pulsa de civitate una ab universitate exciperis dum sic provocat quod promittis ut quod imponis non terreat.
Quid adhuc vinee plangis dampnum quod tanto tibi est fenore recompensatum. Pro eo quod fuisti derelicta et odio habita et non
fuit qui per te transiret, ponam te inquit in superbiam seculorum gaudium in generatione et generationem ut suges lac gencium et mamilla
regum lactaberis et scias quia ego dominus salvans te et redemptor tuus fortis iacob. Tali itaque modo dicit se sponsa po-
b sitam custodem in vineis et quod vineam suam non custodivit. Ergo hac occasione me ipsum reprehendere soleo quod aliarum sus-
ceperim curam qui meam non sufficerem custodire vineas animas interpretans. Quod si probas tu et hanc meam interpretacionem vide
etiam consequentia an recte quod dicam fidem vitem virtutes palmites botros opera vinum devocionem. Siquidem nec absque vite
palmes nec sine fide virtus aliquid est. Sine fide enim impossibile est placere deo. Forsitan et displicere necesse erit. Denique quod non
est ex fide peccatum est. Hoc ergo considerare oportuit illos qui me posuerunt custodem in vineis. Sed videlicet propriam custodissem.
Ut quanto tempore inculta iacuit et deserta redacta in solitudinem prorsus defecerat vinum eo quod arefactis pre sterilitate fidei virtutum
palmitibus. Erat fides sed mortua. Quomodo enim non mortua sine operibus. Et id quidem in seculari vita. Postquam autem conversus ad dominum
melius ille cepi fateor custodire non tamen prout oportuit. Et quis nempe ad hoc ydoneus. Nec sanctus propheta qui ait Nisi
custodit dominus edificaverit civitatem frustra vigilat qui custodit eam. Testis etiam tunc meminimus me patere insidiis illius qui sagittat
in occultis immaculatum. Quantum tibi o vinea mea furtivis surreptum est machinamentis, eo ipso tempore quo vigilantius
intendere ceperim cure et custodie tue. Quot et quales propter botros operum aut prefocavit ira aut tulit iactancia aut
fedavit inanis gloria. Quanta ab illecebra gule quanta ab accidie spiritu quanta a pusillanimitate spiritus et tempestate sustinuimus.
Sic caram et miserabilem tu posuerunt me custodem in vineis non attendentes quid de mea ego facerem vel fecissem vel audientes
arguentem magistrum et dicentem. Si quis domui sue preesse nescit quomodo ecclesie dei diligentiam habebit. Miror audaciam plurimorum Nota
quos videmus de suis vineis non colligere nisi spinas et tribulos vineis tamen dominicis etiam se ingerere non veriti. Fures sunt
et latrones non custodes neque cultores. Hoc illis. Ve autem michi etiam nunc a periculo vinee mee. Immo magis nunc quod
pluribus intentus minus circa unam diligens minus quam sollicitus esse cogor. Nec sepem circumdare nec torcular fodere mea licet. Heu
destructa est maceria eius et vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam. Patet exposita tristicie iracundie atque impacie-
ntie. Demoliuntur eam sedule quedam vulpecule instancium necessitatum. Irrumpunt undique necessitates suspiciones sollicitudines
turbe discordiarum causarum molestie rara hora desunt. Non est prohibendi facultas non copia declinandi sed nec orandi
spacium. Quo ymbre lacrimarum perfundere sufficiam sterilitatem anime mee. Vinee mee volui dicere sed de psalmo sic incidit
propter versum et sensus idem est. Nec piget erroris qui admonet similitudinis quod non de vinea sermo est sed de anima. Ergo anima
cogitetur cum vinea legitur. Siquidem sub huius specie et nomine illius sterilitas deploratur. Cuius ergo lacrimis rigabo sterilitatem
anime mee. Omnes palmites eius aruerunt pre inopia. Iacent sine fructu eo quod non habebant humorem. Ihesu bone quos fasciculos
sacrificiorum quos cottidie in tuo corde sacrificio usque cotidie cordis mei te teste absumit. Sit obsecro sacrificium spiritus contribulatus
cor contritum et humiliatum deus non despicias. Et ego quidem sic pro imperfecto meo traho ad me capitulum huius. Perfectis autem
c omnibus erit qui aliter dicere potest. Vinea mea non custodivi illo videlicet sensu quo salvator loquitur in evangelio. Qui perdiderit
animam suam propter me inveniet eam. Ydoneus plane et dignus qui ponatur custos in vineis quem propria cura vinee ad
commissarum diligenciam et sollicitudinem non impedit aut retardat dum non querit que sua sunt neque quod sibi utile est
sed quod multis. Propterea sancto petro cura ista credita est in tam multis vineis que erat de circumcisione quia homo
paratus erat et in carcerem et in mortem ire usque adeo vinee sue anime non detinebat amore quin magis intenderet curam
creditarum. Item et paulo inter gentes tam ingens silva credita est vinearum quia et ipse in hac custodia mortem
inveniri sit ita ut non solum alligari sed et mori in iherusalem paratus fuit propter nomen domini nostri ihesu christi. Denique inter hec
versatur inquit neque facio animam meam preciosiorem quam me. Optimus estimator rerum qui nil suorum sed proficiendi estimat. Cum multis
saluti propriam modicam vilissimam quam preciosam pretulerunt paulus. Nec animam non inquit facio eam preciosiorem quam me. Ergo dicam
facias inter te et animam tuam. Prudentem quidem tu tibi plus es quam quodcumque tuum. Sed quo non tua anima tu. Arbitror
quia quia paulus iam tunc in spiritu ambulabat et mente consentiret legi dei quod bona est ideo hanc ipsam mentem suam
tanquam principale ac supremum quoddam sui dignum duxit semet potius quam sue cuiuspiam rei nomine designare. Reliquum
vero quod constat necesse esse inferius et inferiori parte vilioris essencie quod est corporis inherere non modo officio vivifi-
candi ac sensificandi sed et fovendi nutriendique despicit. Hoc magis spirituale atque carnale appellatione sui hoc spirituale
indignum iudicans inter sua magis censuit deputandum quam se proprialiter cognominandum pro illud. Cum me loquor inquit corporalem
sentiat quod in me est in quo et sto per graciam dei id est mentem racionem quam intelligite. Cum loquor animam meam hanc inspice
accipe quod carni accedit vides accomodatum. Certa et inclitum est in compacia id me fuisse quidem sed iam non esse asserto
quia non sum carne adhuc ambulo sed sum spiritu. Vivo ego iam non ego vivit vero in me christus. Ego mente ego sum
carne non ego. Quod enim si carnaliter etiam nunc animam concupiscit iam non ego opto illud sed quod habitat in me peccatum

Et ideo in me quidem sed tu meum dixisti quod in me carnaliter sapit idque non aliud quam ipsam animam. Revera enim portio est
carnalis affectio eius et vita qua administrat corpus. Hanc ergo animam suam paulus servabat pro fratribus pro domino non solum
alligari sed et mori in ierusalem paratus. Perde animam tuam iuxta modum et consilium domini. Tu quoque si propriam deseris voluntatem si corporis volupta-
tes perfecte renuncias si carnem tuam crucifigas cum viciis et concupiscentiis si mortificas membra tua que sunt super terram probabis te pau-
li imitatorem qui non facias animam tuam preciosiorem teipso, probabis et christi discipulum etiam illam perdendo salubriter. Et quidem
prudentius eam perdis ut custodias quam custodis ut perdas. Nam qui voluerit animam suam salvam facere perdet eam. Quid si vos dicitis
observatores ciborum morum vero neglectores. Ypocras et sequaces eius docet animas suas salvas facere in hoc mundo, christus et
eius discipuli perdere. Quemnam vos e duobus sequi magistrum eligitis. At manifestum facit se qui sic disputat: hoc oculis
et hoc capiti illud pectori vel stomacho nocet. Profecto unusquisque quod a magistro suo didicit hoc in medium profert. Numquid
in evangelio legisti has differentias aut in prophetis aut in litteris apostolorum. Caro et sanguis profecto revelavit tibi hanc sapientiam
non spiritus patris. Est enim carnis hec sapientia. Sed audi quid de ipsa nostri medici sentiant. Sapientia inquiunt carnis mors est.
Item sapientia carnis inimica est deo. Numquid ypocratis aut galieni sententias aut certe de scola epicuri debui proponere vobis.
Christi sum discipulus, christi discipulis loquor. Ego si peregrinum dogma induxero ipse peccavi. Epicurus atque ypocras corporis
alter voluptatem alter bonam habitudinem prefert, meus magister utriusque rei contemptum predicat. Que in corpore vita quam summo
studio iste unde sustentetur ille unde et delectetur inquirit atque inquirere docet. Salvator monet et perdere. Quid enim
tibi aliud de christi auditorio sonuit cum paulum clamantem audisti. Qui amat animam suam perdet eam. Perdet eam dixit sive
ponendo ut martir sive affligendo ut penitens. Quamquam genus martirii est spiritu facta carnis mortificare, illo nimirum
quo membra non ceduntur ferro horrore quidem mitius sed diuturnitate molestius. Vides ne hac sententia magistri mei carnis
sapientiam condempnari per quam utique aut in luxum voluptatis diffluitur aut ipsa quoque bona valitudo corporis ultra quam oportet
appetitur. Denique quia vera sapientia in voluptates non effluat, audisti profecto a sapiente ne invenitur quidem hac in terra
suaviter viventium. Tu autem invenit dicis super salutem et omnem pulchritudinem quanto magis super voluptatem et turpitudinem
et investigandis diversitatibus complexionum, ciborum varietatibus conquirendis quotidianam expendere curam. Legumina
inquit ventosa sunt, caseus stomachum gravat, lac capiti nocet, potum aque non sustinet pectus, caules nutriunt me-
lancoliam, coleram porri accendunt, pisces de stagno aut de lutosa aqua mee complexioni non congruunt. Quale
est hoc ut in totis fluminibus agris ortis cellariis reperiri vix possit quod comedas. Putate queso non medicum
esse sed monachum, nec de complexione iudicandum sed de professione. Parce obsecro primum quieti tue, parce deinde
labori ministrancium, parce gravamini domus, parce consciencie. Consciencie dico non tue sed alterius, illius utique qui iuxta te sedens et
edens quod sibi apponitur de tuo singulari ieiunio murmurat. Scandalo quippe est ei aut tua odiosa superstitio
aut duricia qua forte putat illum qui te habet providere. Scandalizatur frater in tua singularitate indicans te superstiti-
osum tamquam superflua queritantem aut certe me durum causatur qui non procurem victum tuo necessaria. Sed fortassis quibusdam bla-
ditur de exemplo pauli hortantis discipulum non bibere aquam sed modico uti vino propter stomachum et frequentes
suas infirmitates. Qui attendere debent primum quod apostolum nunc sibi rem istiusmodi persuadere sed nec discipulum eamque
proposuisse sibi. Deinde non monacho hoc intimari sed episcopo cuius vita tenera et nascenti adhuc ecclesie pernecessaria esset.
Thimotheus hic erat. Da mihi alterum thimotheum et ego cibo eum si vis etiam auro et poto balsamo. Ceterum tu tibi
metipsi dispensas misericordiam tuam. Suspecta est mihi fateor tua ipsius vite dispensatio et vereor tibi illudi sub cognomine
et nomine discretionis a carnis prudentia. Id te saltem volo admonitum esse ut si ita tibi auctoritas placet apostoli de
bibendo vino modico quod ille adiunxit non pretermittas. Et de hiis satis. Revertamur ad sponsam et discurramus
ea vineas proprias non custodire propterea nos qui videmur deputati custodes in vineis sponsi ecclesie ihesu christi domini nostri.

Indica mihi quem diligit anima mea ubi pascas ubi cubes in meridie. Quo modo est videndus in sua natura. Sermo xxxi^us
Studiosis mentibus verbum sponsus frequenter apparet et non sub una specie. Quid ita. Profecto quia nondum
videtur sicuti est. Nempe illa visio stat quia forma que tunc videtur. Est enim nec ulla capit ex eo quod
fuit vel erit mutationem. Tolle nempe fuit et erit, unde iam tu mutatio aut vicissitudinis obumbratio.
At quicquid veniens ex eo quod fuit non cessat tendere in eo quod erit, transitum prorsus habet per est sed omnino non est. Nam quo-
modo est quod nunquam in eodem statu permanet. Solum proinde vere est quod nec a fuit proditur nec ab erit expugnatur
sed solum atque inexpugnabile remanet et est et manet quod est. Nec fuit sane tollit illi esse ab eterno nec
erit esse in eternum. At per hoc sibi vendicat verum esse id est increabile interminabile invariabile. Cum ipso ergo qui sic est
immo qui non sic aut sic est videtur sicuti est, stat ut dixi illa visio quia eam nulla interpolat vicissitudo. Et tunc
ille de cetero omnibus unus sic idem denuo reddit in una specie que offertur. Nam quod apparet invariabilem se
est ita invariabiliter intuentibus presto est et quibus apparet vel videre despicabilis noluit vel preter delectabilis. Nunquam ergo
illa vel fastidiet aviditas vel se subtrahet suavitas vel fraudabit veritas vel deficiet eternitas. Quod si metiendo proten-
dit videndi copia pariter et voluntas, quid non plena felicitas. Nichil quippe aut deest iam se videntibus aut superest se
volentibus. At talis visio non est vite presentis sed in novissimis reservatur eius dumtaxat qui dicere potuit: Scimus quia cum appa-
ruerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Et nunc quidem apparet quibus vult sed sicut vult non sicuti est. Non
sapiens non sanctus non propheta videre illum sicuti est potest aut potuit in hoc corpore mortali, poterit autem in immortali qui dignus
habebitur. Itaque videtur et hic sed sic videtur ipsi et non sicuti est. Nam verbi gratia hoc luminare magnum solem loquor istum
quem quotidie vides vidisti tamen aliquando sicuti est sed tantum sicut illuminat verbi gratia aerem montem parietem. Sed ne ipsum
quidem aliquatenus posses si non aliqua ex parte ipsius lucis corporis tui presul ingenita serenitate et perspicuitate celesti

medicina

A

lumini simile esset. Hoc denique aliud membrum corporis capax est luminis ob nullam utique dissimilitudinem. Sed nec ipse oculus con-
turbatus fuit lumini appropinquabit nimirum ob amissam similitudinem. Cum ergo turbatus est nullatenus serenum solem videt
propter non dissimilitudinem, serenus aliquatenus propter nonnullam similitudinem. Profecto si pari prorsus puritate viget videt omnino confessa
acie sicuti est propter omnimodam similitudinem. Ita et solem iusticie illum qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum videre in
hoc modo sicut illuminat illuminatus potes tamquam in aqua similis, sicuti est omnino non potes tamquam nondum perfecte similis propterea dicit
Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre non confundentur. Ita sane, sed si quidem satis estis illuminati, ut revelata facie
gloriam Dei speculantes in eandem ymaginem transformemini de claritate in claritatem tamquam a Domini spiritu. Ergo accedendum ad
eum non irruendo, ne irruens scrutator maiestatis opprimatur a gloria. Nec locis sane accedendum, sed claritatibus, ipsis quoque
non corporeis sed spiritualibus, tamquam a Domini spiritu. A Domini plane et non a nostro, quamvis in nostro. Cum itaque clarior ille propinquior erit,
at clarissimum pervenisse est. Porro iam presentibus non aliud est videre sicuti est quam esse sicuti est et aliqua dissimilitudine non
b confundi. Sed id tunc ut dixi. Interim vero tanta est formarum varietas atque multitudo specierum in rebus conditis, quid nisi
quidam sunt radii deitatis monstrantes quidem quia vere est a quo sunt, non tamen quid sit prorsus diffinientes. Itaque de ipso vides
sed non ipsum. Tu autem de eo que non vides certa videns, scis indubitanter constare quem oportet inquirere ut inquirenti non fraudetur
gratia, negligenti ignorantia non excuset. Verum hoc genus videndi commune cunctis est. Iuxta apostolum omni utenti ratione
invisibilia Dei per ea que facta sunt intellecta conspicere. Alius procul dubio ille modus quo quondam patribus crebra illa atque
ambrosia divine presentie familiaritas dignanter indulta est, quamquam nec ipsis sicuti est sed sicut dignatus est. Nec uno omnibus
modo sed ut ait apostolus multifarie multisque modis, cum ipse in se sit unus, ipso dicente ad Israel: Dominus Deus tuus Deus unus est.
Et hec demonstratio non quidem communis, sed tamen foris facta est, nimirum exhibita per ymagines potius quasdam apparentes seu voces sonantes.
Sed est divina inspectio eo differentior ab his quo interior, cum per semetipsum dignatur invisere Deus animam querentem se, que tamen ad querendum
toto se desiderio et amore devovit. Et hoc signum istiusmodi adventus eius sicut ab eo qui expertus est edocemur: Ignis
ante ipsum precedet et inflammabit in circuitu inimicos eius. Oportet namque ut sancti desiderii ardor preveniat faciem eius ad omnem
animam ad quam est ipse venturus, qui omnem consumat rubiginem viciorum et preparat locum Domino. Et tunc scit anima quia prope est Dominus
cum se senserit illo igne succensam et dixerit: De excelso misit ignem in ossibus meis et erudivit me. Et illud: Concaluit
cor meum intra me et in meditatione mea exardescet ignis. Tali anime suspiranti frequenter ymo sine intermissione oranti
et afflictanti se pre desiderio cum interdum desideratus ille qui ita queritur misertus occurrit, puto illi de propheta convenire proprie
ut dicat cum sancto Iheremia: Bonus es Domine sperantibus in te, anime querenti te. Sed et angelus eius qui unus est de sodalibus
Nota de angelo custode
sponsi in hoc ipsum deputatus minister profecto et arbiter secrete mutueque salutationis, is inquam angelus quo tempore
dicat quod collaetatur et condelectatur et conversus ad Dominum dicit: Gratias ago tibi Domine maiestatis quia desiderium cordis
eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Ipse est qui in omni loco sedulus quidam paranymphus
anime non cessat sollicitare eam et assiduis suggestionibus monere: Delectare in Domino et dabit tibi petitiones cordis
tui. Et rursum: Expecta Dominum et custodi viam eius. Item: Si moram fecerit expecta eum quia veniet et non tardabit. Ad
Dominum autem: Sicut cervus inquit desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima ista ad te Deus. Desiderat te in nocte
sed et spiritus eius in precordiis eius de mane vigilat ad te. Et iterum: Tota die expandit ad te manus suas. Dimitte
illam quia clamat post te. Convertere aliquantulum et deprecabilis esto. Respice de celo et vide et visita desolatam. Fidelis
paranymphus qui mutui amoris conscius sed non invidus non suam querit sed Domini gloriam. Discurrit medius inter dilectum
et dilectam vota offerens et referens dona. Excitat istam, placat illum. Interdum quoque licet raro representat eos pariter
sibi sive hanc rapiens sive illum adducens. Quippe domesticus est et notus in palacio nec veretur repulsam et quotidie
videt faciem patris. Vide autem tu ne quid nos in hac verbi anime commixtione corporeum seu ymaginarium sentire
existimes. Id loquimur quod apostolus dicit quia qui adheret Deo unus spiritus est. Excessum pure mentis in Deum sive Dei pium
descensum in animam nostris quibus possumus exprimimus verbis spiritualibus spiritualia comparantes. Itaque in spiritu fit ista coniunctio
quia spiritus est Deus et concupiscit decorem anime illius quam forte adverterit in spiritu ambulantem et curam carnis non perficien-
tem in desideriis, presertim si sui amore flagrantem conspexerit. Non ergo sic affecta et sic dilecta contenta erit omnino illa vel
que multis per ea que facta sunt vel illa que paucis per visa et sompnia facta est manifestatio sponsi, nisi et speciali
prerogativa intimis illum affectibus atque ipsis medullis cordis celitus illapsum suscipiat, habeatque presto quem desiderat
non figuratum sed infusum, non apparentem sed afficientem; nec dubium quin eo iocundiorem quo intus non foris. Verbum
nempe est non sonans sed penetrans, non loquax sed efficax, non obstrepens auribus sed blandiens. Facies est non
formata sed formans, non perstringens oculos corporis sed faciem cordis letificans, grata quippe amoris munere
c non colore. Non tamen adhuc illum dixerim apparere sicuti est, quamvis non omnino aliud hoc modo exhibeat quam quod est. Neque
enim vel sic continuo presto erit quamvis devotissimis mentibus, sed nec uniformiter omnibus. Oportet namque pro variis anime desideriis
divine gustum presentie variari et infusum saporem superne dulcedinis diversa appetitus animi aliter atque aliter oble-
ctare palatum. Denique advertisti in hoc amatorio carmine quociens mutavit vultum et in quam multis dulcedinis
sue coram dilecta dignatus sit transformari, et quomodo nunc quidem instar verecundi sponsi secrete anime secretos petat
amplexus et osculis delectetur, nunc vero in oleo unguentorum quasi medicus appareat, exhibens se pro teneris et infir-
mis animabus istiusmodi adhuc indigentibus fomentis et medicamentis, unde et delicato adolescentularum nomine designan- 2
tur. Si mussitet quis, audiet quia non est opus sanis medicus sed male habentibus. Nunc rursum quasi viator quispiam iti-
nerantibus sponse se atque adolescentulis sese associans iocundissimis confabulationibus suis a labore vie

omnes relevat comitatu ita ut eos descendente loquatur. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via
fratribus comes qui in sermonum et morum suavitate suorum tamquam suave olentia spirantium unguentorum post se currere faciat
unumquemque vivum et dicat in odore unguentorum tuorum curremus. Item aliquando occurrens quasi praedives aliquis paterfamilias qui in
domo sua habundet panibus, ymmo tamquam rex magnificus et potens qui sponse pauperis videatur pusillanimitatem erigere provo-
care cupiditatem, demonstrans illi omnia desiderabilia glorie sue divitias torcularium ac promptuariorum ortorum et agrorum
copias. Denique etiam introducens eam in ipsa secreta cubiculi. Nimirum confidit in ea cor viri sui, et non est de omnibus quod
ab illa censeat abscondendum, quam redemit inopem, probavit fidelem, amplectitur amabilem. Atque ita non cessat sive hoc
sive illo modo intus ingerere apparere conspectui querentium se ut in sermone impleatur quod dixit: Ecce ego vobiscum sum usque ad consumma-
tionem seculi. Et in hiis omnibus suavis et mitis et multe misericordie. Ita in osculis quidem affectuosum et blandum, in oleo autem
atque unguentis clementem et affluentem visceribus pietatis et compassionis, porro in via hylarem affabilem plenum gratie
et placidum, in ostensione vero divitiarum et possessionum munificum se ac largum pro regia liberalitate remuneratorem demonstrat.
Ita per omnem huiusmodi textum reperies Verbum istiusmodi similitudinibus adumbrari. Unde ego puto id statum apud
prophetam ubi ait: Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus, in umbra eius vivemus inter gentes, quod scilicet videamus nunc per speculum
in enigmate et necdum facie ad faciem. Et istud sane donec vivimus inter gentes. Nam inter angelos aliter, quoniam cum ipsis con-
sortes omnino felicitate cum ipsis videbimus eum et nos sicut est, hoc est in forma Dei et non in umbra. Quomodo namque apud
veteres quidem umbram figurasque dicimus constitisse, nobis autem per gratiam Christi in carne presentis ipsam presentem illuxisse veri-
tatem, ita nos quoque respectu futuri seculi in quadam interim veritatis umbra vivere non negabit nisi qui non acquiescit apostolo
dicenti: Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus; et illud: Non arbitror me comprehendisse. Quomodo enim non est distinctio
eius qui ambulat per fidem et illius qui per speciem? Ergo iustus ex fide vivit, beatus exultat in specie. Et ideo sanctus homo
interim vivit in umbra Christi, sanctus angelus in splendore glorie glorificatur. Et bona fidei umbra que lucem temperat
oculo caliganti et oculum preparat luci. Scriptum est enim: Fide mundans corda eorum. Fides itaque lucem non extinguit sed
custodit. Quicquid sane est illud quod videt angelus, hoc michi umbra fidei servat fideliter repositum in tempore
revelandum. An non expedit tenere velut involutum quod nudum non capis? Denique et mater Domini vivebat in umbra
fidei, cui dictum est: Et beata que credidisti. Habuit et de Christi corpore umbram, que audivit: Et virtus altissimi obumbra-
bit tibi. Nec vilis umbra que de virtute formatur altissimi. Erat revera in carne Christi que virginem obumbravit
ut quod impossibile erat mortali femine, obiectu suo et volumine vivifici corporis splendorem presencia maiestatis et lucem
sustineret inaccessibilem. Virtus plane in qua omnis fortitudo contraria debellata est. Et virtus et umbra fugans demones,
tutans homines. Virtus utique vegetans, umbra refrigerans. Nimirum procedimus in umbra Christi qui per fidem ambulamus,
et carne ipsius pascimur ut vivamus. Caro enim Christi vere est cibus. Et vide ne propterea etiam nunc designatur hoc loco
apparens tamquam in scemate pastorali, ubi illum sponsa quasi quempiam de pastoribus videtur alloqui dicens: Indica
michi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Bonus pastor qui animam suam dat pro ovibus suis, animam pretium illis, carnem illis
illam in pastum, istam in cibum. Res mira: ipse pastor, ipse pascua est, ipse redemptio. Verum sermo in longum progreditur quia
locus amplus est et grandia continet et non explicatur paucis. Atque hac necessitate videor michi iam incipiendus potius
quam finiendus. Sed autem ut qui materiam pendet, in contra vigilet, quatenus ubi pausatum erit, inde mox resumatur et
pertractetur, prestante Domino Ihesu Christo sponso ecclesie qui est Deus benedictus in secula seculorum amen. Sermo xxxiij.

Indica michi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Hic sumus hucusque progressi sermone. Sed antequam tractare incipiat,
visione ista et allocutione recapitulandum breviter arbitror de aliis visionibus que precesserunt, quo nos aptiores
spiritales puto pro votis aut meritis singulorum. Ut apprehensis illis si tamen hoc datum fuerit facilior et utilior
discussione eliciatur intellectus verborum, id difficilimum. Nam etsi verba illa quibus ipse visiones seu similitudines describun-
tur spirare corpora vel corporea videantur, spiritalia tamen sunt que nobis insinuantur in eis, ac per hoc in spiritu quoque causas
et rationes earum inquiri. Et quis ydoneus investigare et comprehendere tam multos anime affectus, profectus quoque
quibus erga eam de presencia sponsi tam multiformis gratia dispensatur? Tamen si intraverimus ad nos et Spiritus sanctus in lumine
suo dignetur ostendere nobis quod opere suo non dedignatur assidue actitare in nobis, puto non omnino nos in hiis sine
intellectu remansuros. Confido enim non accepisse nos spiritum huius mundi sed spiritum qui ex Deo est ut sciamus que a Deo
donata sunt nobis. Ergo si cui nostrum cum propheta sit adherere Deo bonum est, et ut loquar manifestius, si quis in
nobis est ita desideriorum vir ut cupiat dissolvi et cum Christo esse, cupiat autem vehementer, ardenter siciat, assidue
meditetur, is profecto non secus quam in forma sponsi suscipiet Verbum in tempore visitationis, hora videlicet qua se astrin-
gi intus quibusdam brachiis sapientie atque inde sibi infundi senserit suavitatem amoris sancti. Siquidem desiderium
cordis eius tribuetur ei, sed adhuc peregrinanti in corpore, et ex parte tamen, et id quidem ad tempus et tempus modicum. Nam cum
vigiliis et obsecrationibus et multo ymbre lacrimarum quesitus affuerit, subito dum teneri putatur elabitur, et
rursum lacrimanti et insectanti occurrens comprehendi se patitur, sed minime retineri, dum subito rursum quasi e manibus
avolat. Et si institerit precibus et fletibus devota anima, denuo revertetur et voluntate labiorum eius non fraudabit
eam, sed rursum mox disparebit et non videbitur nisi iterum toto desiderio requiratur. Ita ergo et in hoc corpore potest esse
de presencia sponsi frequens leticia, sed non copia, quia etsi visitatio letificat, sed molestat vicissitudo. Et hoc tamdiu
necesse est pati dilectam, donec semel posita corporee sarcina molis avolet et ipsa levata pennis desideriorum

suorum libere iter arripiens per campos contemplationis et mente sequens expedita dilectum quocumque ierit. Hec tibi vel in transitu
visio erit sic omni anime nisi illa dumtaxat quam ingens devotio et desiderium vehemens et predulcis affectus sponsam pro-
bat et dignam ad quam gratia visitandi accessurum verbum decorem induat formam sponsi accipiens. Tum enim nondum
invenit sic affectus sed compunctus magis actuum recordatione suorum loquens in amaritudine et deo: Noli me condempnare
aut forte etiam adhuc periculose temptatur a propria concupiscentia abstractus et illectus. Hic talis sponsum non requirit
sed medicum ac per hoc non oscula quidem vel amplexus sed tantum remedia vulneribus accipiet suis in oleo utique et unguentis.
Quid non sepenumero sentimus et nos qui orantes nos qui ueris quotidie adhuc excessibus temptationibus preteritis mordemur
peccatis. Quia me amaritudine frequenter liberasti adveniens bone Ihesu. Quotiens post anxios fletus post inenar-
rabiles gemitus et singultus sanata conscientia mea unxisti unctione misericordie tue et oleo leticie perfudisti. Quotiens
me oratio quem pene desperantem suscepit reddidit exultantem et presumentem de venia. Qui sic plus afficiuntur certe sciunt
quia revera medicus sit dominus Ihesus qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum. Qui experti non sunt credant
inde eidem ipsi dicenti: Spiritus domini unxit me ad evangelizandum misit me ut mederer contritos corde. Et adhuc dubitant
accedant iterum et probent et in semetipsis discant quid sit: Misericordiam volo et non sacrificium. Et videant et reliqua. Sed qui
b in studiis spiritualibus fatigati et quasi in tepore atque in defectu quodam spiritus positi ambulant tristes vias domini cor-
de arente et tedente accedunt ad queque iniuncta frequenter murmurant, longos dies longas querunt noctes cum
sancto Iob: Si dormiero dico quando consurgam et rursum expectabo vesperam. Ergo ubi contingit tale aliquid pati si misertus
dominus appropinquet nobis in via qua ambulamus et incipiat loqui de celo qui de celo est, vel cantet favorabile quippiam
cantare nobis de canticis Syon, narrare etiam de civitate dei, de pace civitatis, de eternitate pacis, de statu eter-
nitatis: dico vobis erit pro vehiculo anime dormitanti et pigritanti leta narratio ista ut pellat omne fastidium
ab animo audientis et a corpore fatigationem. An tibi vel aliud pati vel petere ille videtur qui ait: Dormitavit anima
mea pre tedio confirma me in verbis tuis. Et rursum cum obtinuerit exclamabit: Quomodo dilexi legem tuam domine tota
die meditatio mea est. Sunt enim quedam verba sponsi ad nos in meditatione de ipso et eius gloria elegantia
potentia maiestate. Non solum autem sed et avida mente versamus testimonia eius et iudicia oris eius et in lege
eius meditamur die ac nocte, sciamus pro certo adesse sponsum atque alloqui nos ut non fatigemur laboribus sermonibus
delectati. Tu ergo cum tibi talia volvi animo sentis non tuam putes cogitationem sed illum agnosce loquentem qui apud
prophetam dicit: Ego qui loquor iustitiam. Simillima enim sunt inter cogitata mentis sermonibus verbi in nobis
loquentis nec facile quis distinguit quid intus pariat cor suum quid vero audiat nisi qui prudenter advertit dictum
in evangelio loquentis quod de corde exeunt cogitationes male et illud: Quid cogitatis mala in cordibus vestris et quia
loquitur mendacium de suo loquitur. Amplius autem non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis tamquam ex
nobis subaudit bonum sed sufficientia nostra ex deo est. Ergo mala in corde versamus nostra cogitatio est, si bona
dei est sermo. Illa cor nostrum dicit, hec audit. Audiam inquit quid loquatur in me dominus deus quoniam loquetur pacem
in plebem suam. Itaque pariter pietate misticum deus in nobis loquitur nec talia nos cogitamus ex nobis sed in
nobis audimus. Ceterum homicidia adulteria furta blasphemie et his similia de corde exeunt nec audimus ea
sed dicimus. Denique dixit insipiens in corde suo non est deus et propterea hoc irritavit impius deum quia dixit in corde
c suo non requiret. Est preterea quod corde quidem sentitur nec tamen cordis est verbum nec enim de corde exit sed
nostra cogitatio sed neque illud est quod ad cor fieri divinum verbum videlicet verbi cum sit malum. Immittitur autem a
diversis potestatibus sicut fiunt immissiones per angelos malos quale verbum erat fuit quod legitur immisisse in cor Iude
ut traderet dominum Iudas Simonis Scariothis. Nunc quis ita vigil et diligens observator motuum intrinsecorum
suorum sive in se sive ex se factorum ut liquido ad queque illicita sensa cordis sui discernat inter morbum
mentis et morsum serpentis. Ego hoc nulli mortalium possibile puto nisi qui illuminatus spiritu sancto speciale accipit donum
illud quod apostolus inter cetera carismata que enumerat nominat discretionem spirituum. Licebit enim quis secundum Salomonem
omni custodia servet cor suum et omnia que intra se moventur vigilantissima intentione observet etiam si diutius in
forte in his habuit exercitium et frequens experimentum non poterit ad purum tamen in se demonstrare discernere ab invicem malum
innatum et malum seminatum. Nam delicta quis intelligit. Hec nihil differt nos scire unde insit nobis malum dum
inesse sciamus vigilandum pro quo et orandum undecumque sit ne consentiamus. Denique orat propheta contra utrumque malum
dicens: Ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce servo tuo. Et ego non possum tradere vobis quod non accepi.
Fateor unde assignem ista omnia inter partum cordis et seminarium hostis. Nempe utrumque malum utrumque a malo
utrumque in corde sed non utrumque de corde. Hoc totum certum mihi in me et si nescio quid hosti quid cordi tribuam. Et
id quidem ut dixi absque periculo. Sed sane est ubi periculose immo dampnabiliter erratur atque illud nimio nobis certa
prefigitur regula ne quod dei est in nobis demum nobis putantes verbi visitationem nostram esse cogitationem. Ergo quantum
bonum distat a malo tantum ista duo absunt quoniam nec de verbo malum nec de corde procedit bonum nisi quod prius forte
de verbo conceperit quia non potest bona arbor fructus malos facere neque arbor mala fructus bonos facere. At satis distinctum
esse credo quid dei et quid nostrum in nostro sit corde, nec superflue ut arbitror ut sciant nimirum quare absque gratia
nec ad cogitandum bonum sufficere cor humanum sed sufficientiam ipsius ex deo esse dei vocem bonum quod cogitat non cordis
prolem existimet. Tu ergo si vocem eius audieris non tamen nescias unde veniat aut quo vadat, sciens quia a deo exit
et ad cor vadit. Vide autem quo verbum quod egreditur de ore dei non revertatur ad eum vacuum sed prosperetur et

faciat omnia ad que misit illud ut dicere possit et ipsa: quia gratia dei in me vacua non fuit. Felix mens cui verbum indulgens tociens sibi se affabile prebet, cuius indesinenter oblectata suavitate facundie a carnis molestiis et viciis sese surripiet omni hora, nec nimio tempore a diebus malis non lassabitur, non molestabitur, quam sicut dicit scriptura non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Iam vero magnum prorsus familiaritatis seu regie potestatis scema apparere existimo hiis qui ascendentes ad cor altum de maiori spiritus libertate et puritate consciencie magnanimiores facti consueverunt audere maiora, inquieti presumptuose et curiosi scrutatores penetrare secretiora, apprehendere sublimiora et temptare preclariora non modo spiritu sed et virtutum. Hii enim pro fidei magnitudine digni ducuntur qui induantur in omnem plenitudinem, nec est in omnibus apothecis sapiencie a quo dominus scienciarum dicitur arcendos censeat, cupidos veritatis, vanitatis non conscios. Talis erat Moyses qui audebat dicere deo: Si inveni graciam in oculis tuis, ostende michi teipsum. Talis Philippus qui sibi et suis discipulis patrem flagitabat ostendi. Talis et Thomas qui nisi sua manu tangeret vulnera et fossum latus credere recusabat: pusilla fides sed de magnitudine animi veniens descendens. Talis quoque et David qui dicebat deo: Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea; faciem tuam domine requiram. Tales itaque magna audent quia magni sunt, et que audent obtinent, ipso verbo promissionem ad ipsos quod est istiusmodi: Omnemque locum calcaverit pes vester vester erit. Magna siquidem fides magna meretur, et quousque in bonis domini fiducie pedem porrexeris, eatenus possidebis. Denique Moysi ore ad os loquitur deus et palam, non per enigmata et figuras dominum videt. Mecum est cum prophetis tantum aliis in visione apparere se dicat et per sompnium loqui. Philippo quoque sua peticione condescendens ostensus est pater in filio, eo procul dubio quod mox continuo audivit: Philippe, qui videt me videt et patrem meum, et quia ego in patre et pater in me est. Sed et Thome nec desiderium cordis eius palpandi se prebuit, et voluntate labiorum eius non fraudavit eum. Quid David? Nonne et ipse voto se animo non frustratum fecit ubi ait: Non daturum se sompnum oculis suis nec palpebris suis dormitacionem donec inveniat locum domino. Igitur istiusmodi magnis spiritibus magnus occurret sponsus et magnificabit dominus facere cum eis, emittens lucem suam et veritatem suam eos quoque deducens et adducens in montem sanctum suum et in tabernacula sua, ita ut dicat quia eiusmodi est: quia fecit michi magna qui potens est. Regem in decore suo videbunt oculi eius, pendentes ad speciosa deserti, ad flores rosarum et lilia convallium, ad amena ortorum et irrigua foncium, ad delicias cellariorum et odoramenta aromatum, postremo ad ipsa secreta cubiculi. Isti sunt thesauri sapiencie et sciencie penes sponsum absconditi. Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis. Hoc solum admonitus hec vite pascua preparata in refectione animarum sanctarum. Contra enim fortasse post ista omnia sponsus tamquam pastor apparere deberet, ut ne solus habere velit que puto sufficere pluribus, et provide admoneat assecutor tantorum munerum pascendi gregis simpliciorum qui secum tamen non valent per semetipsos apprehendere ista, quia non audent sine pastore oves exire in pascua. Denique hoc ipsum sponsa prudenter advertens postulat sibi indicari ubi ipse pascat et cubet in meridiano fervore. Patet quidem ut ex hoc intelligi datur pasci et pascere cum illo et sub illo. Non enim tutum arbitratur longe agere gregem a summo pastore, nimirum ob incursiones luporum, eorum maxime qui veniunt ad nos in vestimentis ovium. Et propterea satagit custodiri cum ipso pariter pascere pascuis et cubare umbris. Et causam ponit: ne incipiam inquiens vagari per greges sodalium tuorum. Ipsi sunt qui se volunt videri amicos sponsi et non sunt, et cum suos non illius greges pascere cura sit eis, hinc inde tamquam insidiantes dicunt: Ecce hic est Christus, ecce illic est, ut multos seducant et abducant a Christi gregibus sociorum suis. Hoc pro litterali textu. Iam vero spiritualem sensum qui in ea latet sub alio sermonis principio exspectate, quamquam illud erit quod nunc inde vobis orantibus sua misericordia patefacere dignabitur sponsus ecclesie Ihesus Christus dominus noster qui est benedictus in secula. Amen. Sermo xxxiiii.

Indica michi quem diligit anima mea ubi pascas ubi cubes in meridie. Et alius quidam: Indica michi inquit michi cur me ita iudices. Ubi non sane suam causam sed scrutatur causam erudiri flagellis petens non eruere. Item alius precatur dicens: Vias tuas domine demonstra michi et semitas tuas edoce me. Quas dixerit vias sed et semitas manifestat alibi: Deduxit me inquiens per semitas iusticie. Ergo tria ista anima curiosa dei non cessat inquirere: iusticiam et iudicium et locum habitationis glorie sponsi, tamquam viam in qua ambulet et ad quam ambulet mansionem, de qua mansione scit habens in propheta: Unam peti a domino, hanc requiram ut inhabitem in domo domini. Et iterum: Domine dilexi decorem domus tue et locum habitationis glorie tue. Porro de reliquis duobus: Iusticia ait et iudicium preparacio sedis tue. Ex inventis tria ista mens devota inquirit et potest scire scientiam dei et sedis preparacionem. Et pulchre in sponse prerogativa convenit pariter omnia ad consummacionem virtutum ut de iusticie forma sit formosa, de iudiciorum noticia cauta, de desiderio presencie seu glorie sponsi casta. Talem prorsus decet esse sponsam domini: pulcram, eruditam et castam. Ergo peticionem quam ultimam posui usque est loci. Petit siquidem ab eo quem diligit anima sua indicari sibi ubi pascat et ubi cubet in meridie. Et primo advertite quam eleganter amore spiritus a carnis distinguat affectum. Quem dilectum appellare magis quam nomine ipsam affectionem volens non simpliciter quem diligo sed o inquit quem diligit anima mea, spiritualem designans dilectionem. Deinde quando eam in loco pascue adeo delectet diligenter attendite. Sed nec illud preterea te de hora meridiana, et quod hiis potissimum locus exploratur in quo qui pascat cubat simul, quod est magne securitatis indicium. Arbitror enim ob hoc addito cubat quia eo loci minime necesse sit stare et vigilare super custodiam gregis, quia grex eciam cubante pastore et pausante sub umbris libere incessanter discurrat in pascuis. Felix regio in qua pro libitu oves ingrediuntur et egrediuntur et non est qui conterreat. Nimis non terreat videre vos me quia pariter in montibus pasci una cum illis nonaginta novem que illic relicte leguntur cum pastor earum dignaretur ad unam descendere que erraverat. Secure procul dubio cubat pastor et quem longe recedere minime dubitaverit, sciens quia in tuto eas reliquerat. Merito sponsa illo suspirat, nimis inhiat loco pascue sibi et pacis sed quietis sed securitatis

sed consultacionis sed admiracionis sed stuporis. Iam et me miserum heu longe agentem et de longe salutantem en ipsa
eius recordacio ad lacrimas provocat plane iuxta affectum et vocem dicentium Super flumina Babilonis illic sedimus
et flevimus dum recordaremur Syon. Libet exclamare et me cum sponsa pariter et cum propheta Lauda deum tuum Syon
quoniam confortavit seras portarum tuarum benedixit filiis tuis in te qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti
b saciat te. Eius non illic vehementer cupiat pasci et propter pacem et propter adipem et propter sacietatem. Nichil ibi for-
midatur nichil ibi fastiditur nichil deficit. Tuta habitacio paradisus dulce pabulum verbum opulencia multa nimis et.
Habeo et ego verbum sed in carne et mihi apponitur veritas sed in sacramento. Angelus ex adipe frumenti saginatur
et mero saturatur grano. Me oportet interim quodam sacramenti cortice esse contentum carnis furfure litere palea velamine
fidei et hec talia sunt que gustata afferunt mortem si non de primiciis spiritus quantulumcumque accipiant condimentum. Prorsus
mors in olla nisi ex prophete farinula dulcoretur. Denique absque spiritu et sacramentum ad iudicium sumitur et caro
non prodest quicquam et litera occidit et fides mortua est. Sed spiritus est qui vivificat ut vivam in eis. At quantalibet sane
habundancia spiritus pinguescant ista non pari omnino iocunditate sumuntur contextu sacramenti et adipes frumenti. Fides et
spes memoria et presencia eternitas et tempus vultus et speculum ymago dei et servi forma. Nempe in his omnibus fides
locuples mihi intellectus pauper. Numquid vero par sapor intellectui fidei quod eo sit in vindicta ista ille in proprium. Vides quo
distare inter pabula quantum et inter loca et sicut exaltantur celi a terra ita habitantes in eis bonis potioribus habundare.
Festinemus proinde filii festinemus ad locum tuciorem ad pastum suaviorem ad uberiorem et fertiliorem agrum. Festinemus
ut habitemus sine metu habundemus sine defectu epulemur sine fastidio. Tu eum domine sabaoth qui eum tanquam multis indicas
omnia etiam cum securitate eque omnia ibi pascis idem ipse et deus conditor et pastor omnium. Ergo et pascis et cubas
pariter sed non hic. Denique stabas cum e celo prospiceres unam ex tuis oviculis Stephanum loquor a lupis iudeis petitam.
c Et propterea quero indica mihi ubi pascas ubi cubes in meridie. Etenim illa meridies tota est dies et ipsa nescies
vesperam et ideo melior dies illa in atriis tuis super milia que nescit occasum. At matutinum forsitan habuit cum
primum vero dies sanctificatus illuxit nobis per viscera utique misericordie dei nostri in quibus visitavit nos oriens ex alto. Recte
suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Cum in medio umbre mortis sedentibus matutina lux orta est
nobis et mane videbimus gloriam domini. Multi reges et prophete voluerunt videre que vos videtis et non viderunt. Erat
nimirum quia nox erat et nondum venerat illud exoptatum mane cum audiret repromissa misericordia vir et orabat. Quis
auditam facis mihi mane misericordiam tuam quia in te speravi. Fuit namque quedam huius aurora diei ex quo sol iusticie per
archangelum Gabrielem nunciatus est terris et virgo deum in utero de spiritu sancto concepit et peperit virgo et deinceps
quo ad terras visus est et cum hominibus conversatus est. Nam usque adeo per totum id temporis lux pusilla et tanquam lux
recens aurore apparuit ut diem esse interim apud homines pene invisibilis ignoraret. Denique si cognovissent
numquam dominum glorie crucifixissent. Et utique ipsis paucis discipulis dicebat Adhuc modicum lumen in vobis est
eo quod aurora esset et initium vel potius modicum diei dum sol adhuc absconderet radios suos et nondum eos porrigeret
super terram. Paulus quoque dicebat Nox precessit dies autem appropinquavit. Sciens esse tunc adhuc adeo modicum lucem ut
appropinquasse quam venisse diem dicere maluerit. Cum autem hoc diceret perfecto quidem sol rediens ab inferis iam
se ad alta celi sustulerat. Multo magis cum adhuc plenitudo carnis peccati instar dense nubis operiret auream
in ore omnis corporis nostri passiones ita ut neque amara mors neque crux probrosa defuit. Quanto magis inquam
tunc exigua tenuisque admodum lux fuit et que de aurore magis quam de solis proprie presencia videretur. Erat
ergo aurora et ipsa subobscura satis tota illa Christi vita conversatio super terram usque dum occumbens et rursum exoriens
solaris sue plenitudine luminis clarior fugavit auroram et mane facto absorpta est mors in victoria. De-
nique habes Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Iam non mane fuit quando
ortus est sol. Attulit autem novum de resurrectione decorem et fervorem solito luce qui etsi non recens cum sim
carne sed iam nunc non novus. Est scriptum in propheta Decorem induit. Induit fortitudinem et precinxit se quia om-
nis infirmitatis tanquam nubila quedam excussit stolam glorie induens. Hanc exortus elevatus est sol et sensim
deinde diffundens suos radios super terram cepit paulatim ubique clarior apparere fervidior quoque sentiri.
Verum quantumlibet invalescat multiplicet et dilatet radios suos per omne huius vite mortalis curriculum
erit nobiscum usque ad consummacionem seculi non tamen ad meridianum pervenit lucem nec in illa sui plenitudine
videbitur modo in qua videndus est postea ab his dumtaxat quos hac visione ipse dignos fecerit. O vere
d meridies plenitudo fervoris et lucis solis statio umbrarum exterminatio desiccatio paludum fetorum depulsio.
O perhenne solsticium quando iam non inclinabitur dies. O lumen meridianum. O vernalis temperies. O estiva ve-
nustas. O autumpnalis ubertas et ne quid videatur preterisse o quies et feriatio hiemalis. Aut certe si hoc
magis probas sola tunc hiemis abiit et recessit. Hunc locum mihi tante claritatis et pacis et plenitudinis
indica mihi ut quemadmodum Iacob adhuc in corpore manens vidit dominum facie ad faciem et salva facta est anima eius
vel certe sicut Moyses vidit eum non per figuras et enigmata sed per propria verba prophete alii. Sed modo plane per ex-
cessum atque in corpore tamen sibi noto et deo vel sicut Ysaias revelatis oculis cordis vidit eum super solium ex-

celsum et elevatum, vel etiam quo Paulus raptus in paradisum audivit ineffabilia verba, et dominum suum Christum vidit. Ita ergo et te in lumine tuo et in decore tuo per mentis excessum merear contemplari pascentem uberius, quiescentem securius. Nam et hic pascis, sed non in saturitate; nec cubare, sed stare et vigilare oportet propter timores nocturnos. Heu nec clara lux, nec plena refectio, nec mansio tuta: et ideo indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Beatum me dicas cum esurio et sitio iustitiam? Quid hoc ad illorum felicitatem, qui repleti sunt in bonis domus tue, qui epulantur et exultant in conspectu Dei et delectantur in letitia? Sed et si quid patior propter iustitiam, multas perditas beatum est. Et certe pasci ubi timeas pati, iocunditate licet, sed non securitate. Porro autem pasci et pati simul, nonne molesta iocunditas est? Quia vel licet cedit ad profectum, plena pro voto et tuta nequaquam. Tu adimplebis me letitia cum vultu tuo. Vultum tuum, domine, requiram; vultus tuus meridies est. Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Scio satis ubi pascas non cubans: indica mihi ubi pascas et cubes. Scio, ignoro ubi aliis temporibus pascere soleas, sed scire velim ubi in meridie pascas. Nam tempore quidem mortalitatis mee et in loco peregrinationis mee consuevi sane sub tua custodia pasci et pascere in lege et prophetis et psalmis; memini me interdum pastum et apud apostolos similiter requievi. Frequenter etiam de gestis sanctorum et verbis et scriptis eorum victum mihi atque attractibus in medicinam ut potius. Frequenterque autem quidem id magis ad manum fuit, manducavi panem doloris et vinum compunctionis bibi, et facte sunt mihi lacrime mee panes die ac nocte, dum dicitur mihi: Ubi est Deus tuus? Nisi quod de mensa tua, siquidem pasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. De ipsa mensa tue quidem bucellam infirmitatis accipio, in quo utrumque spero, quotiens tristis est anima mea et conturbat me. Inter pascua nota et frequentata te secuta pastorem, sed indica quaeso etiam que non novi. Solet conturbare me quidem et alii pastores, qui dicunt se sodales esse tuos et non sunt, ducentes greges suos et suos pabulo mortis refertos, in quibus pastum nec tecum nec per te, quorum utique timeo non intrare nec appropinquare eis. Ipsi sunt qui dicunt: Ecce hic est Christus, ecce illic est, promittentes sapientie et scientie pascua uberiora, et credunt eis et confluunt ad eos multi, et faciunt eos filios gehenne duplo quam se. Cur hoc nisi quia non est meridies et perspicua lux, ut liquido veritas agnoscatur? Facile quippe ea recipitur falsitas propter veri similitudinem, que non facile in obscuro a vero distinguitur. Propterea aque furtive dulciores sunt et panis absconditus suavior. Et propterea quaeso ut indices mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie, id est in manifesto, ne seducta incipiam vagari per greges sodalium tuorum, qui admodum ipsi vagi sunt, nulla stabiles certitudine veritatis, semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Hec sponsa propter philosophorum et hereticorum varia et vana dogmata. Inde vero videtur non solum propterea, sed et propter dolos immundorum spirituum seductorum, sedentes in insidiis et parantes sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. Propter hos nunc et maxime videtur mihi illa meridies optanda etiam nobis, ut clara luce deprehendamus astucias diaboli, atque angelum Sathane illum qui se transfigurat in angelum lucis ab vero angelo facillime distinguamus. Non enim aliter nos custodire sufficimus ab incursu et demonio meridiano nisi in meridiano eque luce. Demonium quidem, dixi, meridianum et nimio dictum, quod sint aliqui demones malignorum, qui omnino tenebrose obstinatione sue voluntatis nox et nox perpetua sunt; diem tamen se ad fallendum simulare noverunt, nec modo diem sed et meridiem, sicut eorum princeps non contentus esse equalis Deo, etiam adversatur et extollitur super omne quod dicitur aut quod colitur Deus. Itaque nisi cordi illius quem forte aggressus fuerit temptandum demonium meridianum acceperit, oriens ex alto illuxerit, velut meridies, qui fraudem convincat et probat, omnino non poterit caveri, sed temptabitur et supplantabitur sine dubio, sub specie boni pro bono sibi malum inventum et impulsum persuadens. Et tunc meridies vel melior claritas apparet temptans, cum quasi boni maioris imaginem prefert. Quotiens ubi ea suggessit anticipare vigilias, quo ad solemnia fratrum illudet dormitanti! Quotiens per diuturna ieiunia, ut divinis obsequiis eos inutiles reddat, quo imbecilles! Quotiens bonis fratribus in cenobiis invidens, obtentu quasi maioris puritatis heremum petere persuasit, et cognoverunt miseri tandem quam verus sit sermo quem stulti legerant: Ve soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem. Quotiens ad opus manuum plus quam opus fuerat incitavit, et fractis viribus ceteris regularibus exercitiis invalidos reddidit! Quam multis exercitationem corporis, que iuxta apostolum ad modicum valet, non modicam persuasit, et pietate fraudavit! Denique ipsi experti estis quo quondam, ad verecundiam illorum dico, qui ante inhiberi non poterant, ita in spiritu vehementi ad omnia ferebantur, postea ad tantam ignaviam devenerunt, ut sicut ait apostolus, cum spiritu cepissent, nunc carne consumerentur. Quam turpe vivere fetidus cum suis corporibus, quibus crudele ante duxerant bellum. Videas post pudorem importune superflua querentes, qui prius necessaria obstinatissime recusabant. Nec quicquam si qui in sua forte dicti obstinatione perdurant, indiscrete abstinentes et singularitate notabiles, conturbantes eos cum quibus habitare debent unius moris in domo. Haud scio sane an se contineret pietati veture cum hec nichil videntur et longius abiecisse. Nam qui sapientes in oculis suis se extimaverunt, apud se ut consilio acquiescere nec precepto videantur, quid videant non nichil, sed dicunt quia quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatrie nolle acquiescere. Perstiterat audi quia melior est obedientia quam victime, et auscultare magis quam offerre adipem arietum. Vel abstinentiam continuatur, vis dicere per prophetam: Numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo? Non erunt nimirum sibi accepta forte ieiunia superborum vel invidorum. Sed sane vereor ne dampnantes superstitiosos videamur frena laxare gulosis, et audiant illi ad periculum suum quod ad remedium hiis dicitur. Quapropter audite utrique pariter quatuor esse temptationum genera, et ipsa vobis ita explico sicut describi. (quatuor genera temptationum)

Scuto inquit circumdabit te veritas eius non timebis a timore nocturno a sagitta volante in die a negocio perambulante in tenebris ab incursu et demonio meridiano. Attendite et vos alii intellegere quod ordinem profecto id omnes in nobis sentimus et sensimus qui conversi sumus ad dominum quod sancta scriptura dicit Fili accedens ad servitutem dei sta in timore et prepara animam tuam ad temptacionem. Itaque primordia nostre conversionis more quibus quidem competenter prius exagitat timor quem intrantibus statim horror vite incutit arctioris et insuete austeritas discipline. Qui est iste timor nocturnus vel quia nox in scriptura designare solet adversa vel quia prorsus quod adversa pati aggredimur id nondum revelatum est. Si enim dies ille luceret in cuius luce patet et labores et premia videremus nequaquam timeremus. Quis enim laborum non esset pro desiderio premiorum dum clara luce appareret quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Nunc vero quia abscondita sunt ab oculis nostris et nox est interim, in hac parte temptamur nimirum a timore nocturno et pro bonis que non vides formidas que experiencia sunt adversa tolerare. Vigilandum proinde et orandum primo intrantibus contra hanc primam temptacionem ne subito preoccupati a pusillanimitate spiritus et tempestate a bono cepto quod absit resiliant. Superata ad hac temptacione armemur nos intellegere adversus hominum laudes que de laudabili potissimum vita sumunt materiam. Alioquin patebimus vulneri a sagitta volante in die que est inanis gloria fama sequens volat et ideo in die quia ex operibus lucis. Si et consufflatur tanquam inanis aura, restat ut solidius aliquid afferat de divitiis et honoribus seculi. Si forte quis non curat laudes appetat dignitates. Et vide si non is ordo temptandi servatus est in domino nostro cui post suggestionem ad solam vanitatem pertinentem omnia sunt omnia regna mundi atque oblata. Tu ergo exemplo domini et ista vince. Aliud vero est cavendum tibi a negocio perambulante in tenebris quod est ypocrisis. Etenim ista de ambicione descendit et in tenebris habitacio eius. Denique abscondit quod est et quod non est mentitur. Negociatur autem omni tempore formam retinens pietatis ad sese occultandum. Virtute autem eius vendicans et emens honores. Postrema est temptacio demonium meridianum quod solet maxime insidiari perfectis qui velut tanquam viri virtutis omnia superaverint voluptates famacie honores. Quid enim iam superest ei quo temptat in quo possit pugnare palam adversus hos. Quid venit perinde occultus qui manifestus non audet et quem scitis corruptum est aptum omne hominem malum sub specie bono supplantare molitur. Non enim aut puto dicere cum apostolo non enim ignoramus astucias eius quo plus perfectos magis sollicitari sit tamen aliquo isto. Hinc est quod Maria angelica salutacione turbatur solum nisi fallor suspicans. Iosue non prius amicum angelum recepit quam esse amicum novit. Denique sciscitatur sunius ne sit an adversariorum. Tanquam qui expertus sit demonium meridianum versucias. Apostoli quoque aliquando cum laborarent in remigando vento adversante et iactante naviculam videntes dominum ambulare super mare et putantes esse fantasma ita ut clamarent pre timore, nonne apertissime meridianam suspicionem demonii prenderunt. Et recordatu scripture dicentis quod quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Recto igitur in supremo deinde loco hec temptacio formidetur. Et quo se in summo stare quis viderit eo sibi vigilancius ab incursu et demonio meridiano cavendum intelligat. Porro discipulis vero se manifestavit meridies in eo quod audierunt Ego sum nolite timere. Et falsa suspicio ab eis depulsa est. Utinam et nobis quociens palliata falsitas molitur incipere emittat lucem suam et veritatem suam ad prodendum illam oriens ex alto verus meridies et dividat lucem a tenebris ut non inveniamur a propheta tanquam ponentes lucem tenebras et tenebras lucem. Adhuc nisi tedio fuerit longitudo sermonis has quoque temptaciones temptabo suo ordine assignare ipsi corpori Christi quod est ecclesia. Et ecce quam breviter possum provido videte primiciam ecclesiam si non primo pressura est acriter nimis a timore nocturno. Erat enim nox quando omnis qui interficeret sanctos arbitrabatur obsequium se prestare deo. Hac autem temptacione devicta et sedata tempestate inclita facta est et iuxta promissionem ad se facta in brevi posita in superbia seculorum. Et dolens inimicus quod frustratus esset a timore nocturno convertit se callide ad sagittam volantem in die et vulneravit in ea quosdam de ecclesia et surrexerunt homines vani cupidi glorie et voluerunt sibi facere nomen et exeuntes de ecclesia diu eandem matrem suam afflixerunt a variis et diversis et perversis dogmatibus. Sed et hec pestis depulsa est in sapientia sanctorum sicut et prima in paciencia martirum. Sed tempora ista libera quidem deo miserante ab utraque illa malicia sed plane fedata a negocio perambulante in tenebris. Ve generacioni huic a fermento phariseorum quod est ypocrisis si tamen ypocrisis dici debet que iam latere pre habundancia non valet et pre impudencia non querit. Serpit hodie putrida tabes per omne corpus ecclesie et quo latius eo desperacius eo quod periculosius quo interius. Nam si insurgeret apertus hereticus mitteretur foras et aresceret. Si violentus inimicus absconderet se forsitan ab eo. Nunc vero quem eiciet aut quo se abscondet. Omnes amici et omnes inimici omnes necessarii et omnes adversarii ex domestici et nulli pacifici omnes proximi et que sua sunt querunt. Ministri Christi sunt et serviunt antichristo. Honorati incedunt de bonis domini cui honorem non deferunt. Inde is quem quotidie vides meretricius nitor histrionicus habitus regius apparatus inde aurum in frenis in sellis in calcaribus plus calcaria quam altaria fulgent. Inde mense splendide cibis et ciphis inde comessaciones et ebrietates inde cithara et lira et tybia inde redundancia torcularia et promptuaria plena eructantia ex hoc in illud inde dolia pigmentaria inde referta marsupia. Pro talibus volunt esse et sunt ecclesiarum prepositi decani archidiaconi episcopi archiepiscopi. Nec enim hec merito cedunt sed negocio illi quod perambulat in tenebris. Olim predictum est et nunc tempus impleccionis advenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martirum amarior post in conflictu hereticorum amarissima nunc in moribus domesticorum

ypocris
nota

Non fugare non fugere eos potest ita invaluerunt et multiplicati sunt super numerum. Intestina et insanabilis est plaga ecclesie
et ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est et non est pax. Pax a paganis pax ab hereticis
sed non profecto a filiis. Vox plangentis in tempore isto: Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem contempnentes spreverunt me. Spreverunt
et maculaverunt a turpi vita a turpi questu a turpi commercio a negocio denique perambulante in tenebris. Superest ut
iam de medio fiat demonium meridianum ad seducendos si qui in Christo residui sunt adhuc persistentes in simplicitate sua.
Siquidem absorbuit fluvios sapientum et torrentes potentum et habet fiduciam ut influat Iordanis in os eius, id est humiles et
simplices qui sunt in ecclesia. Ipse est enim antichristus qui se non solum diem sed et meridiem mentietur et extolletur super omne quod dicitur
aut quod colitur Deus, quem Dominus interficiet spiritu oris sui et destruet illustratione adventus sui utpote verus et eternus
meridies, sponsus et advocatus ecclesie qui est benedictus in secula. Amen. Sermo xxxv

Si ignoras te o pulcra inter mulieres, egredere et abi post greges sodalium tuorum et pasce edos tuos iuxta
tabernacula pastorum. Olim sanctus Moyses qui multum presumebat de gratia et familiaritate quam invenerat apud
Deum aspirabat ad quandam visionem magnam ita ut diceret Deo: Si inveni gratiam in oculis tuis, ostende te michi ipsum.
Accepit autem pro ea visionem longe inferiorem, ex qua tamen ad ipsam quam volebat posset aliquando pervenire. Filii quoque Zebedei
in simplicitate cordis sui ambulantes magnum aliquid et ipsi ausi sunt, sed ad gradum meriti sunt reducti per quem
fuerat ascendendum. Ita et modo sponsa, quoniam rem grandem postulare videtur, recipit sane austeriorem responsionem sed
plane utilem et fidelem. Oportet namque humiliter sentire de se nitentem ad altiora, ne dum supra se attollitur, cadat a se, nisi a
in se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus, et quia nisi humilitatis merito maxima minime obtinentur. Proinde qui pro-
vehendus est corripitur humiliatione, humilitate meretur. Tu ergo cum te humiliari videris, habeto id signum in bonum omnino
argumentum gratie appropinquantis. Nam sicut ante ruinam exaltatur cor, ita ante exaltationem humiliatur. Sane utrumque legis:
Deus superbis resistit et humilibus dat gratiam. Nonne denique sanctum suum Iob cum post insigne triumphum tantaque
et tam probate ipsius pacientie larga remuneranda benedictione censet, prius in multis et districtis temptationibus humili-
are curavit, ut pararet utique benedictioni? At parum est cum per se ipsum humiliat nos Deus, si tunc libenter accipimus, nisi
quid et per alium hoc facit sapiamus et sileamus. Quinobrem accipe humilitatis mirabile documentum de sancto David. Aliquando male-
dictum est illi et a servo. At ille nec cumulata iniuria sensit, quia presensit gratiam. Quid michi et vobis filii Sarvie?
O vere bonum secundum cor Dei, qui se blasphemanti potius quam exprobranti succensendum putavit. Vir et secura conscientia loque-
batur: Si reddidi retribuentibus michi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Petiit ergo prohiberi maledicum
comitante questu, estimans maledicta. Et addidit: Dominus iussit illum ad maledicendum David. Prorsus secundum cor Dei
qui de corde Dei proferebat sententiam. Sonabat lingua maledica et ille intendebat quid in occulto ageret Deus. Vox
maledicentis in auribus et animo inclinabat se ad benedictionem. Numquid in ore blasphemi Deus? Absit. Sed eo usus est
ad humiliandum David. Nec latuit prophetam quippe cui incerta et occulta sapientie sue manifestaverat Deus. Et ideo dicit:
Bonum michi quia humiliasti me ut discam iustificationes tuas. Humilitas super et non humiliatio. Multi humiliantur qui humi- b
les non sunt. Alii cum rancore humiliantur, alii pacienter, alii et libenter. Primi rei sunt, sequentes innoxii, ultimi iusti.
Quamquam et innocentia portio iustitie est, sed consummatio eius apud humilem. Nam qui dicere potest: Bonum michi quia humiliasti me,
is vere humilis est. Non potest dicere qui invitus portat, minus qui murmurat. Neutri horum promittimus gratiam, quia humiliatur.
Et sane longe hii duo a se differunt, et alter quidem in pacientia sua possideat animam suam, alter in suo pereat murmure.
Sed enim et si unus iram, neuter tamen gratiam promeretur, quia non humiliatur, sed humilibus dat gratiam Deus. Est autem humilis qui
humiliationem convertit in humilitatem. Et ipse est qui dicit Deo: Bonum michi quia humiliasti me. Item prorsus quod pacienter fert
bonum est, sed molestum. Scimus autem quia hilarem datorem diligit Deus. Unde et cum ieiunamus iubemur caput nostrum, scilicet
opus bonum, ungere oleo et faciem lavare, ut nostrum scilicet opus bonum spirituali quodam gaudio condiatur et holocau-
stum nostrum pingue fiat. Etenim solam gratiam quam profert meretur leta et absoluta humilitas. Nam que coacta fuit
vel extorta, qualis utique est in viro paciente illo qui possidet animam suam, licet in eo humilitate et si vita obtinet
propter pacienciam, propter tristiciam tamen gratiam non habebit. Non enim congruit ei qui eiusmodi est illud scripture: Glorietur humilis
in exaltatione sua, quia non sponte humiliatur neque libenter. Audiat vere humilem recte gloriantem et vere dignum gloria:
Libenter inquit gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in me virtus Christi. Non dicit paciente se ferre infirmitates
suas, sed et gloriari et libenter gloriari in illis, probans certa sibi bonum esse quia humiliatur. Nec sufficit omnino ut possideat
animam suam tamquam paciens humiliatus, nisi et gratiam accipiat tamquam sponte humiliatus. Generalem vero hanc audi regulam:
Omnis qui se humiliat exaltabitur. Significat profecto non omnem exaltandam esse humilitatem, sed eam tamen que
de voluntate venit, non de tristicia vel ex necessitate. Nec enim per contrarium omnis qui exaltatur humiliandus erit, sed tamen qui
se exaltat humiliabitur. Ita ergo non qui humiliabitur, sed qui sponte se humiliat exaltabitur, utique ob meritum voluntatis.
Esto enim quod humilitatis materiam per alium ministrat. Ubi gratia probata supina supplicia non tamen ideo recte ab alio quam a
semetipso humiliatus dicitur ille qui illam omnia tacita et leta conscientia causa Dei subeunda decrevit. Sed quo progredimur?
Paciencius ut sermo sustinetis excessum in verbo de humilitate et pacientia. Sed revertamur ad locum de quo digressi sumus.
Id namque incidit nobis ex occasione rursus quo grandia presumentem sponsam reprimendam censuit sponsus et
non ad insipientiam illi sed ut sane ex eo probabilioris et maioris humilitatis daretur occasio per quam dignior preciosaque
atque ipsorum que petebat capacior efficeretur. Verumtamen quia adhuc in ianuis sumus, prius capitula discussionis eius

initium. Principio si placet sermonis alterius ordiamur. Protinus ne verba sponsi vel recensiantur a tedio vel audiantur, quod ipse avertat a finibus suis Jhesus Christus dominus noster qui est benedictus in secula amen. Sermo xxxv

Si te inquit ignoras egredere. Dura et aspera increpatio quod dicit egredere. Hoc quippe verbum servi audire solent a valde irascentibus et indignantibus dominis vel ancille a dominabus suis cum tamen graviter illas offenderint. Hinc dixi a me egredere de conspectu meo et a domo ista. Hoc ergo verbo aspero atque amaro satis nimisque increpatorio utitur modo sponsus contra dilectam sub conditione tamen si semetipsam ignoraverit. Nil quippe validius est tanquam ad terrendum potuit in eam intendere quam ut egredi minaretur. Quod et tu advertere potes si bene attendas unde quo egredi iubeatur. Unde enim quo putas nisi de spiritu ad carnem, de bonis animi ad secularia desideria, de interna requie mentis ad mundi strepitum et inquietudinem curarum exteriorum, in quibus omnibus non est nisi labor et dolor et afflictio spiritus.

a Que enim anima semel a domino didicit et accepit intrare ad semetipsam et in intimis suis dei presentiam suspirare et querere faciem eius semper, spiritus est enim deus et qui querunt eum oportet eos in spiritu ambulare et non incaucius secundum carnem vivat, talis inquam anima nescio an vel ipsam gehennam ad tempus experiri horribilius penaliusve ducat quam post spiritualis studii huius gustatam semel suavitatem exire denuo ad illecebras vel potius ad molestias carnis sensuumque inexplebilem repetere curiositatem dicente ecclesiastico: Oculus non impletur visu nec auris auditu. Audi enim hominem expertum quid loquitur. Bonus es inquit domine sperantibus in te anime querenti te. Ab hoc bono si quis avertere statim illam animam conaretur, putabat me secretis accepisse quod se de paradiso et ab ipso introitu glorie conspiceret deturbari. Audi adhuc et aliud. Tibi dixit cor meum exquisivit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Unde et dicebat: Michi autem adherere deo bonum est. Et item loquens ad animam suam dicit: Convertere anima mea in requiem tuam quia dominus benefecit tibi. Dico ergo vobis nichil est quod in tantum formidet quisquis beneficium semel accepit quam ne gratia derelictus necesse habeat denuo egredi ad consolationes carnis, immo desolationes, rursumque carnalium sensuum sustinere tumultus. Terribilis proinde et nimis formidolosa comminatio egredere et pasce edos tuos. Hoc est: indignam te noveris illa tua familiari et suavi rerum contemplatione celestium intelligibilium divinarum. Quam ob rem egredere de sanctuario meo, corde tuo, ubi secretos sacros quoque veritatis ac sapientie sensus dulciter haurire solebas et magis tanquam una de scelestibus pascendis et oblectandis tue carnis sensibus intende. Edos qui peccatum significant et in iudicio collocandi sunt a sinistris dicit vagos ac petulantes corporis sensus per quos peccatum tanquam mors per fenestras intravit ad animam. Cui et bene congruit quod sequitur in scriptura iuxta tabernacula pastorum. Non enim super sicut agni sed iuxta tabernacula pastorum hedi pascuntur. Pastores siquidem qui veri pastores sunt licet tabernacula habeant de terra et in terra, corpora videlicet sua, habent tamen quibus nunc inhabitant, non tamen de terra sed de celestibus pascuis greges dominicos pascere consueverunt, neque enim suam eos sed domini pascunt voluntate. At hedi qui sunt corporis sensus celestia non requirunt sed iuxta tabernacula pastorum in omnibus videlicet bonis sensibilibus huius mundi que est regio corporum funguntur unde sua desideria non tam satient quam irritent.

b Turpis mutatio studiorum ut cui ante studium fuerat peregrinatam et exulem animam suam sanctis meditationibus tanquam celestibus pascere bonis, dei beneplacitum et mystica voluntatis eius inquirere, penetrare devotione celos et mente supernas circuire mansiones, salutare patres atque apostolos et choros prophetarum, martyres quoque admirari triumphos ac stupere pulcherrimos ordines angelorum, nunc omnibus his omissis turpi se mancipet corporis servituti ad obediendum carni ad satisfaciendum ventri et gule ad mendicandum in universa terra unde ex ea que preterit figura huius mundi suam sic famelicam curiositatem aliquatenus consoletur. Rivos aquarum deducunt oculi mei super hoc dixit animam que cum nutriretur in croceis demum amplexatur stercora. Parit enim iuxta hoc viri suam sterilem que non habebat filios et vidue non benefecit. Et vide quod non simpliciter egredere sed egredere inquit et abi post greges sodalium tuorum et pasce hedos tuos. In quo ut michi videtur magne cuiusdam rei nos ammonet. Quid istud? Heu quod egregia creatura iam olim facta de grege et nunc in peius inhabilitatur proruens non saltem inter greges remanere permittitur sed post abire iubetur. Quod inquit. Quod legis homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Ecce quomodo de grege facta est egregia creatura. Puto diceret inimica

no si loqui permisisset: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. Cum in honore esset inquit. In quo honore? Quem habitabat in paradiso et in loco voluptatis constitutus ubi nichil molestie nil indigentie sentiebat, odoriferis stipatus malis fulcitus floribus, gloria et honore coronatus et constitutus super opera manuum plasmatoris. Magis autem insigni dignitate similitudinis precellebat et erat illi sors et societas cum plebe angelorum et cum omni milicia celestis exercitus.

c Sed mutavit istam gloriam dei in similitudinem vituli comedentis fenum. Inde est quod panis angelorum factus est fenum positum in presepio appositum nobis tanquam iumentis. Verbum caro factum est et iuxta prophetam omnis caro fenum. At fenum istud minime desiccatum est nec quod eo cecidit flos quia requievit dei spiritus super eum propter hoc neque aliquis finis venit unius carnis quem spiritus recessat vite. Denique ait: Non permanebit spiritus meus in homine in eternum quia caro est. Carnis nomine hoc loco vicium designari intellige non naturam. Nec enim spiritui natura repugnat sed vicium. Propter vicium ergo omnis caro fenum et omnis gloria eius ut flos feni. Conversum est inquit fenum et cecidit flos. Sed non ille flos qui de virga et radice yesse descendit eo quod requievit super eum spiritus domini. Nec illud fenum quod verbum factum est pro eo quod sequitur in propheta: Verbum autem domini manet in eternum. Ecce enim verbum est fenum et verbum in eternum manet. Fenum quia necesse est maneat in eternum. Alioquin quomodo vitam prebet eternam si ipsum minime manet in eternum? Ait autem: Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum, et quem panem dicat aperit cum subiungit. Et panis quem ego dabo caro mea est pro

mundi vita. Quo ergo metuimus non est quod exhalet vivit. Sed recole mecum vocem filii ad patrem loquentis in psalmo.
Non dabis inquit sanctum tuum videre corruptionem. Haut dubium quin de corpore dicat quod in sepulcro iacebat exanime.
Hoc enim sanctum et angelus qui nunciavit virgini locutus est dicens. Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei.
Quo ergo pacto fenum sanctum potuit videre corruptionem quod de incorrupto utero perpetuo virore vernalibus pastus ortu/ eciam
angelos in se angelorum figere possit obtutus insaciabiliter oblectando/ prestat sane fenum viriditate si maria virginitatem
amisit. Ergo cibus hominis mutatur se in pabulum pecoris. Homo mutato in pecus. Heu tristis et lacrimosa mutacio
ut homo paradisi accola terre deus celi civis domesticus domini sabaoth. frater beatorum spirituum coheres virtutum repentina se quasi e-
venit et propter infirmitatem iacentem in stabulo et propter pecorinam similitudinem indigentem feno et propter indomitam
feritatem alligatum presepio sicut scriptum est In chamo et freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Agno-
sce tamen o bos possessorem tuum et tu asine presepe domini tui ut propheta domini fideles inveniantur qui ista dei mirabilia
sunt prolocuti. Agnosce pecus quem non cognovisti homo. adora in stabulo quem fugiebas in paradiso. honora presepium
cuius contempsisti imperium/ comede fenum qui panem et panem angelicum fastidisti. Sed quenam causa in quibus tante
deiectionis. profecto quia homo cum in honore esset non intellexit. Quid non intellexit. Non dicat. Nos dicamus potius in honore
non intellexit quia limus esset honoris fastidio delatus. Et in se continuo completum est quod tanto post tempore homo de filiis
captivitatis et prudentissimus adultus et vidit protulit dicens. Cum se putat aliquid esse cum nichil sit ipse se seducit. Ve
misero quia non fuit qui iam tunc diceret ei. Quid superbis terra et cinis. Hinc egregia creatura gregi adiuncta est. hic
bestiali similitudine dei similitudo mutata est. Hinc societas cum iumentis pro consorcio angelorum unita est. Vides quam
sit fugienda nobis hec ignorancia de qua tot milia malorum venisse non ignoras pervenerint. Ut enim propterea homo iumentis
insipientibus comparatus quia non intellexit. Caveamus proinde omnes hanc ignoranciam ne forte si adhuc sine intellectu et post
vocacionem inventi fuerimus multo plura et graviora prioribus mala inveniant nos dicatur quia de nobis. Curavimus Ba-
bilonem et non est sanata. Quito quinimo quia nec vocacio debitum intellectum audituum. Et vide ne forte eciam hic sponsam
tu dilectam ab ignorancia tanto increpacionis tonitruo deterret propterea minime dixit. Egredere cum gregibus aut egredere
ad greges sed egredere aut post greges sodalium tuorum. Utquid hoc. Sane ut sciam proinde ignoranciam priore magis
pavendam pudendamque ostenderet quia illa homines bestiis parem fecisset ista et posteriorem. Nam homines quidem multo ingratie
ignorati i. reprobati et ad tormenta illud iudicium stare et igni perpetuo tradi habent. non autem et pecudes. Nec du-
bium fore deterius hiis qui sic erunt quam qui omnino non erunt. Melius fuerat ei inquit si natus non fuisset homo ille.
Non utique si natus non fuisset omnino sed si natus non fuisset homo sed vel bestia aut pecus aut alia quepiam creatura que
quoniam iudicium non habet ad iudicium non veniret ac per hoc nec ad supplicium. Erubescat ergo anima racionalis que ob priorem
ignoranciam erubescit pecudes habere sodales in perfruendis utique bonis terre non eciam similiter socias habitura in profundis
tormentis gehenne et dum denique eciam ab ipsis gregibus sodalium suorum iumentorum cum detestacione conturbanda nec
iam vel cum ipsis itura sed plane post quibus illis nichil mali senciatis ipsa malis omnibus conponetur a quibus
non liberabitur interim si stetit quidem ignorancie adiecerit. Egreditur itaque homo et solitaria abit post greges sodalium
suorum cum solus in infimo inferni retrudetur. Nam non tibi posteriorem videtur tenere locum qui ligatis manibus et pedibus
proicitur in tenebras exteriores et erunt profecto novissima hominis illius peiora prioribus qui cum prius bestiis equabatur
et nunc postponitur. Puto quod et in presenti vita si bene advertas posteriorem iure pecoribus invenies hominem. Cum non
sapit quid tibi videtur ipsis bestiis quadam bestialior esse homo racione vigens et racione non vivens. Nam pecus
quidem si se racione non regat excusacionem habet a natura a qua ei penitus hoc munus negatum est/ non habet homo.
cui ab ipsa speciali prerogativa donatum est. Merito proinde corpore tenet homo egredi et ire post generalia animancia
quod solum hoc animal conditione degeneri intra nature terminos vivens racionis compos racionis corporaque et moribus
et affectibus imitatur. Convincitur ergo ire post greges homo et nunc quidem depravacione nature postmodum et dampnacione
pene. Ecce sic maledicetur homo qui ignoranciam dei habens inventus fuit. Dei dicam an sui. Utraque sine dubio
utraque ignorancia dampnabilis est/ utralibet sufficiat ad perdicionem. Vis scire quia ita est. Sed de dei minus dubitas
si tu constat tibi non esse aliam vitam eternam quam ut presens cognoscas verum deum et quem misit ihesum christum. Audi ergo
sponsum liquido et aperte in animam eciam sui ignoranciam condempnantem. Quid enim dicat. Non utique si deum sed si ignoras
te inquit et cetera. Patet ergo quia ignorans ignorabitur/ sive se sive deum ignoravit coniugat. De qua utraque
ignorancia erit nobis si tamen deus manum apponat utilis admodum disputacio. Non modo tum ne fatigatam et
non promissa composuere oracione aut ego minus diligenter rem necdum prosequar/ aut vos minus attente que non mi-
nimo suscipienda sunt desiderio audiatis. Etenim si corporis cibus cum absque appetitu et saciatis illud sumitur non modo
non prodest sed et nocet plurimum. multo magis panis anime cum fastidio sumptus non [?] intuitu sed magis conscientie
tormentum importabit. Quod a nobis avertat sponsus ecclesie ihesus christus dominus noster qui est benedictus in secula amen. Sermo xxxvij

Ecce ego iuxta promissionem en ego vires desideriis en ego eciam deo pro debito famulatu ut videtur triplici
racione urgeor ad loquendum pacti veritate fraterna caritate timore divino. Si taceo os meum condempnabit me.
Quid si loquor profecto vereor idem iudicium ne loquentem vos et non facientem idem idem os meum condempnet.
Me iuvate me oracionibus vestris ut et possim et loqui que oportet et opere implere que loquor. Non ignoratis
hodiernum vobis propositum esse sermonem de ignorancia immo de ignoranciis que due si meministis proposite sunt una dei altera
sui et monuimus ambas esse cavendas eo quod ambe dampnabiles sunt. Superest ut clarius hoc faciam

differam plenius. Sed post quaerendum postremo sit necne omnis ignorantia damnabilis. Et in quo videtur non esse, neque enim omnis
ignorantia damnat, sed multa et innumera esse quae nescire licet absque detrimento salutis. Verbi gratia si ignoras fabrilem
artem seu carpentariam aut caementariam et quaeque istiusmodi artes quae ad usus vitae praesentis ab hominibus exercentur, numquid
impedit ad salutem? Etiam absque illis omnibus artibus quae liberales dicuntur, quamvis honestioribus utilioribusque studiis
et discantur et exerceantur, quam plurimi hominum salvi facti sunt placentes moribus atque operibus. Quantos enumerat Apostolus in
epistola ad Hebraeos factos dilectos non in scientia litterarum sed in conscientia pura et fide non ficta. Omnes placuerunt Deo in vita
sua vitae meritis non scientiae. Petrus et Andreas et filii Zebedaei ceterique condiscipuli eorum non de schola rhetorum aut philosophorum
assumpti sunt, et in eis tamen Salvator per ipsos operatus est salutem in medio terrae. Non in sapientia quae in ipsis esset plus
quam in cunctis viventibus, quemadmodum sanctus quidam de semetipso confessus est, sed in fide et lenitate ipsorum salvos fecit illos
et sanctos etiam et magistros. Denique notas fecerunt mundo vias vitae, et non in sublimitate sermonis aut in doctis humanae
sapientiae verbis, sed sicut placuit Deo per stultitiam praedicationis eorum salvos facere credentes, quia mundus eum in sua sapientia
b non cognovit. Videor forsitan in suggillatione scientiae esse et quasi reprehendere doctos ac prohibere studia litterarum. Absit. Non
ignoro quantum Ecclesiae profuerunt et prosunt litterati sui, sive ad refellendos eos qui ex adverso sunt, sive ad simplices instru-
endos. Denique legi: Quia tu repulisti scientiam, repellam ego te ut non fungaris mihi sacerdotio. Legi: Qui docti fuerint
fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellae in perpetuas aeternitates. Sed et scio
ubi legerim: Scientia inflat; et rursum: Qui apponit scientiam apponit dolorem. Vides quia scientiarum est differentia, cum alia inflet,
alia contristet. Tibi vero velim scire quae nam harum videatur utilior seu necessarior ad salutem, illa ne quae tumet
aut quae dolet. Sed non dubito quin dolentem tumenti praeferas, quia sanitatem quam tumor simulat, dolor postulat.
Qui autem postulat, propinquat saluti, quoniam qui petit accipit. Denique qui sanat contritos corde, execratur inflatos,
dicente Sapientia: Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et Apostolus aiebat: Dico autem per gratiam quae data est
mihi omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Non prohibet sapere, sed plus sapere
quam oportet. Quid est sapere ad sobrietatem? Vigilantissime observare quid scire magis prius ve oporteat. Tempus enim
breve est. Est autem quod in se est omnis scientia bona, quae tamen veritati subnixa sit; sed qui cum timore et tremore tuam
ipsius operaris salutem, pro temporis brevitate festinas, ea scire amplius prius que curato quae senseris vicinora saluti.
Nonne medici corporum medicinae portionem diffiniunt eligere in sumendis cibis quid prius, quid posterius, et quemadmodum
quid quamque sumi oporteat? Nam etsi bonos constat esse cibos quos Deus creavit, tu tamen ipsos tibi in sumendo
modum et ordinem non observans reddis plane non bonos. Ergo quod dico de cibis, sentite et de scientiis. Sed melius
mitto vos ad magistrum. Non est enim mea ista sententia, sed illius, immo et mea, quoniam veritatis. Siquis se inquit putat ad
c scire noverit, sicut quemadmodum oporteat eum scire. Vides quoniam non probat multa scientem, si sciendi modum nesciat. Vi-
no des inquam quod fructum et utilitatem scientiae in modo sciendi constituit. Quid nisi ut scias quo ordine, quo studio,
quo fine quaeque nosse oporteat. Quo ordine, ut id prius quod maturius ad salutem. Quo studio, ut id ardentius
quod vehementius ad amorem. Quo fine, ut non ad inanem gloriam aut curiositatem aut aliquid simile, sed tantum ad aedi-
ficationem tuam vel proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine tantum ut sciant, et turpis curiositas est. Et sunt qui
scire volunt ut sciantur ipsi, et turpis vanitas est. Qui profecto non evadent subsannantem Satiricum et ei qui eius-
modi est decantantem: Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt item qui scire volunt ut scientiam
suam vendant, verbi causa pro pecunia et honoribus, et turpis quaestus est. Sed sunt quoque qui scire volunt ut aedificent, et
caritas est. Et item qui scire volunt ut aedificentur, et prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo non inveniuntur in
abusione scientiae, quippe qui ad hoc volunt intelligere ut bene faciant. Denique intellectus bonus omnibus facientibus eum. Re-
d liqui ergo audiant: Scienti bonum et non facienti peccatum est illi. Velut si per similitudinem dicat: Sumenti cibum et non digerenti
periculosum est ei. Cibus siquidem indigestus et qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores et corrumpit
corpus, non nutrit. Ita et multa scientia ingesta stomacho animae, quae est memoria, si decocta igne caritatis non fuerit,
et per quosdam artus animae, mores scilicet et actus, transfusa atque digesta, quatenus ex ipsa de bonis quae novit vita attestante
et moribus bona efficiatur, nonne illa scientia reputabitur in peccatum, tamquam cibus conversus in noxios pravosque humores?
An non malus humor peccatum? An non mali humores pravi mores? An non inflationes et tortiones in conscientia
sustinebit qui huiusmodi est, sciens scilicet bonum et non faciens? An non responsum mortis et damnationis totiens in
semetipso habebit, quoties in mentem venerit sermo quem dixit Dominus, quia servus sciens voluntatem domini sui et non
faciens digne vapulabit multis. Et vide ne forte in persona huiusmodi animae propheta plangeret dicens: Ventrem meum,
ventrem meum doleo. Nisi quia ipsa ingeminatio geminum innuere videtur sensum, ut puto huic quem diximus etiam
alium requiramus. Puto enim quod et in sua persona potuit hoc dixisse propheta, quia ut scientia plenus et aestuans caritate
et eam effundere cupiens non inveniret qui curaret audire, et quod onerosa sibi scientia erat quam communicare non
poterat. Plangit itaque pius Ecclesiae doctor tam illos qui scire contemnunt quam illos qui scientes male vivunt.
Et hoc pro eo quod eundem sermonem propheta repetit. Multis ne iam quod vere scripsit Apostolus quia scientia inflat.
e Volo proinde animam primo omnium scire seipsam, quod id postulat ratio et utilitatis et ordinis. Et ordinis quidem, quoniam
quod nos sumus, primum est nobis; utilitatis vero, quia talis scientia non inflat sed humiliat, et est quaedam ad aedifi-
candum praeparatio. Non enim nisi super humilitatis stabile fundamentum spirituale aedificium stare minime potest.

Porro ad se humiliandum mens humana invenire vivacius seu accommodatius potest quod si se in veritate invenerit, tum non dissi-
mulet, non sit in spiritu eius dolus, statuat se ante faciem suam, nec se a se avertere abducatur. Nonne ita se intuens
clara luce veritatis inveniet se in regione dissimilitudinis et suspirans misera, quam iam latere non poterit quod
vere misera sit, nonne cum propheta clamabit ad dominum: In veritate tua humiliasti me. Vel quomodo non vere humiliabitur
in hac vera cognitione sui, cum se perspexerit oneratam peccatis, mole huius mortalis corporis aggravatam, ter-
renis intricatam curis, carnalium desideriorum fece infectam, caecam, curvam, infirmam, implicitam multis erroribus,
expositam mille periculis, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiam, mille suspicionibus obnoxiam,
mille necessitatibus erumnosam, proclivem ad vicia, invalidam ad virtutes. Unde huic iam extollentia oculorum,
unde iam levare caput? Nonne magis convertetur in erumna sua dum configitur spina? Convertetur inquit ad lacri-
mas, convertetur ad gemitus et planctus, convertetur ad dominum et in humilitate clamabit: Sana animam meam quia peccavi tibi.
Porro conversa ad dominum recipiet consolationem quia pater est misericordiarum et deus tocius consolationis. Ego quidem in me respi-
cio, in amaritudine moratur oculus meus. Si autem suspexero et levavero oculos meos ad divine misericordie auxi-
lium, temperabit mox amaram visionem mei leta dei visio, et dico ei: Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor
ero tui. Nec mediocris dei visio pium et deprecabilem se prebet, sicut vere benignus et misericors est et presta-
bilis super malicia. Quippe cuius natura bonitas et cui proprium est misereri semper et parcere. Tali itaque experimento
et tali ordine salubriter innotescit deus, cum prius se homo noverit in necessitate positum et clamabit ad dominum et
exaudiet eum et dicet: Eruam te et honorificabis me. Atque hoc modo gradus erit ad noticiam dei tui cogni-
cio, et quo ymagine sua que in te renovatur ipse videbitur, dum tu quidem revelata facie gloriam domini cum fiducia
speculando in eandem ymaginem transformaris de claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. Sed iam demum
adverte quomodo utraque cognicio sit tibi necessaria ad salutem, ut neutra carere valeas cum salute. Nam si ignoras te,
non habebis timorem dei in te, non humilitatem. Jam vero sine timore dei et sine humilitate de salute presumas,
tu videris. Bene fecistis grunniendo significare quod nimie ita sapiatis, immo quod non ita desipiatis, ne in eo
quod planum est moremur. Sed attendite cetera. An poteris pulsandus nobis propter sompnolentos putabam me
uno sermone implere quod promisi de duplici ignorancia, et fecissem nisi fastidiosis longior videretur.
Quosdam siquidem oscitantes, quosdam et dormitantes intueor. Nec mirum, pretente noctis vigilie longissime
quippe fuerunt et excusant eos. Sed illis quid dicam qui et tunc dormierunt et modo iterum dormiunt. Sed F
non prosequor nunc ulterius, ad agitandam verecundiam eorum sufficit tetigisse. Puto quod melius deinceps vigilabunt, ne observa-
ti iterum vereantur. In hac spe gerimus eis hac vice morem. Et quod continuandum restat, porrigebat ceptum ante
pendente licet disputacione partim faciendo finem ubi non erat finis. Ipsi vero super sibi facta indulgencia no-
biscum glorificent sponsum ecclesie Jhesum Christum dominum nostrum qui est benedictus in secula. Amen. Sermo xxxviii

Puto non egemus nunc opus hortari ad vigilandum, cum absque dubio sim ille suggillatus vigilet, utpo-
te adhuc recens, qui heri a nobis caritative prolatus, bene aliquos perurgebat. Ergo teneatis memoria quod
teneatis assensum verum necnon absque sui cognicione salvari, de qua nimirum mater salutis humilitas oritur, a
et timor domini qui et ipse sicut inicium sapiencie ita est et salutis. Nemo dico absque illa cognicione salvatur, qui tamen
etatem habet et facultatem cognoscendi. Quod propter parvulos loquor et propter fatuos quorum alia racio est. Quid si ignoras
deum? Poterit ne spes esse salutis cum dei ignorancia? Nec hoc quidem. Nec enim poteris aut amare quem nescias aut habere
quem non amaveris. Nove te ut deum timeas, nove ipsum ut ipsum eque diligas. In altero iniciaris ad sa-
pienciam, in altero et consummaris, quia inicium sapiencie timor domini est, et plenitudo legis est caritas. Tam quod utramque igno-
ranciam cavendam est tibi, quod sine timore et amore dei salus esse non potest. Cetera indifferencia sunt: nec salutem si sciantur
nec dampnacionem si nesciantur conferunt. Non tamen dico contempnendam aut negligendam scienciam litterarum, que ornat animam
et erudit eam et facit ut possit eciam alios erudire. Sed duo illa oportet et expedit ut precedant, in quibus summam salutis
constitui superior racio declaravit. Et vide si non intuebatur et si non docebat hunc ordinem qui dicebat: Seminate
vobis ad iusticiam, metite spem vite, et tunc demum illuminate vobis lumen sciencie. Ultimam posuit scienciam, tamquam b
picturam que statum habere nequeat super inane, et ideo illa duo premisit et subiecit illi, tamquam solidum aliquid picture
substernet. Securus iam intendam sciencie, si me prius per huiusmodi spei securitate accepero. Tu ergo seminasti tibi ad
iusticiam si per veram noticiam tui emgrafasti timere deum, teipsum humiliasti, fudisti lacrimas, elemosinas profudisti,
ceteris quoque te pietatis actionibus mancipasti, si ieiuniis et vigiliis afflixisti corpus, si pectus tunsionibus, celos fati-
gasti clamoribus. Hoc siquidem seminare ad iusticiam est. Semina sunt bona opera, bona studia; semina lacrime sunt. Ibant
inquit et flebant mittentes semina sua. Sed quid semper flebunt? Absit. Sed venient cum exultacione portantes mani-
pulos suos. Merito cum exultacione, cum reportant manipulos glorie. Sed istud inquit in resurrectione, in novissimo die,
et est nimis longa expectacio. Noli animo frangi, noli deficere a pusillanimitate spiritus. Habes interim de primiciis
spiritus quod ad prius in exultacione metas. Seminate vobis ait ad iusticiam, metite spem vite. Non te modo
mittit ad diem novissimum quo res iam erit in re et non in spe, sed de presenti loquitur. Prorsus leticia magna
et exultacio multa, immo cum vita venerit. Sed numquid tante leticie spes erit sine leticia? Spe gaudentes

ait apostolus Et Dauid letatus sum sed letatur se dixit quod in domum domini se sperauit iturum Nondum vitam tenebat sed spem
perfecto vite eterne insinuerat atque in semetipso percipiebat veritatem scripture presentis quia non modo remuneracio
sed ipsa quoque expectacio iustorum leticia hac parte, maior illis qui scilicet ad iusticiam seminauit perfruita indulgencia peccatorum
si tamen ipsam indulgenciam efficacia attestatur accepte gratie ad viuendum sancte deinceps. Omnis in nobis qui
hec sentit intra se actitari sciat quod loquitur spiritus cuius vox atque operacio minime intra se vnquam dissenciunt
Propterea ergo intelligit que dicuntur qui que foris audit intus sentit Ita qui in nobis loquitur operatur in nobis
vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult alijs quidem loqui alijs autem operari quod bonum est Cum se itaque
quis post illa amara et lacrimosa confusionis sue primordia respirasse in spem atque in quoddam serenum superne
consolacionis pennis gratie sublevatum se euolasse letatur, is iam perfecto metit suarum recipiens fructum temporaneum
lacrimarum et ipse vidit deum et audiuit vocem dicentis Date ei de fructu manuum suarum Nam quomodo non vidit deum
qui gustauit et vidit quoniam suauis est dominus Quam dulcis et suauis sentit te domine ihesu cui a te non modo peccata do-
nata sunt sed et munus indultum est sanctitatis, neque id solum sed addita insuper ad cumulum bonorum vite eterne promissio
Felix qui tantum iam messuit huius interim quidem fructum suum in sanctificacionem finem vero vitam eternam, Quanto qui se
invento senserit gauisus est viso domino Ad cuius utique miseracionis intuitum tantos iam leuauit manipulos
remissionis sanctificacionis spem vite. O quam verus est sermo qui in psalmo legitur Qui seminant in lacrimis in exultacione
metent. Ubi breuiter comprehensa utraque cognicio est et mea quidem in lacrimis serens que autem dei metens in
gaudio. Hac ergo in nobis gemina peracta noticia iam ea que forte superest scientia minime inflat ut pote quod
nichil afferre valeat terrene commoditatis vel honoris quod non sit sane inferius spe concepta leticia que spei iam aliquatenus
radicata in animo Spes autem non confundit quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis
Ideo quia illa non confundit quia ista infundit certitudinem per hanc enim ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro quod filii dei
sumus. Quid vero gratie nobis de nostra quantacumque scientia prouenire possit quod non sit minus hac gloria qua inter dei filios
numeramur. Parum dixi nec respicit in eius comparacione orbis ipse et plenitudo eius etiam si totus cedat in iu-
ius nostrum in possessionem. Ceterum si nos ignorancia dei tenet quomodo speramus in eum quem ignoramus Si vero nostri quomodo humi-
les erimus putantes nos aliquid esse cum nichil simus. Scimus autem nec superbis nec desperatis partem esse vel societatem
in sorte sanctorum. Intuere ergo nunc mecum quanta cura et sollicitudine ambas istas repellere a nobis ignorancias de-
beamus quarum omnis peccati altera inicium parit altera consummacionem. Sicut duarum ex regione noticiarum inicium sapiencie
una perfectionem altera gignit, illa timorem domini ista caritatem. Et istud de noticiis superius ostensum est. Nunc de ignoranciis
vide. Porro sicut inicium sapiencie timor domini sic inicium omnis peccati superbia, et quomodo perfectionem sibi sapiencie vendicat amor
dei ita desperacio sibi omnem malicie consummacionem. Et quemadmodum ex noticia tua venit in te timor dei atque ex dei
noticia amor itidem dei, sic contra ex ignorancia tui superbia, ac dei ignorancia desperacio venit. Tui autem parit super-
biam tibi ignorancia tui cum meliorem quam sis decepta et deceptiua tua cogitacio te esse mentitur. Hoc quippe est
superbia hoc inicium omnis peccati cum maior es in tuis oculis quam apud deum quam in veritate. Et ideo qui primus perpetrauit
hoc grande peccatum dyabolum loquor de ipso dictum est quia in veritate non stetit sed mendax est ab inicio, quoniam quod in
sua cogitacione fuit non fuit in veritate. Quid si in eo discordaret a veritate ut inferiorem se inferiore quam putaret
quam veritas haberet excusaret eum procul dubio sua ignorancia et minime reputaretur superbus nec tam incurreret iniquitas
eius ad odium quam humilitas fortassis ad gratiam. Si enim in quo unusquisque statu vniuscuiusque meriti habeat deus liquido cognosceremus
nec supra nec infra secedere deberemus veritati in omnibus acquiescentes. Nunc autem quia consilium hoc posuit tenebras
latibulum suum et sermo absconditus est a nobis ita ut nemo sciat si est dignus amore vel odio. Iustius certe quia
perfecto iuxta ipsius veritatis consilium nouissimum nobis locum eligimus de quo postmodum cum honore superius educamur
no quam presumimus altiorem unde cedere mox oporteat cum rubore. Non est ergo periculum quantumcumque te humilies quantum-
cumque reputes inferiorem quam sis hic est quam te veritas habeat. Est autem grande malum horrendumque periculum si vel mo-
dice plus vero te extollas si vel uni videlicet in tua te cogitacione preferas quem forte tibi parem veritas iudicat
aut etiam superiorem. Quemadmodum si per ostium transeas cuius superliminare ut intelligencia loquar nimium
bassum sit, non nocet quantumcumque te humiliaueris, nocet autem si vel transuersi digiti spacio plus quam ostium patitur
mensuram te erexeris ita ut impingas et capite quassato collidaris. Ita in anima plane non est timenda
quantalibet humiliacio, horrenda autem nimium quam pauenda vel minima temere presumpta erectio. Quapropter noli te
homo comparare maioribus noli minoribus noli aliquibus noli uni. Quid scis enim o homo si vnus ille quem forte
omnium vilissimum atque miserrimum reputas, cuius vitam sceleratissimam atque singulariter fetidissimam horres et
propterea illum putas spernendum non modo pre te qui forte iam sobrie et iuste et pie te viuere confidis sed ceteris
pre ceteris omnibus sceleratis tanquam omnium sceleratissimum Quid scis inquam si melior et te et illis mutacione
dextere excelsi in se quidem futurus sit in deo vero iam sit. Et propterea nec mediocrem nec vel penultimum
non ipsum saltem inter nouissimos eligere locum nos voluit sed recumbe inquit in nouissimo loco ut solus videlicet
omnium nouissimus sedeas te quod nemini non dico preponas sed nec comparare presumas. Ecce quantum venit mali

de ignorancia nostra. Utique peccatum duplex et initium omnis peccati superbia. Quid vero dei parturiat ignorancia alias vide-
bimus, nam nunc hore brevitas non permittit qui hodie tarde convenimus. Itaque sufficiat unicuique modo ne
seipsum ignoret admonitum esse, non solum sermone nostro sed ipsius quoque dignacione sponsi celestis ihesu christi domini nostri qui

Quid ergo dei ignorancia parturit. Nam hinc inci- est benedictus in secula amen. Sermo xxxix

piendum est sicut recordamini heri sermonem fuisse terminatum. Quid itaque parturit? Dico, desperacionem. Sed
quonam modo dicam. Forte advertis in te et displicent tibi in omnibus malis que fecisti, cogitas quoque
resipiscere et redire ab omni via mala et carnali conversacione tua. Sed si ignoras quod bonus sit deus, quod suavis
et mitis et quod multus ad ignoscendum sit, nonne tua carnalis cogitacio arguet te et dicet: Quid facis? Et
vitam istam vis perdere et futuram? Peccata maiora sunt et nimis multa, nequaquam pro tot et tantis nec si te excories
sufficias satisfacere. Complexio tenera est, vita consistit delicata, consuetudo difficile vincitur. Per hec et similia
desperatus relabitur miser, ignorans quam facile omnipotens bonitas que neminem vult perire cuncta ista dissolveret. Sequitur
quoque impenitencia, quod est delictum maximum et blasphemia irremissibilis. Ipse vero aut conturbatus nimia tri-
sticia absorbetur et refertur in profundum, unde iam ut consolacionem recipiat emersurum, sicut scriptum est: Peccator cum
venerit in profundum malorum contempnit. Aut certe dissimulans et sibi qualiacumque versutias blandiendo colore reno-
vat se indubitabiliter in seculum ad perfruendum et deliciandum in omnibus bonis eius quoad licuerit. Cum autem dixerit
pax et securitas, tunc repentinus superveniet ei interitus et non effugiet. Ergo et de ignorancia dei vidisse
malicie consummacionem venitur, que est desperacio. Amplius dico quod ignorancia dei quedam sunt. Ego autem dico eos ignorare
deum qui nolunt converti ad eum. Nempe enim ob aliud procul dubio renuunt nisi quod gravem et severum magnificant qui pius
est, durum et implacabilem qui misericors est, ferum et terribilem qui amabilis est, et mentitur iniquitas sibi formans
sibi ydolum pro eo quod non est ipse. Quid timetis modice fidei? Ut peccata nolit dimittere? Sed affixit ea cruci cum
suis manibus. Quod teneri et delicati estis? Sed ipse novit figmentum nostrum. Quod mala assueti et ligati pravitate consue-
tudine? Sed dominus solvit compeditos. Forte ne irritatus immanitate et multitudine criminum cunctetur porrigere
manum adiutorii? Sed ubi habundavit delictum superhabundavit et gracia. Numquid de vestimento solliciti estis vel cibo ceteris-
que corpori necessariis et propterea cunctamini relinquere vestra? Sed scit quia hiis omnibus indigetis. Quid amplius vultis?
Quid iam impedit a salute? Sed hoc est quod dico: deum ignoratis, sed nec creditis auditui nostro. Vellem vos
vel expertis credere, quia nisi credideritis non intelligetis. Sed non est omnium fides. Absit autem ut de tali hoc est de
dei ignorancia sponsam commonitam senciamus, que tanta sponsi presencia et dei sui non dico agnicione sed dilec-
cione et familiaritate donata est ut eius crebra colloquia et oscula mereatur et nunc familiari ausu loquitur:
Indica michi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Ubi sane non ipsum sed locum habitacionis glorie eius sibi indicari re-
quirit, quasi quoque non aliud ipse et aliud locus eius vel gloria. Sed reprehendenda censetur propter presumpcionem et de sua propria
commonenda cognicione, in qua minus visa est aliquatenus caligare, que tante se estimavit ydoneam visionis sive
nimis attendens pro processu suo quod quamdiu in corpore sit, frustra sperans etiam manente in corpore ad illam se sponsi posse
inaccessibilem accedere claritatem. Ergo ad seipsam protinus revocatur et ignorancia commonetur et insolencia castigatur.
Si ignoras te, inquit, egredere. Terribiliter sponsus intonat in dilectam, non tamquam sponsus sed tamquam magister, et non
quasi iratus sed ut territa purgaretur, purgata ydonea redderetur huic ipsi quam inhiat visioni. Mundis cordibus
nempe illa visio sequestratur. Pulcre autem pulcram non omnino quidem, sed pulcram inter mulieres eam et videlicet
ad distinctionem celestium, et ex hoc amplius reprimatur ut sciat quid desit sibi. Ego enim puto mulierum nomine hoc loco
appellatas animas carnales ac seculares, nichil in se viriles habentes et nichil forte aut constans in suis actibus
demonstrantes, sed totum remissum totum femineum et molle quod vivunt et quod agunt. Spiritualis autem anima et si inde
iam pulcra quod secundum spiritum, pro eo tamen quod adhuc in corpore vivit citra perfectum pulcritudinis perficiatur; et proinde non pul-
cra omnino sed pulcra inter mulieres, id est inter animas terrenas et que sunt sicut ipsa spirituales, non autem inter angelicas beati-
tudines, non inter virtutes potestates dominaciones. Sic patriarcha Noe inventus olim et dictus est iustus in generacione
sua, id est pre omnibus sui temporis sive quoque generacionibus. Et Thamar iustificata perhibetur ex Iuda, hoc est pre Iuda. Et de illo
publicano descendisse refertur de templo iustificatus, sed iustificatus a pharyseo. Et quo magnus ille
Iohannes magnifice a domino commendatus est, quod virum superiorem non haberet, sed hoc inter natos mulierum, non autem
inter choros beatorum celestium quoque spirituum. Ita et sponsa modo dicitur pulcra, sed interim adhuc inter mulieres
et non inter celestes beatitudines. Desinat proinde quamdiu in terris est, que in celis sunt curiosius investigare,
ne forte scrutator maiestatis a gloria opprimatur. Desinat inquam donec inter mulieres versatur inquirere que apud
sublimes sunt illas potestates solis ipsis conspicua, solis licita tamquam celestibus celestia ad videndum. Admirabilis
facta est, inquit, visio ista ex te o sponsa, quam tibi postulas demonstrari, nec modo prevales intueri meri-
dianam et meram quam inhabito claritatem. Dixisti enim: Indica michi ubi pascas ubi cubes in meridie. Sed enim
induci in nubes, penetrare plenitudinem luminis, irrumpere claritatis abyssos et lucem inhabitare inaccessibilem,
nec temporis est huius nec corporis. Id tibi in novissimis reservatur, cum te inducam gloriosam, non habentem

a

b mlr

maculam neque rugam aut aliquid huiusmodi. Sicut nec vestis quamdiu vivens in hoc corpore peregrinaris a lumine. Quo quo
verum tota pulcra es ydonea te contueris immensitate pulcritudinis intueri. Quid denique queris me in claritate
mea videre que adhuc ignoras te. Nam si te plenius nosses, scires utique corpore quod corrumpitur aggravatam nulla-
tenus posse attollere oculos et figere in illum splendorem in quem prospicere angeli concupiscunt. Erit cum apparuero quia
tota pulcra eris sicut ego pulcher sum tota et simillima michi videbis me sicuti sum. Tunc audies: Tota pulc-
ra es amica mea et macula non est in te. Nunc vero etsi ex parte iam similis, ex parte tu dissimilis contenta esto
ex parte cognoscere. Teipsam attende et altiora te ne quesieris et fortiora te ne scrutata fueris. Alioquin si ig-
noras te o pulcra inter mulieres hoc est ex parte. Cum autem venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est. Si er-
go ignoras te, sic que secuntur dicta sunt et non omnino irrita dicta. Promiseram me de duplici ignorantia utiliter dispu-
taturum; sed quo minus implesse videor, date veniam volenti. Nam velle adiacet michi, perficere autem non invenio nisi quantum
sua benignitate ad vestram edificationem largiri dignabitur sponsus ecclesie ihesus christus dominus noster qui est benedictus in secula. Amen.

Equitatui meo in curribus pharaonis assimilavi te amica mea. Aud omnia in hiis verbis. Sermo xl
Libenter accipimus ecclesie typum in patribus precessisse et nunc sacramenta salutis postea visa esse in exitu Israel de
egypto. Gemino quippe illo admirabili maris obsequio et tutela sunt populo datus et ultor de hostibus. Baptismi
gratiam evidenter exprimunt salvantes homines et crimina submergentes. Omnes inquit sub nube fuerunt et omnes in moyse bapti-
zati sunt in nube et in mari. Sed oportet consequentia sicut solemus signare verborum et sequentia prioribus copulare et
ita demum dicere suave quippiam si possimus quod prosit moribus instruendis. Ubi itaque sponsi prosperius dura et austera
increpatione repulsa est ne tristior remaneret, bona illa aqua que iam acceperat ad medicinam reducitur et aqua
que nondum acceperat promittitur; sed et pulcra demum perhibetur et appellatur amica. Ne tibi inquit durius locutus sim amica
mea, nulla in me suspicio tibi suspicio sit ad ullum rancoris. Nam signa amoris mei in te evidentia sunt, ipsa mea mu-
nera quibus te honoravi et ornavi; nec michi animi est illa retrahere sed magis addere ampliora. Et sic. Non
egrederis amica mea minime te accipe modo quod postulas que tanta a me iam accepisti et maiora horum
a accipies si in preceptis meis ambulaveris et in amore meo perstiteris. Hec per litteram consequentia. Nunc videamus
qualia sunt que se donasse commemorat. Et primum quidem est quod eam assimilat equitatui pharaonis, liberando utique a
iugo peccati, mortificatis viciis operibus carnis, quemadmodum ille populus liberatus est a servitute egypti subversis et submersis
cunctis curribus pharaonis. Id quidem misericordia magna. In qua ego quoque si gloriari voluero non ero insipiens veritatem dicam
fateor et fatebor. Nisi quia dominus adiuvit me paulominus habitasset in inferno anima mea. Non sum ingratus, non sum oblitus
misericordias domini in eternum cantabo. Verum michi actum cum sponsa. De reliquo illa singulari dignatione postquam liberata est
assistit in amicitia decore induta tamquam domino sponsa, interim tamen in genis dumtaxat et in collo. Addunt illi promittuntur
murenule pro ornatu ipse quoque aurea pro precio sed et distincte argento pro decore. Cum non admodum placeat ordo ipse de
necdum primum indoluit liberat, sed dignanter adamat; tam benigne abluit et purgat; postremo optimi ornamenti
accipit promissionem. Non ambigo quosdam iam vestrum in semetipsis recognoscere que dicuntur, ipso quoque experimento commotos
ad intelligentiam parabole. Sed sane memor versiculi illius: Declaratio sermonum tuorum illuminat et intellectum dat parvulis, pro-
huiusmodi dignum duco eadem modice lacius explanare. Benignus est enim spiritus sapientie et placet illi doctor benignus
et diligens qui ita cupiat satisfacere studiosis ut morem gerere tardioribus non recuset. Denique qui elucidant me
vitam eternam habebunt, ait ipsa sapientia. Quoquidem premio ego fraudari noluerim. Et quidem in hiis etiam que plana videntur
quandoque talia latent que ipsis quoque qui capaciores videntur et prevalentes ingenio non erit inutile si diligencius declarentur.
Sed vide iam similitudinem de pharaone et exercitu eius et equitatu domini. Non inter ipsos exercitus similitudo data est, sed de ipsis
tamen. Que enim societas luci ad tenebras aut que pars fideli cum infideli. Sed inter statum spiritualem quoque utriusque et equitatum
b domini plane comparatio est et inter pharaonem et dyabolum amborumque exercitus. Nec mirabere unam atque equitatuum multitudini
similatam si advertas quante in ipsa unaquaque tamen sancta sint virtutum acies habeantur; quanta in affectionibus ordinatio, quanta
in moribus disciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quantus in zelo fervor, quanta denique ipsi
cum hoste conflictuum assiduitas, victoriarum innumerositas. Denique in consequentibus legitur: Terribilis ut castrorum acies ordinata.
Et iterum: Quid videbis inquit in sunamite nisi choros castrorum. Aut si id tibi non placet, noveris hanc certe animam
numquam esse sine angelorum custodia qui eam emulantur dei emulatione, solliciti suo uni viro sponsare et virginem castam
exhibere christo. Et ne dixeris in corde tuo ubi sunt qui eos videt? Vidit eos propheta elizeus, insuper et fecit orando ut
videret etiam iezi. Tu non vides quia non es propheta neque puer prophete. Vidit patriarcha iacob et ait: Castra dei sunt
hec. Vidit et doctor gentium qui dicebat: Nonne omnes administratorii spiritus sunt missi in ministerium propter eos qui hereditatem
c capiunt salutis. Ergo angelicis fulta ministeriis et superno stipata agmine sponsi incedens, similis est equitatui domini
illi utique qui quondam in curribus pharaonis tam stupendo divini adiutorii miraculo triumphavit. Tu enim diligenter adverte
cuncta que ibi miraris magnifice perpetrata, invenies hic nichilominus admiranda, nisi quod in eo magnificencius
triumphatur quod que illic corporaliter processerunt, hic spiritualiter complentur. An non tibi nempe multo fortius longe quoque
gloriosius esse videtur dyabolum prosternere quam pharaonem atque acies debellare potestates quam currus pharaonis subvertere. Ibi denique
pugnatum est adversus carnem et sanguinem, hic adversus principes et potestates adversum mundi rectores tenebrarum harum contra
spiritualia nequicie in celestibus. Et prosequere modo mecum singula prioris membra. Ibi populus eductus de egypto

hic homo de celo. Ibi presunt Pharao, hic Christus; ibi subvehunt currus pharaonis, hic carnalia et secularia desideria que mili-
tant adversus animam subruunt. Illa in fluctibus, isti in fletibus; marini illa, amari isti. Puto et nunc demonia clamare,
si forte contingat intuere in terram aliquam: Fugiamus israhelem, quia dominus pugnat pro eo. Sed ne etiam aliquos de principibus a
pharaonis proprie tibi designem nominibus, et de curribus scribam, ad instar quorum tu et alios qui sunt preterea valeas invenire.
Magnus quidem princeps spiritualis atque invisibilis regis egipti profecto malicia est, magnus luxuria, magnus avaricia. Et
hii quidem possident turmas suos sub rege suo sicut sunt cuique assignati sunt. Nam malicia in omni regione maleficiorum pariter
facinorum dominatur, luxuria omni immundicie et turpitudini preest, avaricia in partes rapine et fraudis sortita est principatum.
Accipe nunc et quales hiis suis principibus pharao preparavit currus ad persequendum populum dei. Hic namque malicie currus suis rotis
quatuor consistentem: sevicia, impaciencia, audacia, inpudencia. Valde enim velox est currus iste ad effundendum sanguinem, qui nec
innocencia sistitur, nec paciencia retardatur, nec timore frenatur, nec inhibetur pudore. Trahitur autem duobus ad modum perniciibus equis
et ad omnem perniciem paratissimis: terrena potencia et seculari pompa. Ut namque quadriga ista malicie currit valde velociter,
cum hinc quidem potencie effectus subest eius maliciosis adimplendis conatibus, inde plausus pompe accedit perpetratis scele-
ribus, ut sermo impleatur qui scriptus est: Quia laudatur peccator in desideriis anime sue et iniquus benedicitur. Et item alia scriptura: Hec
est inquit hora vestra et potestas tenebrarum. Porro president duobus hiis equis aurige duo, timor et livor; et timor quidem pompam,
livor vero potenciam agit. Est enim rapido fertur dyabolicarum amore pomparum omnis apud se prius cor intumuit. Nam quod in se
firmum stat timore contemptus, gravitate modestie, humilitate solide puritatis sancti, amor hinc vanitatis seque magis semper
rapiet. Item terrene insistentium potencie nunc invidia agit, et quibusdam livoris urget hinc inde calcaribus suspicionis
utique decedendi et metu succumbendi. Aliud est enim quod suspectus est successor, et aliud quod timetur invasor. Hiis itaque sti-
mulis terrena potencia agitatur. Et currus quidem malicie sic se habet. Luxurie vero currus quadriga nichilominus volvitur viciorum: in- c
gluvie scilicet ventris, libidine coitus, mollicie vestium, ocii soporisque resolucione. Trahitur equis eque duobus, prosperitate vite
et rerum habundancia; et qui hiis president duo, ignavie torpor et infida securitas; quia et copia ignaviam solvit, et sicut
scriptura: Prosperitas stultorum perdet illos, non sane ob aliud nisi quia male securos reddat. Cum autem dixerint: pax et securitas,
tunc subitaneus superveniet eis interitus. Hii calcaria minime habent, neque flagella vel aliquid huiusmodi, sed pro hiis utuntur conopeo ad
faciendam umbram et flabello ad excitandum ventum. Porro conopeum dissimulacione umbram faciens et protegens ab estu curarum.
Primum namque est mollis et delicate anime secura nescias dissimulare curas, et ne estuantes sollicitudines senciat sub lati-
bulo dissimulacionis abscondi. Flabellum vero effusio est, ventum adulacionis apportans. Largi enim sunt luxuriosi emere
auro ventum de ore adulatorum. Et de hoc satis. Iam vero avaricia rotis et ipsa vehitur quatuor viciorum, que sunt pusillanimitas,
inhumanitas, contemptus dei, mortis oblivio. Porro iumenta tenencia, tenacitas et rapacitas; et hiis unus auriga duobus f
ambobus presidet, habendi ardor. Sola siquidem avaricia, quia conducere plures non patitur, uno contenta est fautore. Ipse vero
ducti operis promptus admodum atque infatigabilis executor, urgendis sane iumentis trahentibus flagris utitur acerrimis, li-
bidine acquirendi et metu amittendi. Sunt et alii principes regis egipti, habentes et ipsi currus suos in expedicione domini sui,
sicut superbia, que unus est de maioribus principibus, sicut inimica fidei impietas, magnum et ipsa tenens locum in domo
et regno pharaonis. Et multi sunt adhuc alii inferioris ordinis satrape et equites, quorum non est numerus in pharaonis comitatu,
quorum et nomina et officia [illegible] et arma et apparatus curiosis vestris studiis, ut in hiis exerceamini, inquirenda relinquo.
In istorum itaque principum fortitudine curruumque suorum invisibilis pharao ubique distrahens in omnem familiam domini, quibus
pro viribus more tyrannico debachatur, in hiis eciam hiis diebus occurrentes israhel de egipto insequitur. At ille nec fortitudine
curribus nec protectus armis, inermis tamen sola domini manu confortatus, securusque cantat: Cantemus domino, gloriose enim
honorificatus est, equum et ascensorem proiecit in mare. Item: Hii in curribus et hii in equis, nos autem in nomine domini dei
nostri invocabimus. Et hec dicta sunt pro adducta similitudine de equitatu domini et curribus pharaonis. Post hec amica appellatur.
Nam ipse quidem ante liberacionem amicus erat, alioquin non liberasset quia non amasset; sed illa beneficio liberacionis
adducta est ut esset amica. Audi denique confitentem: Non quia dilexerimus eum nos, inquit, sed quia ipse prior dilexit nos. Re-
cordare nunc moysi ethiopisse, et agnosce iam tunc presignatum coniugium verbi et anime peccatricis, et disce si potes quid
tibi dulcius sapiat in consideracione suavissimi sacramenti: ubi ne nimium benigna dignacio, an anime inestimabilis
gloria, an inopinata fiducia peccatoris. Sed non potuit moyses ethiopisse mutare pellem; potuit christus. Sequitur enim: Pul-
chre sunt gene tue sicut turturis. Sed hoc sermoni alteri servetur, ut ea que in mensa sponsi nobis apponuntur cum aviditate
sumentes eructuemus in ipsius laudem et gloriam ihesu christi domini nostri, qui est deus benedictus in secula. Amen. Sermo xl

Pulchre sunt gene tue sicut turturis. Tenera est sponse verecundia, et ad increpacionem sponsi puto facies eius
rubore effusa est, pulchrior ex hoc eo apparens. Illico audit: Pulchre sunt gene tue sicut turturis. Vide autem
ne carnaliter cogites coloratam carnis putredine et purulenciam flavi sanguinei vel humoris, intercutis
superficiem sumatim atque equaliter suffundente, eisque invicem moderate permixtis ad venustandam
genarum effigiem rubor suppallidus in efficiencia corporee pulchritudinis temperatur. Alioquin incorporea illa anime invisibilisque
substancia nec corporeis distincta membris nec visibilibus constat fucata coloribus. Tu vero spiritalem essenciam spiritali si potes a
attinge intuitu, et ad capiendam proprie similitudinis sensa cogita anime faciem mentis intencionem, ex qua in rectitudo
operis sicut ex facie pulchritudo corporis estimatur. Porro verecundiam intellige tamquam colorem in facie, que hec potissimum virtutem et
venustatem ingerat et augeat graciam. Pulchre ergo sunt gene tue sicut turturis. Constat vestitaque faciem ponere et describere
pulcram sicut solet cum pulchritudo laudatur: pulcra facie seu decora facie dici. Sed nescio quid sibi voluit ut magis
genas pluraliter dicendum putaverit, nisi quod minime id putaverim ociosum. Spiritus namque sapiencie loquitur, cum non est pars vel
modicum quod ociose ascribere ociosum aut secus dictum quam oportuit. Est itaque sine dubio causa, quamquam illa sit, cur

plerumque genas maluerint quam singulariter faciem vocare. Et si tu in melius non habes quod inde videtur aptius, hinc quedam interim
quasi faciem anime esse dicimus intentionem. Requiruntur res et causa, id est quid intendas et propter quid. Et ex his sane duobus anime vel
decor vel deformitas iudicatur, ut ubi causa adest que ambo ista recta atque pudica habuerit, illi merito veraciterque dicatur:
Pulchre sunt gene tue sicut turturis. Cui vero alterum horum defuerit, non poterit dici de ea quia pulchre sunt gene tue sicut turturis,
propter eam que adhuc ex parte erit deformitatem. Multo autem minus illi hoc poterit convenire que neutrum horum habere lauda-
bile invenitur. At id totum fiat planius in exemplis. Si ubi animus intendat quis ad inquirendam veritatem, atque id solo
veritatis amore, nonne id tibi videtur et rem et causam habere honestam, merito quod sibi vendicare quod dicitur: Pulchre sunt gene
tue sicut turturis, quippe cum in neutra genarum nevus reprehensionis appareat? At si indulgeat quidem veritatis inquisitioni, sed aut
pro amore inanis glorie aut alterius qualiscumque commodi temporalis obtentu in veritatem intendit, iam etsi una genarum videatur habere
formosam, non tu, ut arbitror, dubitabis iudicare vel ex parte deformem, cum alteram faciei cause turpitudo fedaverit.
Si autem videris hominem nullis honestis studiis intendentem, sed curiis intentum illecebris, ventri et luxurie deditum,
quales sunt illi quorum deus venter est et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt, quid istud nisi ex utraque parte
fedissimum iudicabis, in cuius utique intentione et res et causa reproba inveniuntur? Ergo intende non in deum solum, sed in solum, scilicet
anime est ut ullam pre se ferens genarum speciosam habitus. Intende autem quia in deum, sed non propter deum, ypocrite plane anime est pars,
et si una facies decora videtur, quod ad deum qualiscumque intentione respiciat, ipsa tamen simulatio omne in ea decorum exterminat
et magis prorsus totum ingerit feditatem. Si autem vel solum vel maxime ob presentis vite necessaria ad deum convertit intentionem, non quidem
facere ypocrisis putredinem, pusillanimitatis tamen vitio dicam subobscuratam et minus acceptam. Porro cum intende in aliud quam
in deum, tamen propter deum, non otium Marie sed negotium Marthe est. Absit autem ut que huiusmodi est, quamquam illam dixerim habere
deformem, nec tamen ad perfectum asseveraverim pervenisse decoris, quippe que adhuc sollicita est et turbatur erga plurima
et non potest terrenorum actuum vel tenui pulvere non respergi. Quem tamen cito facileque deterget vel in hora sancte compunctionis
casta intentio et bone conscientie interrogatio ad deum. Ergo solum inquirere deum propter ipsum solum, hoc plane utriusque bipar-
tite intentionis faciei habere pulcherrimam, atque id proprium ac speciale sponse, cui merito singularis prerogativa audire convenit:
b Pulchre sunt gene tue sicut turturis. Cur vero sicut turturis? Avicula pudica est, et conversatio eius non cum multis, sed sola
degere fertur contenta compare, ita ut si illum amiserit, alterum non requirat, sed sola deinceps conversetur. Tu ergo qui hec
audis, ut sane non otiose audias ea que scripta sunt propter te et mihi propter te versantur et disputantur, tu inquam, si ad istius-
modi spiritus sancti incitamenta moveris et in id destinas operam, clare quo demum tuam facias sponsam dei, studeto ambas
speciosas habere genas tue intentionis, ut imitator castissime volucris sedeas secundum prophetam solitarius, quia levasti
te super te. Nimirum super te angelorum domino desponsari. Nonne super te adherere domino deo atque unum spiritum esse cum eo?
Sede itaque solitarius sicut turtur. Nichil tibi et turbis, nichil cum multitudine ceterorum, etiam quia ipsum oblivisci populum tuum
et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum. O sancta anima, sola esto, ut soli omnium serves teipsam quem tibi ex omnibus
Solitudo elegisti. Fuge publicum, fuge et ipsos domesticos, secede ab amicis et intimis, etiam ab illo qui tibi ministrat. An nescis
te verecundum habere sponsum, et qui nequaquam suam velit tibi indulgere presentiam presentibus ceteris? Secede ergo, sed mente, non corpore,
sed intentione, sed devotione, sed spiritu. Spiritus enim ante faciem nostram Christus dominus, spiritus quia requirit, non corporis solitudinem. Et quidem
et corpore interdum non otiose te separas, cum oportune potes, presertim in tempore orationis. Tenes enim in hoc et mandatum sponsi
et formam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora. Et quod dixit fecit. Solus in oratione pernoctabat,
non modo abscondens se a turbis, sed nec ullum quidem discipulorum nec ullum domesticorum admittens. Denique tres secum
intimos et assumpserat cum ultro properaret ad mortem; amovit eos a se, quia orare volens. Ergo et tu fac similiter, cum orare
volueris. Ceterum sola indicitur tibi mentis solitudo et spiritus. Solus es, si non communia cogitas, si non affectas presentia, si de-
c spicias que multi suspiciunt, si fastidias que omnes desiderant, si iurgia devitas, si dampna non sentias, si non recorderis
iniuriarum. Alioquin nec si solus corpore sis, solus es. Vides ne posse esse te et solum inter multos, et inter multos non solum? Solus
es in qualicumque hominum verseris frequentia, tantum cave aliene inquisitionis esse aut curiosus explorator aut temerarius
iudex. Etiam si deprehenderis actum quid deprehendas, nec sic iudices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus
non potes: puta ignorantiam, puta surreptionem, puta casum. Quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat, suade
nichilominus tibi ipse et dicito apud temetipsum: Vehemens fuit nimis temptatio. Quid de me illa fecisset, si accepisset
in me similiter potestatem? Et memento me interim alloqui sponsam, et non amicum instruere, cui alia via est diligentius obser-
vanda, ne quis peccet, et explorandi an peccet, et emendandi si peccatum fuit; a qua sane necessitate sponsa libera est, soli
vivens sibi et ipsi quem diligit sponso Ihesu Christo et domino suo, qui est benedictus in secula. Amen. Sermo xli

Collum tuum sicut monilia. Solet ornari collum monilibus, non ipsis comparari. Sed hoc ille faciant quibus, quia
de proprio non est decor, aliunde necesse est ut mendicent unde se speciosas mentiantur. Nam sponse collum ita in
seipso formosum et tam decens est, quod natura formatum est ut in [illegible] non requirat ornatum. Quid enim opus est pe-
regrinos fucos adhibere colorum, cui propria et tamquam innata sufficit pulchritudo, tantumque ut ipsorum que ad ornandum queruntur nul-
lum possit adequare nitorem? Hoc nempe intelligi voluit, cum nichil quidem a collo, ut assolet, pendere monilia, sed
d ipsum potius esse sicut monilia dixit. Hinc iam notandum est spiritus sanctus ut sicut spiritales sponse genas suas dignoscere
tribuit invenire, ita etiam ipsius spiritale collum demonstrare dignetur. Et meo quidem intellectui, quem in medium loqui que
sentio nichil interim verius verisimiliusque probabilius elucet, quam ipsum anime intellectum colli nomine designari. Tu quoque id,
ut arbitror, comprobabis, si advertas similitudinis rationem. Annon sequitur tibi videtur collum quodam vice fungi intellectus

per que tua anima trahit in se spiritus vitalia alimenta atque in quoddam transfundit viscera morum affectuumque suorum. Hoc igitur sponse
collum id est purus et simplex intellectus cum nuda et apta veritate satis per se ipsum renitescat non indiget ornamento sed ipsum magis tanquam
preciosum monile anime decenter decorat atque provide sibi monilibus ipsis describit. Bonum monile veritas, bonum puritas, bonum
simplicitas. Bonum plane monile sapere ad sobrietatem. Philosophorum vel hereticorum intellectus non habet in se huiusmodi puritatis veritatis-
que decorem et ideo multam curam gerunt ipsum colorare et fucare faleris verborum et versuciis sillogismorum ne si nudus appareat
falsitatis etiam appareat turpitudo. Sequitur: Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Et si faciam singulariter et
non pluraliter faciemus dixissent absolute et indubitanter etiam hoc loqui sponsum putavissem. Nunc autem vide ne forte magis
sodalibus eius convenientius assignetur sponsi qui consolantibus illam promissio donec perveniat ad visionem cuius desiderio sic
flagrat facturi sint illi murenulas pulchras et preciosas que sunt aurium ornamenta. Atque hoc propterea ut opinor quia fides ex
auditu et quamdiu per fidem ambulat et non per speciem danda opera potius instructioni auditus quam visui concedenda. Frustra namque
intenditur oculus qui non sit fide mundatus cum solis mundis sit corde videndi copia promittatur. Scriptum vero est: Fide mundans
corda eorum. Quia igitur fides ex auditu et ex illa visus purgatus est merito illi ornandis auribus intendebant dum auditus
sicut vos docui visus sit preparatio. Tu inquiunt o sponsa intende inhias dilecti claritati sed hoc altioris temporis est. Damus autem
interim ornamenta auribus tuis quod erit interim consolatio erit et preparatio ad hoc ipsum ut postulas. Post illud propheta ei
dicitur: Audi filia et vide. Vide desideras sed audi prius. Gradus est auditus ad visum. Proinde audi et inclina aurem tuam
ornamentis que tibi facimus ut per auditus obedienciam ad gloriam pervenias visionis. Nos auditui damus gaudium et leticiam
nam visui non est nostrum dare in quo plenitudo gaudii et tui desiderii adimpletio est sed illius quem diligit anima tua.
Ipse ut gaudium tuum plenum sit ostendet se ipsum tibi ipse adimplebit te leticia cum vultu suo. Tu interim accipe
ad consolationem murenulas has de manu nostra ceterum delectabilis in devocione tua usque in finem. Advertendum cuiusmodi b
ei murenulas offerunt. Aureas inquit et vermiculatas argento. Aurum divinitatis est fulgor, aurum sapiencia que desursum Aurum
est. Hoc auro fulgencia quedam que veritatis signacula spondent se fabricaturos illi quibus id ministerii est supernis artifices
atque interius anime auribus inserturos. Quod ego non puto esse aliud quam texere spirituales quasdam similitudines et in ipsis purissima
divine sapiencie sensa anime contemplantis aspectibus importare ut videat saltem per speculum in enigmate quod nequaquam facie ad fa-
ciem valet illatenus intueri. Divina sunt et insusceptibilia prorsus incognita que effamur quo videlicet in hoc mortali corpore
fide adhuc huius statum et necdum propalata perspicua substantia lucis iam tamen pure interdum contemplatio veritatis partes suas
agere intra nos vel ex parte presumit ita ut liceat usurpare etiam alicui nostrum cui hoc datum desuper fuerit illud apostoli: Nunc
cognosco ex parte. Item: Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus. Cum autem divinitus aliquid rapti et veluti in velocitate
corusci luminis illuxerit menti spiritu excedenti sive ad temperamentum nimii splendoris sive ad doctrine usum continuo nescio
unde assunt ymaginatorie quedam rerum inferiorum similitudines infusis divinitus sensibus convenienter accomodate quibus
quodammodo adumbratus purissimus ille ac splendidissimus veritatis radius et ipsi anime tolerabilior fiat et quibus communicare
illud voluit capabilior. Existimo tamen ipsas formari in nobis sanctorum suggestionibus angelorum sicut e contrario contrarias
et malas ingeri immissiones per angelos malos non dubium est. Et fortassis hinc illud est speculum atque enigma
ut dixi per quod videbat apostolus ex istiusmodi puris pulchrisque ymaginationibus angelorum quasi manibus fabricatum quatenus
et dei esse quod purum et absque omni fantasia corporearum ymaginum cernitur sentiamus et elegantem qualibet similitudine quo
id digne vestitum apparuit ministerio deputemus angelico. Quod signasse expressius videtur alia interpretatio dicens:
Similitudines auri fabri faciemus tibi cum distinctionibus argenti et vermiculatas argento. In quo non prestare videtur
non modo similitudines intus per angelos suggeri sed interiorem quoque eloquium per ipsos exteriusque ministrari quo congrue
atque decenter ornate et facilius ab auditoribus capiantur et delectabilius. Et si dixeris quid eloquio et argento? Et
tibi propheta: Eloquia domini eloquia casta argentum igne examinatum. Ita ergo celestes illi administratorii spiritus pere-
granti in terris sponse faciunt murenulas aureas vermiculatas argento. Videas quomodo illa aliud cupit et aliud
accipit et nitenti ad contemplationis quietem labor predicationis imponitur et sicienti sponsi presenciam filiorum sponsi procrean-
dorum alendorumque sollicitudo iniungitur. Neque nunc tantum accidit hoc illi sed et alia vice ut memini cum sponsi amplexus
et oscula suspiraret responsum est ei quia meliora sunt ubera tua vino ut ex hoc intelligeret se matrem atque ad
dandum lac parvulis nutriendosque filios revocari. Fortassis et in aliis taciti huiusmodi locis hoc ipsum tu quoque si diligens
sis ad inquirendum per te ipsum advertere poteris. Nam non res ista quondam in sancto patriarcha Iacob prefigurabatur cum frustratus
diu optatis et expectatis Rachelis amplexibus pro sterili et decora fecundam et lippam invitus et ignarus accepit.
Ita ergo nunc sponsa sive cupiens et inquirens ubi in meridianis horis dilectus pascat et cubet murenu-
las pro eo reportat aureas vermiculatas argento id est sapienciam cum eloquencia haud dubium quin ad predicationis opus.
Colligo sane intermittenda plerumque dulcia oscula propter lactancia ubera nec quemquam sibi sed illi omnes
qui mortuus est pro omnibus esse vivendum. Ve qui bene de deo et sentire et eloqui acceperunt si questum estiment pietatem Nota de
si convertant ad inanem gloriam quod ad lucra dei acceperant erogandum si alta sapiant et humilibus non consenciant. Pa-
veant quod in propheta legitur dicente deo: Dedi eis aurum meum et argentum meum ipsi autem de auro meo et argento
meo operati sunt Baal. Tu vero audi quid sponsa acceptis his quidem in preparatione mox vero promissionem viderit. Neque
enim vel de promissis extollitur vel pro repulsa irascitur sed sicut scriptum est: Corripe sapientem et amabit te. Et item
quod ad donationes et promissiones spectat: Quanto maior es humilia te in omnibus. Quod ex eius melius responsione

utrimque patebit. Sed ipsa si placet discussio in aliud sermonis principium differatur et de hiis que dicta sunt glorificemus sponsum
ecclesie dominum nostrum Ihesum Christum qui est benedictus in secula. Amen. Sequitur Sermo xlii^us

Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Sunt verba sponse que in hodiernum diem dis-
tulimus. Hoc rursum quod dedit ubi increpata est a sponso non tamen sponso sed eius sodalibus. Quod scilicet credunt
ex ipsis verbis. Non enim dicit que ad se dum esset rex in accubitu tuo sed cum esset rex in accubitu suo quam
que non ad istum loquitur sed de isto. Puta quod inde sponsi ubi eam quibus visum fuit aut corripuit aut repressit compuncta ex
suffusione genarum verecundia cessisse loco ut illa se absente loqueretur liberius que sentiret sed et ipsi paratior ut assolet
quam oportuit et devotior adesse. Erat esse sodalium erga consolacionis exigentia. Quod tu et per teipsum facere non negligere quum
indicaverit pro tempore oportere. Nam ut clarius relinquetur quantum sibi in illa correptione complacuit quippe quam sensit digne
et prout oportuit acceptari non sane ante se absentavit quam ex abundancia quod non est dubium cordis prorumperet in lau-
des eius et genarum colli quam ipsius pulcritudinem commendaret protracta et quem cum ipsa remanet blande locuti ipsi et
munera offerunt scientes domini voluntatem. Sed ipsos ergo rursus omnibus talibus quando consolatio formalis ita se habet. Sed
a prius quam ex hac testa nucleum sensus eliciamus inchoemus dico unum breviter. Felix cui sua obiurgatio sic videtur quam
admodum huius forma prout loci contra magis nescientium obiurgationes videntur sit. Hoc enim melius sed quis in multis offen-
dimus omnes. Mihi tacere non licet cui ex officio incumbit peccantes arguere magis cum urget caritas. Et si arguero et
fecero quod meum est illa at prebens in quem pace iniiciens quod suum est faciat neque ad quod missum illam sed revertatur ad
me vacua tamquam iaculum feriens et resiliens. Quid me animum tunc habere putatis fratres. Nonne angor nonne torqueor
et ut non usurpem aliquid de verbis magistri quod de sapientia non possum pressus coarctor e duobus et quid eligam nescio.
Placere ne mihi in eo quod locutus sim quia quod debui feci an penitere agere super verbo meo quia quod volui non recepi. Volui
mihi comparare hostem et eripere fratrem et non feci sic. Magis autem contrarium accidit. Nam lesi animam et auxi culpam
superiori accessit et contemptus. Nolunt audire te inquit quia nolunt audire me. Vides que maiestas contempnitur.
Ne te putes me solum sprevisse. Deus locutus est. Et quod dixit propheta dico et apostolus. Tamen vos sprevit ait me
sprevit. Non sum propheta non sum apostolus et prophete tamen et apostoli audeo dicere vice fungor et quibus non adequor meritis
implicor curis. Et si ad meam multam confusionem etsi ad grande periculum meum super cathedram moysi sedeo tamen tu
non michi vendico vitam nec compior graciam. Quid tu non ideo cathedre non defertur que occupata est ab indigno.
Etiam si scribe et pharisei in ea sedeant inquit que dicunt facite. Plerumque etiam impaciencia contemptum ingeritur ita ut
ab eo non solum non curet corrigi obiurgatus sed insuper obiurganti indignetur more frenetici manum medici repellentis.
Mira perversitas medicanti irascitur qui non irascitur sagittanti. Est enim qui sagittat in obscuro rectos corde qui et
te pium iam sagittavit usque ad mortem et in illum non commoveris. Michi indignaris qui sanum te si cupio prestare
et nolite peccare inquit. Si peccato irasceris non solum iam non peccabis sed et quod peccaveras potius. Nunc vero et peccatum veti-
nens medicamentum respuendo et peccare apponis iracundiam irascendo et est super modum peccans peccatum. Aliquando additur
b et impudentia ut non modo impaciencius ferat quod corripitur sed etiam id unde reprehenditur impudenter defendat. Hoc
plane desperacionis. Frons inquit mulieris meretricis facta est tibi noluisti erubescere. Et ait recessit zelus meus a te ultra
non irascar tibi. Solo auditu contremisco. Sentis ne quanti periculi quantique horroris et tremoris res sit peccati de-
fensio. Dicit item. Ego quos amo arguo et castigo. Si ergo zelus te deseruit et amor nec eius amore dignus
qui indignus castigacione censeris. Vides quod tunc magis irascitur deus cum non irascitur. Misereamur inquit impio
et non discet facere iusticiam. Misericordiam hanc ego nolo super omnem iram miseracio ista. Sepiens nescit vias iusticie.
Satius perfecto in manu prophete consilium apprehendere disciplinam ne quando irascatur dominus et pereatis de via iusta. Volo
irascaris michi pater misericordiarum sed illa ira qua corrigis devium non qua extrudis de via. Illud tua nobis benigna
dignatione parat hoc formidolosa incutit dissimulacio. Non tu nescio sed cum sencio te iratum tunc maxime confido propicium
etenim cum iratus fueris misericordie recordaberis. Deus inquit tu propicius fuisti eis et ulciscens in omnes adinventiones eorum.
Moysen loquitur et Aaron atque Samuelem quos modo premiserat et hoc vocat propiciacionem quod deus non corporis pe-
percit excessibus. Tune ergo tu hanc tibi precludito misericordiam defendendo errorem et accusando correctorem. An non istud
est malum dicere bonum et bonum malum. An non ex hac odiosa impudentia pullulabit mox ipsa mater desperacionis.
Nunc enim peniteat super bono quod putat. Ve illis inquit. Ve istud eternum est. Aliud est quemquam temptari a propria
concupiscentia abstractum et illectum et aliud sponte appetere malum tamquam bonum ad mortem quasi ad vitam male securus
properare. Proximos dico malleus aliquando tacuisse et dissimulasse quod agi properantem deprehendi quam ad tantam
reprehendisse perniciem. Dicitis forsan nichil quod bonum meum ad me revertatur quia liberavi animam meam et mundus sum
a sanguine hominis cui annunciavi et locutus sum ut averteretur a via sua mala et viveret. Sed si innumera talia
addas me tamen nimie ista consolabuntur morte filii intuentes. Tamen vero mea illa reprehensione liberacionem quesierim
et non magis illius. Que enim mater et si omnem quam potuit curam et diligenciam egrotanti filio adhibuisse se
sciat si demum frustrata se viderit et ob labores suos esse penitus inefficaces illo nichilominus moriente unquam
unquam a fletibus temperavit. Et illa quidem hoc pro morte temporali. Quanto magis ego morte eciam filii mei movent utique ploratus
c et ululatus multis et si in his non consciens sum quo minus annunciaverim illi. Vides certa a quanto malis ereptione et
se et nos liberaret qui correptus mansuete videt verecunde acquiescit modeste obtemperat humiliter confitetur. Huic
ergo ac re in omnibus me profiteor debitorem. Huic me ministrum et servum tamquam dignus esse duxi mei sponse et ei revera
dicere possit. Cum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Bona humilitatis odor qui de hac valle plo-
racionis ascendens perfusis quibusque vicinis regionibus ipsum quoque regium accubitum grata suavitate respergat.

Est nardus humilis herba quam et calide ferunt esse nature hii qui herbarum vires curiosius explorarunt et ideo per hanc videor mihi non incongrue hoc loco virtutem humilitatis accipere sed que sit amoris vaporibus flagrat. Et propterea sane dico quoniam est humilitas quam nobis veritas parit et non habet calorem, et est humilitas quam caritas format et inflammat. Et hec quidem in affectione, illa in cognitione consistit. Etenim tu si temetipsum intus ad lucem veritatis et sine dissimulatione inspicias et sine palpatione diiudices, non dubito quin humilieris et tu in oculis tuis factus vilior tibi ex hac vera cognitione tui, quamvis necdum fortasse id esse patiaris in oculis aliorum. Eris ergo humilis sed de opere interim veritatis et minime adhuc de amoris infusione. Nam si veritatis ipsius que te tibi veraciter atque salubriter demonstravit sicut splendore illuminatus ita amore affectus fuisses, voluisses procul dubio quod in te est eandem de te omnes tenere sententiam quam ipsam apud te veritate esse habere cognoscis. Dico quod in te est dixerim, quia plerumque non expedit in notescere omnibus omnia que nos scimus de nobis, atque ipsa veritatis vetamur palam fieri velle quod noceat agnosci. Alioquin si privato amore tui teneris, detinebis puto intus te iudicium veritatis inclusum, cui dubium est minus te veritatem diligere cum ipsi preferes vel commodum vel honorem. Vides ergo non esse idipsum humiliorem de seipso non altum iam sapere veritatis lumine redargutum et sponte consentire munere caritatis adiutum. Illud enim necessitatis est, hoc voluntatis. Semetipsum exinanivit, inquit, formam servi accipiens et formam humilitatis tradens. Ipse se exinanivit, ipse se humiliavit, non necessitate iudicii sed nostri caritate. Poterat nimirum se vilem et contemptibilem demonstrare, sed plane non reputare qui sciebat seipsum; voluntate proinde humilis fuit non iudicio, qui talem se obtulit qualem esse nescivit; magis autem placuit minimum reputari quem se summum non ignorabat. Denique ait: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Corde dixit, cordis affectu, id est voluntate. Itaque necessitatem exclusit qui voluntatem confessus est. Non enim quod ego vel tu invenimus nos in veritate dignos dedecore et contemptu, dignos omni extremitate et inferioritate, dignos etiam suppliciis, dignos plagis, non itaque ita et ille. Nunc tamen omnia expertus est quia voluit, tamquam humilis corde videlicet illa humilitate quam suasit cordis affectu, nunquam ex coacta discussione veritatis. Propterea dixi hanc voluntarie humilitatis speciem non redargutione veritatis sed caritatis intra nos effusione creari, quia cordis est, quia affectionis, quia voluntatis. An vos recte, tu iudica. Item quod etiam hoc tuo committitur eque iudicio, digne ne eandem duo assignavi que caritate constat exinanitum et caritate minoratum ab angelis, caritate parentibus subditum, caritate Baptiste manibus inclinatum, caritate carnis infirmitatem passum, caritate postremo morti obnoxium, cruce inglorium extitisse. Sed et hoc vestrum adhuc tum sit considerare arbitrium, recte ne hanc ipsam humilitatem ita caritate calentem herba humili et calida, id est nardo, putaverim designatam. Et si ita cuncta probaveris, probabis enim, vobis manifestissime acquiestis. Tunc si iam apud te humiliatus es necessaria illa humilitate qua scrutans corda et renes veritas sibi ingerit anime vigilantis, adhibe voluntatem et fac de necessitate virtutem, quoniam nulla est virtus sine concomitantia voluntatis. Sic autem fiet istud si nolis aliter apparere foras quam te invenis intus. Alioquin time ne de te ipso legas: Quoniam dolose egit in conspectu eius ut inveniatur iniquitas eius ad odium. Pondus, inquit, et pondus abhominatio est apud Deum. Quid enim? Tu te appretiaris in secreto apud te ipsum trutina veritatis ponderante, et foris altius pretium mentiens maiori te pondere vendis nobis quam ab ipsa accepisti? Time Deum et noli hanc rem pessimam facere ut quem humiliat veritas extollat voluntas. Hoc enim est resistere veritati, hoc pugnare contra Deum. Magis autem acquiesce Deo et sit voluntas subdita veritati, nec tantum subdita sed et devota. Nonne, inquit, Deo subiecta erit anima mea? At parum est esse subiectum Deo nisi sis et omni creature humane propter Deum, sive abbati tamquam precellenti sive prioribus tamquam ab eo constitutis. Ego plus dico: subdere paribus, subde et minoribus. Sic enim decet nos, inquit, omnem implere iustitiam. Vade et tu ad minorem si vis in iustitia esse perfectus, defer inferiori, minori te inclinato. Hoc enim faciens trahes et ipse ad te sponse sermonem que dixit: Quia nardus mea dedit odorem suum. Odor devotio est, odor bona opinio que ad omnes pervenit, ut Christi sis bonus odor in omni loco, spectabilis omnibus, amabilis omnibus. Non potest hoc ille humilis quem veritas ad humilitatem cogit, qui sibi habet illam et odore non patitur ut sparsa foris redoleat, magis autem non habet odorem quia non habet devotionem, utpote qui non sponte neque libenter se humiliat. Sponse vero humilitas tamquam nardus spargit odorem suum, amore calens, devotione vigens, opinione redolens. Sponse humilitas voluntaria est, perpetua est, fructifera est. Odor eius nec reprehensione extinguitur nec laude. Audierat: Pulchre sunt gene tue sicut turturis, et collum tuum sicut monilia; acceperat et repromissionem ornatus aurei et nihilominus tamen cum humilitate respondet, et quanto maiorem se audit tanto humiliat se in omnibus. Non gloriatur in meritis nec inter laudes suas humilitatis obliviscitur, quam et humiliter confitetur sub nardi nomine. Et si voce Virginis Marie dicat: Nullius meriti mihi conscia sum ad tantam dignationem nisi quod respexit Deus humilitatem ancille sue. Nam quid est aliud: Nardus mea dedit odorem suum, quam: Placuit mea humilitas? Non mea, inquit, sapientia, non mea nobilitas, non mea pulchritudo que nulla erant mihi, sed que sola erat

Duplex humilitas

veritatis autem et caritatis

humilitas dedit odorem suum id est solitum. Solito placet deo humilitas. Solito plane atque ex consueto
excelsus dominus humilia respicit, et ideo cum esset rex in accubitu suo id est in excelso habitaculo suo
illuc quoque humilitatis odor ascendit. In altis habitat inquit et humilia respicit in celo et in terra.
f Ergo cum esset rex in accubitu suo, nardus sponse dedit odorem suum. Accubitus regis sinus est patris
quia semper in patre filius. Nec dubites regem hunc esse clementem, cui precipuus accubitus est paterne
benignitatis sinus miserorum. Merito clamor humilium ascendit ad eum, cui fons pietatis est mansio, cui
familiaris suavitas, cui consubstantialis bonitas est, cui ideo totum quod est de patre est ut prorsus
nil in regia maiestate nisi paternum humilium trepidatio suspicetur. Denique propter miseriam inopum
et gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Horum igitur conscia sponsa, ut pote domestica
atque carissima, non se putat arcendam sponsi gratia, per omnia meritorum de humilitate presumens.
Regem denique nominat. Nam sponsum interim tenera interpacione non audet et in alto habitare
fatetur, nec sic tamen diffidit humilitas. Primum tunc celeste potes hunc congruentissime aptare sermonem
si recordaris dies illos quibus assumpto domino ubi erat prius et sedente in dextera patris, illo
suo antiquo nobili atque glorioso accubitu discipuli erant congregati in loco uno perseverantes
unanimiter in oratione cum mulieribus et Maria matre Ihesu et fratribus eius. Nonne tibi videtur
venerit tunc temporis nardum parvule et tripudiantis sponse dare odorem suum. Denique cum
factus est repente de celo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis et replevit totam domum
ubi erant sedentes, an non merito paupercula tunc dicere potuit: Cum esset rex in accubitu suo nardus
mea dedit odorem suum. Patuit pro certo omnibus in loco manentibus quam gratus humilitatis
et quam plene placitus odor ascenderat, cui mox tam copiosa et gloriosa remuneratione responsum est.
Ceterum illa non ingrata beneficii fuit. Audi enim quomodo mox repleta devotione parat se ad omnia
mala perferenda pro nomine eius. Nam sequitur: Fasciculus mirre dilectus meus michi inter ubera
mea commorabitur. Infirmitas mea non me sinit ulterius progredi. Hoc solum dico quia tribulationum
omnium amaritudines sub mirre nomine dicat se subire paratam pro amore dilecti. Reliqua capituli
alias prosequemur, si tamen a nobis exoratus spiritus sanctus affuerit qui nos intelligere faciat
verba sponse que ipse inspirando formavit, sicut novit illius cuius spiritus est laudibus convenire,
sponsi celestis Ihesu Cristi domini nostri, qui deus est benedictus in secula. Amen.

Sequitur sermo quadragesimus quartus. Fasciculus mirre in sequenti folio

Fasciculus mirre dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur. Ante rex, modo dilectus. Ante in accubitu
regio, nunc inter sponse ubera. Magna humilitatis virtus cui etiam deitatis maiestas tam facile se inclinat.
Cito reverencie nomen in vocabulum amicitie mutatum est, et qui longe erat in brevi factus est proxime.
Fasciculus mirre dilectus meus mihi. Mirra amara res duriciam et asperitatem tribulacionum significat.
Has sibi dilecti causa imminere prospiciens gratulabunda id loquitur, confidens se omnia viriliter subituram. Ibant
inquit discipuli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Ihesu contumeliam pati. Propterea denique — Act. v.
non fascem sed fasciculum dilectum dicit, quia leve pro amore eius ducat quicquid laboris immineat et doloris. Bene fa-
sciculus quia parvulus natus est nobis. Bene fasciculus quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que — Ro. 8
revelabitur in nobis. Id enim inquit quod in presenti est momentaneum et leve tribulacionis nostre supra modum in sublimitate — 2° cor. 4
eternum pondus glorie operatur in nobis. Erit ergo quandoque nobis ingens cumulus glorie qui modo est fasciculus mirre.
An non fasciculus cuius iugum suave et onus leve. Non quia leve in se, nec enim levis passionis asperitas, mortis ama- — Mt. xi
ritudo, sed levis tamen amanti. Et ideo non ait tantum fasciculus mirre dilectus meus, sed mihi inquit, que diligo fasciculus est.
Unde et dilectum nominat, ostendens dilectionis vim omnem amaritudinum superare molestiam, et quia fortis est ut
mors dilectio. Et ut scias non in se illam sed in domino gloriari, neque de propria virtute sed de domini adiutorio presumere fortitudine,
dicat illum inter ubera sua commoraturum cui secura decantet: Etiamsi ambulavero in medio umbre mortis non
timebo mala quoniam tu mecum es. Memini me in uno sermonum superiorum duo sponse ubera congratulacionem dixisse
atque compassionem iuxta Pauli doctrinam dicentis: Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Verum quia ipsa prospera
et adversa novit utrobique pericula non deesse, medium huiuscemodi uberum suorum vult hunc dilectum eius adversus utraque
continua protectione munitam, nec leta extollant nec tristia deiciant. Tu quoque si sapis imitaberis sponse prudenciam, — b
atque hunc mirre tam carum fasciculum de principali tui pectoris nec ad horam quidem patieris auferri, amara illa
omnia que pro te pertulit semper in memoria retinens, quo possis dicere et tu: Fasciculus mirre dilectus meus mihi inter ubera
mea commorabitur. Et ego fratres ab ineunte mea conversione pro acervo meritorum que mihi deesse sciebam hunc mihi
fasciculum colligare et inter ubera mea collocare curavi, collectum ex omnibus anxietatibus et amaritudinibus
domini mei. Primum videlicet infantilium illarum necessitatum, deinde laborum quos pertulit in predicando, fatigacionum in
discurrendo, vigiliarum in orando, temptacionum in ieiunando, lacrimarum in compaciendo, insidiarum in colloquendo,
postremo periculorum in falsis fratribus, conviciorum, sputorum, colaphorum, subsannacionum, exprobracionum, clavorum horumque
similium que in salutem nostri generis silva evangelica copiosissima novit pertulisse. Ubi sane inter tot odorifere
mirre huius ramusculos pretermittendam minime putavi etiam illam mirram qua in cruce potatus est, sed neque
illam qua unctus est in sepultura. Quarum in prima applicuit sibi meorum amaritudinem peccatorum, in secunda futuram incor-
rupcionem mei corporis dedicavit. Memoriam abundancie suavitatis horum eructabo quoad vixero. In eternum non
obliviscar miseraciones istas quia in ipsis vivificatus sum. Has sicut David cum lacrimis requirebat dicens: Veniant
mihi miseraciones tue et vivam. Has et alius quidam sanctorum cum gemitu memorabat dicens: Misericordie domini
multe. Quam multi reges et prophete voluerunt videre et non viderunt. Ipsi laboraverunt et ego in labores eorum introivi.
Ego messui mirram quam illi plantaverunt. Mihi hic salutaris fasciculus factus est, nemo tollet eum a me. Inter
ubera mea commorabitur. Hec meditari dixi sapienciam, in his iusticie mihi perfeccionem constitui, in his plenitudinem
sciencie, in his divicias salutis, in his copias meritorum. Ex his mihi interdum potus salutaris amaritudinis, ex his
rursum suavis unccio consolacionis. Hec me erigit in adversis, in prosperis deprimit, et inter leta tristiaque vite presentis
via regia incedenti tutum prebent utrobique ducatum, hinc inde mala imminencia propulsando. Hec mihi conciliat mundi
iudicem dum tremendum potestatibus mitem humilemque figurat, dum non solum placabilem sed et imitabilem reputat
eum qui inaccessibilis est principatibus, terribilis apud reges terre. Propterea hec mihi in ore frequenter sicut vos scitis,
hec in corde semper sicut scit deus. Hec stilo meo admodum familiaria sicut apparet. Hec mea sublimior interim
philosophia scire Ihesum et hunc crucifixum. Non requiro sicut sponsa ubi cubet in meridie quem letus amplector mea
inter ubera commorantem. Non requiro ubi pascat in meridie quem intueor salvatorem in cruce. Illud sublimius,
istud suavius; illud panis, hoc lac. Hoc viscera reficit parvulorum, hoc replet ubera matrum, et ideo inter
ubera mea commorabitur. Hunc et vos dilectissimi tam dilectum fasciculum colligite vobis, hunc medullis inserite
cordis. Hoc munite aditum pectoris, ut et vobis inter ubera commoretur. Habete illud semper non retro in humeris sed — c
ante pre oculis, ne portantes et non odorantes et onus premat et odor non erigat. Mementote quia accepit eum
Symeon in ulnis suis, Maria gestavit in utero, fovit in gremio. Sponsa Christi inter ubera collocavit. Et ne
quid pretermittam, factum est verbum domini in manu Zacharie prophete et quorundam aliorum creditur. Et Ioseph viri
Marie super genua illi frequenter arrisisse. Hij omnes ante se eum habuerunt et nullus retro. Exemplo ergo sit vobis ut
et vos similiter faciatis. Si enim ante oculos habueritis quem portatis, procul dubio videbitis angustias dum levius vestras
portabitis, ipso auxiliante ecclesie sponso qui est deus benedictus in secula. Amen. Sequitur sermo — xlv

Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Si dilectus in mirra, multo magis in botri suavitate. — a
Ergo dominus meus Ihesus mirra mihi in morte, botrus in resurreccione. Se ipse mihi saluberrimum temperavit
in potum in lacrimis in mensura. Mortuus est Christus propter delicta nostra et resurrexit propter iustificacionem nostram, ut
peccatis mortui iusticie vivamus. Itaque tu si peccata luxisti, bibisti amaritudinem. Si ad vitam respirasti
in spem vite vita sanctiori, mirre tibi mutata est amaritudo in vinum quod letificat cor hominis. Et for-
tassis hoc illud figuravit quod salvatori oblatum est in cruce mirratum, et ideo noluit bibere, quoniam istud sciebat. Tu er-
go ut dixi post mirre amaritudinem vinum iocunditatis experiens haud temere et ipse dicere poteris: Botrus

cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi. Engaddi duplicem habet interpretationem et utrumque ambe intellectum simul. Dicitur namque
fons hedi et baptisma genitum. Lacrimas quidem penitentium apte designat. Dicitur et oculus temptationis qui et lacrimas
eque fundat et temptationes que mihi usque desunt vite hominis super terram perspiciat. Sed et populus gentium qui ambulabat
in tenebris undique per se laqueos temptationum agnoscere ac per hoc nec evadere potuit. Donec per gratiam illius qui illuminat
cecos recepit oculos fidei. Donec venit ad etiam que habet oculum temptationis. Donec tradidit se viris spiritualibus instru-
endum qui illuminati spiritu sapientie etiam suo comparato docti possunt dicere valent quia non ignoramus astutias dyaboli et cogi-
tationes eius. Ferunt in engaddi arbusculas balsami crevisse que in modum vinearum ab indigenis colebantur
et inde forsitan vineas appellavit. Alioquin quid faceret botrus cypri in vineis engaddi. Nimis namque botros
de vineis in vineas transportavit. Solet quidem vinum ubi deest aliunde educi non ubi adest. Ergo vineas
engaddi dicit plebes ecclesie que habent balsami liquorem spiritum mansuetudinis in quo pusillorum adhuc in propo- enthi
site teneritudine blande fovet et dolores penitentium consolatur. Sed et si quis fuerit in delicto aliquo preoccupatus sicut
ecclesiasticus vir qui hunc spiritum iam accepit curabit mox huiusmodi instruere in eodem spiritu lenitatis seipsum considerans
ne et ipse temptetur. In hoc typo quotquot baptizandi sunt etiam corporaliter etiam oleo corporali ungere consueverunt.
Denique vero vulnera illius qui incidit in latrones et qui in iumento pii corporis samaritani ecclesie est deportatus in stabulum
non in solo oleo sed in vino et oleo simul sanitatem recepit. Necesse habet spiritualis medicus etiam vinum fervidi zeli cum
oleo mansuetudinis cum fuerit convenit non modo consolari pusillanimes sed et corripere inquietos. Si enim viderit illum
qui illuminatus est, id est qui peccavit, blandis ac lenibus hortamentis que in eum erogata sunt minime emendatum
magis ac forte etiam abutente sua mansuetudine et patientia negligentiorem fieri et in peccato suo etiam securius ob-
dormire, frustrato ita suavium oleo monitorum oportebit sane mordacius mordacioribus medicamentis uti et
vinum compunctionis infundere, durius videlicet cum eo increpationibus atque invectionibus agere et si requirit causa et duricia
tanta est etiam censure ecclesiastice baculo percellere contemptorem. Sed unde illud hoc vinum. Nec enim in vineis
engaddi invenitur vinum sed oleum. Querat ergo in cypro. Nam illa insula ferax est vini et vini optimi. Tollens quod
sibi inde ingentem botrum quem olim exploratores de terra in vecte ferebant, christum presentium pendentem et subse-
quentem apostolicum medium ac illum pulcro schemate figurantes. Hunc ergo botrum accipiens dicat: Botrus cypri di-
b lectus meus mihi. Videns botrum videbatur qualiter zeli vinum exprimatur ex eo. Etenim si peccanti homini homo peccator in-
dignatur, sed magis quem ei suavissimum balsami rorem sudans pium exhibet compassionis affectum. Hoc si nunc
unde venit et locum audisti sed forsan non advertisti. Dictum namque quod ex consideratione sui ipsius cuique conveniat mansuetu-
dinem esse ad omnes. Audi hoc consilio sapientissimi pauli pie condescendentis: Si fuerit preoccupatus in peccato, consideret seipsum ne et
ipse temptetur. Cum non hinc. Denique amor proximi radicem trahit. De quo in lege mandatur: Diliges proximum tuum
sicut teipsum. Ex intimis sane affectibus humanis primordia ortus sui ducit naturalis dilectio et de insita homini ad
seipsum naturali quadam dulcedine tamquam de humore tereno sumit procul dubio vegetationem et vim per quam spirante quidem
gratia desuper fructus parturit pietatis ut quod sibi animal naturaliter appetit nature consorti, id est alteri homini iure quodam humanitatis
ubi potest et oportuit non constituet denegandum sed sponte ac libenter impertiat. Inest ergo nature si peccato non obsi-
destitit istiusmodi gratie et egregie quam suavitatis liquorem ut molliorem magis ad compatiendum peccantibus quam ad indi-
c gnandum asperiorem sese sentiat. Verum quia mox sapientes sinunt musce moriture consumant hoc suavitatis unguentum
et nunc habet in se natura unde id reparet si semel amissum senserit se dolenda mutatione conversum in illud quod
valet ait scriptura: Prona sunt sensus hominis et cogitationes ad malum ab adolescentia. In qua minor filius portionem sibi
patrie substantie postulat sequestrari et bonum incipit velle dividere quod in gratia dulcius possidebat et hunc solubem quod
participatione non minuitur privatione amittit. Denique inquit omnia bona sua dissipavit vivendo luxuriose
cum meretricibus. Hinc namque hec meretrices. Vide ne iste sunt que consumant suavitatis unguentum carnales videlicet concupiscentie
de quibus saluberrime scriptura te ammonens: Post concupiscentias inquit tuas non eas. Et in isto mortuas describit
sapiens que et inde tristes et cupidia eius. Hinc ergo sui satisfacere singularis volens bonum nobis socialis atque
communis singularem suavitatem peccavimus. Hec prius musce sordide et pungentes que in nobis decorem nature
fedant mentem curis et sollicitudinibus lacerant. Socialis gratie suavitatem consumant. Hunc hoc minor filius
appellatur quod non quodam insensate libido adolescentie despiciata omni virilis maturitatis ac sapientie sicut amisit
et versus in asperum alieni alio potest se vivendo despiciat fratris sui affectione. Igitur ab ineunte adolescentia ista pes-
sima atque nequissima prona sunt sensus hominis et cogitationes in malum et natura ad indignandum quam ad compatiendum pronior.
Unde hoc tamque omnino conversus homines in quo iam habet secretum opus habet ab hominibus subveniri non iam ipse hominibus opus
tulibus subvenire magis ac indicat sicut irridet hoc homines delinquentes peccator non considerans seipsum ne et ipse
temptetur. A quo malo per se indutus ut surgit natura resurget neque recuperabit oleum ingenite mansuetudinis quod semel
d est consumatum in ea. Virtutem quod non potest natura potest gratia. Cum ergo homini unctio spiritus sancti inservata perfunde demo sua
benignitate dignabitur id continuo reddetur in hominem et aliquid insuper melius a gratia quam a natura recipiet. In fide et
lenitate spiritum faciet illum et dabit illi non oleum sed balsamum in vineis engaddi. Nec enim dubium ex fonte edi pro
fluere aromata meliora unguentis utique tincto edos venit in agnos et de sinistra transfert in dexteram peccatores.
Habundancius quidem aute perfusos unctione misericordie ut ubi superhabundaverunt delicta superhabundet et gratia. Quam non
vere videtur tibi redisse quodammodo id hoc in homines qui animi sceleris feritate deposita et recuperata etiam cum senectute
gratie huiusque unctione mansuetudinis quam in ipso musce carnalium cupiditatum penitus consumaverant. De suo quod gestat
homine primo qui ipse est et materiam sumit et formam inpendendi aliis hominibus ita ut tamquam ferale quoddam rectum ex
horreat non solum cuiquam facere homini quod pati nolit sed etiam non facere omnia omnibus quecumque sibi fieri velit. Ecce unde
e oleum vinum unde perfecto de botro cypri. Etenim si amas dominum deum tuum toto corde tota anima tota virtute, indignum

si videns eius iniurias contemptumque suum feret illa equo animo potius a sponso mox arrepto spiritu iudicii et spiritu ardoris
et tamquam potens crapulatus a vino repletus zelo phinees dicat cum david Tabescere me fecit zelus meus quia
obliti sunt verba tua inimici mei Et cum domino Zelus domus tue comedit me Vinum est quo ferventissimus zelus iste
expressum de botro cipri et calix inebrians christi amor Denique deus noster ignis consumens est Et propheta ignem
dicebat missum de excelso in ossibus suis eo quod divino amore flagraret Habens itaque ex divino oleum mansuetudinis
et ex divino amore vinum emulacionis securam accedat ad sanandum vulnera illius qui incidit in latrones piissimi sa-
maritani optimus imitator Scire quid dicat et tu cum sponsa Botrus cipri dilectus meus mihi in vineis
engaddi Hoc est zelus iustitie amor dilecti mei mihi in affectibus pietatis Et de hoc satis Nam et infirmi-
tas mea pausandum indicit sicut et sepe facit ita ut plerumque cogar imperfectas relinquere ut ipsi scitis dis-
putaciones residua que explorem in diem alterum reservare Sed quid Ego in flagella paratus sum sciens me
adhuc longe recipere imparia meritis Vapulem sane vapulem ut male operans si forte liberari in ultima
reputentur Fortassis inhibebit flagellato quin bonum in me non inveniat quod remuneret sponsus ecclesie
ihesus christus dominus noster qui est deus benedictus in secula Amen. Sermo xlvi

Ecce tu pulcra es amica mea ecce tu pulcra oculi tui columbarum Pulchre optime Ex amore spon-
se presumpcio ex amore indignacio sponsi Hoc vel contextus probat Etenim presumpcionem correpcio correpcionem
emendacio emendacionem remuneracio secuta est Abest dilectus amovetur magister rex disparet dignitas
ponitur reverencia ponitur cedit quippe fastus ubi invalescit affectus Et sicut quondam amicus ad amicum
moyses loquebatur et dominus respondebat ita et nunc inter verbum et animam acsi inter duos vicinos familiaris
admodum celebratur confabulacio Nec mirum ex uno amoris fonte utrique influunt diligere invicem confovent pariter
Ergo dulciora melle volant hinc inde verba mutuo in se tota suavitatis feruntur aspectus sibi indices amoris
Denique is illam amicam nuncupat pulcram pronunciat pulcram iterat eadem ab illa vicissim recipiens Nec ociosa
iteracio que amoris est iteracio et fortassis quiddam innuit requirendum Inveniamus geminam anime pulcritudinem Hoc
enim nunc videtur innuere Decor anime humilitas est Non a memetipso hoc dico cum propheta dixerit prior Asperges me
ysopo et mundabor humili herba et pectoris purgativa humilitatem significans Hac se post gravem lapsum rex et
propheta lavari confidit et sic niveum quendam innocencie recuperare candorem Verum in eo qui peccavit et si amanda
non tamen admiranda humilitas At si quis innocenciam retinet et nichilominus humilitatem adiungit nonne is tibi videtur
geminum anime possidere decorem Beata maria sanctimoniam non amisit et humilitate non caruit quia humilitatem innocencie
servavit Denique respexit inquit humilitatem ancille sue Ergo beati qui custodiunt vestimenta sua munda videlicet
simplicitatis et innocencie si tamen et decorem induunt humilitatis adiciant Profecto audiet quicumque talis inventus
Ecce tu pulcra es amica mea ecce tu pulcra Utinam vel semel dicas anime mee domine ihesu Ecce tu pulcra es Ut-
inam michi humilitatem custodias Nam primam vestem male servavi Servus tuus sum ego nec eam audeo profiteri
amicum qui testimonium decoris mei cum repeticione non audio Sufficit mihi si semel audiam Sed quid si et hoc in questione
sit Scio quid faciam Venabor amicam suam cumulatum in ea decorem deformis homunculus amicabor gau-
debo ad vocem sponsi tanta pulcritudine admirantis Quis scit si saltem ex hoc inveniar gratus in oculis
amice ut gracia ipsius et ipse inveniar inter amicos Denique amicus sponsi stat et gaudio gaudet propter vocem sponsi
En vox eius in auribus dilecte audiam et gaudeam Sed ipsi sibi loquuntur pariter sicutque sic nulla nos subducat
huic colloquio secreta nulla latebra corporis Ecce inquit tu pulcra es amica mea ecce tu pulcra Ecce vox ad-
miracionis est reliquum laudis Merito admiranda cum status amissa humilitate non attulit sed sanctam admisit
Merito pulcra repetitur cui neutra deficit pulcritudo Rara avis in terris aut sanctitatem non perdere aut humilitatem
sanctimonia non excludi Et ideo beata que utrumque retinuit Denique probatum est nichil sibi conscia est et correpcionem
non abnuit Nos et cum magna delinquimus vix ferimus reprehendi Hec autem equo animo audit cum se amaritudines
nichil peccans Nam si desideravit videre claritatem sponsi quid mali est Magis et laudis est Et tamen increpata
penitenciam agit et dixit Fasciculus myrre dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur Hoc est sufficit mihi iam
nolo scire nisi ihesum et hunc crucifixum Magna humilitas Ecce innocens suscepit penitentis affectum et que non
habet quod peniteat tamen ut peniteat Cur ergo inquis increpata est si nichil mali fecit Sed cum nunc au-
di dispensacionem et prudenciam sponsi sicut olim abrahe obediencia temptata est sane ita et nunc humilitas spon-
se Et quomodo ille impleta obediencia tunc audivit Nunc cognovi quia timeas deum sic et huic modo quasi sub aliis
verbis dicatur Nunc cognovi quia humilis es hoc est quod ait Ecce tu pulcra es Et ideo pronomen iterat ut glo-
sata additum significet humilitatis decor Ecce tu pulcra es ecce tu pulcra Nunc cognovi quia pulcra es non solum
ex meo amore sed ex tua humilitate Non dico nunc pulcra inter mulieres nec pulcra in genis vel in collo sicut
ante dicebam sed pulcra simpliciter fateor non utique pulcra ex comparacione non cum distinctione non ex parte
Et addit Oculi tui columbarum Apte adhuc commendat humilitatem Ad hoc siquidem respicit quod illa reprehensa de
alta inquisicione sua continuo non cunctata est ad simpliciora descendere ita ut diceret Fasciculus myrre dilectus
meus mihi Multum profecto distat inter vultum glorie et fasciculum myrre et ideo magnum humilitatis insigne

nota

inde acquiescere revocari. Ergo oculi tui columbarum. Iam inquit non ambulas in magnis neque in mirabilibus super te
sed instar simplicissime volucris, columba es simplicioribus nidificans in foraminibus petre, in eis volubiliter immoraris et
libenter ea que sunt de me dumtaxat incarnato et passo oculo intueris columbino. Aut etiam quia in spiritu ambulas simplicius, sponsus
sensibus apparuit spiritalis magis in ea simplici intuitus columbe nomine commendatur. Et si hoc placeat, quod referas amplius similius
ad id quod paulo ante sodales murenulas aureas ei facere promiserunt, non intendebas ut tue dormientis ornarent aures
corporis sed informarent auditum cordis. Potuit itaque sicut fide que est ex auditu cordis amplius mundato ad videndum, quod
ante non poterat, instructior redderetur. Et quia de acceptis murenulis in visu acutiori ad intelligentiam spiritualem visa est profecisse,
placuit sponso tuo sic quod in se est placet magis videri in spiritu et amans id quod eius laudibus ait: Oculi tui columbarum.
Iam me inquit intueris in spiritu, quia spiritus ante faciem tuam Christus dominus. Et habes unde id possis, quia oculi tui columbarum. Ante
non habebas et ideo repulsa non fuisti, sed inter copia habito videndi, quia oculi tui columbarum id est spirituales. Non sane copiam
quam petebas, licet eum vel modo adhuc ad illa potes, sed que tu interim sufficere possunt. Sane que inde dicenda est de claritate
in claritatem et pro tua vide ut potes modo, et tu plus potes plus videbis. Non puto siquis non puto mediocrem hanc
neque quem omnibus esse visionem, etsi sit inferior illa qua videndus est in futuro. Denique ex hiis que secuntur adverte, sed cum
Ecce tu pulcher es dilecte mi, ecce tu pulcher. Vides quam in excelso stat et in sublimi mentis vertice potulit que visum sibi
dominum quadam proprietate vendicat in dilectum. Attende cum quo non simpliciter dilecte sed dilecte mi inquit, ut proprium designet.
Magna visio prorsus de qua ista in id fiducie et auctoritatis excrevit ut omnium dominum dominum nesciat sed dilectum. Existimo eum
nequaquam hac vice eius sensibus importatas ymagines carnis aut crucis aut alias quascumque corporearum similitudines infirmitatis.
In hiis namque iuxta prophetam non erat ei species neque decor. Hec autem eo intuitu nunc pulcrum decorumque pronunciat in visione
meliori illum sibi apparuisse significans. Ore enim ad os sicut Adam cum sancto Moyse loquitur cum sponsa, et palam non per enigmata
et figuras deum videt. Talem denique eum pronunciat quale et mente conspicatur visione plane sublimi et suavi. Regem in
decore suo viderunt oculi eius, non tamen ut regem sed ut dilectum. Videat eum sane quis super solium excelsum et elevatum,
et alius quod facie ad faciem sibi apparuisse testatus sit, sed non tamen videtur eminentia in hac parte esse apud sponsam, quod ibi legitur
visus dominus, hic dilectus. Sic enim habes: Vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, et item Vidi dominum facie
ad faciem et salva facta est anima mea. Sed si ego dominus inquit ubi timor meus. Verum sicut illis facta revelatio cum timore, quia ubi
dominus ibi timor; ego profecto si optio daretur tanto libentius tanto quanto carius istius sponse amplecterer visionem, quanto in meliori
affectione que est amor factam adverto. Nam timor penam habet, perfecta autem caritas foras mittit timorem. Multum sane interest
apparere terribilem in consiliis super filios hominum, et apparere speciosum forma pre filiis hominum. Ecce tu pulcher es dilecte mi et decorus.
a Verba ista plane amorem resonant non timorem. Sed forte ascendunt cogitationes in corde tuo et queris dubius apud te quo
pacto vere verba ubi facta ad animam referuntur, et rursum anime ad verbum ut illa audiat vocem loquentis sibi et prohibentis quod
pulcra sit, vicissim quod idem preconium suum sue mox reddidit laudatori. Quo pacto hec fiunt? Namque verbo loquitur non verum loquitur.
Item quod anima non habet unde loquatur nisi os corporis sibi verba formaverit ad loquendum. Bene queris, sed attende spiritum loqui et
et spiritualiter oportere intelligi que dicuntur. Quotiens proinde audis vel legis verbum atque animam pariter colloqui et se invicem intueri,
c noli tibi ymaginari quasi corporeas intervenire voces, sicut nec corporeas colloquentium apparere ymagines. Audi potius quid tibi sit
in huiusmodi cogitandum. Spiritus est verbum, spiritus quoque est anima, et habent linguas suas quibus se alterutrum colloquantur, putes quod indi-
cent. Et verbi quidem lingua favor dignationis eius, sive vero devotionis fervor. Elinguis est anima atque infans que hanc
non habet, et non potest ipsi ullatenus sermocinatio esse cum verbo. Ergo lingua verbi lingua sua cum verbum movet volens ad animam
loqui, non potest anima non sentire. Vivus est enim sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens usque
ad divisionem anime et spiritus. Et rursum cum sua anima movet verbum late in lacrimis potest non solum quia ubique est presens, sed est
hoc magis quia nisi ipso stimulante devotionis lingua nunquam ad loquendum movetur. Verbo igitur dicere anime pulchra es et appellare
amicam, infundere est unde et amet et presumat amari. Ipsi vero verbo vicissim nominare dilectum et fateri pulcrum, quod ait
et quod amatur sine fictione et fraude ascribere illi et mirari dignationem et stupere ad gratiam. Denique pulcritudo illius dilectio
eius, et ideo maior quia preveniens. Medullis proinde cordis et intimarum vocibus affectionum tanto amplius atque ardentius
clamitat sibi diligendum, quanto id prius sensisse diligens quam dilectum. Itaque locutio verbi infusio donorum, responsio anime cum gratiarum
f actione admiratio. Et ideo plus diligit quam se sentit in diligendo victam, et ideo plus miratur quod preventa agnoscit. Unde
et non contenta est semel dicere pulcrum nisi repetat, et decorum, eminentia decoris illa repetitione designans. Aut de
in utraque Christi substantia dignum exposcit omni admiratione decorem, in altera nature, in altera gratie. Quam pulcher angelis tuis
domine Ihesu in forma dei, in die eternitatis tue, in splendoribus sanctorum ante luciferum genitus, splendor et figura substantie
patris et quidam perpetuus minime quam fucatus candor vite eterne. Quam mihi decorus es domine mi in ipsa tui huius positione
decoris. Etenim ubi te exinanisti, ubi naturalibus radiis lumen indeficiens exuisti, ibi pietas magis eminuit, ibi caritas
plus effulsit, ibi amplius gratia radiavit. Quam clara mihi oriris stella ex Iacob, quam lucidus flos de radice Iesse egrederis,
quam iocundum lumen in tenebris visitasti me oriens ex alto. Quam spectabilis et stupendus etiam virtutibus supernis in conceptu de spiritu,
in ortu de virgine, in vite innocentia, in doctrine fluenta, in choruscationibus miraculorum, in revelationibus sacramentorum. Quam denique
rutilans post occasum sol iustitie de corde terre resurgis. Quam formosus in stola tua demum rex glorie in alta celorum te recipis.
Quomodo non pro hiis omnibus omnia ossa mea dicent: domine quis similis tui. Hec ergo et similia quam puta in dilecto intuente sponsa adver-
tisse cum diceret Ecce tu pulcher es dilecte mi et decorus. Nec hec sola sed insuper aliquid procul dubio de natura decore superiorum
quod nostrum omnino pervolat intuitum et effugit experimentum. Ergo iteratio utriusque decorem substantie designavit.

Audi denique quid tripudiat ad aspectum affatumque dilecti et coram ipso nuptiali carmine que amoris sunt congratulabunda decantat. Sequitur enim: Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina. Sed sequentis recensebimus prius sponse cantilenam, ut et nos de reliquo facti alacriores libentius ponderemus et lectitemus in ea ad laudem et gloriam sponsi ecclesie Ihesu Christi domini nostri qui est deus benedictus in secula amen. Sermo xlvi.

Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina. Epithalamium canit, cubile et thalamos pulchro sermone describens, sponsum invitat ad requiem. Hic est enim melius quiescere et cum Christo esse. Nunc autem cogitur ad lucra propter salvandos. Unde nunc oportune ut putat inventa ornatum nuntiat thalami, lectulum quoque digito demonstrat. Sic dilectum ut Christum invitat ad requiem, et cum euntibus in Emaus cordis ardore non sustinens, ire mentis proficit hospitium, seu pernoctare compellit, et cum Petro loquitur: Domine bonum est nos hic esse. Iam quid spiritualiter ista contineant requiramus. Et in ecclesia quidem lectum in quo quiescitur claustra existimo esse et monasteria, in quibus quiete a curis vivitur seculi et sollicitudinibus vite. Atque is lectus floridus demonstratur, cum exemplis et institutis patrum tamquam conspersa bene olentibus respersa floribus fratrum conversatio et vita refulget. Porro domos populares conventus intellige domorum, quos hii qui in sublimitate positi sunt, id est utique utilitatis ordinis principes, quasi tigna parietes instar positis legibus fortiter stringunt, ne sua quisque lege vel voluntate vivens, tamquam inclinati parietes et maceria depulse, dissideat a semetipsis, et omnis structura edificii corruens dissipetur. Laquearia que a tignis firmiter pendent et domos insigniter ornant, puto hic institutos cleri mansuetos et disciplinatos mores, rite quoque administrata officia designare. Quomodo namque stabunt ordines clericorum et administrationes eorum, si non principum tamquam tignorum beneficio et munificentia sustententur et protegantur potentia? Quod autem tigna cedrina et laquearia cypressina describuntur, absque dubio hic in hiis speciebus lignorum quod congruat prefatis ordinibus. Et cedrus quidem, quod imputribile natura et odoriferum est atque proceritatis lignum, satis indicat quales oporteat assumi viros in vicem tignorum. Ergo validos et constantes necesse est esse eos qui super alios ordinantur, necnon et longanimes in spe atque in superna mentis vertice attollentes, qui etiam bonum fidei sue et conversationis ubique odorem spargentes, dicere cum apostolo possint: Christi enim bonus odor sumus deo in omni loco. Cypressus item boni eque odoris et imputribile simul lignum, incorrupte vite et fidei etiam quemvis de clero debere esse demonstrat, ut merito decori domus ac laquearium ornatum deputetur. Scriptum est enim: Domum tuam decet sanctitudo in longitudine dierum. Ubi sane et testimonio decus et indeficientis gratie compositum per perseverantiam est. Quod ergo viros qui ad ornatum et decorem assumuntur domus, bonis ornatos moribus esse, et quibus ipse sit integrum bonum testimonium habere et ab hiis qui foris sunt. Sunt et alia in natura lignorum horum competentia hiis que spiritualiter disseruntur, sed brevitatis causa pretereo.

Nonne vero pulchre omnem ecclesie statum brevi uno versiculo comprehensum, auctoritatem scilicet prelatorum, cleri decorem, populi disciplinam, monachorum quietem? In hiis profecto cum vere sint omnia, sancta mater ecclesia in consideratione letatur, et tunc ea que offert intuenda dilecto, cum ad eius tamquam omnium auctoris refert omnia bonitatem, in omnibus tribuens. Nec quod ait nostra et domorum nostrarum non usurpationis est signum, sed dilectionis, quia nimirum fiducia vere dilectionis. Nec eius que ullo diligit a se estimet alienum. Nec enim se sponsi contubernio aut quietis expertem putat consortio, que se non que sua sunt sed que illius sunt querere consuevit. Et hec causa cur sibi et sponso suo suum lectulum, suum domos ascribit, suam pariter predicare. Dicit enim: Lectulus noster et tigna domorum nostrarum et laquearia nostra. Audacter se comparticipem associans, cui mutuum non dubitat in amore. Non ita illa que propria voluntati nondum renuntiavit, sed propria iacet, propria habitat, magis autem non propria sed cum meretricibus luxuriose vivendo conquirit concupiscens, loquor carnis, cum quibus dissipat bona sua et portionem substantie quam sibi dividi postulavit. Sed tu qui hec sponse sancte voces audis vel legis, putasne aliqua horum que dicuntur valeas applicare tibi, ac de felicitate sponse que hoc amoris carmine ab ipso spiritu canitur aliquid recognoscere in temetipso? ne dicatur et tibi: quia vocem eius audis et non scis unde veniat aut quo vadat. Et forte appetis et tu contemplationis quietem, et bene facis, tantum ne obliviscaris flores quibus lectulum sponse legis aspersum. Ergo cura et tu tuum circumdare similiter bonorum floribus operum, virtutum exercitio, tamquam flore fructum sancti otii preveniens. Alioquin delicato satis otio dormitare voles, si non conceptaculis quietem appetas, et hic fecunditate neglecta solis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed preposterus ordo est ante meritum exigere premium et ante laborem sumere cibum, cum apostolus dicat: Qui non laborat nec manducet. Sine mandatis tuis intellexi, inquit, ut scias minime obedientie mandatorum contemplationis gustum penitus non deberi. Ne quasi putes de Christo amore quietis sancte obedientie actibus semotorum vel traditionibus preiudicium illatum faciendum. Alioquin non dormiet tecum sponsus in lectulo tuo, illo presertim quem tibi pro obedientie floribus cicutis atque urticis inobedientie aspersisti. Propter quod non exaudiet orationes tuas vocatus, quia non veniet. Nec enim habuit inobedientiam copias sui tantus obedientie amator, ut mori quam non obedire maluit. Sed neque approbat tue contemplationis inane otium, qui dicit per prophetam: Laboravi sustinens. Scilicet tempus quo excelso celo et patria sumere quietis, operatus est salutem in medio terre. Magis autem vereor ne te quoque involvat formidolosa illa sententia, ita intonans in propheta: Neomenias vestras et sabbatum et festivitates alias non feram. Item: Kalendas vestras et sollempnitates vestras odit anima mea; facta sunt mihi molesta. Et lugebit super te propheta et dicet: Viderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius. Cur ergo quos diligit repudiat? non videat mirum. Miror vel de impudentia quorumdam qui ut vos sunt, qui cum nos sua singularitate turbaverint, sua impacientia irritaverint, sua inobedientia contempserint, audent nichilominus ad eum fictum sue conscientie lectulum, omni vitiorum urtica tamquam puritatis domini invitare. At cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos, et cum multiplicaveritis orationem non exaudiam. Cum enim lectulus non est floridus, magis autem et putridus est, tu illuc

regem glorie trahis. Ad pausandum hoc facis an ad causandum? Centurio vetat illum intrare sub tectum suum propter suam indignitatem cuius tamen fides in omni Israel redolet, et tu ad te compellis intrare tantorum sordens spurcicia viciorum. Clamat apostolorum princeps: Exi a me domine quia homo peccator sum; et tu dicis: intra ad me domine quia sanctus sum. Docet magister unanimes in ordine estote, fraternitatem diligite. Et vas electionis: levantes puras manus ait sine ira et disceptatione. Vides ne quo se garriat et cetera. Spiritu de pace et tranquillitate animi quam habere debet ille qui orat loquitur princeps apostolorum et doctor gencium. Ergo tu tota die expandis ad deum manus tuas qui tota die fratres molestas, unitatem impugnas, ab unitate te separas. Et quid me vis facere inquis? Profecto ut primo quidem emundes conscienciam ab omni inquinamento ire et disceptationis et murmuris et livoris, et quicquid omnino adversari cognoscitur aut paci fratrum aut obediencie seniorum de cordis habitaculo eliminare festines. Deinde eciam studeare tibi flores quorumcumque bonorum actuum et laudabilium studiorum atque odoramenta virtutum, id est quecumque sunt vera, quecumque iusta, quecumque sancta, quecumque amabilia, quecumque bone fame, si qua virtus, si qua laus discipline, hec cogitare, in hiis exerceri curato. Ad istum modum secure vocabis sponsum, quem cum introduxeris eum vere dicere poteris et tu quia lectulus meus floridus, redolente in te constat pietate, si pace, si mansuetudine, si iusticia, si obediencia, si hylaritate, si humilitate. Et de lectulo quidem sic. Domus vero dei spiritale scriptum quisque agnoscat qui tamen iam non in carne ambulat sed in spiritu. Templum enim dei ait sanctum est quod estis vos. Curate ergo fratres spiritali huic edificio quod vos estis, ne forte cum in superiora proficere ceperit vacillet et corruat si lignis fortibus non fuerit submixum et colligatum. Curate magis illa ligna dare imputribilia et immobilia, timorem videlicet domini illum qui permanet in seculum seculi, pacienciam de qua scriptum est quia paciencia pauperum non peribit in finem, longanimitatem quoque que sub cunctis structure ponderibus inflexibilis perseverans in infinita secula vite beate protenditur, salvatore loquente in evangelio: Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Magis autem super omnia caritatem que nunquam excidit, quia fortis est inquit ut mors dilectio, dura sicut infernus emulacio. Studete deinde hiis lignis substernere et alligare ligna alia eque speciosa et pulcra cum tamen ad manum fuerint in opus laquearium ad decorem domus, sermonem sapiencie sive sciencie, prophetiam, graciam curacionum, interpretacionem sermonum et cetera talia que magis non sunt nisi apta ornatui quam necessaria esse saluti. De hiis preceptum non habeo, consilium autem do. Et ut quidem istiusmodi ligna constat et laboriose queri et difficile inveniri et periculose elaborari. Nam et rara ea presertim hiis temporibus terra nostra producere reperitur. Consulo sane et moneo non multorum esse ista requirere, magis autem eo lignis aliis laquearia parari que et si minus appareant splendida non minus tamen valida esse probantur, insuper et facilius possidentur et tractantur. Utinam vel illorum suppetat copia lignorum quibus ortus sponsi [?] copiose decoratur, pax, bonitas, benignitas, gaudium in spiritu sancto, misereri in hilaritate, tribuere in simplicitate, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. An non tu illam domum quo ad laquearia spectat satis habunde quam ornatam censebis quam talibus lignis in superioribus sufficienter copiose quam tabulatam? Domine dilexi decorem domus tue. Sed da nobis huiusmodi ligna quesumus quibus tibi pro ornatu congruo thalamum consecrare, contentus diebus meis et alterius hiis contentus ero. Erit et qui meo in hac re consilio acquiescere volent, quia et te puto esse contentum. Ceterum sanctis apostolis et viris apostolicis delinquo. Sed et vos dilectissimi tamen et si illa ligna non habeatis, melius tamen si hec habetis confidite, melius cum omni fiducia accedite ad lapidem summum angularem electum, preciosum, melius super fundatum apostolorum et prophetarum et ipsi tamquam lapides vivi superedificamini domus spirituales, sacerdocium sanctum offerre hostias acceptabiles deo per Ihesum Christum dominum sponsum ecclesie qui est deus benedictus in secula. Amen. Sermo xlvij.

Ego flos campi et lilium convallium. Hoc respicere puto quod sponsa de respersis lectuli floribus commendaverat. Ne autem sibi flores ascriberet illos quibus lectulus decoratus et venustatus thalamus videbatur, infert sponsus se esse florem campi, nec de thalamo sane prodire flores sed de campo, et suo munere et sua participatione fieri quod retinet et quod redolet. Ne quis ergo exprobrare illi posset et dicere: quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Ipse dilecte sue sicut ambiciosus amator ita et informator benignus, pie illi dignanter quam demonstrat eum auctorem de quo gloriabatur, ac per hoc cui gloriam lectuli debeat deputare. Ego flos campi inquit: de me est quod gloriaris. Saluberrime admonemur et ex hoc loco quia nequaquam gloriari oportet, et si quis gloriatur in domino glorietur. Et secundum litteram istud sane iam sentiunt ipso de quo loquitur; advertite spiritalem quem in ea tegit intellectum. Et primo advertite mecum vel trifarium quendam florum statum, in campo, in orto, in thalamo, ut post hoc eciam illud facilius compertum fiat cur se potissimum campi florem elegit appellare. Et in campo quidem atque orto oritur flos, in thalamo autem minime. Olet et lucet in eo non erectus aut stans ut in orto vel campo, sed plane iacens tamquam qui illatus sit non natus. Propterea et necesse est sane reparare frequenter et semper recentiores apponere flores, quia diu odorem suum minime retineat nec decorem. Et ut sint in alio sermone prefati sumus, lectulus respersus floribus conscientia est bonis referta operibus. Vides etiam ut sollicitudo fuerit nequaquam sufficere semel vel secundo operari quod bonum est nisi incessanter addas nova prioribus, quatenus seminans in benedictionibus de benedictionibus et metas. Alioquin iacet et marcet flos boni operis atque in brevi omnis cito ei nitor extinguitur et vigor, si non aliis atque aliis supervectis pietatis operibus continuo reparetur. Et hoc in thalamo. In orto autem non ita, sed neque in campo [?]. Ex se enim semel productis floribus assidue subministrat unde diu in ipsis decus ingenitum perseveret. Verum tamen ipse interest quod ortus quidem ut floreat hominum manu et arte excolitur; campus vero ex semetipso naturaliter producit flores et absque omni humane diligencie adiutorio. Putasne iam tibi videris advertere quisnam ille sit campus nec sulcatus vomere nec defossus sarculo nec impinguatus fimo nec manu hominis seminatus, vel consitatus, honestatus tamen nobilis illo flore super quem constat requievisse spiritum domini? Hic inquit odor filii mei sicut odor agri

plenum quem benedixit dominus. Nec dubium speciem sua ille flos agri induerat et iam dabat odorem suum qui cum ut flos pre gaudio
declamaret praesignabat spiritu martirem corpore senis et senectus patriarcha caligans visu sed odoratu sagax. Non sic plane debuit
florem thalami protestari qui flos est pectoris vigens sed neque item oculi ne humano videtur opere quantum pulvere ante et
conuenientissime flos campi sine ait qui et absque humana industria prodiit et semel productus nulla est deinceps dilata corruptio
ut semine impleatur quem produxit. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Sed si placet accipe et alia huiusmodi verborum ut arbitror
non spernenda. Non enim sine causa multiplex spiritus a sapiente describitur nisi quod sub uno cortice litterae diuersos plerumque sapiens intellectus
tegere consueuit. Itaque iuxta praefata de floris statu partitionem flos est virginitas flos martirium flos actio bona. In orto
virginitas in campo martirium in thalamo opus bonum. Et bene in orto virginitas cui familiaris verecundia est fugitans
publici latibuli gaudens patiens disciplinae. Denique in orto flos clauditur qui in campo exponitur spargitur quoque in thalamo.
Et habes ortus conclusus fons signatus quod utique clausurae pudoris signat in virgine et inviolatae custodiam sanctitatis si tamen
talis fuit quae sit sancta corpore et spiritu. Bene item in campo martirium dum martiribus ludibrio omnium exponuntur spectaculum facti
et angelis et hominibus. Nonne illorum miseranda vox est in psalmo: Facti sumus opprobrium vicinis nostris subsannatio et illusio
his qui in circuitu nostro sunt. Bene quoque in thalamo actio bona quae conscientiam et quietam facit et tutam. Post bonum de-
nique opus secura in contemplatione dormitur et tanto quis fiducialius sublimia intueri et investigare aggreditur
quanto sibi conscius est nimirum se ipsum amore quietis caritatis operibus defuisse. Et haec omnia simul aliquando dominus Ihesus. Ipse flos orti
virgo virga de virgine generatur. Item flos campi martyr martyrum corona forma martyrum. Denique foras civitatem eductus est
extra castra passus est in ligno levatus spectandus omnibus subsannandus ab omnibus. Ipse item thalami flos speculum et exemplum
totius beneficentiae quemadmodum ipse protestatus est dicens: Multa bona opera feci in vobis. Et item scriptura de eo dicit:
pertransiit ait benefaciendo et sanando omnes. Si igitur ita dominus quae sunt ea ut e tribus se campi florem maluit appellare
profecto ut eas ad tolerantiam alacret cui noverat imminere si quidem vellet pie vivere in Christo persecutionem. Ideo se quoque libenter
praestitet ad quod potissimum vocet hinc sequaces. Utrumque hoc est quod alias dixi quod sponsa et illa appetit quietem et ille incitat ad
laborem denuncians ei quod per multas tribulationes oportet intrare in regnum caelorum. Unde cum nova in tiro cella nominat desponsata
sibi vidit ad praelium disponere dicebat ei: Venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se praestare deo. Et te. Si
me ait persecuti sunt et vos persequentur. Potes et tu in eiusmodi multa colligere. Huic denuntiationi mellorum persecutorum similia
Ego flos campi et lilium convallium. Illa quoque nostrae lectulum. Ille vocat ad campum ad certamen provocat. Nec putat
quemquam persuasibilius fore illi ad ineundum certamen quod si saepius certantis aut comparsunt ante primum. Ego flos campi
Sane utrumque in hoc sermone intelligi datur vel quod sit videlicet pugnantis forma vel quod triumphantis gloria. Utrumque es mihi domine Ihesu
et speculum patiendi et praemium patientis. Utrumque fortiter provocat ac vehementer accendit. Tu doces manus meas ad prelium
exemplo virtutis tuae tu caput meum post victoriam tuae coronas praesentia maiestatis. Sive quod pugnantem te specto sive
quia te expecto non solum coronantem sed et coronam in utroque mirabiliter tibi me allicis utrumque funis violentissimus ad trahendum.
Trahe me post te libenter te sequor libentius fruor. Si sic bonus es domine sequentibus te qualis futurus es consequentibus.
Ego flos campi. Qui me diligit veniat in campum non refugiat metum et pro me inire certamen ut possit dicere: Bonum
certamen certavi. Et quoniam non superbi vel arrogantes sed humiles potius qui de se praesumere nesciunt martirio ydonei sunt addit
se etiam esse lilium convallium id est humilium corona speciali glorificatione exaltationis ipsorum huiusmodi eminentia floris designans. Erit
namque cum omnis vallis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur et tunc candor ille vitae aeternae lilium plane non collium
sed convallium apparebit. Iustus germinabit sicut lilium. Inter quis iustus nisi humilis. Denique cum se manibus baptistae servi
dominus inclinaret et ille expavesceret maiestatem sine modo ait: Sic enim decet nos implere omnem iustitiam consummationem profecto iustitiae
in humilitatis perfectione constituens. Iustus ergo humilis iustus convallis est. Et si humiles inventi fuerimus germinabimus sicut lilium et nos
et florebimus in aeternum ante dominum. An non vere vel tunc maxime se lilium convallium comprobabit cum reformabit corpus humilitatis
nostrae configuratum corpori claritatis suae. Non ait corpus nostrum sed corpus humilitatis nostrae ut huius lilii niveo et perpetuo candore
solos fore humiles illustrandos. Et haec dicta sunt pro eo quod sponsus se florem campi et lilium esse convallium protestatus est.
Iam etiam quid de sponsa quae tamquam lilium protestetur bonum esset audire sed hora non patitur. Ex regula namque nostra nichil operi
dei praeponere licet. Quo quidem nomine laudum solemnia quae deo in oratorio quotidie persolvuntur pater benedictus ideo se voluit
appellare ut ex hoc clarius aperiret quantum nos operi illi vellet esse intentos. Unde vos moneo dilectissimi pure semper Nota de cantandis horis
ac strenue divinis interesse laudibus. Strenue quidem ut sicut reverenter ita alacriter deo assistatis non pigri non somnolenti
non oscitantes non parcentes vocibus non praecidentes verba dimidia non integra transilientes non fractis et remissis
vocibus muliebre quiddam balba de naribus sonantes sed virili ut dignum est et sonitu et affectu voces sancti spiritus depromentes.
Pure vero ut nil aliud dum psallitis quam quod psallitis cogitetis. Nec solas dico vitandas cogitationes vanas et ociosas
vitandae sunt et illae illa dumtaxat hora et illo loco quas officiales fratres pro communi necessitate crebro nimis frequenter admittere
compelluntur. Sed ne illas quidem profecto recipere tunc consulerim quas forte paulo ante in claustro sedentes in codicibus legeratis
qualia et nunc me viva voce disserente ex hoc auditorio spiritus sancti recentia reportatis. Salubria sunt sed minime illa
salubriter inter psallendum revolvuntur. Spiritus enim sanctus illa hora gratum non recipit quicquid aliud quam debes neglecto eo
quod debes obtuleris. Cuius semper facere voluntatem ad eius voluntatem vos inspirante possimus gratia et misericordia sponsi
ecclesiae Ihesu Christi domini nostri qui est deus benedictus in secula amen. Sermo xlviii

xlix

Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Non bonae filiae quae pungunt. Attende pessimum germine eius
cum maledictum est terrae nostrae. Cum inquit colueris eam spinas et tribulos germinabit tibi. Donec ergo in carne est anima
inter spinas profecto versatur et necesse est patiatur inquietudines temptationum tribulationum quoque aculeos. Et si lilium est
ipsa iuxta sponsi verbum videat quam vigilem sollicitamque esse oporteat super custodiam sui septa undique spinis hinc
inde aculeos intendentibus. Nec enim vel levissimas spinae sustinet ullatenus punctiones floris teneritudo sed mox

ut modice p[er]imi[n]t p[er]forat. Beatus q[ui] m[u]lto ti[m]o[r]e q[uo]d h[ab]et uos [pro]ph[et]a fi[n]e [duo] i[n] timore et ite ap[osto]l[u]s cu[m] timore [et] tre
more u[est]ra[m] ip[s]o[rum] op[er]am salute[m]. Tenebat in [cor]de [christ]o [com]pu[n]cto h[uius]q[ue] sue ui[c]tate utpote amica sponsi qui nunc p[er]sue
ambigebant et ad suas aias p[er]tine[n]t q[uo]d dicat[ur]. Sicut liliu[m] i[n]t[er] sp[i]nas sic amica mea int[er] filias. Denique unus eor[um] dixit
sic ait in erupna mea du[m] configit[ur] sp[i]na. Bene confixus qui co[n]sci[enti]a co[m]u[n]cte est du[m] pungeret se co[m]pungeret. Multi cu[m]
a senciunt pena[m] corrigunt culpa[m] et i[ste] dicere p[ot]est. Co[n]uersus su[m] in erupna mea du[m] configit[ur] sp[i]na. Sp[i]na culpa est, sp[i]na
pena est, sp[i]na f[ac]ta s[un]t sp[i]na uicina q[ue] est malis. Sic liliu[m] int[er] sp[i]nas sic a[n]i[m]a mea int[er] filias. O candens liliu[m] o tener
et delicate flos incredibili et sub[iec]tos s[un]t tecu[m]. Vide quo caute ambulas int[er] sp[i]nas. Plenus est mu[n]dus sp[i]nis in t[er]ra
sunt in aere sunt in carne sunt. Versari in h[ui]s et nunc ledi diui[n]e potencie est no[n] u[ir]tutis tue. Confidite inq[ui]t ego uici
mu[n]du[m]. Et si g[ra]d[u] undiq[ue] tibi intendi [con]spicias t[ri]bul[os] tanqua[m] t[ri]bulor[um] aculeos ne turbet[ur] cor tuu[m] neq[ue] formidet
sciens q[uia] t[ri]bulac[i]o op[er]at[ur] pac[ienti]a[m], pac[ienti]a p[ro]bacio[n]em, p[ro]bacio spem, spes aut[em] no[n] [con]fundit. Considera lilia agri quo[modo] int[er] sp[i]nas
uigent et uiuu[n]t. Si fenu[m] quod hodie est et cras in clibanu[m] mittit[ur] deus sic custodit, q[ua]nto magis amica[m] et sp[onsa]m
sua[m] carissima[m]. Denique custodit d[omi]n[u]s o[m]s diligentes se. Sicut liliu[m] int[er] sp[i]nas sic amica mea int[er] filias. Non
mediocris titulus p[er]fecto u[ir]tutis int[er] prauos uiue[re] bonu[m] et int[er] malignantes innocencie retinere candorem et magis lenitez
magis at si h[i]is qui oderunt pacem pacificu[m] et amicu[m] ip[s]is te exhibeas inimicis. Id plane tibi similitudine[m] dat[ur] de
lilio inter quoda[m] p[ro]petatis sp[ec]ialit[er] uendicantibus q[uia] ip[s]as utiq[ue] pugentes se sp[i]nas candore p[ro]p[ri]o illustrare et uenustare
no[n] cessat. An no[n] liliu[m] p[ro]inde tibi uidet[ur] implere quoda[m]modo euangelicu[m] p[re]ceptu[m] qua orare iubem[ur] p[ro] calumpniantibus et p[er]seque
tib[us] nos, benefacere h[i]is qui nos oderunt. Ergo et tu fac similit[er] et erit a[n]i[m]a tua amica dei et laudabit te de te d[omi]n[u]s
q[uia] sicut liliu[m] int[er] sp[i]nas sic amica mea int[er] filias. Sequit[ur]. Sicut malus int[er] ligna siluar[um] sic dilectus meus int[er]
textus filios. Reddit sponsa p[re]co[n]ij uicem co[m]mendanti se sponso a quo laudari est laudabilem fi[eri] et que laudare
intellige et admirari laudabilem. Et sicut ex eminenti flore signata a sponso laus eius est, ita et egregione et ex-
cellenti ligno ip[s]a illius singularem gl[ori]am eminencia[m] q[ue] demo[n]strat. Ponet tu[m] me de ligno h[oc] q[uo]d no[n] tante esse
b excellencie uideat[ur] q[ua]nte alia ceter[a] et ideo m[ihi] digne assumi in opus similitudinis utpote q[uo]d no[n] sufficiat laudis
uicem implere. Sicut malus int[er] ligna siluar[um] sic dilectus meus int[er] filios. Denique uoc sponsa magni estimasse
uidet[ur] que h[ui]c in lignis siluar[um] tu[m] eff[ici] curauit int[er] sterilib[us] uoc fructus h[umano] uictui aptos fere[n]tib[us]. Cur ergo
omissis melioribus et nobilioribus lignis h[uius]q[ue] mediocritas arboris adducta i[n] mediu[m] est ad formam sponsi p[re]co[n]ii
Ita ne ad mensuram laude[m] recipe[re] debuit qui ad mensura[m] sp[iritu]m no[n] accepit. Hoc nempe dicta de illa arbore si[mi]-
tudo facit ut uideat[ur] h[ab]ere superiorem qui parem no[n] h[ab]et. Eciam dicens ad h[oc]. Fateor p[ar]ua laus q[ue] paruu[m] laus. No[n]
eni[m] hoc loco p[re]dicat[ur] Magnus d[omi]n[u]s et laudabilis nimis sed paruus d[omi]n[u]s et amabilis nimis paruulus utiq[ue] qui
natus est nobis. Ergo no[n] maiestas attollit[ur] h[ic] sed co[m]mendat[ur] humilitas, digne q[uia] ac rona[bi]l[ite]r q[uo]d infirmu[m] ac stul-
tu[m] est dei hominu[m] fortitudini et sapie[ntie] antefert[ur]. Ip[s]i sunt naq[ue] ligna siluestra et infructuosa q[uo]r[um] s[er]mo p[ro]ph[et]am
om[n]es declinauerunt sim[ul] inutiles facti sunt, no[n] est qui faciat bonu[m] no[n] est usq[ue] ad unu[m]. Sicut malus int[er] lig[na] siluar[um]
sic dilectus meus int[er] filios. Una int[er] ligna siluar[um] d[omi]n[u]s ille arbor faciens fructu[m] s[ecundu]m h[ominem] sane et si p[re]latus
hominib[us] sed ab angelis minoratus. Miro etenim modo et angelis sese s[e]c[un]d[u]m carnem subiecit et angelos sibi manens deus
subiectos retinuit. Denique uidebitis inq[ui]t angelos ascendentes et descendentes sup[er] filiu[m] hominis q[uo]d in uno eodemq[ue] h[ab]ere
[christ]o ih[es]u et infirmitate[m] faueat et stupeat maiestate[m]. Prima ergo sponsa eius dulcius q[uam] se i[n]minuit sapit libencius
attollit graciam p[re]fert maiestati, stupet dignacionem libencius p[ro]inde hoc int[er] homines amirari no[n] int[er] angelos deu[m] tanq[uam] malus
int[er] ligna excedit siluar[um] et no[n] plane int[er] ortor[um] plantaria. Nec putat minui laudes ubi de [con]dicione infirmitatis
pietatis bonitas exaltat[ur]. Immo eni[m] inopia aliquid a laudibus tempat, eo ita m[agis] aliquid magis laudat, int[er] p[ro]p[ri]e
gl[ori]am dignitatis ut gr[ati]a dignacionis emineat. Sicut ergo ap[osto]l[u]s q[uo]d stultu[m] et infirmu[m] dei est, sapiencius fortius q[uia] dicat
hominib[us] sed no[n] angelis, et sicut p[ro]ph[et]a speciosu[m] p[re]dicat forma p[re] filiis hominu[m] et no[n] p[re] angelis, sic istac in eodem sp[iritu]
loquens sub tipo fructifere arboris siluestribus q[ue] lignor[um] hoc loco effe[r]re uoluit hoc deu[m] sup[er] omnem gr[ati]am hominu[m] no[n]
aut[em] sup[er] excellencia[m] angelor[um]. Sicut malus int[er] ligna siluar[um] sic dilectus meus int[er] filios. Et bene int[er] filios q[uia] cu[m] esset
unicus p[at]ris sui, multos illi et absq[ue] i[n]uidia filios acquirere studuit quos no[n] [con]fundit uocare fr[at]res ut sit ip[s]e primo
genitus in multis fr[atri]b[us] iure at p[ro]minet unius adoptatis p[er] gr[ati]am is qui p[er] na[tur]am filius est. Sic malus int[er] lig[na] silu[arum] sic dil[ectus]
me[us] int[er] filios. Merito sicut malus qui instar fructifere arboris et umbram refrigerij h[ab]et et fert fructu[m] optimu[m]. An no[n]
u[er]e fructiferu[m] lignu[m] cui[us] flores fructus honoris et honestatis. Denique lignu[m] uite est apprehendentib[us] eu[m]. No[n] [com]parabunt[ur]
h[ui]c o[mn]ia ligna siluar[um] q[uia] et si sunt arbores pulchre et magne que opum fere uideant[ur] ornando instruendo docendo
exemplis inuitando, solus tu[m] dei sapientia [christu]s lignu[m] uite est, solus panis uiuus qui descendit de celo et dat uita[m] mu[n]do
textus ideo ait. Sub umbra illius que[m] desiderabam sedi et fructus eius dulcis gutturi meo. Merito eius desiderauit umbra[m]
de quo et refrigeriu[m] esset et refectione[m] p[ro]pit acceptura. Nam cetera quidem siluar[um] ligna et si umbra[m] solacij h[ab]ent sed no[n] uite
refectione[m] no[n] fructus p[er]petuos salutis, unus est enim uite auctor unus mediator dei et hominu[m] homo [christu]s ih[esu]s qui d[ici]t sponse sue
Salus tua ego sum. Non moyses inq[ui]t dedit uobis panem de celo sed pater meus dat uobis panem de celo ueru[m] p[ro]pterea ergo [christ]i
potissimu[m] desiderauit umbra[m] q[uia] solus sit qui no[n] solu[m] ab estu refrigerat uiciorum sed et replet delectacione u[ir]tutum.
c Sub umbra illius que[m] desiderabam sedi. Umbra eius caro eius, umbra eius fides. Marie obumbrauit p[ro]p[ri]j
filij caro, in dei fides. Quamq[ua]m et in quo no[n] obumbrauit caro quam in misterio manduco ergo. Et sancta mulier ergo
fidei et ip[s]a excepta est umbra cui dictu[m] est. Et beata que credidisti. Sub umbra illius que[m] desiderabam sedi. Et p[ro]ph[et]a
Spiritus inq[ui]t ante faciem n[ost]ram [christu]s d[omi]n[u]s in umbra eius uiuimus int[er] gentes. In umbra in gentibus in luce cu[m] angelis.
In umbra sumus q[ua]m diu p[er] fidem ambulamus et no[n] p[er] speciem et ideo iustus in umbra qui ex fide uiuit. Sed qui uiuit
ex intellectu beatus est quia iam no[n] in umbra sed in lumine. Iustus ergo erat dauid et ex fide uiuebat cu[m] dicebat deo

ea in intellectum et vitam faciens successum: fidei intellectum, intellectui revelationem, lucem vitae et vitam luci. Prius est venire ad umbram, et ita ad id cuius est umbra pertransire. Qui nisi credideritis, ait, non intelligetis. Vides fidem et vitam esse et vitae umbram. Nam e regione vita in deliciis agentis, qui non est ex fide, et mors est et umbra mortis. Nunc enim inquit vidua in deliciis est vivens mortua est. Denique sapientia carnis mors est. Sed et mortis est umbra illius scilicet quae cruciat in aeternum. Fuimus et nos aliquando in tenebris et umbra mortis carnaliter conversantes et non ex fide viventes: mortui utique iam quidem iustitiae, a morte vero secunda paululum absorbendi. Quantum etenim umbra ipsa est corpori cuius est umbra, pro certo tantum vita illa inferno appropinquat. Denique nisi quia Dominus adiuvit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Nunc autem de umbra mortis ad vitae transivimus umbram, magis autem translati sumus de morte ad vitam in Christi umbra viventes, si tamen viventes et non mortui. Neque enim vivere continuo ut quis in umbra eius fuerit, quo vivat in ea. Quia plane non omnis qui fidem habet ex fide vivit. Nam fides sine operibus mortua est. Nec potest dare vitam quam minime ipsa habuit. Ideo propheta cum dixisset: Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus, non contentus fuit sequi et dicere: In umbra eius sumus, sed In umbra inquit eius vivimus inter gentes. Et tu ergo vide ut vivas, quod prophetice eius in umbra, ut quandoque regnes et in lumine eius. Nec enim tantum umbra habet. Habet et lucem, ipse per carnem umbra est fidei, ipse intelligentiae lucem per spiritum. Est caro, est enim et spiritus. Caro in carne manentibus, spiritus ante faciem magis in futuro, si tamen quae retro sunt obliviscentes ad ea quae ante nos sunt nosmetipsos extenderimus. Quo pervenientes experiamur de verbo quod dixit: Caro non prodest quicquam, spiritus est qui vivificat. Nec ignoro quia in carne manens adhuc quis dixit: Et si cognovimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non novimus. Sic habet ille. Nos vero qui nondum in paradisum, nondum in tertium rapi caelum meruimus, Christi interim in carne pascamur, mysteria veneremur, exempla sectemur, et vivimus profecto in umbra. In umbra eius quam desideraveram sedi. Fortassis feliciter aliquid ista expressit simpliciter in eo quod se in umbra dicit non ut propheta vivere sed sedisse. Sedere enim quiescere est. Plus est autem quiescere in umbra quam vivere, sicut vivere plus est quam tantummodo esse in ea. Igitur quod est commune multorum propheta assumens dicit: In umbra inquit vivimus, sponsa vero suam praerogativam etiam quod sub ea singulariter sedit gloriatur. Non enim ut ille pluraliter vivimus, ita et haec sedimus dixit, sed singulariter sedi ut agnoscas praerogativam. Ubi itaque nos cum labore vivimus qui conscientia peccatorum sub timore fuimus, ibi haec devota et amans suaviter requiescit. Denique timor poenam habet, amor suavitatem. Unde ait: Et fructus eius dulcis gutturi meo, gustu contemplationis se fruens quae obtinuerat per amorem suavitatis sublevata. At istud in umbra, quia per speculum et in aenigmate. Erit cum declinaverint umbrae crescente lumine, immo penitus disparuerint et subintrabit sicut perspicua ita et perpetua visio, erit quod non modo suavitas gutturi sed et satietas ventri sine fastidio. Tamen sub umbra eius quam desideraveram sedi, et fructus eius dulcis gutturi meo. Nos quoque ubi sponsa pausat pausemus pariter, de superno gustu praemium familias glorificantes qui nos ad tales epulas invitavit sponsum ecclesiae Iesum Christum Dominum nostrum, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.

Sermo 49

Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem. Verumtamen prioris capituli videtur sonare lectio, sponsam pro votis dulci admodum familiarique colloquio cum dilecto refectam, illo abeunte sponsa regreditur ad adolescentulas. Apparuit itaque ipsius affatu ac refecta atque accensa, quasi ebria plus apparuit. Et quia illis stupentibus novitate et quaerentibus causam reddit, non mirum inde esse si vino aestuaret quae in cellam vinariam introisset. Et secundum litteram ita. Secundum spiritum, quod non negat ebriam, sed amore non vino, nisi quia amor vinum est. Introduxit me rex in cellam vinariam. Cum ipse sit sponsus et sponsa dirigit ad ipsum sermonem, ubi sponsum dixit aut dilectum aut quem diligit anima mea, nunc loquens vero de ipso adolescentulis regem nominat. Verumtamen ideo propterea, credo, quia et sponsae amanti atque dilectae convenit viri familiaritas, quod ad se est amoris nominibus, et adolescentulis tamquam disciplina indigentibus opus sit verendo potius verbo maiestatis. Introduxit me rex in cellam vinariam. Quaenam ista sit cella vinaria pro loco dicere quod dixisse me recolo. Tamen si ad ecclesiam referatur sermo, cum repleta Spiritu sancto discipuli musto ebrii a populo putarentur, tunc tamquam amicus sponsi pro sponsa stans Petrus in medio eorum: Non inquit sicut vos aestimatis hi ebrii sunt. Attende interim quod non omnino ebrios sed ebrios sicut ab illis aestimati sunt denegavit. Erant enim ebrii, sed Spiritu sancto non musto. Et quasi testificaretur ad plebem vere se in cellam vinariam fuisse introductos, rursum Petrus pro omnibus: Sed hoc est ait quod dictum est per prophetam Iohel: Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae, iuvenes vestri visiones videbunt et senes vestri somnia somniabunt. Annon tibi videtur cella vinaria fuisse illa domus in qua erant discipuli pariter congregati, cum factus est repente de caelo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis et replevit totam domum ubi erant sedentes, adimpleta prophetia Iohel. Et nonne unusquisque illorum exiens inebriatus ab ubertate domus illius et torrente voluptatis tantae potatus dicere merito quibat: Introduxit me rex in cellam vinariam. Sed et tu quoque si collecto tuo spiritu in mente sobria et vacua curis orationis domum solus intres et stans coram Deo ad unum aliquod de altaribus caeli ianuam tangas, secreti desiderii manum et praesentatus choris sanctorum tua penetrante devotione, siquidem oratio iusti penetrat caelos, in ipsorum praesentia [illegible] deplores miserias et calamitates quas pateris, crebris suspiriis et gemitibus inenarrabilibus, [illegible] flagites pietatem; si inquam hoc egeris, confido in eo qui dixit: Petite et accipietis, quia si perseveraveris pulsans non exibis vacuus. Immo cum ad nos redieris plenus gratia et caritate, nec poteris spiritu fervens dissimulare munus acceptum quod sine invidia communicabis cunctis in gratia quae data est tibi, non modo gratus sed fortassis etiam admirandus; poteris et ipse veraciter protestari quia Introduxit me rex in cellam vinariam. Tamen cave esto non in te sed in Domino glorians. Nec omnem domum quamvis spiritualem pro ea dixerim de cella vinaria, cum sint et aliae species sponsi cellae ut apothecae diversa in se recondita habentes dona atque charismata secundum divitias gloriae eius, de quibus cellis memini me alibi latius disputasse. Nonne haec inquit condita sunt apud me et signata in thesauris meis. Ergo pro diversitate cellarum diversas gratiarum sunt et unicuique manifestatio spiritus ad utilitatem. Et quamquam alii quidem detur sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae, alii vero prophetia, alii gratia curationum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum, aliaque aliis his similia, non tamen quisquam horum pro huiusmodi dicere poterit quod sit introductus in cellam vinariam. Ex aliis quippe cellis sive thesauris ista sumuntur. Sed siquis orando obtineat mente excedere in id divinum arcanum unde mox redeat divino amore vehementissime flagrans et aestuans iustitiae zelo

necnon et in cunctis spiritualibus studiis atque officiis primum fervens ita ut possit dicere: Concaluit cor meum intra me et in meditatione
mea exardescit ignis. Id plane cum ex caritatis abundantia bona et salutaria vini letitiae vinum crapula coepit in cellam
non immerito perhibetur vinariam introisse. Cum enim duo sint beatae contemplationis excessus, in intellectu unus et alter in affectu, unus
in lumine alter in fervore, unus in agnitione alter in devotione, pius sane affectus et pectus amore calens et sanctae devotionis infusio
etiam et vehementis spiritus repletus zelo non plane aliunde quam e cella vinaria reportatur. Et cuicumque cum horum copia surgere ab
oratione donatur, potest in veritate loqui: Quia introduxit me rex in cellam vinariam. Sequitur: Ordinavit in me caritatem. Zelus namque
b Importabilis sine scientia est. Zelus absque scientia est. Ubi ergo vehemens aemulatio, ibi maxime discretio necessaria, quae est ordinatio caritatis.
Semper quidem zelus sine scientia efficax minus, minusque utilis invenitur, plerumque autem et perniciosus valde sentitur. Quo ergo zelus fervidior
ac vehementior spiritus profusior quam caritas eo vigilantiori opus scientia est, quae zelum supprimat, zelum temperet, ordinet caritatem.
Proinde sane ne tamquam nimia et importabilis pro impetu spiritus quem e cella vinaria videtur reportasse praesertim ab adolescentulis
sponsa timeatur, ingerit quod discretionis est: etiam se perhibet accepisse, id est ordinem caritatis. Discretio quippe omni virtuti
Discretio ordinem ponit, ordo modum tribuit et decorem, etiam et perpetuitatem. Denique ait: Ordinatione tua perseverat dies, diem
virtutem appellans. Est ergo discretio non tam virtus quaedam quam moderatrix et auriga virtutum, ordinatrixque affectuum et morum
doctrix. Tolle hanc et virtus vitium erit, ipsaque affectio naturalis in perturbationem magis convertetur exterminiumque naturae. Ordinavit
in me caritatem. Factum est hoc ut in ecclesia quosdam quidem dederit apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios
pastores et doctores ad consummationem sanctorum. Oportet autem ut hos universos una caritas liget et contemperet in unitatem corporis Christi,
quod minime omnino facere poterit si ipsa non fuerit ordinata. Nam si suo quisque feratur impetu secundum spiritum quem accepit et
ad quaeque volet indifferenter prout afficitur et non ratione iudicio convolaverit, dum nemo assignato officio contentus erit
sed omnes omnia indiscreta administratione pariter acceptabunt, non plane unitas erit sed magis confusio. Ordinavit in me caritatem.
Utinam et in me Dominus Iesus tantillum ordinet caritatis quod dedit, ut sic mihi curae sint universa quae sua sunt ut tamen
quod mei potissimum propositi seu officii esse constiterit ante omnia curem. Sed sane id prius ut tamen ad multa quae in specialiter non
attinent afficiar amplius. Non enim semper quod prius curandum id etiam diligendum amplius erit, cum saepe quod plus est
ad sollicitudinem minus sit ad utilitatem ac pro hoc minus esse oporteat et in affectu. Frequenter proinde quod prius iniuncto propositi
de mandato perhibetur et quod veritas indicat praeponendum non tamen amplectendum ordo postulat caritatis. Novi enim
gratia ex iniuncto incumbit mihi cura omnium vestrum. Nam quamque hinc forte plures opere quo minus ipse intuitu indigeam, digne
et utiliter pro viribus exsequendo et si ex caritate fortassis id facere videar, ordinatius tamen vero non consentit. Ceterum si ante omnia
quidem ut debeo huic intendo curae non autem magis ad maiora gaudeo Dei lucra quae per alium sunt forte completa,
c puto me ordinem caritatis ex parte tenere, ex parte nequaquam. Si vero me et ad id amplius quod specialius incumbit sollicitum
et in illud quod magis est magis affectum cognoveris, utrobique profecto invenior caritatis ordinem assecutus, et non est
cur dicere non possim etiam ipse: Quia ordinavit in me caritatem. Si autem dicis: Difficile quidem plus alieno gaudere magno
quam proprio, vel adulatus de illo vel ex hoc excellentia gratiae apud sponsam et quam non tuis, at dicere sit quam ordinavit in me
caritatem. Tuae facies deciderunt quorumdam virum modo adhuc fuimus. Non alta sapiam testante conscientia dicorum constare
quam dilectorum. Utinam et incredentes nosmetipsos nobis sentiamus aliquem virum pro nostrae imperfectionis conspectu quam vestra ubi sit
alicuius non invideo virtuti, necdum gaudeo ad illam, necdum etiam tanto plus quam ad propriam quaeque gratulari quanto se praeponit in
virtute perspicio. Adhuc modicum lumen in vobis est. Fateor, quantum de nobis ita sentio. Ambulate dum lucem habetis ne te-
nebrae vos comprehendant. Ambulare proficere est. Ambulabat Apostolus qui dicebat: Non arbitror me comprehendisse,
et addidit: Unum autem, quae retro sunt obliviscens, ad ea quae ante sunt me extendo. Quid est unum autem? Unum ait mihi
quod remansit mihi ad remedium, ad spem, ad consolationem. Quid illud? Quae retro sunt videlicet obliviscens, ad ea quae ante sunt me
extendens. Magna fiducia quam magnum vas electionis profectum ab vincens profectum fatetur. Ergo non ambulantes sed sedentes
a tenebris mortis comprehendi periculum est. Et quis sedens nisi qui non curat proficere? Id cavete et si morte praeoccupatus
fueris in refrigerio eris. Dicis Deo: Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo nihilominus omnes scribentur. Qui omnes?
a Profecto qui in desiderio proficiendi inveniuntur. Sed et dies formabuntur et nemo in eis, subaudis, peribit. Dies proficien-
tes intellige qui si morte praeoccupati fuerint in eo quod eis deest proficiendi sunt formabuntur et neque in eis informis
relinquetur. Et quomodo ais ego proficere possum qui fratri proficienti invideo? Si doles quod invides, sentis sed non consentis.
Passio est quandoque sananda non actio condemnanda. Tantum non illuc resideas iniquitatem meditans in cubili tuo, et aliter
vero foveas morbum, satisfacias pesti, persequaris innocentem, bona ab illo gesta calumniando, deprimendo, perdendo
atque impediendo, genuina aliter non novit ambulare et extendere se ad meliora, quod ita non ipse operatur sed
quod habitat in eo peccatum. Non est ergo damnatio illi qui non dat membra sua iniquitati, non linguam suam ad detrahendum
non quaecumque reliqui corporis ad laedendum nocendumve alicui, magis autem confunditur seipse esse male affectum et solitum
ex longo vitium confitendo flendo orando conatur expellere et cum non praevalet mitior inde ad omnes atque apud se
humilior invenitur. Quis sanum sapiens hunc damnet qui a Domino didicit mitis esse et humilis corde? Absit ut incurrat
A ex parte salutis imitator Salvatoris sponsi ecclesiae Domini nostri qui est benedictus in saecula. Amen. Sermo l
Vos forsitan exspectatis terram sequentia expletum putatis versiculum qui nonnisse tractabatur. Verum ego aliud molior.
Habeo enim quod vobis adhuc apponam de fragmentis hesterni convivii quae mihi collegeram ne perirent. Peribunt
autem si nulli apposuero. Nam si voluero ea hic solus ipse perdo. Nolo proinde vestram illis quam bene novi ingluviem
fraudare, cum sint de ferculo caritatis eo dulcia quo subtilia, eo sapida quo minuta. Alioquin contra caritatem est ut vos de
minimis de ipsa caritate fraudare. Itaque hic sic: Ordinavit in me caritatem. Est caritas in actu est in affectu et
de illa quidem quae operis est puto esse datam legem hominibus mandatumque formatum. Nam illa in affectu quis
ita habeat ut mandatur? Ergo illa mandatur ad meritum, ista in praemium datur. Cuius initium quidem profectum quam vita est

putem compleri. Dicat posse qui volet, nos negamus hanc plane consummationem defendimus future felicitati. Quid ergo inhibenda fuit que implenda nullo modo erat? Aut si placet tibi magis de affectuali datum fuisse mandatum, non inde contendo, dummodo acquiescas et tu michi quod minime in vita ista ab aliquo possit vel potuit adimpleri. Quis enim sibi arrogare id audeat quod se Paulus ipse fatetur non comprehendisse? Nec latuit preceptorem precepti pondus hominum excedere vires, sed iudicavit utile ex hoc ipso sue eos insufficientie admoneri, et ut scirent sane ad quem iusticie finem niti pro viribus oporteret. Ergo mandando impossibilia non prevaricatores fecit homines sed humiles, ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Accipientes itaque mandatum et sentientes defectum clamabimus in celum, et miserebitur nostri deus, et sciemus in illa die quia non ex operibus iusticie que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Atque hoc dixerim si consenserimus affectualem legem fuisse mandatam. Sed actualem potius inde convenire vel maxime apparere videtur, quod cum dixisset dominus: Diligite inimicos vestros, mox de operibus infert: Benefacite his qui oderunt vos. Item scriptura: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi. Et hic de actu habes, non de affectu. Sed audi et dominum etiam de sui dilectione mandantem: Si diligitis me, sermones meos servate. Atque hic quoque ad opera mittimur per iniunctam observantiam mandatorum. Supervacue autem de opere monuisset, si in affectione iam fuisset dilectio. Sic te ergo necesse est et illud accipere quod iuberis diligere proximum tuum sicut teipsum, et si non ita aperte expressum sit. An non denique satis tibi esse videtur ad implendum istud de proximi dilectione mandatum, si id perfecte observes in quo omnium hominum recte de lege nature prescribitur: Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris; et item illud: Omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines, eadem et vos facite illis? Neque hoc dico ut sine affectione simus, et corde arido solas moveamus manus ad opera. Legi inter alia que scribit apostolus magna et gravia hominum mala, et hoc computatum, sine affectione scilicet esse. Sed est affectio quam caro gignit, et est quam ratio regit, et est quam condit sapientia. Prima est quam apostolus legi dei non dicit esse subiectam nec esse posse; secunda quam perhibet e contrario consentientem legi dei quoniam bona est; nec dubium distare a se contenciosam et consentaneam. Longe vero tercia ab utraque distat, que et gustat et sapit quoniam suavis est dominus, primam eliminans, secundam remunerans. Nam prima quidem dulcis sed turpis, secunda sicca sed fortis, ultima pinguis et suavis. Igitur per secundam opera que fiunt, et in ipsa caritas sedet, non illa affectualis que sale sapientie condita pinguescens magnam menti importat multitudinem dulcedinis domini, sed quedam potius actualis, que etsi nondum dulci illo amore suaviter reficit, amore tamen amoris ipsius vehementer accendit. Nolite, ait, diligere verbo neque lingua, sed opere et veritate. Vides quam caute medius incedit inter viciosum atque affectuosum amorem, ab utroque pariter hanc distinguens actualem et salutiferam caritatem. Nec lingue mentientis in hac dilectione recipit fictum, nec rursus affluentis exigit sapientie gustum. Opere magis diligamus et veritate, quia veri moveamur ad bene operandum magis quodam vivide veritatis impulsu quam sapide illius caritatis affectu. Ordinavit in me caritatem. Quamnam putas harum? Utramque, sed ordine opposito. Nam actualis inferiora prefert, affectualis superiora. Etenim in bene affecta mente non dubium quin dilectioni hominis dei dilectio preponatur, et in hominibus ipsis perfectiores infirmioribus fratribus, celum terre, eternitas tempori, anima carni. Sed tamen in bene ordinata actione sepe aut etiam semper ordo oppositus invenitur. Nam et circa proximi curam et plus urgemur et pluries occupamur, et infirmioribus fratribus diligentiori sedulitate assistimus, et paci terre magis quam celi glorie humanitatis iure et ipsa necessitudine intendimus, et temporalium inquietudine curarum vix aliquid sentire de eternis permittimur, et languoribus nostri corporis pro posse ad curam pene continue insumimur, et ipsis denique infirmioribus membris nostris habundanciorem honorem iuxta sententiam apostoli circumdamus, per hoc quodammodo facientes verbum domini de quo habes: Erunt novissimi primi et primi novissimi. Orantem denique hominem deo loqui quis dubitet? Quociens tamen inde caritate iubente abducimur et avellimur propter eos qui nostra indigent opera vel loquela! Quociens pie cedit negociorum tumultibus pia quies! Quociens bona conscientia ponitur codex ut operi manuum insudetur! Quociens pro administrandis terrenis iustissime ipsis supersedemus celebrandis missarum solempniis! Ordo preposterus, sed necessitas non habet legem. Agit ergo suum actualis caritas ordinem iuxta patrisfamilias imperium, incipiens a novissimis; pia certe et iusta, que non sit personarum acceptrix, nec precia considerat rerum, sed hominum necessitates. At non ita affectualis, nam a primis ipsa ducit ordinem. Est enim sapientia per quam utique queque res sapiunt prout sunt, ut verbi gratia que plus nature habent, plus et affectionis ipsa sentiant, minora minus, minima nichil. Et illud quidem ordinem caritatis veritas facit, hunc autem veritatis caritas vendicat sibi. Nam et vera in hoc est caritas, ut qui indigent amplius accipiant prius; et rursum in eo vera apparet veritas, si ordinem teneat affectu quem illa volet. Tu ergo si diligas dominum deum tuum toto corde, tota anima, tota virtute, et amore amoris illud quo contenta est caritas actualis, affectu ferventior transiliens, ipso tercius divino amore ad quem is est gradus, accepto in plenitudine spiritu, totus ignescas, sapit tibi profecto deus, et si non digne omnino prout est, quod utique impossibile omni creature, certe prout tibi sapere est. Deinde sapies etiam ipse tu tibi prout es, cum te senseris nichil habere prorsus unde te diligas, nisi inquantum dei es, quippe qui totum unde amas in illum effuderis. Sapies inquam tibi prout es, cum ipso experimento amoris tui et affectionis quam ad teipsum habes nichil dignum te esse invenies quod vel a teipso ameris, nisi propter ipsum, sine quo ipse es nichil. Iam vero proximum quem te oportet diligere tamquam teipsum, ut tibi et ipse sapiat prout est, haut aliud profecto sapiet quam tu tibi, quia idem quod tu est, homo est. Cum itaque te non diligis nisi quia diligis deum, consequenter omnes qui similiter diligunt eum diligis tamquam teipsum. Porro inimicum hominem, qui nichil est pro eo quod non diligit deum, non potes quidem diligere tamquam teipsum qui deum diligis, diliges tamen ut diligat. Non est autem idipsum diligere ut diligat, et diligere quia diligit. Proinde ut tibi et ipse sapiat prout est, sapiet tibi non quid est, qui utique nichil est, sed quod futurus forsitan est, quod est prope nichil, quippe quod adhuc pendet sub dubio. Et tamen cuius deus constat quod ad amorem dei non sit deinceps rediturus, sapiat tibi necesse est non prope iam nichil, sed nichil omnino, utpote quod in eternum nichil est. Illo ergo excepto, qui non modo iam diligendus, insuper et odio habendus est, secundum illud: Nonne qui oderunt te domine oderam, et super inimicos tuos tabescebam, dedecet ullum vel inimicissimum hominem negari compatientie

affectum caritas sane in hac parte ambiciosa permittit. Quis sapiens et intelliget hec? Da mihi hominem qui ante omnia quidem ex toto corde diligat deum, se vero et proximum in quantum diligunt ipsum, inimicum autem tamquam aliquem forsitan dilecturum. Porro parentes carnis sue germanius propter naturam, spirituales vero eruditores suos profusius propter graciam, atque in hunc modum ad cetera quoque dei ordinato intendat amore, despiciens terram, suspiciens celum, utens hoc mundo tamquam non utens, et inter utenda et fruenda intimo quodam mentis sapore distinguens, ut transitoria transitorie et ad id dumtaxat quod opus est et prout opus est curet, eterna desiderio amplectatur eterno. Talem mihi da hominem, et ego audacter illum sapientem pronuncio, cui nimirum queque res revera sapiunt prout sunt, et in veritate atque securitate ipse poterit gloriari et dicere: quia ordinavit in me caritatem. Sed ubi ille aut quando ista? Quod flens dico. Quousque adoramus et non gustamus, prospicientes patriam et non apprehendentes, suspirantes et de longe salutantes? O veritas exulum patria, exiliorum finis, video te, sed intrare non sinor carne retentus, sed nec dignus admitti peccatis sordens. O sapientia que attingis a fine usque ad finem fortiter in instituendis et continendis rebus, et disponis omnia suaviter in beandis et ordinandis affectibus, dirige actus nostros prout nostra temporalis necessitas poscit, et dispone affectus nostros prout tua veritas eterna requirit, ut possit unusquisque nostrum secure in te gloriari et dicere quia ordinavit in me caritatem. Tu es enim dei virtus et sapientia dei, christus sponsus ecclesie, dominus noster, super

Fulcite me floribus stipate me malis quia amore langueo. Et omnia deus benedictus in secula. Amen. Sermo LI

Crevit amor quia incentiva amoris plus solito presserunt. Vides siquidem quia hac vice non videndi tantum sed et colloquendi copia fuit. Ipsa quod ex ipso apparet vultu indulta sermoni, et sermo iocundior et sermocinacio longior atque protractior. Nec solum oblectata colloquio, sed et gratiata est pomo. Ad hec etiam que desudavit refrigerata est umbra, cibata fructu, potata calice. Nec enim sitibunda putanda est exisse de cella vinaria in qua se introductam modo novisse gloriatur. Immo vero sitibunda, quoniam qui bibit me inquit adhuc sitiet. Post ista omnia sponso more suo recedente illa languere amore se perhibet, id est pre amore. Quo enim graciorem fuerat experta presenciam, eo postmodum absenciam molestiorem sentit. Subtractio nempe rei quam amas augmentatio desiderii est, et quod ardencius desideras carens egrius. Rogat proinde ista interim odoramentis florum ac fructuum foveri, quousque demum redeat quem molestissime sustinet demorantem. Alius is ordo sermonum. Nunc iam spiritalem fructum qui in ipsis est ipso duce veritatis temptemus eruere. Et si quis eciam istorum hic recipitur loquendi, nos in floribus et fructibus designati sumus, sed et quique de ipsis de seculo in toto seculo. In floribus quidem novella et tenera adhuc incipientium conversacio demonstratur. In fructibus vero proficientium fortitudo et maturitas perfectorum. His stipata mater pregnans et fructificans, cui vivere christus est et mori lucrum, perfecto equanimius fert molestiam sue dilacionis, cum in eo scriptum datur ei de fructu manuum suarum tamquam ex primiciis spe, et laudant eam in portis opera eius. Ceterum secundum moralem sensum in una eademque tibi habe utrumque assignari, et flores videlicet et fructus: fidem flores, fructum actum intellige. Nec incongruum ut opinor id tibi videbitur, si advertis quod instar floris necesse procedentis fructum, quod bonum opus fidem oportet preveniri. Alioquin sine fide impossibile est placere deo, paulo attestante. Magis autem eque ipso docente: omne quod non est ex fide peccatum est. Itaque nec sine flore fructus, nec sine fide opus bonum. Sed et fides sine operibus mortua est, sicut et cassus flos apparet ubi non sequitur fructus. Fulcite me floribus, stipate me malis quia amore langueo. Ergo ex bonis operibus in fide non ficta radicatis recipit consolacionem mens assueta quieti, quociens sibi lux ut assolet contemplacionis subtrahitur. Quis enim non dico continue sed vel diu, dum in hoc corpore manet, lumine contemplacionis fruatur? At quociens ut dixi corruit a contemplativa, tociens in activa se recipit, inde nimirum tamquam e vicino familiarius reditura in idipsum, quoniam invicem sunt contubernales hee due et cohabitant pariter. Est quippe soror marie martha. Neque enim et si a contemplacionis lumine cadit, patitur tamen illatas se incidere tenebras peccati seu ignavie ocii, sive in luce bone operacionis se retinens. Et ut scias eciam opera lucem esse: luceat lux vestra inquit coram hominibus, quod non est dubium de operibus fuisse dictum que poterant homines intueri. Fulcite me floribus stipate me malis quia amore langueo. Cum presto est quod amatur viget amor, languet cum abest. Quod non est aliud quam tedium quoddam impacientis desiderii quo necesse est affici mentem vehementer amantis, que amat absentem, dum tota in expectacione quamlibet festinacionem reputat tarditatem. Et ideo ista postulat sibi accumulari bonorum operum fructus cum fidei odoramentis, in quibus faciente moram sponso interim requiescat. Loquor vobis experimentum meum quod expertus sum. Si quando comperi profecisse aliquos vestrum ex meis monitis, tunc non me piguit fateor curam pretulisse sermonis proprio ocio et quieti. Cum enim ubi gratia post sermonem iracundus quispiam reperitur mutatus in mitem, superbus in humilem, pusillanimis in fortem. Porro mitis humilis fortis in sua quisque gratia excrevisse et seipso meliorem factum esse agnoscatur, sed et qui forte tepuerant et languebant circa spiritale studium torpentes et dormitantes ad ignitum eloquium domini referbuisse et evigilasse videntur, et qui deserto fonte sapientie foderant sibi proprie voluntatis cisternas non valentes aquas continere propterea quod ad omne iniunctum gravati corde arido murmurabant, nullum in se habentes devocionis liquorem. Hii inquam cum de rore verbi et pluvia voluntaria quam segregavit deus hereditati sue refloruisse probantur in opera obediencie, facti in omnibus voluntarii et devoti. Non est dico vobis unde subeat mentem quod interpolato studio iocunde contemplacionis tristicia, cum talibus fulcio circumdatum floribus atque fructibus pietatis. Patienter avellor ab infecunde rachelis amplexibus, ut michi [illegible] fructus profectuum vestrorum. Nunc prorsus pigebit intermisisse quietem pro cura sermonis, cum video in vobis germinare semen meum, atque ex eo augeri incrementa frugum iusticie vestre. Caritas enim que non querit que sua sunt, id michi iam dudum facile persuasit, nil scilicet desiderabilium meorum vestris preferre utilitatibus. Orare, legere, scribere, meditari, et siqua sunt alia spiritalis studii lucra, hec arbitratus sum propter vos detrimenta. Fulcite me floribus stipate me malis quia amore langueo. Hec itaque locuta est sponsa adolescentulis in sponsi absencia, monens eas in fide proficere et operibus bonis donec veniat, sciens in eo fore et beneplacitum sponsi et filiarum salutem et suam ipsius consolacionem.

seruacs

Scio me hunc locum in libro de dilectione dei plenius explicuisse et sub alio intellectu. Poterit, si cui placuerit, utrumque videre. Non sane a prudente de diversitate sensuum iudicabor, dummodo veritas utrobique nos patrocinetur, et caritas cui scripturas famulari oportet eo edificet plures quo plures ex eis in opus suum veros eruerit intellectus. Cur enim hoc displiceat in sensibus scripturarum quod in usibus rerum assidue experimur? In quantos verbi causa sola aqua usus nostros corporis transit? Ita divinum quodlibet eloquium non erit absurdum si diversos pariat intellectus, diversis animarum necessitatibus et usibus accommodandos. Sequitur: b

Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Et super hoc quoque in prefato opusculo memini verbis disputatum, sed aliquantulum sermonis ordine. Liquet denuo adesse sponsum, ardor ut pia pariter languentem erigat. Quomodo enim in presentia sua non convalescet quam absentia consumebat? Ergo non sustinet dilecte molestiam, adest, neque enim morari facere potest tantum desideriis evocatus. Et quia illam comperit dum absens fuit fidelem ad opera et sollicitam ad lucra, in eo utique quod floribus sibi et fructibus preparat adornari, etiam cum revertitur hac vice remunerare gratie est visus. Denique uno brachiorum suorum sustentat caput iacentis, alterum ad amplexandum parat ut sinu foveat. Felix anima que in Christi recubat pectore et inter Verbi brachia requiescit. Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Non ait amplexatur, sed amplexabitur me, ut noveris priorem gratiam adeo non ingratam, ut fiat gratiarum actione prevenit. Disce in referendo gratias non esse tardus aut segnis, disce ad singula dona gratias agere. Diligenter, inquit, considera que tibi apponuntur, ut videlicet nulla dei dona debita gratiarum actione frustrentur, non grandia, non mediocria, non pusilla. Denique iubemur colligere fragmenta ne pereant, id est nec minima beneficia oblivisci. Numquid non perit quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica est anime, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus urens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordie, fluenta gratie. Propter hoc denique sponsa mox ut gratiam de leva sensit, gratias egit, non expectans plenitudinem que in dextera est. Neque enim ubi recordata est levam iam esse sub capite suo, etiam secuta est a dextera pariter amplexata, sed amplexabitur me, inquit. — *De ingratitudine hic.* — *Ingratitudo*

Quid putas verbo sponsi levam esse sive dexteram? Num id quod dicit hominis verbum istiusmodi corporeas partes habet in se dimensas et lineamenta distincta ac distinguenda inter sinistram et dexteram? Tanto magis id quod dei et deus est verbum varietatem figurarum atque non admittit, sed est quod est in sua nimirum natura tam simplex ut non habeat partes, tam unum ut non habeat numerum. Est enim dei sapientia de qua scriptum est: Et sapientie eius non est numerus. At si quod incomparabile est id incomprehensibile, ac per hoc etiam ineffabile esse necesse est. Ubi queso invenias verba quibus illam maiestatem vel digne assignes vel proprie eloquaris, ut competentibus diffinias? Tamen utcumque loquamur quod utcumque de ea spiritu sancto revelante sentimus, docentibus autem patribus et consuetudine scripturarum adiuncti de rebus nobis licet similitudines usurpare, sed et verba idonea invenire si nota mutuari, quibus digne et competenter eedem similitudines vestiantur. Alioquin ridicule ignota per ignota docere conaberis. Ergo quia per dexteram et sinistram adversa plerumque atque prospera designari videntur, in hoc loco intelligi posse levam quidem verbi comminationem supplicii, dexteram vero regni promissionem. Est autem cum videtur mens nostra formidine pene humiliter premitur, et tunc nequaquam sub capite sed super caput leva esse dicenda est, nec potest sic affecta anima orando dicere quia leva eius sub capite meo. At vero si profecerit in hoc spiritu libertatis, ut sit in quibusdam spontanei obsequii dignior affectu, quod vero premiis potius provocetur quam arceatur suppliciis, magisque si amore boni impulsa agatur, tunc indubitanter dicere poterit quia leva eius sub capite meo, quippe que illum servilem metum qui in sinistra est meliori atque excellentiori habitudine animi superavit, et dignius desideriis etiam ipsi appropinquavit dextere in qua sunt omnes promissiones, dicente propheta ad deum: Delectationes in dextera tua usque in finem. Unde et cum spe concepta cum fiducia loquitur: Et dextera illius amplexabitur me. — d

Tu iam mecum videris an ita affecte et assecute hunc tante suavitatis locum illud quod convenit de psalmo usurpare, ut dicat etiam ipsa: In pace in idipsum dormiam et requiescam, presertim cum suppetat causa que sequitur: Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. Quod equidem tale est. Donec quis premitur a spiritu servitutis, parum quidem habet de spe, de timore plurimum, non est ei pax neque requies, fluctuante inter spem et timorem, maiore quidem a superpotestate timoris habundantia cruciatur, nam timor penam habet. Et ideo non est illi dicere: In pace in idipsum dormiam et requiescam, quia necdum se singulariter in spe constitutum dicere potest. Ceterum si paulatim proficiente gratia ceperit deficere timor et proficere spes, cum denuo ad hoc ventum fuerit ut perfecta caritas foras ex toto mittat timorem, nonne eiusmodi anima singulariter in spe constituta videbitur, atque proinde etiam in pace in idipsum dormire iam et requiescere? Si dormiatis, inquit, inter medios cleros, penne columbe deargentate. Quod propterea dictum puto, quia iste est locus inter timorem et securitatem, tamquam levam et dexteram, media videlicet spes, in qua mens et conscientia molli inter supposito caritatis strato suaviter requiescit. Et forte in consequentibus huius ipsius cantici hic locus fuit designatus, ubi in descriptione ferculi Salomonis inter cetera habes: Media caritate constravit propter filias Ierusalem. Nam qui se singulariter in spe constitutum sentit, non iam in timore sed requiescit in caritate. Denique requiescit et dormit sponsa, pro qua dicitur: Adiuro vos filie Ierusalem per capreas cervosque camporum ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa velit. Magna et stupenda dignatio, quod quiescentem facit animam contemplantem in sinu suo, insuper et custodit ab infestantibus curis, protegit quoque ab inquietudinibus actionum et molestiis negotiorum, nec patitur eam suscitari nisi ad ipsius utique voluntatem. At istud non in angustiis finiendi iam sermonis adnectendum est, magis autem in alium inchoetur, quo locus delectabilis debita in tractando diligentia non fraudetur, non quod vel tunc sufficientes simus cogitare aliquid a nobis tamquam ex nobis, presertim in tam digna tamque excellente et omnino supereminente materia, sed sufficientia nostra ex deo est, sponso ecclesie Iesu Christo, qui est benedictus in secula. Amen.

Sermo LII. — Lii.

Adiuro vos filie Ierusalem per capreas cervosque camporum, ut non suscitetis neque evigilare faciatis sponsam dilectam quoadusque ipsa velit. Prohibent adolescentule, has enim filias Ierusalem dici credo delicatas molles et quasi femineis adhuc affectibus et actibus inherentes, sponse tamen inherent spe placendi et pro- — A

perscrutandum reliqua prohibent. Ergo ab infestatione sponse dormientis, ne scilicet preter voluntatem ipsius ullatenus eam excitare pre-
sumant. Interea enim dulcissimi sponsi levam suam capiti eius supposuit, secundum ea que superius scripta sunt, et dextera in sinu suo eam quiescere
facit et dormire. Et nunc sicut subinde scriptura prosequitur, ipse custos illius dignantissime et benivolentissime vigilat
super eam, ne adolescentularum crebris minutis quoque necessitatibus inquietata evigilare cogatur. Ista est litteralis consequentia textus.
Sed enim contestatio ista per capreas cervosque camporum vel omnino secundum litteram consequentie rationabilis fore videtur. Adeo totam
sibi eam vendicat intellectus spiritalis. At quoquo illa se habeat, interim bonum est nobis hic esse et intueri paulisper divine
maiestatis bonitatem, suavitatem, dignationem. Quid namque tu hoc in quantumvis umquam affectibus expertus es dulcius quam modo tibi ex-
primitur de corde altissimi? Et exprimitur ab illo qui scrutatur alta Dei, et non potest nescire que in eo sunt, quia spiritus ipsius est,
nec aliud plane loqui quam apud ipsum videt, qui veritatis spiritus est. Denique nunc deest in verbo gratie qui hoc munere felix
letificari meruit, et in semetipso suavissimum archanum hoc habuit exprimendum, nisi tu [illegible] scripture loco qui pre manibus
est eo devenimus, ubi maiestate inducitur celestis sponsus vehementissime zelans pro quiete cuiusdam dilecte sue, solli-
citus satagere ut inter brachia propria dormientem ne qua forte molestia vel inquietudine a sopore suavissimo deturbetur.
Non me capio pre leticia quod illa maiestas tam familiari dulcique consortio nostre se inclinare infirmitati minime
dedignatur, et superna deitas anime exulantis inire connubia, et quod sponsi ardentissimo amore capti exhibere affectum
non despiciat. Sic sic in celo esse non ambigo ut lego in terra, sentiet quod pro certo anima quod continet pagina nisi quod
non sufficit ista eo exprimere. Quid tandem illa tunc potiet, sed nec quid tamen potest? Quid putas illic accipiet que hic
tanta familiaritate donatur ut Dei brachiis amplecti se sentiat, Dei sinu foveri, Dei cura et studio custodiri,
ne dormiens forte a quoquam donec ultro evigilet excitetur? Age itaque iam dicam si possum quidnam sit ille sopor quo
delicata sua sponsus obdormire velit nec paciatur eam nisi ad ipsius arbitrium excitari. Ne forte cum legit quis apud
apostolum: Hora est iam nos de sompno surgere, sive apud prophetam [illegible] ab ipso Deum illuminari oculos suos ne umquam obdor-
miat in morte, nomine [illegible] vocatur, nec veniat animo quod digne de dormitione sponse quam hoc loco meditatur
sentire possit. Ita ne illud quidem simile est huic quod de Lazaro in evangelio ait Dominus: Lazarus amicus noster dormit, sed vado
ut a sompno excitem eum. Hoc enim de morte dicebat corporis eius, cum discipuli de dormitione sompni dictum putarent.
b Non est autem iste sponse sopor dormitio corporis vel placida que sensus carnis suaviter sopit ad tempus, vel horrenda
que funditus vitam tollere consuevit. Multo magis vero et ab illa alienus existit qua obdormit in morte, cum videlicet
in peccato quod est ad mortem irrevocabiliter perseverat. Magis autem istiusmodi vitalis vigil quoque sopor sensum interiorem
illuminat, et morte propulsata vitam tribuit sempiternam. Vere enim dormitio est que tamen sensum non sopiat sed abducat.
Est et mors, quod non indubius dixerim, quoniam apostolus quosdam in carne adhuc viventes commendando sic locutus
est: Mortui estis et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Proinde et ego non absurde sponse extasim vocaverim
mortem, que tamen non vita sed vite eripiat laqueis, ut possit dicere: Anima mea sicut passer erepta est de laqueo venan-
cium. Inter medios namque laqueos in hac vita incedit, qui utique totiens non timentur quotiens sancta aliqua et vehementi
cogitatione anima a semetipsa abripitur, si tamen eo usque mente excedit et avolat ut humanam quam transcendat usu et
consuetudine cogitandi. Etenim frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum. Quid enim formidetur luxuria ubi nec vita
sentitur? Excedente quippe anima etsi non vita, certe vite sensu, necesse est etiam ut nec vite temptatio senciatur. Quis
dabit mihi pennas sicut columbe, et volabo et requiescam? Utinam hac morte ego frequenter cadam, ut evadam laqueos
mortis, ut non senciam vite luxuriantis mortifera blandimenta, ut non obstupescam ad sensum libidinis, ad estum avari-
cie, ad iracundie et impaciencie stimulos, ad angores sollicitudinum et molestias curarum. Moriatur anima mea morte iustorum,
ut nulla illam illaqueet iniusticia, nulla oblectet iniquitas. Bona mors que vitam non aufert sed transfert in melius.
Bona qua non corpus cadit sed anima sublevatur. Verum hoc hominum est. Sed moriatur anima mea morte etiam, si dici potest, angelorum,
ut presentium memoria excedens, rerum se inferiorum corporearumque non modo cupiditatibus sed et similitudinibus exuat, sitque ei
pura cum illis conversatio cum quibus est puritatis similitudo. Talis, ut opinor, excessus aut tantum aut maxime contemplatio
dicitur. Rerum etenim cupiditatibus vivendo non teneri humane virtutis est, corporum vero similitudinibus speculando non involvi
angelice puritatis est. Utrumque tamen divini muneris est, utrumque excedere, utrumque te ipsum transcendere est, sed longe unum,
alterum non longe. Beatus qui dicere potuit: Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine. Non fuit contentus exire
nisi et longe se faceret ut posset quiescere. Transilisti carnis oblectamenta ut minime iam obedias concupiscentie
eius nec tenearis illecebris, profecisti, separasti te. Sed nondum elongasti nisi et irruentia undique fantasmata
corporearum similitudinum transvolare mentis puritate prevaleas. Huc usque noli tibi promittere requiem. Erras si citra
te invenire estimas locum quietis, secretum solitudinis, lucis serenum, habitaculum pacis. Sed da michi qui illuc
pervenit, et merito fateor quiescentem, et qui inito dicat: Convertere anima mea in requiem tuam quia Dominus bene-
fecit tibi. Atque hic vere in solitudine locus et in luce habitacio, prorsus iuxta prophetam: tabernaculum in umbraculum
diei ab estu, in securitatem et absconsionem a turbine et a pluvia. De quo et sanctus David: Abscondit me, inquit,
in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. Puta ergo in solitudine hac secessisse
sponsam, ibique pre amenitate loci inter amplexus sponsi suaviter obdormisse, id est in spiritu excessisse, quam prohibite
sunt adolescentule expergefacere illam quoad ipsa velit. At istud qualiter? Non enim simpliciter neque leviter ut assolet
commonere prohibite sunt, sed omnino nova et insueta contestatione, per capreas scilicet cervosque camporum. Unde quasi
d quam ferarum videntur incessu saltus congruentes, expresse anime sancte exonerate corporibus, sicut et qui cum Deo sunt angeli,
nimirum propter acumine visus et saltus celeritate. Utraque hoc significant, utrumque spiritibus convenire cognoscimus

Nam facile et petit summa et infima penetrat. Quorum quod in campis designata conspicitur, audent et liberos atque
expeditos significat in contemplatione discursus. Quid est? Vides ergo admirandam fratrum per istos profecto ne inquiete adolescentu-
le audeant. Lenit ergo causam excitandi dilectam a tam venerando collegio, cum absque dubio totiens admisceatur quotiens
contemplando excedit. Pulsare itaque horum auctoritate timent a quorum societate constat quietem illam ipsarum importunitate.
Attendant adolescentule quos offendant, pertimescant mature inquietatis et nimie ita mature de caritate confidant ut non
in illum celestem conventum sui magna nativitate venire videantur. Hoc quippe se agere cogitent quotiens in contemplatione
quiescenti plus iusto moleste sunt. Ponitur sane in voluntate ipsius et vacare et cure illarum intendere prout oportere
iudicaverit, cum vetat excitari ab illis quamdiu ipsa velit. Novit sponsus quia flagret dilectione etiam erga proximos
sponsa et satis propria caritate sollicitam matrem de profectibus filiarum nec se ullo pacto illis subtracturam seu
denegaturam quando et quotiens opus fuerit. Propterea secure discretioni eius credendam censuit hanc dispensationem.
Non enim est talis quales multos videmus pp̄sica inustione notatos qui quod crassum est et forte assuetos quod debi- c
le est premunt. Longe medicos valentes requirunt et non potius egrotantes, sibi coniungant fratres forsitan ut amicos sed non ut
medicos. Quomodo docebis magister bone si omnes indoctos repuleris, cum tibi quos debes indigentia discipline sed
indisciplinatos vel effugaveris aut vel fugeris. In quibus obsecro probabis tuam patientiam si solos admiseris mansue-
tos inquietos contuleris. Sunt tibi de hic sedentibus qui utinam prius exemplum attentius observarent. Cogitaverint
de quanta propositus reverentia debeat quos timere inquietando, celi quam tamen se reddunt infestos et nobis
forte plusculum solito parcere demum incipiunt nec tamen inveniunt lenitatem quam se tam ingerunt cum patiantur. Nam
satis mihi ad securandum a superveniencibus ut bene noverunt excedit hora etiam cum ipsi me in omni patientia sustinebunt.
Nec ego scrupulosius moneo istiusmodi querelam ne quis forte pusillanimis super vires propriae patientiae diffidat q̄ste
a necessitatibus suis dum me inquietare veretur. Suspectus sum et ne magis impatientie exemplum videar dare in-
firmis pusillis dum sunt in eo conventu. Non patior ut ex me scandalum patiantur. Non utar hac potestate magis
at ipsi me utantur ut libet, tantum ut salvi fiant. Parcent mihi si non pepercerint, et in eo potius requiescam
si non me inquietare timuerint pro necessitatibus suis. Geram eis morem quo ad potuero et in ipsis serviam deo
meo quamdiu fuero in caritate non ficta. Non queram que mea sunt nec quod mihi est utile sed quod multis id mihi
utile iudicabo. Hoc solum deprecor ut fiat acceptum eis et fructuosum ministerium meum si forte vel consolationem inveniam
in die mala mihi in oculis patris eorum sic et sponsi ecclesie Ihesu Christi domini nostri qui cum eo est super omnia deus benedictus
Vox dilecti mei. Videns sponsa nova adolescentularum verecundiam in secula Amen. Sermo liii⁹
et verecundum timorem, quod scilicet de novo cepissent non audere se ingerere sancto otio ipsius nec sicut hactenus et
industrius moleste sibi quiescenti in contemplatione persistenti, agnoscit hoc sibi pervenisse cura et opera
sponsi et exultans in spiritu sive pro illarum profectu que a nimia et superflua inquietudine compescuntur, sive pro sua
demum securitate liberiore quiete, sive etiam pro dignatione et favore sponsi adeo pro beatitudine eius quiete zelantis
et tanto studio defensantis suavissima otia sua vero studia ferventissima. Hoc autem facere vocem dilecti sui d
sive nunc vel gratiam faciam ad illas. Item is qui aliis preest in sollicitudine vero numquam vel raro vacat securus dum se
timet sui penuriam facere subditis et non placere deo quod qui utilitati proximorum prefert quietem et contemplationis
dulcedinem. Non autem parum gaudii et securitatis accedit interdum sciunt ferventi cum ex motu quodam et
reverentia erga se immissa divinitus cordibus subditorum intelligit deo sua placere quiete qui facit ut illi equo
magis animo suas necessitates sustineant quam prius spiritualis gratiam audeant otia temere perturbare. Sua ista tre-
pidatio parvulorum manifeste significat audisse eos intus quasi minacem atque increpatoriam illius parvuli vocem
qui in propheta loquitur: Ego qui loquor iustitiam. Vox eius inspiratio ac iniecti timoris incussio. Competenter ergo hac
voce sponsa gaudens et exultans Vox inquit dilecti mei. Amica est et gaudio gaudet propter vocem
sponsi. Et addit: Ecce venit iste saliens in montibus et transiliens colles. Competenter ex auditu vocis dilecta presentia
incitante intendit sua curiosius oculos ad videndum quem audierat. Auditus ducit ad visum quia fides ex
auditu qua corda mundantur ut possit videri deus. Sic enim habes: Fide mundans corda. Videt itaque venientem
quem loquentem audierat. Observate etiam hunc ordinem illum spiritu sancto qui apud prophetam descriptus est ita: Audi
filia et vide. Et ut tamen advertas non casu neque fortuitu sed de studio magis et industria observata id tamen
quam plurimum auditum hoc loco premissum visui, vide si non hic ordo verborum a sancto quoque Iob observatus invenitur,
ubi sic loquitur deo: Auditu auris audivi te, et nunc oculus meus videt te. Sed et ubi spiritus sanctus super apostolos
in die pentecostes descendisse memoratur, nonne auditum visui premisisse describitur? Factus est enim sonus repente
de celo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis. Et infra: Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis.
Et hic ergo spiritus sancti adventum primo auditum deinde visum percepisse refertur. Sed de hoc satis. Quod tu quoque si aures a- b
pertas dare contigerit inquisitioni, poteris et ipse fortassis in aliis scripture locis nonnulla similia reperire. Nunc iam
illud aggrediamur quod diligentioris indiget inquisitionis et difficiliores habet accessus. Ad quod in primo ego me
fateor adiutorio spiritus sancti ut ponere in lucem possim qui sunt illi montes seu colles super quos salientem et transi-
lientem eos etiam sponsa letis spectant obtutibus. Ecce enim apparet ad ipsius redemptorem cum concupiscat decorem
Nam id quidem propterea ita et non dubie senserim quia plerique que de propheta occurrit multi tendunt in spiritu previdisse
et proxime salvatoris adventum. In sole posuit tabernaculum suum et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo

suo. Exultavit ut gigas ad currendam viam, a summo celo egressio eius et occursus eius usque ad summum eius. Cuius scilicet et recessus is notissimus est a quo et ad quid minus transmigratus quam notissimum. Quid quod pingere nobis sive in psalmis ista legens sive in ipso cantico virum gigantem procere stature absentem, cuius sponsa in virtute amore captum et dum properat ad capitos amplexus transilientem montes colles que hos quos videmus moles corporea super plana terre tanta altitudine eminentes, ut et super nubes aliquando caput videntur extulisse, cernantur. Verum non decet istius modi corporeas fantasias ymaginandi presertim veritates hoc tantum spirituale, sed nec licet omnino nobis qui meminimus legisse in euangelio quia spiritus est deus et eos qui adorant eum in spiritu oportet adorare. Cum sint ergo hii spirituales montes et colles ut pro modo consequatur agnoscamus, prosequamur qui deus aut per hoc spiritus est, quales et cuiusmodi dabat saltus in illis sive per illos. Sed illos putamus in quos olim refert olim fuisse relictas nonaginta novem oves cum primus pastor carnem venit in terram querere ovem que perierat, nichilominus adhuc in obscuro res est et in illocus heret. Quam difficile sit invenire spirituales illas et supercelestes habitationes. Illa ipse sunt sine dubio que ibi meditate sunt oves, quos vel quales habeant alios spirituales pastores montes vel colles ad habitandum pastorum re in illis. Verum tamen si non in veritate aliqui essent, veritas hoc non diceret. Huiusmodi propheta longe ante de civitate superna velim protulisset quia fundamenta eius sunt in montibus sanctis, si non vere inibi essent montes sancti. Denique quia celestis habitatio illa vere habeat non modo spirituales sed et rationales ac vocales montes colles que audi ysaias: Montes et colles cantabunt coram deo laudem. Qui nam igitur isti nisi ijdem ipsi regni celi inhabitatores spiritus quos divina voce oves diximus appellatos, ut ipsi sint montes qui oves. Quod si forte absurdum tibi videatur, aut non tibi montes aut in omnibus oves pasce. Et nisi litteram quid dicas sonat, verum spirituale aut intelligentia dulce sapit, subtiliter advertamus quo utrosque omnium pastor dei scilicet sapientia verbum patris unum idem que pabulum vitale alit in terris, alit in celestibus gregibus sive administret. Nam nos quidem mortales homines interim in loco peregrinationis nostre in sudore vultus nostri comedentes panem nostrum, vere homines foris illum in labore et erumpna mendicantes, id est vel a doctoribus vivis vel a sacris libris vel certe per ea que facta sunt invisibilia dei intellecta conspicientes; angeli autem in omni plenitudine, et si non a semetipsis, tamen in semetipsis tanta facilitate quanta et felicitate accipiunt. Unde beate vivunt. Sunt enim omnes docibiles dei, quos sane electos homines quosque assecuturos eadem veritate promittitur et nobis quoque in tribuit felicitate secura. Pascuntur proinde in montibus vel oves in omnibus eum sane superne ille sibi spirituales in semetipsas de verbo vite, unde suam beatam perpetuatam vitam affluenter inveniunt, idem ipsi et montes et oves: montes propter plenitudinem vel celsitudinem, oves propter mansuetudinem. Pleni quippe deo, celsi meritis, cumulati virtutibus, nichilominus tamen erectos vertices tota et humili obedientia submittunt et inclinant illi longe supereminenti imperio maiestatis, tamquam oves mansuetissime ad nutum sui pastoris per omnia ambulantes et sequentes eum quocumque ierit. Et in hiis secundum prophetam David re montibus sanctis tamquam prima omnium creata sapientia fundamenta civitatis dei ab initio fundata stabilita constituit, que utique una est in celo et in terra, licet ex parte peregrinans et ex parte regnans. Et ex hiis nichilominus iuxta ysaiam tamquam quibusdam vitalibus cymbalis bene sonantibus iugis resonat gratiarum actio et vox laudis, et suam et inaccessibili voce implentibus quod ex eodem propheta paulo ante meminimus, quia montes et colles cantabunt coram deo laudem. Et item quod ille alius loquens ad dominum deum beati ait qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Hii ergo, ut ad id redeamus unde aliquantulum si ut puto non inde digressus est, ille sunt montes atque colles in quibus ecclesia vidit celestem sponsum mira alacritate salientem cum ad suos properaret amplexus, nec modo salientem sed et transilientem eos. Vis tibi hos saltus ex libris prophetarum apostolorumque demonstrem? Non quia mihi omnia que de hac re apud illos ab oraculis inveniri queunt testimonia replicare iti propiam; hoc enim longum est et opus non est, sed certum pono que breviter et apte astruere videantur id quod de sponsi saltibus. Dicat de illo David qui posuit in sole tabernaculum suum et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo exultavit ut gigas ad currendam viam; a summo celo egressio eius. Ecce quantum saltum dedit a summo celo ad terras. Exultat ut gigas ad currendam viam, in sole posuit tabernaculum suum, id est in luce et in manifesto prout dignatus sit. Quare enim non invenimus alibi ubi in sole posuit tabernaculum suum, cum ipse lucis inaccessibilis inhabitator nisi utique in terris? Denique in terris visus est et cum hominibus conversatus est. In terris inquam palam, quod est in sole posuit tabernaculum corporis sui, quod de virginis corpore adunatum est. Hoc vero aptare dignatus est ut in eo ipse invisibilis videretur, et sic videret omnis caro salutare dei cum in carne venisset. Saliit ergo in montibus, id est in illis supernis spiritibus, cum ad eos usque descendit sacramentum a seculis absconditum et magnum pietatis mysterium eis dignatur aperiens. Sed transiens hos superiores atque eminentiores montes, cherubin scilicet atque seraphin, necnon dominationes, principatus et potestates, virtutes quoque, etiam ad inferiores usque angelorum ordines descendere tamquam ad colles dignatus est. Sed neque vel in illis remansit: transiluit et colles. Non enim usquam angelos sed semen Abrahe apprehendit, quod utique angelis inferius est, ut in semetipso impleretur quod dixit memoratus propheta loquens ita ad patrem de filio: Minuisti eum paulominus ab angelis. Sed quia hoc sane ad conditionem nature humane dictum posset intelligi, quia homo ad ymaginem et similitudinem dei conditus ac preditus ratione ad instar utique angeli modicum tamen distet ab angelo propter corpus de terra, sed audi apostolum Paulum aperte predicantem de eo qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Ubi venit inquit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Cum ergo factus ex muliere, factus et sub lege est, procul dubio non solum montes, id est maiores superiores quam beatitudines, sed et minores angelos descendendo transiluit, qui quidem in comparatione superiorum minuto collium nomine designantur. Certum qui minor est in regno celorum

montibus

minor est quomodo aeterne potestati super terram, etiam si sit ille magnus Iohannes Baptista. Nam et si sane deum hominem factum etiam in homine super omnem principatum et potestatem longe incomparabiliter praeeminere, id tamen quia et si sit maiestate superior, humilitate succubuit. Ergo salit in montibus et transilit colles, cum non solum superioribus sed et inferioribus spiritibus dignatus est se semetipsum exhibuit. Nec modo illis spiritibus supernis, sed et ipsis qui domos luteas inhabitant, subiectum se exhibuit, transiliens et vincens humilitate etiam hominum humilitatem. Erat denique subditus Mariae et Ioseph cum esset Dominus in Nazareth, et apud Iordanem Iohannis se manibus iam iuvenis inclinat, sed et inclinata est dies. Vere adhuc omnino de his montibus descendere libet. Ceterum si hac volueris vice tota ... delectet explorare amoena, abdita perscrutari, videndum ne aut sermo contra brevitatem careat, aut larga excellens quam materies debita diligentia festinatione fraudetur. Pausemus proinde hodie iam si placet in montibus istis, quia bonum est nos hic esse, ubi a pastore Christo una cum sanctis angelis in loco pascuae collocati et undique pastum et uberem et nos sicut oves pascuae eius invenimus. Ergo tamen mundam aliam boni pastoris quae de hesterno sermone tota aviditate glutivimus, sermone altero reservemus capitulo cuius attentius percipiendi, largiente sponso Ecclesiae Iesu Christo Domino nostro qui est

Super eadem capitula quod hesterno sermone servatum est dicturus sum. super omnia Deus benedictus in saecula. Amen. Sermo lv

aliud intellectum quam hesterno feram. Vos probate et eligite potiora. Non est opus superiora repetere, quae excidisse non arbitror in tam brevi, praesertim quoniam etiam scripta sunt ut dicta sunt et excepta stilo sicut et sermones ceteri, ut facile recuperetur quod forte excidit. Ergo aliud accipite. Ecce iste venit saliens a
in montibus et transiliens colles. Sponsum loquitur, qui pro festo tuo salit in montibus cum missus a patre ad evangelizandum pauperibus, angelorum fungi non est dedignatus officio, factus magni consilii angelus. Qui Dominus erat, per se descendit ad terras, qui alios delegare solebat; per se notum fecit Dominus salutare suum, per se in conspectu gentium revelavit iustitiam suam. Cum itaque omnes iuxta Paulum sint administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis, qui erat super illos factus est inter illos tamquam unus ex illis, distillans immo et accumulans gratiam. Sed audi ipsum: Non veni ministrari sed ministrare et dare animam meam redemptionem pro multis. Quod quidem ex eis nemo fecisse inventus est, ut sic ministrasse visus sit ipse devotus transiens fidelibus obsequiis. Bonus minister qui carnem suam in cibum et sanguinem in potum animas ministravit in pretium. Bonus plane qui spiritu alacer, caritate fervens, pietate devotus non solum salit in montibus sed et transilit colles, id est superat et vincit alacritate ministrandi, utpote quem unxit Deus suus oleo laetitiae prae consortibus suis, in quo utique exsultavit ut gigas ad currendam viam. Denique transilit Gabrielem et praevenit ad virginem, eodem archangelo attestante qui ait: Ave gratia plena, Dominus tecum. Quid? Quem modo reliquisti in caelo, nunc in utero reperis? Quomodo volavit et pervolavit super pennas ventorum? Victus es archangele, transilit te qui praemisit te. Aut certe saliebat in montibus, cum in angelis olim patribus appareret, quod utique spectati ... magis convenire videtur. Non enim ait saliens in montes sed in montibus, ut ipse in eis salire videatur b
qui facit et dat ut saliant, quemadmodum loquitur in prophetis, operatur in iustis, cum illis verba, istis opera tribuit. Certe quod angelus illorum personam eius gerebat, ut sic ut loqueretur quamquam illorum non tamquam angelus sed tamquam Dominus, ut gratia ille angelus qui cum Moyse loquebatur dicebat: Non ego Deus, sed ego Dominus, atque id frequentius iterabat. Saliebat ergo in montibus, id est in angelis, in quibus loquebatur et sua hominibus exhibebat precia. Nam homines cum saliebat sed in angelis, non in se, non in sua natura sed in subiecta creatura. Item cum salit de loco ad locum vadit, quod non cadit in Deum. Ergo in montibus, id est in angelis saliebat, qui in se non poterat; et saliebat usque ad colles, id est patriarchas et prophetas, ceteros quoque spirituales viros de terra, sed transiliebat et colles, cum non solum magnis et spiritualibus viris, sed et aliquibus de populo etiam et nonnullis mulieribus aeque in angelis loqui et apparere dignatus sit. Vel colles dicit aereas potestates, quae inter montes iam nunc quidem manent, pro eo quod a virtute celsitudinis defluxerunt per superbiam, nec tamen usque ad humilia vallium seu ad valles humilium per primam detumuerunt. De his arbitror illud dictum in psalmo: Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini. Hos itaque tumentes ac steriles colles tamquam medios positos inter montes praefatos et valles penitentium pervolando transilit qui in montibus salit, illos quoque praeteriens et despiciens descendit ad valles, ut habundent valles frumento. Porro illi e regione etiam ariditate ac sterilitate dampnant, sicut habes prophetae super illos imprecationem: Nec ros, inquit, nec pluvia descendat super vos. Itaque ut noveris quod angelos qui praevaricati sunt sub figura montium Gelboe ista loquitur, ubi inquit ceciderunt robusti multi. Quam multi in his maledictis montibus de exercitu Israel ceciderunt a principio et cotidie cadunt, de quibus habes et in alio propheta cum dicat Deo: Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum non es memor amplius, et ipsi de manu tua repulsi sunt. Non est ergo mirum si steriles et infructuosi permanent isti, non montes caelici, sed aerei colles, super quos nec ros nec pluvia descendit, quippe auctore gratiae et benedictionum largitore transiliente eos et descendente ad valles, ut caelesti imbre perfundat humiles qui sunt super terram, et fructum afferant in patientia, fructum tricesimum, sexagesimum et centesimum. Denique visitavit terram et inebriavit eam, multiplicavit locupletare eam. Terram visitavit, non aerem, quia misericordia Domini plena est terra. Denique operatus est salutem in medio terrae, nusquam in medio aeris. Hoc adversus Origenem, qui in aere Dominum gloriae denuo pro daemonibus impudenter confingit mediaturum, cum summus apostolus c
Paulus affirmet quod resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Verum non solum visitavit terram qui aerem transilivit, sed etiam caelum, dicente scriptura: Domine, in caelo misericordia tua et veritas tua usque ad nubes. Usque ad nubes in caelum, quod inhabitant sancti angeli, quos non transilit sponsus sed salit in eis, ita ut imprimat ipsis duo quaedam vestigia pedum suorum, misericordiam et veritatem. De quibus Domini vestigiis memini me in superioribus sermonibus plenius disputasse. Omnibus vero et infra daemonum habitatio est in aere isto infimo et caliginoso, in quibus non salit sponsus sed transilit eos et praeterit, nec ullum in se retinet Dei transeuntis vestigium. Nam quod in diabolo veritas est, de quo in evangelio

veritatis suma gomit quod in veritate non stetit sed mendax extitit ab initio. Sed nec mirandum quod dixit eum qui nichil
ab initio homicida fuisse cum ipsa veritate euangelii comitat. Porro autem qualis predilectas illas et domesticas eius
pulchre prudenter de sponso eccla ppellens quod in altis habitet et humilia respiciat in celo et in terra, ulterius ostendit nec tamen
stat de hiis qui in ad vsurpant pruritibus superbis quia deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Videt ergo illum
salientem in montibus et transilientem colles modo impetracionum dauid dicentis. Omnes montes qui in circuitu eius sunt in
circuitu gelboe visitet dominus a gelboe autem transeat. Dyabolus namque qui per gelboe designatur hinc inde sunt montes
d quos visitat dominus super et angeli infra homines. In penam siquidem suam locum in ac isto medium inter celum et terram
de celo cadens sortitus est ut videat et invideat ipsa quod inuidia torqueatur. Scriptura dicit peccator videbit et irascetur
dentibus suis fremet et tabescet. Cum miser enim suspiciat celos in quibus innumeros montes tuetur diuina claritate
fulgentes et diuinis laudibus resultantes sublimes in gloria habundantes in gratia. Cum inferior eciam respiciat terram mon-
tes nichilominus quamplurimos de populis acquisicionis habentem fide solidos spe porrectos caritate spaciosos cultos virtutibus
bonorum operum fructibus refertos. Deinde celi tanquam de saltu sponsi quotidiana cupientes benedictione. Quid quoque putas
dolore et rancore afficiatur ille cupidissimus gloriae istos in circuitu suo tam gloriosos montes cum se et suos e regione in val-
les tenebrosos bonis operibus infecundos aspiciat ita ut se sentiat esse obprobrium hominum et angelorum quod sibi
exprobrat secundum illud in psalmo: Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Atque hoc quod obprobriorum superbia transilit con-
sponsi saliens in montibus qui in circuitu eius sunt tanquam fons ascendens de medio paradisi irrigans vniuersa et
impletus omnem animam benedictione. Isti qui torrente voluptatis tue potari meruerunt ut vos inueniuntur in quibus
et si non tote fluunt saltem per horas salit aqua sapiencie et fons vite ut fiat in ipsis quasi fons aque salientis in
vitam eternam. Et quibus tanquam fluminis impetus letificat ciuitatem dei et sine precedunt et affluunt. Nos autem montes
qui intra sunt vtinam interdum saltim quasi inundacione salias dare aliquos non despiciat quibus sufficere irrigati nos
qui valles sumus stillas vel raras guttulas possimus ne omnino aridi et steriles remaneamus. Misera et
egestas et omnino fames valida in regione illa que nullis vnquam istius modi vel saltibus vel instillacionibus habitat
perfluente et transiliente illa fonte sapiencie. Et quod non habuerit sapienciam perierunt propter suam insipienciam. Ecce venit iste sa-
liens in montibus et transiliens colles. Ad hoc salit ut transiliat qui non est ad eos pertingere neque in omnibus bene
plantum est deo deo fratres si modo sapiamus pauli. Scripta sunt ista ad correctionem nostram. Obsecramus sponsi dilectos
e et compeditos salta quemadmodum videlicet tam apud angelos quam apud nos et in humiles saliat et superbos transi-
liat. Quamquam excelsus dominus et humilia respicit et alta a longe cognoscit. Hoc mecum attendamus quo tanti sumus
sponsi nos salutiferis saltibus preparare ne veluti a montibus gelboe forte transeat et a nobis si indignos sua
visitacione conspexit. Quid superbis terra et cinis. Et de angelis transilit dominus vocacius eorum superbiam. Ergo
repudiacio angelorum fiat emendacio hominum. Scripta est enim ad correpcionem ipsorum. Cooperetur eciam in in bonum
Qualiter mecum audi superbo ut dyabolo horrenda
dyabolus mali et lance manus meas in singulis peccatorum et formidolosa maledictio intorqueat prophetia dauid in spiritu dicente de illo sub typo gelboe ut supra inconuenit
est. Montes inquit qui in circuitu eius sunt visitet dominus a gelboe autem transeat. Sane ego hoc legens et re-
ferens oculos in me et intuens diligenter inuenio me peste ipsa infectum qua in angelo dominus intuitum confoderunt
quamvis propterea declinauit ab eo cum omnes in circuitu eius montes sive de angelis sive de hominibus visitacionis sue
gratia dignaretur et pauens tremens quasi aio ad meipsum: Si sic actum est cum angelo quid de me fiat terra et cine-
re. Quamvis non tolerabiliorem in diuite superbia quam in paupere dicat. Ve in
ille in celo intumuit, ego in sterquilinio. Cum non tolerabiliorem in diuite superbiam quam in paupere dicat. Ve in
f si tam dure in potente illo animaduersum est pro eo quod eleuatum est cor illius nec ei profuit quod cognata potentibus
superbia esse cognoscitur. Quid de me exigendum et misero et superbo. Denique iam luo penas iam debitissime
vapulo. Non sine causa ab heri sane et nudius tercius incepit me languor iste animi et mentis hebitudo in-
solita quedam inhercia spiritus. Currebam bene sed ecce lapis offensionis in via impegi et corrui. Superbia
inuenta est in me et dominus declinauit in ira a seruo suo. Hinc ista sterilitas anime mee et deuocionis inopia
qua patior. Quomodo ita exaruit cor meum coagulatum est sicut lac factum est sicut terra sine aqua. Nec compungi
ad lacrimas queo tanta est duricia cordis non sapit psalmus non legere libet non orare delectat meditaciones
solitas non inuenio vbi illa inebriacio spiritus vbi mentis serenitas et pax et gaudium in spiritu sancto.
Ideo ad opus manuum piger ad vigilias sompnolentus ad iram preceps ad odium pertinax lingua gule
indulgencior segnior obtusior quam ad predicacionem. Heu omnes montes in circuitu meo visitat dominus ad me autem
non appropinquat. Num collis non sum ex hiis quos transilit dominus sponsus. Nam alium quidem intueor singularis
abstinencie alium vero pacie admirande alium autem summe humilitatis et mansuetudinis alium insuper misericordie et pietatis
alium in contemplacione frequenter excedere hinc pulsare et penetrare celos oracionum instancia alios quoque in aliis pre-
minere virtutibus. Hos inquam considero omnes feruentes omnes deuotos omnes in christo unanimes omnes donis celestibus
et gratia affluentes tanquam spirituales vere montes qui a domino visitantur et sponso in se saliente frequenter recipiunt.
Ego autem qui in me horum inuenio nichil quid me aliud putem quam vnum e montibus gelboe quem preterit in ira
et indignacione sua ille celorum omnium benignissimus visitator. Filioli sic cogitacio tollit extolleciam oculorum

conualiat graciam sponsi saltibus preterit. Hoc ego in me transfiguraui propter vos ut et vos ita faciatis. Imitatores mei esto-
te. Quod non de omni virtute dico modo aut morum disciplina aut gracia sanctitatis fuerit cum de huiusmodi quamquam in tenue arrogaci-
uerim imitacione dignum. Sed volo vos non parcere vobis sed accusare vosmetipsos quociens forte in vobis vel ad modicum
tepere graciam, virtutem languescere deprehenditis, sicut et ego pro huiusmodi memetipsum accuso. Hoc hominis facere est qui curiosus in-
spector est sui et scrutator viarum suarum ac studiorum atque in omnibus se suspectum habet arrogancie vicium ne surrepat. In
veritate didici nil eque efficax esse ad graciam promerendam retinendam recuperandam quam si omni tempore coram deo inveniaris non
altum sapere sed timere. Beatus homo qui semper est pauidus. Time ergo cum arriserit gracia, time cum abierit, time cum denuo reuertetur; et hoc ║ Ē nō. ║ De timore h.
est semper esse pauidum. Succedant vicissim sibi in anima tres isti timores secundum quod gracia vel adesse dignatur vel offensa recedit seu
iterum redire placata sentitur. Cum adest time ne indigne operaris quod ea. Hoc monet apostolus: videte inquiens ne in-
vacuum graciam dei recipiatis. Et ad discipulum: noli inquit negligere graciam que in te est. Et de semetipso dicebat quia gracia
dei in me vacua non fuit. Sciebat homo consilium dei, sciebat redundare in contemptum donantis doni negligenciam nec non compendere
ad quod donatum est; id quoque intolerabilem esse superbiam indicabat, et propterea studiosissime hoc malum et ipse cauebat, doce- ║ Nō
bat quoque cauendum. Sed rursum latet fouea hic que nolo vos lateat, de qua ibi ipse superbie spiritus tanto periculosius quanto
occulcius, sicut legitis in psalmo: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Nam si impedire non preualet accionem,
temptat intencionem, suggerens et suadens quasi de proprio gracie augmentum. Quod quidem superbie genus longe illo priore into-
lerabilius esse non ambigas. Audi enim odiosius illa voce qua quidam dixerunt: manus nostra excelsa et non dominus fecit
hec omnia. Hic ergo timendum manente gracia. Et si recesserit, numquid non multo magis tunc timendum? Plane multo magis, quia ubi
deficit tibi gracia, deficis tu. Audi etenim quid dator gracie dicat: sine me autem nichil potestis facere. Time ergo sub-
tracta gracia tamquam mox casurus; time et contremisce deo tibi ut sentis irato; time quia reliquit te custodia sua.
Hoc dubites in causa esse superbiam etiam si non appareat, etiam si nil tibi conscius sis. Quod enim tu nescis scit
deus, et qui te iudicat ipse est. Sed nec qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem deus commendat. Numquid co-
mendabat te deus cum graciam priuat? Aut numquid qui humilibus dat graciam humilibus aufert datam? Ergo argumentum superbie
priuacio est gracie. Quamquam tamen interdum subtrahitur non pro superbia que iam est, sed que futura est nisi subtrahatur. ║ h
Habes huius rei documentum de apostolo qui stimulos carnis sue sustinebat inuitus, non quia extollebatur sed ne extol-
leretur. Sed siue iam extollens siue nondum, superbia tamen semper causa erit subtracte gracie. Iam si gracia recuperata redierit,
multo amplius tunc timendum ne forte contingat recidiuum pati. Memento illud in euangelio: ecce sanus factus es; vade, iam
amplius noli peccare ne quid tibi deterius contingat. Audis recidere quam incidere esse deterius. Proinde inualescente
periculo inualescat et metus. Beatus eris si cor tuum triplici isto timore repleueris, ut timeas quidem pro accepta gracia,
amplius pro amissa, longe plus pro recuperata. Hoc fac et eris ydria in Christi conuiuio impleta usque ad summum, con-
tinens nimirum metretas non binas tantum sed ternas, ut Christi merearis benediccionem que aquas tuas conuertat in vinum leticie,
et perfecta caritas foras mittat timorem. Quod dico tale est. Aqua timor est, quia ab estu refrigerat desideriorum carnalium.
Inicium namque sapiencie timor domini. Et habes aquam sapiencie salutaris potauit illum. Si timor sapiencia et aqua sapiencia, timor
aqua est. Denique timor domini, inquit, fons vite. Porro ydria mens tua. Capientes namque singule metretas binas vel
ternas, tres metrete timores tres. Et impleuerunt eas, inquit, usque ad summum. Non minus timor. Non duo quoque sed tota tres
simul replent usque ad summum. Omni tempore time deum et ex omni corde tuo impleta est ydria usque ad summum. Amat deus
integrum munus, affectum plenum, perfectum sacrificium. Cura proinde nupciis celestibus plenam insistere ydriam, ut de te quoque dicatur
quia repleuit eum spiritus timoris domini. Qui sic timet nichil negligit. Unde namque negligencia intret in plenitudine?
Alioquin quod capere adhuc aliquid potest, plenum non est. Eadem sane racione non potes simul et sic timere et altum sapere; non est
enim quo admittas superbiam repletus timore domini. Et sic de ceteris viciis sentiendum, quia necesse est omnia plenitudine timoris
concludi. Tunc demum si plene, si perfecte timueris, dabit caritas saporem aquis tuis ad domini benediccionem, quoniam sine caritate
omnis timor penam habet. Et quidem caritas vinum quod letificat cor hominis. Perfecta autem caritas foras mittit timorem, ut ubi
aqua fuerat vinum esse incipiat ad laudem et gloriam sponsi ecclesie domini nostri Ihesu Christi qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Similis est dilectus meus capree hinnuloque ceruorum. Ex precedente capitulo pendet. ║ Cap. Sermo 46
Sicut enim salientem et spectantem modo descripserat, consequenter comparat capree hinnuloque ceruorum. Apte ║ a
quidem, quia hoc genus animalium cursu velox et saltu agile est. Porro sermo de sponso est, et sermo sponsus est,
et propheta dicit de deo quia velociter currit sermo eius. Hanc congruens huic loco ubi sponsus qui sermo dei est saliens
transiliens describitur. Similis proinde factus capree hinnuloque ceruorum, et hoc non pro saltibus. Adde tu ne ulla simi-
litudinis ipsius vel una porciuncula vacet, quia caprea quidem non modo cursus pernicitate sed et acumine visus eminet. Quod
utramque partem illarum respicit narracionis partem, qua sponsus non tantum saliens sed et transiliens apparere refertur, quia nisi acuto et
perspicaci intuitu non posset omnino perstringere inter currendum discernere in quos salire et quos transilire deberet. Alioquin potuit
sufficere ad designandam festinancie velocitatem de solo hinnulo comparacio. Sed quid rapidiori se ferri fuerat necessarium?
Nunc vero quod sponsus iste etsi ardentis amoris cursum tenere in dilecte videatur amplexus, incedens tamen
gressus vel pocius saltus suos prudenti consideracione dirigere nouit, cautus ubi oporteat figere pedem, oportuit
perfecto cum hinnulo eciam de caprea similitudinem dari, quibus et per illud salientis describerentur et per hanc eligentis [...]

iudicem. Christus namque iustus et misericors salvator et iudex, et quia amat vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis
venire. Et quia iudicat novit qui sunt eius, et ipse scit quos elegit a principio. Igitur duo haec bona sponsi, misericordiam
scilicet et iudicium, in his duobus animantibus commendata a Spiritu Sancto nobis intervium sententiamque ut in testimonium integritatis
et perfectionis fidei nostrae nos quoque prophetam imitatos misericordiam et iudicium cantemus domino. Ego autem non dubito et alia
de eorum natura ab his quibus cum talium curiosius et gnari sunt posse monstrari, que sponso aptari subtiliter et con-
gruenter queant. Sed haec ut arbitror sufficere puto ad dandam vobis adducte similitudinis. Pulchre tamen sponsus sibi non
de cervo sed de hinnulo cervorum similitudinem dedit, in quo et patrum fecit mentionem e quibus Christus secundum carnem, et infantiae
meminit salvatoris. Ut hinnulus quippe apparuit parvulus qui natus est nobis. Tu tamen qui adventum desideras sal-
b vatoris, time scrutinium iudicis, time oculos capreae, time illud quod per prophetam dicitur: Et erit in die illa et ego scru-
tabor Ierusalem in lucernis. Acuto visu est, nil inscrutatum relinquet oculus eius, scrutabitur renes et corda. Ipsa
quoque hominis cogitatio confitebitur illi. Quid tamen in Babilone si Ierusalem manet scrutinium? Puto enim hoc loco prophetam
Ierusalem nomine designasse illos qui in hoc saeculo vitam ducunt religiosam, mores supernae illius conversatione honesta et
ordinata pro viribus imitantes, et non veluti hi qui de Babilone sunt vitam in perturbatione viciorum scelerumque con-
fusione vastantes. Denique illorum peccata manifesta sunt ad iudicium et non egent scrutinio sed supplicio. Mea autem qui
videor monachus et ierosolimita peccata certe occulta sunt, nomine et habitu monachi adumbrata. Et ideo necesse
erit subtili ea investigari discussione et quasi admotis lucernis de tenebris in lucem prodi. Possumus afferre
aliquid et de psalmo ad confirmandum id quod dicitur de scrutanda Ierusalem. Ait namque sub persona domini: Cum accepero tempus
ego iusticias iudicabo. Vias iustorum ni fallor et actus eorum discussurum se et examinaturum dicit. Verendum valde
cum ad hoc ventum fuerit, ne in tam subtili examine nostre multe iusticie ut putantur peccata appareant. Unum est
tantum: si nosmetipsos diiudicaremus non utique iudicaremur. Bonum iudicium quod me illi districto divino quoque iudicio sub-
ducit et abscondit. Horreo prorsus incidere in manus dei viventis. Volo vultui irae iudicatus praesentari non iu-
dicandus. Spiritualis homo omnia diiudicat et ipse a nemine diiudicatur. Iudicabo proinde mala mea, iudicabo et
bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lacrimis, punire ieiuniis ceterisque laboribus sanctae disciplinae.
In bonis de me humiliter sentiam, et iuxta praeceptum domini servum me inutilem reputabo qui quod facere debui tantum
feci. Dabo operam nec lolia pro granis nec paleas cum granis offerre. Scrutabor ego vias meas et studia mea
quo is qui scrutaturus est Ierusalem in lucernis nil inscrutatum in me sive indiscussum inveniat. Neque enim bis iudi-
caturus est in idipsum. Et quis mihi det ita ad liquidum prosequi et perspicere universa delicta mea ut in nullo oporteat
veri oculos capreae, in nullo contingat ad lucem erubescere lucernarum. Et nunc videor sed non video. Praesto est oculus
cui omnia patent et si non patet ipse. Erit quando cognoscam sicut et cognitus sum. At nunc quidem cognosco ex parte,
non tamen ex parte cognitus sed ex toto. Vereor aspectum illius exploratoris qui post parietem stat. Hoc enim scrip-
tura addit de illo quem pro acumine visus capreae eum assimilavit. En ipse stat post parietem inquit, respiciens
per fenestras, prospiciens per cancellos. De quo suo loco videbimus. Hunc ergo vereor occultum occultorum exploratorem.
Sponsa nichil veretur quia nil sibi conscia est. Quid denique vocatur amica, columba, formosa? Nempe subinde haec
Et dilectus meus loquitur inquit mihi. Mihi non loquitur et ideo formido aspectum cui non habeo testimonium. Tu quoque
audis de te o sponsa Christi quid tibi loquitur dilectus tuus. Surge inquit propera amica mea columba mea for-
mosa mea, veni. Hoc quoque alteri servabo principio, nec brevitate arctabo ea que diligenter despicienda sunt, ne forte
et de hoc reus inveniar, si quominus vos inveniam in parte aedificati ad intelligentiam et amorem sponsi ecclesiae
domini nostri Iesu Christi qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Sermo quinquagesimus septimus

En ipse stat post parietem neum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Secundum litteram quidem videtur
dicere quia is qui cum saltibus adventare perspiciebatur appropiasset usque ad contubernium sponsae, et stans post
parietem curiosius introspiceret per fenestras et rimas, et verecunde se ingerere non praesumeret. Secundum spiritum
autem appropiasse quidem melius intelligitur sed aliter. Ita sane quemadmodum et a caelesti sponso agi oportuit et a Spiritu
Sancto dici. Nil quippe quod vel auctorem dedeceat vel narratorem verus et spiritualis intellectus admittet. Ergo
appropiavit parieti cum adhaesit carni. Caro paries est et appropiatio sponsi verbi incarnatio. Porro cancellos et fe-
nestras per quas respicere perhibetur sensus ut opinor carnis et humanos dicit affectus, per quos experimentum cepit
omnium humanarum necessitatum. Denique languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit. Humanis ergo
affectionibus sensibusque corporis pro foraminibus usus est et fenestris, ut miserias hominum homo factus experimento sciret
et misericors fieret. Sciebat et ante sed aliter. Sciebat denique virtutem obediendi ipse dominus virtutum, et tamen teste apostolo
didicit ex his quae passus est obedientiam. Hoc modo et misericordiam didicit, etsi misericordia domini ab aeterno. Docet hoc
idem gentium doctor, ubi eum asserit temptatum per omnia pro similitudine absque peccato ut misericors fieret. Vides ne
factum esse quod erat et quod noverat didicisse, et sic apud nos quaesisse rimas et fenestras per quas calamitates
nostras diligentius exploraret. Tot autem in nostro rimoso et pleno rimarum pariete invenit foramina quot nostrae
infirmitatis et corruptionis in suo corpore sensit experimenta. Sic itaque sponsus post parietem stans et per fenestras
et cancellos respiciens erat. Et bene stans quia solus revera in carne stetit qui carnis peccatum non sensit. Possum
et hoc fideliter sapere, quia stetit per divinitatis potentiam qui per carnis infirmitatem occubuit. Dicente ipso: Spiritus quidem
promptus est, caro autem infirma. Ego autem puto eam illud hinc sue suffragari, quod sanctus David in hoc mistio
utpote propheta domini et prophetans de domino loquebatur, equidem Moysen loquens sed dominum intuens. Ipse enim verus

est Moyses qui venit per aquam venit et non in aqua tantum sed in aqua et sanguine. Aut itaque mediator propheta? Dixit ut dis-
perderet eos propheta sequens loquebatur: Si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius ut averteret
iram eius ne disperderet eos. Quomodo queso Moyses stetit in confractione? Quemadmodum inquam aut stetit si confractus
est, aut si stetit quomodo confractus est? At ego ostendo tibi si vis qui vere stetit in confractione. Ego aliud novi neminem
qui hoc potuit nisi dominum meum Ihesum qui et in morte vivebat, qui corpore fractus in cruce divinitate stabat cum
patre, in uno nobiscum supplicans in alto cum patre propicians. Et stabat post parietem. Dum quod latebat in illo mani-
festum erat in carne, et quod stabat in ipso quod post carnem latebat. Sane verbum idem quod hic manifestus et deus abs-
conditus. Et invenimus verum quem desideramus adductum ipsius. Puto illum nichilominus post parietem stare dum corpus hoc
meum quod certe peccati est abscondet interim nobis faciem eius et picturam intercludat. Denique quamdiu sumus in hoc
corpore inquit peregrinamur a domino. Non quia in corpore hoc quod utique de peccato est et sine peccato non est. Et ut sciatis quam
obstant non corpora sed peccata, audi scripturam dicentem: Peccata vestra inquit separant inter vos et deum. Et utinam inter
vos tantum paries obstet corporis solum quoque obicem paciar id quod est in carne peccatum, et non multe interfuerint macerie
viciorum. Vereor enim ne cetera preter id quod in natura est quam plura de propria iniquitate adiecerim quorum a me inter-
iectu nimium elongaverim sponsum, ita ut si verum dicere velim post parietes magis illum stare fatear non
post parietem. Sed dico hoc planius. Sponsus quidem equaliter atque indifferenter presto ubique est divine utique presencia maie-
statis et magnitudine virtutis sue. Sed contra tamen exhibicione seu inhibicione quibusdam longe quibusdam prope esse dicitur,
angelorum dumtaxat et hominum vel bona liberarum creaturarum. Denique longe a peccatoribus salus. Et sicut in psalmo dicitur: Ut quid domine
recessisti longe. Ceterum a sanctis pia dispensacione ad tempus et non ex toto sed modo aliquo longe se facit, a pecca-
toribus autem de quibus dicitur: Superbia eorum ascendit semper. Et item: Inquinate sunt vie illius in omni tempore. Sed valde quidem longe
est, atque in ira hoc et non in misericordia. Quamobrem orat ad dominum sanctus et ait: Ne declines in ira a servo tuo, sciens
quod et in misericordia potuit declinare. Prope est ergo dominus sanctis et electis suis, et contra tamen longe esse videtur, et non equaliter
omnibus sed aliis plus aliis minus pro meritorum diversitate. Nam et si prope est dominus omnibus invocantibus eum in veritate, et
iuxta est hiis qui tribulato sunt corde, non tamen omnibus forsan ita ut dicere possint dicere quia ipse est post parietem.
Sponse vero quam prope est que uno tantum pariete dividitur. Propterea cupit dissolvi et rupto medio pariete cum illo esse
quem post parietem esse confidit. Ego autem qui peccator sum dissolvi non cupio sed formido sciens quia mors peccatorum
pessima. Quomodo non pessima mors ubi non subvenit vita? Formido exire et in ipso contremisco portus ingressum
dum confido prope assistere qui excipiat egredientem. Timeo enim. Securus nec ero si non deus custodierit spiritum meum.
Heu ero ludibrio demonum intercipientium me, non assistente qui redimat neque qui salvum faciat. Nichil tale
veritus erat anima Pauli cui ab aspectu et amplexu dilecti unus tantum paries obsistebat, videlicet lex peccati quam
incumbebat in membris suis. Ipsa est carnis concupiscencia qua carere omnino non potuit dum adhuc in carne fuit. Hoc sane
uno interiecto pariete non longe peregrinabatur a domino vir et optabat clamans: Quis me liberabit de corpore mortis
huius? sciens se compendio mortis continuo perventurum. Hac ergo Paulus se fatebatur una lege teneri, scilicet concupiscencia quam
carni sue immobiliter insitam tolerabat invitus. De ceteris nichil mihi inquit conscius sum. Verum quis filius Pauli quod
non vere hunc nichilominus consenciat concupiscentie ad obediendum peccato? Noverit proinde is qui peccato consensit et alterum sibi
se opposuisse parietem ipsum utique primum illicitum quod consensum. Nec potest gloriari qui huiusmodi est quod stet post parietem
sponsus, quia iam parietes interfuit non paries. Simul si consensus pervenerit ad effectum, cum tercius quoque iam paries
sponsi arceat impediat quidem accessum, actus videlicet ipse peccati. Quid et si consuetudo forte peccatum in usum aut usque
etiam in contemptum perduxerit, sicut scriptum est: Impius cum venerit in profundum malorum contempnit. Nonne si ita contigerit
miliens ante a rugientibus preparatis ad escam potius devorari quam pervenire ad sponsum, non uno sequidem iam sed tota
a te parietum multitudine interclusum, primum concupiscencia secundum consensu tercium actu quartum consuetudo quintum contemptu. Cura ergo
pro viribus concupiscencie totis totis resistere viribus ut non pertrahat ad consensum et omnis deinceps malignitatis fabrica evanescet,
nec erit omnino quod sponsum prohibeat appropinquare tibi preter solum parietem corporis, quatenus gloriari possis et tu dicere de eo
quia en ipse stat post parietem nostrum. Sed et hoc tibi tota vigilancia providendum, ut aptas semper inveniat fenestras
et cancellos quosdam confessionum tuarum per quos te intus benigne respiciat, quia respectus eius profectus tuus.
Estimat cancellos angustiores esse fenestris quales utique hii qui libros describunt aptare solent ad reci-
piendum lumen paginis. Unde et puto cancellarios esse eos appellari qui certis conscribendis ex officio deputantur.
Duo ergo sunt genera confessionis, unum in merore pro nostris excessibus, alterum in exultacione pro divinis muneribus. Quo-
ciens sane eam que sine angustia cordis minime fit peccatorum scilicet meorum facio confessionem, videor mihi in cancello
angustiore aperire fenestram. Nec dubium quin libenter per istam respiciat is qui stat post parietem pius conplora-
tor, quia cor contritum et humiliatum deus non despicit. Denique et hortatur ad hoc ipsum dicens: Dic tu inquit iniquitates
tuas ut iustificeris. Sed si interdum corde dilatato in caritate per consideracionem divine dignacionis ac miseracionis
libet animum laxare in vocem laudis et graciarum actionum, puto me iam non angustam sed amplissimam stanti post parietem
sponso aperire fenestram, per quam nisi fallor tanto liberius respicit quanto amplius sacrificium laudis honorificat
eum. Quod manifestum est de scripturis utriusque huius approbacionem confessionis, sed scientibus ista loquor, et non est superfluus
onerandi qui vestro ingenio indagandis sufficit. Multa quippe sunt parata epithalamii huius et laudum

a

b

c

cernunt

proemia que in eo decantantur ecclesie et sponso eius ihesu christo domino nostro qui est super omnia benedictus in secula amen.
Et dilectus meus loquitur mihi. Videte processus gratie et dignationis divine attendite gradus. Sermo ~~...~~ octa.
Attendite sponse devotionem atque solertiam quam vigili utique oculo sponsi observat adventum et deinceps
omnia ipsius intuetur. Venit ille accelerat appropiat adest respicit alloquitur et nihil horum sponse
industriam effugit anticipat vel notitiam. Venit in angelis accelerat in patriarchis appropiat in prophetis adest in
a carne respicit in miraculis alloquitur in apostolis. Vel certe venit affectu et studio miserendi accelerat subveniendi zelo
appropiat humiliando semetipsum adest presentibus prospicit in futuros loquitur docens et suadens de regno dei. Talis ergo
est adventus sponsi. Benedictionibus et divitiis salutis cum eo et omnia que de ipso sunt affluunt deliciis redundant
iocunditatis ac salutaribus plena carismatibus. Porro que amat vigilat et observat et beata quam dominus invenerit vigi-
lantem. Non transibit illam nec preteribit ab ea sed stabit et loquetur ei loquetur amatoria loquetur secundum quod ut dilectus
meus mihi. Iudeis quibus venit amatoria locuturus non autem imperatoria, neque enim de illis est quibus ad eum merito
arguitur quod faciem celi diiudicare nossent tempus vero adventus eius minime cognovissent. Hec namque tam sollers
et prudens et bene vigilans et venientem a longe prospexit et salientem pre festinatione advertit et transilientem superbos
ut humili sibi per humilitatem appropinquaret vigilantissime observavit et demum cum iam staret et occultaret se post parietem
in ipsis presentem agnovit sed respicientem per fenestras cancellos quoque prospexit et nunc pro remuneratione tante devotionis
et religiose sollicitudinis loquentem audit. Sane enim si respexisset et minime locutus fuisset suspectus poterit esse
ille respectus ne forte magis indignationis fuerit quam dilectionis. Denique respexit petrum et non fecit ei verbum
et ideo fortassis flevit ille quod respiciens se tacuit. Hec autem quam post aspectum meruit et affatum quomodo non
flet sed et pre letitia gloriatur clamans. Et dilectus meus loquitur mihi. Vides idem non tunc eum sese efficace esse (intuitu domini ... in se se per manus)
b si conformari meritis singulorum quos respiciat et aliis quidem incutere metum aliis vero magis consolationem et securitatem
afferre. Denique respicit terram et facit eam tremere cum e regione respexit mariam et infudit gratiam. Respexit ait
humilitatem ancille sue ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Non sunt verba sed plorantis aut trepidantis
sed gaudentis. Respexit similiter hoc loco sponsam et nec tremuit illa nec flevit ad instar petri quod non suscipiebat
terram sicut ille dedit vero letitiam in corde eius affatu testificans quo eam affectu respexit. Denique verba que
loquitur audi quam non indignantis sunt sed amantis. Loquitur surge propera amica mea columba mea formosa
mea. Felix conscientia que de se ista meretur audire. Quis putas in nobis est adeo vigilans et observans tempus visi-
tationis sue sponsum quoque adventantem ita per singula eius momenta diligenter explorans ut cum venit et pul-
saverit confestim aperiat ei. Non enim sic ista de ecclesia referuntur ut non singuli nos qui ecclesia sumus simul participa-
tione eius benedictionibus debeamus. Etenim in hoc generaliter omnes atque indifferenter vocati sumus ut benedictionem hereditate
possideamus. Unde et audebat dicere ad dominum quidam hereditate acquisivi testimonia tua in eternum quia exultatio
cordis mei sunt. Illa puto hereditate qua se esse presumebat filium patris sui qui est in celis. Porro si filius et here-
des heredes dei coheredes autem christi. Magna vero rei gratiatur se acquisisse hereditate ista testimonia dei. Utinam et ego
de me vel unum meruerim testimonium domini quod id non in uno sed in multis exultat testimoniis. Denique ait in via
via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis. Et revera quid divitie salutis quid cordis delitie quod
aut vera et tanta securitas nisi domini attestationes. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est sed quem deus com-
mendat. Ut quid nos adhuc fraudamur commendationibus seu attestationibus huius divitis et plena habere presumamus
quod immo et nos genuit verbo veritatis voluntarie sic in illo nos minime ab illo perit commendatos nec ulla de tali
nobis assecutos testimonia eius. Ubi est quod apostolus dicit quod ipse dei spiritus testimonium perhibet spiritui nostro quod filii dei
c sumus. Quo filii sunt expertes hereditatis arguit nos pro certo negligentie et monstre ipsa inopia nostra. Nam si quis nostrum
integre et perfecte iuxta verbum sapientis tradat cor suum ad vigilandum diluculo ad deum qui fecit illud et in conspectu
altissimi deprecetur simul quoque votis omnibus studeat secundum ysaiam prophetam parare vias domini rectas facere semitas dei
sui cui cum propheta sit dicere oculi mei semper ad dominum et quia providebam dominum in conspectu meo semper. Nonne hic accipiet
benedictionem a domino et misericordiam a deo salutari suo. Visitabitur profecto frequenter nec unquam ignorabit tempus visitationis sue
quantumlibet is qui in spiritu visitat clandestinus veniat et furtivus utpote verecundus amator. Adhuc ergo longius agentem
bene vigilans ac sobria mente prospiciet et deinceps universa comperiet que in dilecti adventu sponsam tam sollerter
deprehendimus advertisse monstravimus quia ipse ait. Qui mane vigilaverit ad me inveniet me. Nam et desiderium se
sentiat agnoscet et quem ipse et quomodo presto iam erit continuo sentiet sed et respicientem se oculum quasi solis radium per
fenestras et rimas parietis subeuntem beato oculo cernet et demum audiet voces congratulationis et amoris appella-
ta amica columba formosa. Quis sapiens et intelliget hec ita ut ea etiam ab invicem digne distinguere et describere
singula queat ac diffinire ad intelligentiam aliorum. Si a me illud spectatur ego ea mallem ab experto audire et
qui assuetus sit et exercitatus in talibus. Sed quia consuetudo quam huiusmodi est verecundia magis plerosque abscondere eligit
quod plerosque prospicit et suave sentiunt sum enim sed id secundum meam arbitratur dico ego tui experimento loquor est nec tacere licet
quoque illud est quod de huiusmodi vel meo vel alieno teneo experimento et quod facile experiri plures queunt sine aliorum
relinquens. Apprehende illa valentibus. Cum ergo admonitus vel foris ab homine vel intus a spiritu de tuenda iustitia et
d servanda equitate istiusmodi salutaris suasio erit in profecto prenuntia imminentis adventus sponsi et preparatio quedam
ad digne suscipiendum supernum visitatorem propheta id in indicante quod ait iustitia ante ipsum ambulabit. Et item
loquitur deo sic iustitia et iudicium preparatio sedis tue. Intellige vero eadem pro eo accidebit si sermo iste moneat
loquitur de humilitate vel patientia vel etiam de fraterna dilectione et obedientia defendenda prelatis maiorum. At de sectanda sanctimonia

et pace et cordis puritate querenda / quia quidem secundum scripturam / domum dei decet sanctitudo et factus est in pace locus
eius et mundo corde deum videbunt Cumque itaque de hiis sive de aliis quibuslibet virtutibus suggestio mea fuit
facta ut dixi erit mihi / visitacionem domini virtutum innuncians anime mee Sed et si corripuerit me iustus in misericordia
et increpuerit me / idipsum sentiam sciens quod ipsa emulacio iusti et benivolencia iter faciat ei qui ascendit
super occasum Nonne occasum tuum ad correpcionem iusti stat hic et corruit viciis et deus ascendit super illud conculcans
hoc pedibus et conterens ne resurgat Non ergo contempnenda increpacio iusti que ruina peccati cordis sanitas
est vicio et dei via ad animam Sed nec ullus omnino sermo qui conficiat ad pietatem ad virtutes ad mores
optimos negligenter est audiendus quia et illic iter quo ostenditur salutare dei Quod si sermo gratus venit et placatus
quibus pulso fastidio cum desiderio audiatur iam non veniens sponsus sed et accelerans id est cum desiderio veniens credendus
est Illius namque desiderium tuum creat et quod tu eius properas sermonem admittere / inde est quod ipse festinat intrare
Non enim nos eum sed ipse magis prior dilexit nos Iam si eciam ignitum eloquium senties atque ex eo conscius tui
in recordacione peccati recordare tu de quo scriptum sit quod ignis ante ipsum precedet / et ipsum prope esse non dubitos
denique iuxta est dominus hiis qui tribulato sunt corde Si vero non solum compungeris in sermone illo sed et converteris totus
ad dominum / iurans et statuens custodire iudicia iusticie eius / eumque adesse ipsum iam noveris presertim si te ardere
sentias amore eius Etenim utrumque de illo legis / et ignem videlicet ante ipsum precedere et ipsum nichilominus ignem esse
Moyses siquidem de illo dicit quod ignis consumens est / Dixit autem quod is qui premittitur ignis ardorem habet sed non amorem
coquens sed non concoquens / movens sed non promovens / Tantum ad excitandum premittitur et preparandum sic ergo ad commonendum quod
de te sis quo dulcius sapiat postmodum quod ipse deus mox eris Alter vero ignis qui deus est / consumit quidem sed non affligit
ardet suaviter desolatur feliciter Est enim vere carbo desolatorius sed qui sic in vicia exercet vim ignis ut in animam
vicem exhibeat unctionis Ergo in virtute qua immutaris et amore quo inflammaris / dominum presentem intellige nam
dextera domini facit virtutem Non autem fit hec mutacio dextere excelsi nisi in fervore spiritus in caritate non ficta ita
ut dicat qui huiusmodi est / Concaluit cor meum intra me et in meditacione mea exardescet ignis Porro hoc igne
consumpta omni labe peccati et rubigine viciorum si iam emundata ac serenata conscientia sequatur subita quedam atque
insolita latitudo mentis et infusio luminis illuminantis intellectum vel ad sensum scripturarum vel ad misteriorum noticiam quorum
alterum propter nos oblectandos alterum propter edificandos proximos recordari / oculus absque dubio respicientis est iste
educens quasi lucem iusticiam tuam et iudicium tuum tamquam meridiem iuxta illud prophete ysaie Orietur inquit tamquam sol lux
tua etc. Sed sane non per hostia aperta sed per angusta foramina iis tante claritatis radius se infundat / secundum quod adhuc
durabat hoc ruinosi parietis corporis Itaque si aliter speras ad quantamcumque cordis proficias puritatem / tamen
ille precipuus contemplator dicat videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem Post hunc
tante dignacionis ac miseracionis respectum sequitur vox blande et leniter divina insinuans voluntatem / quod non est
aliud quam amor ipse qui ociosus esse non potest / de hiis que dei sunt sollicitans et suadens Denique audit sponsa
ut surgat et properet haud dubium quin ad animarum lucra Hoc siquidem vera et casta contemplacio habet ut mentem
quam divino igne vehementer succendit tanto interdum repleat zelo ac desiderio acquirendi deo qui eum similiter
diligant ut ocium contemplacionis pro studio predicacionis libentissime intermittat / et rursum potita votis aliquatenus
in hac parte tanto ardencius redeat in idipsum quanto se fructuosius intermisisse meminerit / et iterum sumpto
contemplacionis gustu valencius ad acquirenda lucra solita alacritate recurrat Verum inter has vicissitudines
plerumque mens fluctuat metuens et vehementer questuans ne forte alteri horum dum suis affectibus hinc inde distrahitur
plus iusto inhereat et sit in utroque vel ad modicum a divina devient voluntate Et fortassis tale aliquid sanctus Iob
paciebatur cum diceret Si dormiero dicam quando consurgam et rursum expectabo vesperam / hoc est et quietus neglecti
operis et occupatus perturbate incusabo quietis me arguo Vides virorum sanctorum inter fructum operis et sopinum contemplacionis
gravitet estuare et in bonis licet semper versantem Sed tu quasi de malis penitenciam agere et dei cum gemitu momentis
singulis inquirere voluntatem Unicum quippe in huiusmodi remedium seu refugium oracio est et frequens gemitus ad
deum ut quid quando et quomodo nos facere velit assidue nobis demonstrare dignetur / Habes ut ego opinor tria
haec id est predicacionis oracionis contemplacionis in tribus commendata et designata vocabulis Etenim merito amica dicitur que
sponsi lucra studiose ac fideliter predicando consulendo ministrando prosequitur Merito columba que nichilominus pro suis
delictis in oracione gemens et supplicans divinam sibi non cessat conciliare misericordiam Merito quoque formosa que celesti
desiderio fulgens superne contemplacionis decore se induit / horis dumtaxat quibus commode et oportune id potest
Sed et illud vide si valeat coaptari huic triplici unius anime bono / de tribus videlicet personis illis in domo una commanentibus
amicis utique salvatoris et admodum familiaribus ei Martham loquor ministrantem et mariam vacantem
et lazarum quasi gementem sub lapide et resurrectionis graciam flagitantem / Hec dicta sint propter eos quod sponsa describitur ad eo
sollerter et pervigil in observando servitatis sponsi / ut nunquam eam latere possit / quin etiam quanta festinacione ad se
veniat / sed et quam longe et quam prope et quam prius sit ulla subitacione preoccupari valeat utique noverit / et quod per
inde meruit non solum respici intuentis sed et dignanter letificari amoris vocibus et gaudere gaudio propter
vocem sponsi Nos quoque ad hec quibus audacter adiciemus quod quis etiam de nobis anima si similiter vigilet sibi

et salutabit ut amicam, consolabitur ut columbam, amplexabitur ut formosam. Perfectus omnino reputabitur, in cuius anima tria hec cognoverit atque oportune concurrere viderit, ut et gemere pro se et exultare in deo noverit, sed et proximorum utilitatibus potens sit subvenire, deo placens castitate, utilis suis. Sed ad hec quis ydoneus? Ut ipsa in omnibus nobis, et si non tota in singulis, saltem singula in diversis, sicut hodie haberi videntur longis retroactis temporibus. Habes siquidem Martham tamquam salvatoris amicam in hiis qui exteriora fideliter administrant. Habes et Lazarum tamquam columbam gementem, novicios utique, qui nuper peccatis mortui pro recentibus adhuc plagis laborant in gemitu suo sub timore iudicii, et sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum non est memor amplius, sic se reputari putant, donec ad spem remissionis, sublato pondere timoris tamquam prementis lapidis mole, respirare in spe venire possit. Habes quoque Mariam contemplantem in illis qui processu longioris temporis cooperante gratia dei in melius et letius proficere potuerunt, qui iam de indulgentia presumentes non tam versari intra se solliciti sunt tristem ymaginem peccatorum, quam in lege dei meditari die ac nocte insaciabiliter delectantur, interdum etiam revelata facie gloriam sponsi cum ineffabili gaudio speculantes in eandem ymaginem transformantur de claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. Iam ad quid sponsam surgere et properare hortetur is qui paulo ante defensare visus est eam ne dormiens suscitaretur, alio sermone videbimus, si tamen ipse ut et hunc nobis sacrati eloquii aperire dignetur sponsus ecclesie Ihesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Quis hec dicit? Absque dubio sponsus. Sermo 58. Et nonne ipse est qui paulo ante suscitari dilectam tanto studio prohibebat? Quo pacto nunc non solum ut surgat, sed etiam ut acceleret iubet? Venit in mentem simile quid quod in evangelio legimus. Ea nempe nocte qua dominus tradebatur, cum fatigatos prolixioribus vigiliis discipulos qui secum erant dormire demum ac requiescere permisisset, in ipsa hora: Surgite, clamans ait, ecce appropinquat qui me tradet. Hic quoque simili pene momento et prohibet suscitari sponsam et suscitat: Surge, inquiens, et veni. Quid ergo? Itaque vult tam subita hec mutatio voluntatis? Consilii, reor. Putatisne levitate usum sponsum et aliquid voluisse prius quod mox noluit? Absit. Sed recognoscite eas quas vobis super hoc, si meministis, et non semel commendavi vicissitudines utique sancte quietis ac necessarie actionis, et quod non sit in hac vita copia contemplandi nec diuturnitas ocii, ubi officii et operis cogentior urget instantior quoque utilitas. Amore igitur suo sponsus, ubi dilectam paululum sinu proprio quievisse persentit, ad ea que demum utiliora sunt visa trahere non cunctatur, non tamen quasi invitam. Nec enim quod ipse vetuit facit ullatenus ipse. Sed trahi sane a sponso sponse est ab ipso accipere desiderium quo trahatur, desiderium bonorum operum, desiderium fructificandi sponso, quippe cui vivere sponsus est et mori lucrum. Et est desiderium vehemens, quo eam non tantum surgere sed et surgere festinanter sollicitat. Sic quippe habes: Surge, propera, et veni. Nec parum confortat quod audit veni et non vade, per hoc se intelligens non tam mitti quam duci, et secum pariter sponsum esse venturum. Quid enim difficile sibi illo comite reputat? Pone me, inquit, iuxta te, et cuiusvis manus pugnet contra me. Item: Si ambulavero in medio umbre mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Hoc itaque suscitat, preterquam quod velit, quam sit prius ut velit, quod non est aliud nisi sancte quietis imminuta aviditas. Animatur etiam ad opus iniunctum et de temporis oportunitate redditur alacrior. Tempus faciendi, inquit, o sponsa, quia hyemps transiit, qua operari nemo poterat; ymber quoque qui inundatione sua operiebat terram, culturas impediebat, vel sata necabat vel seri vetabat, is inquam ymber totus abiit et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra. Vernalem profecto temperiem adesse significat, operandi commoditatem, frugum vicinitatem ac fructuum. Deinde subdit ubi et quid primum operari oporteat. Tempus, inquiens, putationis advenit. Ad vineas ergo excolendas ducitur, que ut possint uberioribus fructibus reddere colonos, ante omnia necesse est sarmenta sterilia preterea et fructui noxia putari superflua, sicut in ipsis litteris. Hunc iam videtis quod istiusmodi quidem historico sermone spiritualiter nos innuat intelligendum? Et vineas esse quidem animas vel ecclesias, sic quoque huius rei rationem que vera sit, dixi vobis iam et audistis, nec opus est iterato audire. Ad has itaque revisendas, corrigendas, instruendas, salvandas anima perfectior invitatur, que tamen id ministerii sortita sit non sua ambitione, sed vocata a deo tamquam Aaron. Porro invitatio ipsa quid est, nisi intima quedam stimulatio caritatis pie nos sollicitantis emulari fraternam salutem, emulari decorem domus domini, incrementa lucrorum eius, incrementa frugum iusticie eius, laudem et gloriam nominis eius? Istiusmodi itaque erga deum religiosis affectibus quoties is qui animarum regimini aut studio predicationis officio intendit sic hominem suum interiorem senserit permoveri, toties profecto sponsum adesse intelligat, toties se ab illo ad vineas invitari. Ad quid? Nisi ut evellat et destruat, et edificet et plantet. Verum tamen opificii sic omni rei sub celo non omne tempus suppetit et aptum est. Addidit is qui invitat: Tempus putationis advenisse. Advenisse sic noverat qui clamabat: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Neminem dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. Viciosa sive dubia atque superflua et omne demum quod offendiculum dare aut et impedire fructum salutis possit, putare iam et resecare monebat, sciens quia tempus putationis advenit. Idem et aiebat fideli cuidam cultori vinearum: Argue, increpa, obsecra. In primo et secundo horum putatorem vel extirpatorem, in ultimo plantatorem indicans. Et hic quidem sponsus per os Pauli de tempore operandi. Sed audi quid per semetipsum os de eadem oportunitate, sed alio quidem rerum schemate et nomine, ad novam sponsam locutus sit: Nonne vos dicitis, inquit, quia adhuc quatuor menses sunt et messis venit? Ecce dico vobis, levate oculos vestros et videte regiones, quia albe sunt iam ad messem. Item: Messis quidem multa, operarii pauci; rogate dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Sicut ergo ibi metendi causa segetes tempus adesse monstrabat, ita et hic vineas eque intelligibiles, id est animas vel ecclesias, tempus putandi advenisse declarat. Id forsitan interest utrasque res voluit vocabulorum diversitate distinguere, ut messes plebes, vineas congregationes

sectorum cohabitancium intelligas. Porro hiemale tempus quod preterisse sciat illud in designare videtur cum dominus ihesus ia-
non in palam ambularet apud iudeos eo quod conspirassent adversus eum volentes eum interficere unde et dicebat ad quosdam:
Tempus vestrum semper est paratum, tempus autem meum nondum advenit. Et rursum: Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non
ascendam. Ascendit tamen postea et ipse non palam sed quasi in occulto. Ab hinc ergo et deinceps usque ad adventum spiritus sancti
quo recaluerunt torpentia fidelium corda tamquam igne quem dominus ad hoc ipsum misit in terram, hiemis fuit. Tunc ne ne-
garet hyeme tunc esse cum petrus sederet ad prunas non minus gelido corde quam corpore. Denique erat frigus inquit. Pag-
rencam frigus cor negantis constupuerat. Nec mirum tamen cum ignis ab eo ablatus esset. Nam paulo ante non parvo
fervebat zelo quippe adhuc igni proximus qui evaginato gladio ne igne perderet servi auriculam amputavit. Sed
non erat tempus putacionis et idem audivit: Converte gladium tuum in locum suum. Erat enim hora et potestas tenebrarum, et quamvis
tunc discipulorum levaret gladium vel ferri vel verbi aut [illegible] erat et nemini licuerit nec quippiam fructus afferre
aut etiam timoris gladio ad negandum cogendus. Et magis ipse periret in suo verbo domini quod subiunxit mox ita dicens:
Omnis qui acceperit gladium gladio peribit. Omnes nempe ceteri ante patiendam mortis ymaginem [illegible] stabat
trepidante et [illegible] principe ipso qui voce confortandus sui imperatoris fuerat primitus et premonitus alios confortare.
Ceterum nec is nec ille sed adhuc induerat virtutem ex alto et ob hoc tunc non erat eis in vineas [illegible] et [illegible]
lingue sarculum et gladio spiritus putare vites, purgare palmites ut fructum plus afferent. Denique ipse dominus tace-
bat in passione et in multis interrogatus non respondebat, factus nimirum sicut homo non audiens et non habens in ore suo re-
darguciones. Dicebat autem: Si vobis dixero non credetis michi, si autem et interrogavero non respondebitis michi. Sciens tempus putacionis
nondum advenisse nec culturam precisus vinearum suarum impensurum laboribus, id est nec fidei nec operis boni fructum aliquem
relaturam. Porro ceterum hiems erat in cordibus perfidorum et hiemales quidem malicie ymbres occupaverant terram
iacta semina ubi suffocare quam fovere paratiores sed et cultum vinearum omnem inutilis impendenda operam frustrari.
Quos vos me nunc putatis dicere ymbres? Istos ne quos videtis currentes per aera nubes turbulento spiritu spargere
super terram? Non est ita, sed quos de terra in aerem sursum ferunt homines turbulenti spiritus ponentes in celum os suum et
lingua eorum transiens in terram tamquam pluvia amarissima terram ipsam palustrem ac sterilem facit et tam plantis
quam satis inutilem. Non quidem hiis visibilibus atque corporeis ad nostros utique corporeos usus datis. De quibus nulla pla-
ne sicut nec de bubus cura est deo. Sed quibus profecto que serit et plantavit dei manus et non hominis que queunt
germinare et radicare in fide et caritate potuerunt et fructum parturire salutis si bonis et temperaneis ymbribus riga-
rentur. Que denique sunt pro quibus xpistus mortuus est. Ve nubibus pluentibus istius modi ymbrem super eas que lutum
faciat fructum non afferat. Nam sicut sunt et bone et male arbores ferentes quoque fructus pro sui dissimilitudine
differentes, bone videlicet bonos et male malos, ita arbitror nubes et bonas quidem bonos et malas esse que
malos pluant ymbres. Et vide ne forte innueret nobis hanc nubium ymbrium quam distinctionem qui dicebat: Mandabo
nubibus meis ne pluant super eos ymbrem haud dubium quin super vineam. Aut putas advertisse signanter meis
nisi quia sunt et male nubes que non sunt eius? Tolle tolle inquiunt crucifige eum. O nubes violentas et turbidas.
O ymbrem procellosum. O torrentem iniquitatis evertere magis quam fecundare ydoneum. Nec minus malus minusve amarus
more licet impetu priore ymber ille qui subsecutus est: Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere. Si
rex israel est descendat de cruce et credimus ei. Phariseorum ventosa loquacitas non est bonus ymber qui sterilitatem magis
intulit terris quam fertilitatem. Multo magis prava dogmata hereticorum mali ymbres sunt qui pro fructibus spinas produ-
cunt et tribulos. Mali ymbres etiam tradiciones phariseorum quas salvator redarguit et ipsi nubes male. Et nisi
forsitan michi iniuriam faceret moysi numquid bona nubes est illa non omne quod pluit vel ipsa bonum tamen dicam. Ne
ille contradicat qui ait: Dedi illis mandata precepta non bona. Haud dubium quin per moysen et iustificaciones in quibus
non vivent in eis litteralis illa videlicet tamen observacio sabbati sonantis requiem non donantis, indictum sacrificiorum vetus
interdictum porcine carnis esus nonnullorum quam similium que quidem a moyse perceperunt pluvia est hoc totum
quod illa nube descendens. Sed nolo in ortum vel in agrum meum quicquam descendat. Fuit sane bona suo tempore, preter tempus
si venit non bona iam censeo. Omnis enim etiam levis vel etiam lenis descendens pluvia si sit intempestiva molesta
est. Donec ergo istius modi aque pestilentes occupaverunt terram et invaluerunt super eam tempus suum vinee non invenerunt
nec fuit quod sponsa invitaret ad putandas vineas. Ceterum decedentibus illis terra apparuit arida et flores ap-
paruerunt in ea, significantes tempus putacionis adesse. Cuius primus quis fuit? Quem putas nisi qui refloruit caro xpisti
in resurrectione. Et hic primus et maior flos qui apparuit in terra nostra. Nam primicie xpistus. Ipse inquit flos campi
et lilium convallium ihesus, ut putabatur filius ioseph a nazareth quod interpretatur flos. Hic ergo apparuit primus non solus.
Nam et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt qui veluti quidam lucidissimi flores simul apparuerunt in
terra nostra. Denique venerunt in sanctam civitatem et apparuerunt multis. Flores etiam sunt qui primi crediderunt de ipsis
primicie sanctorum. Flores eorum miracula instar florum adducentia ad fructum fidei. Nam postquam ille infelix ymber
aliquantulum vel ex parte abiit et recessit secuta est mox pluvia voluntaria quam segregavit deus hereditati sue
et flores apparere ceperunt. Dominus dedit benignitatem et terra nostra dedit fructum suum flores suos ita ut una
die tria milia et alia quinque milia de populo crederent. Adeo in brevi crevit florum numerus idest credentium multitudo

et non potuit gelu malitie spiritualis adurere flores qui apparebant, nec perimere ut assolet fructum vite quem promittebat. Nam
tu omnis qui credebant induebantur virtute ex alto, surrexerunt contra leones qui minas hominum contempserunt, fortes in
fide passi sunt quamquam plurimos contradictores, sed non cessaverunt neque subterfugerunt quominus et facerent et annuntiarent
opera dei nam in nobis vel in ipsis spiritualiter, quin et seminaverunt agros et plantaverunt vineas et fecerunt fructum nativitatis.
Processu temporis tempestas sedata est, et pace reddita terre creverunt vinee et propagate et dilatate sunt et multiplicate
sunt super numerum. Et tunc demum ad vineas invitatur sponsa, non quidem ad plantandum sed ad putandum quod iam plantatum erat,
oportune quidem. Nam hoc opus pacis tempora requirebat. Quando enim persecutionis tempore id liceret? Alioquin sumere in manus
gladios ancipites, facere vindictam in nationibus, increpationes in populis, alligare reges in compedibus et nobiles
eorum in manicis ferreis, et facere in eis iudicium conscriptum, hoc quippe putare vineas est. Et usque hodie vel pacis tempore
actitatur in pace. Et de his satis. Potat ac sumi sermo si plus quoque unum nostrum moveri meum de sua vinea mo-
e missionem. Quis enim ita ad unguem omnia a se superflua resecavit ut nil se habere putet putatione dignum? Credite mihi,
et putata repullulant, et effugata redeunt, et reaccenduntur extincta, et sopita denuo excitantur. Parum est ergo
semel putasse, sepe putandum est, immo si fieri possit semper, quia semper quod putari oporteat si non dissimulas invenis.
Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia putas emortua et non magis compressa. Velis nolis intra fines
tuos habitat Iebuseus; subiugari potest, non exterminari. Scio, inquit, quia non habitat in me bonum. Parum est, nisi et malum
inesse fateatur. Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod odi illud facio, iam non ego operor illud,
sed quod habitat in me peccatum. Aut te contra, si audes, prefer apostolo, nempe ipsius vox est ista; aut fatere tu illo te vi-
tiis quoque non carere. Demum medium viciorum virtus tenet. Hic providende sedule egeat non solum putatione sed et circumcisione. Alioquin
verendum ne undique a labentibus, immo a volentibus viciis illa dum nescis paulatim elanguescat, aut si supervenit
suffocetur. Unde in tanto discrimine consilium est: observare diligenter, et mox ut renascentium capita apparuerint prompta
severitate succide. Non potest virtus cum viciis pariter crescere. Ergo ut illa vigeat, ista crescere non sinatur. Tolle superflua,
et salubria surgunt. Utilitati accedit quicquid cupiditati demis. Demus operam putationi. Putetur cupiditas, ut
virtus roboretur. Nobis fratres putationis semper est tempus, sicut semper est opus. Confido enim quia vobis iam hiems transiit.
f Scitis quam hiemem dicam: timorem illum qui non est in caritate, qui cum omnes initiet ad sapientiam neminem consummat.
Quem superveniens caritas expellit illum tamquam hiemem estas. Estas enim caritas est, que si iam venit, immo quia
venit sicut iustum est vel sentire de vobis, siccavit necesse est omnem hiemalem ymbrem, omnem videlicet anxietatis
lacrimam quam amara recordatio peccati et timor ante contorquebat iudicii. Itaque quod non dubito, etsi non de
omnibus vobis, profecto de pluribus hic iam ymber abiit et recessit. Nam et flores apparent indices pluvie
suavioris. Habet et estas pluvias suas suaves et uberes. Quid dulcius lacrimis caritatis? Flet quippe caritas, sed
ex amore, non ex merore; flet ex desiderio, flet cum flentibus. Tali ymbre non ambigo irrigatos uberius actus
obedientie vestre, quos letus intueor non immunes tedio, non tristitia obscuros, sed quodam gaudio spirituali conditos
et floridos, sic sunt ac si semper flores gestetis in manibus. Ergo si hiemis transiit, imber abiit et recessit, si
demum flores apparuerunt in terra nostra, et subinde quedam spiritualis gratie in malis temporibus tempus putationis
indicat, quid restat nisi de cetero toti incumbamus huic operi tam sancto quam necesse? Scrutemur, inquit propheta, vias nostras
et in eo se quisque iudicet profecisse, non cum non invenit quod reprehendat, sed cum quod invenit reprehendat. Tunc
te non frustra scrutatus es, si rursum opus esse scrutinio adverteris, et toties non te fefellit inquisitio tua quoties
iterandam putaveris. At aut semper hoc cum opus est facis, semper facis. Ergo opus esse semper memineris superni auxilii et
misericordie sponsi ecclesie Ihesu Christi domini nostri, qui est super omnia benedictus in secula. Amen. Sermo sexagesimus

Vox turturis audita est in terra nostra. Nunc iam dissimulare nequeo quod ecce sermo is qui de celo est de terra
loquitur, usque adeo dignatur familiariter quasi unus de terra. Sponsus est iste, qui cum premittet flores ap-
paruisse in terra, adiunxit nostra; et nunc nichilominus, inquit, vox turturis audita est in terra nostra. Ergo ne
vobis tacebit deo quidem tam insueta, ne dicam indigna locutio? Neque ut opinor de celo sit locutus repente,
nusquam alibi de terra. Audite quante suavitatis sit deum celi dicere in terra nostra. Quique terrigene et filii hominum audite:
magnificavit dominus facere nobiscum. Multum illi cum terra negotium, cum sponsa quam de terris sibi asciscere placuit. In terra, inquit,
nostra. Non plane principatum sonat vox ista, sed consortium, sed familiaritatem. Tamquam sponsus hoc dicit, non tamquam dominus. Condi-
tor est, et consortem se reputat. Amor loquitur, qui dominium nescit. Carmen nuptiale amoris ne aliis hic quam amatoriis
fabulari oportuit. Amat et deus, nec aliunde hoc habet, sed ipse est unde amat, et ideo vehementius quia non amorem tam
habet quam hoc est ipse. Unde quos amat amicos habet, non servos. Denique amicus fit de magistro, nec enim amicos diceret
discipulos si non essent. Vides amori cedere etiam maiestatem. Ita est fratres: neminem suspicit amor, sed nec despicit quidem. Omnes
ex equo intuetur qui perfecte se amant, et in seipso celsos humilesque contemperat, nec pares modo, sed unum facit eos. Tu
deum forsitan ab hac amoris regula adhuc excipi putas. Sed qui adheret deo unus spiritus est. Quid miraris? Hic
ipse factus est tamquam unus ex nobis. Minus dixi: non tamquam unus, sed unus. Parum est parem esse hominibus, homo est. Inde
terram nostram vendicat tibi, sed quam patriam, non quam possessionem. Quidni vendicet? Inde illi sponsa, inde substantia corporis,
inde sponsus ipse, inde duo in carne una. Si caro una, cur non et patria una? Celum celi domino, inquit, terram dedit
filiis hominum. Ergo ut filius hominis hereditat terram, ut dominus subiciat, ut conditor administrat, ut sponsus condat.
Dicendo nempe in terra nostra proprietate profecto abiunxit, societatem non repulit. Et hoc pro eo quod sponsus tam benigne
visus est verbo, ut dignatus sit dicere in terra nostra. Sive certa videamus: vox turturis audita est in terra nostra. Et
hoc transacte indicium hiemis est, tempus nichilominus putationis adesse demonstrat. Id nostro loco. Alias turturis
d vox non dulce sonat admodum, sed dulcia signat; ipsa anicula si cantus non magnus, si desistis non primi pri-

Et vox quidem gemitus quae canitur similior peregrinationis nostrae nos admonet. Illius doctoris libenter audio vocem
qui non sibi plausum sed mihi planctum moveat. Verum turturem exhibes si gemere doceas et si persuadere vis id magis
gemendo quam declamando studeas oportebit. Exemplum sane cum magis militat (?) tum vel maior hoc in negocio
verbo efficacius est. Dabis voci tuae vocem virtutis si quod suades prius tibi illud videris persuasisse. Validior operis
quam oris est vox. Fac ut loquor et non solum me facilius emendabis sed te quoque gravi liberabis probro. Non iam pertinebit
ad te si quis dicat: Alligant onera gravia et importabilia et imponunt ea in humeros hominum; digito autem suo no-
lunt ea movere. Sed neque illud verearis quod: Tu qui alios doces teipsum non doces. Vox turturis audita est in terra
nostra. Donec homines pro Dei cultu meruerunt (?) tantum in terra et tantum terram acceperunt, illam utique melle et lacte manantem,
inde se ingurgitaverunt pecuniosos super terram, nec more turturis ingemuerunt veluti patriae reminiscentes, magis autem
pro patria exilio abusi. Sederunt se comedere pinguia et bibere mulsum. Ita tamdiu non est vox turturis audita
in terra nostra. Ubi vero regni caelorum promissio facta est, tunc intellexerunt homines se non habere hic manentem civitatem
sed futuram inquirere tota aviditate coeperunt, et tunc primum manifeste sonuit in terra vox turturis. Nam dum sancta quaeque
iam anima Christi praesentiam suspiraret, regni dilationem moleste ferret, desideratamque patriam gemitibus et suspiriis a lon-
ge salutaret, nonne tibi videtur vice fungi gementis ac castissimae turturis? Quaeque anima in terris ita fecerit. Ex
tunc ergo et deinceps vox turturis audita est in terra nostra. Quidni moveat, nisi crebras lacrimas et gemitus
quotidianos propter absentiam? Domine ante te omne desiderium meum et gemitus meus a te non est absconditus. Labo-
ravi in gemitu meo, tu scis. Sed beatus qui dicere potuit: Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis meis
stratum meum rigabo. Non solum autem nunc sed omnibus qui diligunt adventum eius gemitus isti apti sunt. Hoc quippe est
quod ipse aiebat: Numquid possunt inquit filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis
sponsus et tunc lugebunt. Ac si diceret: et tunc vox turturis audietur. Ita est, Ihesu bone. Nam ipsa creatura ingemiscit
et parturit usque adhuc revelationem filiorum Dei expectans. Non solum autem illa sed et nos ipsi primitias spiritus habentes intra
nos gemimus adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corporis nostri. Et scientes quia peregrinamur a te, nec vacui
gemitu, quibus e caelo tam intendit videtur. Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam, dicit dominus.
Fuit in tempore primo vox ista gementium sed rara et penes quosque sanctos gemitus. Unus et dicebat: quod lectum meum
in. stratum meum in. Sed qui aiebat: gemitus meus a te non est absconditus, profecto monstrabat absconditum esse
qui Deo non esset absconditus. Et ideo tunc dici non potuit: vox turturis audita est in terra nostra, quia sanctum adhuc
paucorum iam tunc in multitudinem non convenit. At ubi palam clamatum est: Que sursum sunt querite ubi Christus in dextera
Dei sedens, ad omnes iam coepit pertinere vox ista, gemitus turturis et una omnibus gemendi vox, quia omnes sciebat
dum sunt quod in Ieremia legitur: Et cognoscent me a minimo usque ad maiorem. Et deus [illegible] sed multi gementes quod
sibi erat unica expressio vox turturis. Inquit: Turturis non turturum. Forte apostolus id solvit ubi ait: Quia ipse spiritus postulat
pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ita est ipse inducat gementes qui gementes facit. Et quamvis multi sint quos ita
gemere audias, unica per omnium labia vox sonat. Quidni illius qui ipsam more singulorum pro quorumque necessitatibus
format? Denique unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Sua vox quoque manifestum facit et prodens
indicat. Et audi quo evidentius quod vocem habeat spiritus suus: Spiritus inquit ubi vult spirat, et vocem eius audis et
nescis unde veniat aut quo vadat. Et si ille nesciebat qui licet credentem docebat mortuos iamque mortuos
nos sciamus quia translati de morte ad vitam per vivificantem spiritum cito et quotidiano compunctio ipso nos illuminante
pergamus vota et gemitus nostros ab ipso venire et ad deum ire, illucque invenire intendit in oculis Dei. Qui enim
spiritus sui invitat facit vocem eius. At ipse scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Nec solum comme-
dant turturem gemitus, commendat et castitas. Huius denique nido digna fuit dari hostia pro virgineo partu. Sic
quippe habes: par turturum aut duos pullos columbarum. Et licet alias quando per columbam spiritus soleat de-
signari, quia tamen libidinosa avis est, non decuit eam offerri in sacrificium domino nisi ea sane etate quae nesciret li-
bidinem. At turturis non designatur etas, quia agnoscitur castitas in quacumque etate. Denique compare uno contenta
est, quo amisso alterum iam non admittit, multiplicitatem nuptiarum in hominibus redarguens. Nam et si forsitan culpa
propter incontinentiam venialis est, ipsa tamen tanta incontinentia turpis est. Pudet ad negotium honestatis venire
non posse in homine quod non possit in volucre. Cerne est turturem tempore sue viduitatis, sancte viduitatis opus
strenue atque infatigabiliter exequentem. Videas ubique singularem, ubique gementem audias, nec umquam in
viridi ramo residentem perspicias, ut tu ab eo distas voluptatum virentia velut virulenta vitare. Adde quod
in iugis montium et in summitatibus arborum frequentior illi conversatio est, ut quod vel maxime contemptum predicare
decet. Docetur nos terrena despicere et amare caelestia. Ex quibus colligitur quod vox sit turturis etiam predicatio castitatis.
Neque enim a principio vox ista in terris audita fuit, sed magis illa: Crescite et multiplicamini et replete terram. Immissa
profecto vox illa predicatio sonuisset verbum propalata resurgentium patria, in qua longe felicius homines neque nubent
neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in caelis. Cum ne voci illi tempus fuisse tunc dicas, cum maledicto omnis subiace-
bat sterilis in Israel, cum patriarche ipsi plures simul habebant uxores, cum frater fratris absque liberis defuncti semen suscitare
ex lege compellebatur. At ubi sonuit ex ore celestis turturis commendatio illa spadonum qui se castraverunt propter
regnum Dei, et item altera quedam castissime turturis exemplum de virginibus utique dicentis, tunc dici primum valet

[illegible] tor
seu Doctor

potuit quia vox turturis audita est in terra nostra. Ergo in terra nostra et flores apparuerunt et vox turturis audita, quoniam in terra nostra perfecto et visu veritas comperta est et auditu. Vox quippe auditur, flos cernitur. Flos incarnationis est ut nostra superior interpretatio habet, quos voci accedens parturivit fructum fidei. Et si fides ex auditu, sed ex visu confirmata est. Sonuit vox, splenduit flos et veritas de terra orta est per confessionem fidelium, verbo signoque pariter concurrentibus in testimonium fidei. Testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Dum flos voci, auri oculus attestatur, audita visa confirmat. Duorum testimonio auris loquor et oculi ratum sit. Propterea dominus aiebat: Ite renuntiate Iohanni. Binis nempe duplicibus loquebatur: que vidistis et audistis. Nec brevius nec plenius intimari valuit fidei certitudo. Vides quomodo in brevi eam universe terre persuasio facta est, et quasi argumenti compendio. Que audistis, inquit, et vidistis. O verbum abbreviatum, attamen vivum et efficax. Haud dubium perfecto asserto quod aure oculisque percepi. Intonat tuba salutaris, coruscant miracula et mundus credit. Cito persuadetur quod dicitur dum quod stupet cernitur. Habes et quod perfecta apostoli predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Habes in monte stupenda claritate transfiguratum et mellifluo paterna testificatum voce. Habes in Iordane filium et columba monstrante et voce testificante. Vere sunt duo ubique pariter vox et signum ad introducendam fidem quo diva largitate concurrunt ut lacrima ad animam per utrasque fenestras ingressa pateat veritati. Sequitur: Ficus protulit grossos suos. Non comedas ex eis. Nec enim esui habiles sunt ob immaturitatem sui. Bonitatem ficuum habent plenitudine non sapore. Forte hypocritas designatos non abicias tu aliam forsitan habes opus sententiam. Alioquin satis per semper loqui et ante tempus cadere sicut fenum tectorum quod prius quam evellatur exaruit. Dixi ego de hypocritis dictum reor. Non sine causa tu in carne nuptiali corpus meum fieri est. Plurimis sub dubio et si non esui usui qualicumque. Multa in nuptiis sunt dapes nostra per curantur. Ego vero istud adeo nunc consisto perclusum ut discutere nunc inter angustias comitatum sermonis sinam quoque id est velle, sed differo in diem alterum et horam liberiorem. Tu vero nunc nos tunc licebit comprimere. Tanta nunc mihi oportunitate facultate quod obtineat vota vestra ad proficiendum quod sentio in vestrorum ipsorum edificationem et in laudem et gloriam sponsi ecclesie Ihesu Christi domini nostri qui est super omnia benedictus in secula. Amen.

Sermo sexagesimus primus

Ficus protulit grossos suos. Ex superioribus pendet presens locus. Dixerat enim tempus putationis venisse, tunc ex floribus qui iam apparebant, quod ex audita turturis voce hec asserens. Adhuc ex grossorum productione confirmat quod non solum ex floribus et voce turturis argumentum capit temporis, capitur et ex ficu. Non enim non est aer indulgentior tunc cum ficus grossos suos protulit. Ficus flores non habet, sed pro floribus grossos mittit tempore quo cetere arbores florent. Et quomodo flores apparent et cadunt, ad nichil utiles nisi quod secuturi fructus quedam primicie sunt, ita et grossi oriuntur, sed immature cadunt et dant locum maturandis, ipsi minime habiles ad vescendum. Et hinc ergo ut supra sumit sponsus complementum temporis et argumentum suasionis ut non pigritetur sponsa pergere ad vineas quia non perit opera que tempestiva venit. Et littera quidem sic. Quid vero spiritus? Ut plane hoc loco non ficum intueam sed populum. Neque de hominibus cura est deo, non de arboribus. Vere ficus est populus fragilis tunc primus sub antiquis patribus, cuius primi fructus ut interim nomini alludamus grossi utique et tenues. Nec enim perplexum est studium per quod querere regnum dei et iustitiam eius, sed ut ait apostolus cogitare que mundi sunt, quomodo uxoribus placeant; vel ille vires tribulationem carnis habebunt. Hinc dicti sed in promissis non negamus eos fructus fidei assecutos si bona habuerunt promissa confessionem, maxime si opera carnis eloquiis retinuerunt. Ergo primi plebium fructus non fructus sunt, nec magis quam ficuum grossi. Deinde si dignos postmodum fructus penitentie fecerunt, non enim prius quod est spirituale sed quod animale. Dicet illis: Quem fructum habuistis in quibus nunc erubescitis? Ego tamen in hoc loco non quemvis populum ut putavi liberius puto unum significatum oppositum. Neque enim protulerunt dixit quia de pluribus, sed quia de una: protulit, inquit, ficus grossos suos. Et ut sentio, ego quod est plebs Iudeorum, cuius multa in lege salvator parabolice in evangelio loqui videtur, ut est illud: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et cetera. Item: Videte ficulneam et omnes arbores. Et Nathanaeli dictum est: Cum esses sub ficu vidi te. Et rursum maledicit ficulneam pro eo quod non invenit in ea fructum. Vere ficus, que licet bona patriarcharum radice prodierit, numquam tamen in altum profecit, numquam se humo attollere voluit. Unde vide radicis puritate ramorum quantitate florum fecunditate fructuum. Male profecisti tibi cum tua radice comparata. Arbor pusilla, tortuosa, nodosa, dura cum sis. Quid ea dignum apparet tuis in ramis? Ficus, inquit, protulit grossos suos. Non hos nobili a radice traxisti semine neque. Quod in ea est de spiritu sancto est, et per hoc totum subtile ac suave. Tibi unde hi grossi? Et vere quid nisi grossum in gente illa, nec actus perfecto vel affectus vel intellectus sed vel ritus que in colendo deum habuit. Nam actus in bellis, affectus in lucris totus erat, intellectus in crassitudine littere, cultus in sanguine pecudum et armentorum. Et dicat aliquis: Cum istiusmodi grossos non aliquando proferre gens illa cessavit, quomodo non aliquo tempore putationis non competit, quod unum utrumque uni tempus consistere perhibet? Non ita est. Dicam mulieres filios peperisse non cum parturiunt, sed cum iam pepererunt. Dicam et arbores edidisse flores suos non cum ceperunt florere, sed postquam dum defloruerunt. Ita hic quoque dictum est quod ficus protulit grossos suos non cum aliquos edidit, sed cum totos, id est cum ad finem pervenit edendo. Querimus quo tempore istiusmodi complementum illi populo accidit. Cum Christum occidit. Tunc est completa malicia eorum, mox quod ipse eis predixerat: Implete mensuram patrum vestrorum. Unde in patibulo traditurus spiritum: Consummatum est, inquit. O qualem consummationem dedit grossis suis ficus hec maledicta et subinde eterna ariditate dampnata. O quam sunt novissimi peiores prioribus. Incipiens ab inutilibus ad pravos pervenit et venenatos. O grossum viperarum quoque affectum. Odivit hominem qui homines et corpora sanat et salvat animas. O insulsum intellectum grossum etiam et hominum qui deum non intellexerit nec in operibus dei. Minimum me forsan queratur in se esse Iudeus qui intellectum dico hominum. Sed legat in prophetia: Cognovit, inquit, bos possessorem suum et asinus presepe domini sui, Israel non cognovit me. Et plus quam hominum audiret, et plus quam hominum non intelligat. Vides me Iudee mitiorem propheta tuo. Ego te comparavi iumentis; ille subicit plus meo non intelligit. Christum non in sua persona propheta dixit hoc, sed in dei qui deus se et in ipsis operibus clamat. Et si mihi, inquit, non creditis operibus credite, et si non facio opera patris mei nolite credere. Nec sic tamen evigilat ad intelligendum. Non fuga demonum, non obedientia elementorum, non vita mortuorum bestialem hanc et plus quam bestialem hebetudinem ab eis

depellere quivit. De qua non minus mirabili quam miserabili caecitate factum est, ut in illud tam horrendum tamque enor-
me grossum facinus prorumperent, Domino maiestatis iniicientes manus sacrilegas. Convenienter itaque dici potuit quod ficus pro-
tulit grossos suos, cum iam legitima illius populi esse decrevit, quae in ortu superni luminis, ut nocturne umbre, praeteriit
supervenientibus veritatis praeconiis, non aliter sane quam quo grossi cadunt et cedunt subcrescentibus ficubus bonis. Quidni
inquit non cessavit ficus producere grossos suos, nam te vocatam, o sponsa, sciens non posse una producere ficus optimas.
Nunc autem producti qui prius producendi erant, non iam intempestive te invito cum bonis ac salutaribus fructibus
in proximo esse nostrantur, inutiles consumuntur. Nam et vineae, inquit, florentes odorem dederunt, quod messis appro- textus
pinquantis fructus indicium est. Hic odor serpentes fugat. Aiunt florescentibus vineis omne reptile venenatum a
cedere loco, nec vel attingere ... odore novorum florum. Ceterum volo attendat novicius noster, et fiducialiter agat, cogi- a
tans qualem spiritum acceperit, cuius primitias daemones non sustinent. Quid sit novicius fervor, quid circa abso-
luta pressecatione pendat, quo flore fructus et saporis virtus quo vi estimatur, odoris. Vineae florentes odorem dederunt.
Et in primo quidem sic fuit quod praedicatione nove gratiae secuta est novitas vitae in his qui crediderunt, qui quasi
sancta inter gentes habentes bona propter quod erant bonus odor in omni loco. Odor bonus testimonium bonum. Hoc de bono
opere tamquam de flore odor prodit. Et qui sic tali flore et tali odore inter primordia nascentis fidei fideles animae
veluti quaedam spirituales vineae referte apparuerunt habentes testimonium bonum et ab his qui foris erant. Non minus
ut opinor de ipsis dictum sentimus quod vineae florentes odorem dederunt. Ad quod ut eos sane provocabat circa qui
vocati crediderant, quo bonis operibus illos glorificarent considerantes et ipsi Deum, atque ita eis odor vitae ad vitam
esse inciperet. Videtur ergo dedisse odorem non in multo refertur qui non sua gloria sed aliorum de sua bona opinione
quaesierit salutem. Alioquin potant more quorundam quaestum existimare pietatem, ubi gratia omnia est, in vanitatem
ipsum esset non dare odorem sed vendere. Nunc vero quod omnia sua in caritate faciebat, non plane vendiderunt odorem,
sed dederunt. Ceterum si vineae animae, flores opus, odor opinio est, fructus quid? Martyrium. Est vere fructus vitis san-
guis est martyris. Cum dederit inquit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini filii merces fructus ventris. Ex hoc modo b
exorsus est fructus vitis. Quid in sanguine hoc dixerim meraciissimus, sanguine innocentis, sanguine iusti. Quid
in musto rubens probatum paradiso plane de vinea sorens torcularii passionis expressum. Denique preciosa in conspectu
Domini mors sanctorum eius. Hoc pro eo quod dictum est, vineas florentes odorem dedisse. Ita si ad tempora gratiae huius loci
respicere malumus. Aut si placet magis referre ad priores. Vinea Domini sabaoth, propheta dicente, Israel est. Erit sensus:
Christum in carne nasciturum et moriturum adoraverunt prophetae et patriarchae, sed non dederunt tunc eundem odorem suum
quod non exhibuerunt in carne quae in spiritu presenserunt. Non dederunt odorem suum nec secretum publicaverunt oppor-
tunitates ut revelaverunt pro tempore. Quibus sane tunc caput sapientiae in mysterio absconditum in corpore non exhibitum. Ita
vineae tunc quidem non dederunt odorem suum, dederunt autem postea cum per successores generationum nascente quod sic Christum
secundum carnem partu virgineo saeculis ostenderunt. Tunc plane in quo spirituales ille vineae dederunt odorem suum cum
apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri Dei, et cepit prodesse in illis quae parva adhuc absente
presenserat. Vir ille ubi cum qui Iacob tangens et Christum sentiens: Ecce inquit odor filii mei sicut odor agri
pleni cui benedixit Dominus. Cum hoc diceret habebat delicias suas, sed nec tamen illas computabat. At ubi venit
plenitudo temporis in quo misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret,
tunc profusus odor qui in illo erat, sese ubique sparsit, adeo ut a finibus terre ipsum sentiens clamaret ecclesia: Oleum
effusum nomen tuum. Currit quod adolescentulae in odore olei. Ita ista vinea dedit odorem suum, et eo tempore dederunt et
tecte in quibus hic ipse odor vite continebatur. Quid in dederunt ex quibus Christus secundum carnem. Dictum est itaque vineas
dedisse odorem, sive quod fideles animae bonam de se ubique opinionem spargunt, sive quod palam facta sunt mundo oracula
et revelationes patrum et in omnem terram convenit odoratus eorum dicente apostolo: Manifeste magnum est pietatis sacramentum
quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo,
assumptum est in gloria. Quid vero si vel ficus vel vineae iste aliquid habent quod mores edificet? Ego hunc locum c
arbitror esse et moralem. Dico autem per gratiam Dei quae in vobis est, et ficus vos habere et vineas. Ficus quidem
qui suaviores in moribus sunt, vineas vero qui spiritu ferventiores. Omnis qui se inter vos quietius socialiter agit
et non solum sine querela conversatur inter fratres, sed et in multa suavitate fruendum se omnibus prebet in omni affectione
caritatis, quid in vita illa agere ficus convenientissime dicatur. De tunc grossos suos prius protulerit priusquam ex
timore utique initium quem perfecta caritas foras mittit, et amaritudinem peccatorum quae vere confessionem et infusiones
gratiae crebras ac profusionem lacrimarum cedat notum est. Certa quod talia instar grossorum poma ficuum sicut ante
quae vos quoque per vosmetipsos cogitare potestis. Ut tamen adhuc ego aliquid adiciam de hiis quae occurrunt videte
ne forte etiam sic inter grossos deputari possunt scientia, prophetia, linguae, similia quoque. Etenim ista grossorum more de
ficere habent et cedere melioribus, dicente apostolo quod et scientia destruetur, et prophetiae evacuabuntur, et linguae cessabunt.
Fidem quoque ipsam intellectus excludet, spem quoque succedat visio notum est. Quod enim videt quis quid sperat? Sola
non excidit caritas, sed illa qua Deus toto corde, tota anima, tota virtute diligitur. Ideo hanc in medio grossos anima-
verim ne ad ficum quidem dixerim pertinere sed ad vineas. Vineae quippe sunt ferventiores vobis, quia flammeos d
se exhibent in spiritu vehementi agentes, zelantes pro disciplina, vitia acrius corripientes, aptantes sibi
congruentissime vocem illam: Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam. Item: Zelus
domus tuae comedit me. Et in hoc quidem illi in dilectione proximi, isti in dilectione Dei eminentius videntur.

Sed libet pausare sub hac vite et sub hac ficu ubi dei et hominis michi obumbrant dilectiones. Utramque teneo. Tu te amo domine Ihesu qui meus proximus es quia homo es et fecisti mecum misericordiam et nichilominus es super omnia deus benedictus in secula. Amen. Cs. 62.

Surge amica mea sponsa mea et veni. Commendat sponsus multam dilectionem suam iterando amoris voces. Nam iteratio affectionis expressio est. Et ut quod rursum ad laborem vinearum dilectam sollicitat ostendit quid sit de animarum salute sollicitus. Nam vineas animas esse iam audistis. Non immoremur superius in hiis que dicta sunt, videte sequentia. Sponsam tamen nusquam ut memini in toto hoc opere apte adhuc nominaverat nisi modo cum ad vineas itur, cum vino appropinquatur caritatis. Que cum venerit et perfecta fuerit faciet spirituale coniugium et erunt duo non in carne sed in uno spiritu dicente apostolo: Qui autem adheret deo unus spiritus est. Sequitur: Columba mea in foraminibus petre in cavernis macerie ostende michi faciem tuam sonet vox tua in auribus meis. Amat et pergit amatoria loqui. Columbam denuo blandiendo vocat suam dicit et se asserit suam. Quod et ipsa rogari obnixius ab illo solebat ipse nunc vicissim visum et conspectum postulat et colloquium. Agit ut sponsus sed ut verecundus publicum erubescit. Decernit quod frui deliciis suis in loco sequestri utique in foraminibus petre et cavernis macerie. Puta ergo sic dicere sponsum: Ne timeas amica quasi sit ad quam te hortamur opera vinearum negotium amoris impedire seu interrumpere habeat. Erit et aliquis usus in ea ad id quod pariter optamus. Vinee siquidem macerias habent et hec dumtaxat grata verecundis habitacula. Usus etiam diversis lusisse. Quid enim serium est et hec sunt fere. Nec auditu quidem est dignum quod foris sonat si non intus adiuvet spiritus infirmitatem intelligentie nostre. Ne ergo remaneamus foris ne et turpium quod absit amorum videamur lenocinia recensere. Affer pudicas aures ad sermonem qui in manibus est de amore et cum ipsos cogitatis amantes non virum et feminam sed verbum et animam sentiatis oportet. Et si Christum et ecclesiam dixero idem est nisi quod ecclesie nomine non una anima sed multarum unitas vel unanimitas designatur. Nec sane foramina petre aut cavernas macerie latebras putetis operancium iniquitatem ne qua forsitan suspicio subeat de operibus tenebrarum. Alius hunc locum ita exposuit foramina petre vulnera Christi interpretans. Recte omnino. Nam petra Christus. Bona foramina que fidem astruunt resurrectionis et Christi divinitatis. Dominus meus inquit et deus meus. Unde hoc reportatum oraculum nisi ex foraminibus petre? In hiis passer invenit sibi domum et turtur nidum ubi reponat pullos suos. In hiis se columba tutatur et circumvolitantem intrepida intuetur accipitrem. Et ideo ait: Columba mea in foraminibus petre. Vox columbe: In petra exaltavit me. Et iterum: Statuit inquit supra petram pedes meos. Vir sapiens edificat domum suam supra petram quia ibi nec ventorum formidet iniurias nec inundacionem. Quid non boni in petra? In petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter sto. Securus ab hoste, fortis a casu, et hoc quia exaltatus a terra. Anceps est enim et caducum terrenum omne. Conversacio nostra in celis sit et nec cadere nec deici formidamus. In celis petra, in illa firmitas atque securitas. Est petra refugium herinaciis. Et revera ubi tuta firmaque infirmis requies nisi in vulneribus salvatoris? Tanto illic securior habito quanto ille potencior est ad salvandum. Fremit mundus, premit corpus, diabolus insidiatur. Non cado, fundatus enim sum supra firmam petram. Peccavi peccatum grande, turbabitur consciencia sed non perturbabitur quia vulnerum domini recordabor. Nempe vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem quod non Christi morte solvetur? Si ergo in mentem venit tam potens tamque efficax medicamentum, nulla iam possum malignitate morbi terreri. Et ideo liquet errasse illum qui ait: Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Nisi quod non erat de membris Christi nec pertinebat ad eum de Christi merito ut suum presumeret, suum diceret quod eius esset, illius tamquam rem capitis membrum. Ego vero fidenter quod ex me michi deest usurpo michi ex visceribus domini quoniam misericordia affluunt nec desunt foramina per que effluant. Foderunt manus eius et pedes latusque lancea foraverunt et per has rimas licet michi sugere mel de petra oleumque de saxo durissimo, id est gustare et videre quoniam suavis est dominus. Cogitabat cogitaciones pacis et ego nesciebam. Quis enim cognovit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit? At clavus reserans clavis penetrans factus est michi ut videam voluntatem domini. Quidni videam per foramen? Clamat clavus, clamat vulnus quod vere deus sit in Christo mundum reconcilians sibi. Ferrum pertransiit animam eius et appropinquavit cor illius ut non iam non sciat compati infirmitatibus meis. Patet archanum cordis per foramina corporis, patet magnum pietatis sacramentum, patent viscera misericordie dei nostri in quibus visitavit nos oriens ex alto. Quidni viscera per vulnera pateant? In quo enim clarius quam in vulneribus tuis eluxisset quod tu domine suavis et mitis et multe misericordie? Maiorem enim miseracionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro addictis et dampnatis. Meum proinde meritum miseracio domini. Non plane sum meriti inops quamdiu ille miseracionum non fuerit. Quod si misericordie domini multe, multus nichilominus ego in meritis sum. Quid enim si multorum sum michi conscius delictorum? Nempe ubi habundaverunt delicta superhabundavit et gracia. Et si misericordie domini ab eterno et usque in eternum, ego quoque misericordias domini in eternum cantabo. Numquid iusticias meas? Domine memorabor iusticie tue solius. Ipsa enim est et mea. Nempe factus es michi tu iusticia a deo. Numquid michi verendum ne non una ambobus sufficiat? Non est pallium breve quod secundum prophetam non possit operire duos. Iusticia tua iusticia in eternum. Quid longius eternitate? Et te pariter et me operiet largiter larga et eterna iusticia. Et in me quidem operit multitudinem peccatorum, in te autem domine quid nisi pietatis thesauros, divicias bonitatis? Hec in foraminibus petre reposita sunt. Quam magna multitudo dulcedinis tue in illis? Operte quidem sed in hiis qui pereunt. Ut quid enim sanctum detur canibus vel margarite porcis? Nobis autem revelavit deus per spiritum suum, etiam apertis foraminibus introduxit in sancta. Quanta in hiis multitudo dulcedinis, plenitudo gracie, perfectioque virtutum. Ibo michi ad illa sic referta cellaria atque ad admonicionem prophete relinquam civitates et habitabo in petra. Ero quasi columba nidificans in summo ore foraminis ut cum Moyse positus in foramine petre sustinente dum meat saltem posteriora eius prospiciam. Nam faciem stantis, id est incommutabilis claritate, quis videat nisi qui introduci iam meruit non in sancta sed in sancta sanctorum? Nec vilis tamen aut contempnenda posteriorum contemplacio. Contempnat Herodes; ego tanto magis non contempno quanto magis contemptibilem se ostendit Herodi. Habet aliquid et posteriora domini quod videre delectat. Quis scit si convertatur et ignoscat deus et relinquat post se benediccionem? Erit cum ostendet faciem suam et salvi erimus. Interim preveniat in benediccionibus dulcedinis illis utique quas post se relinquere consuevit. Nunc dignacionis sue posteriora relinquat demonstrata, alias in gloria dignitatis faciem suam demonstraturus. Sublimis in regno sed suavis in cruce. In hac me visio-

proveniat, nulla impleat. Adimplebis me laetitia cum vultu tuo. Utraque visio salutaris, utraque suavis;
sed illa in sublimitate, ista in humilitate; illa in splendore, ista in pallore est. Denique et posteriora dorsi eius in
pallore auri. Quid non repallescat in morte? Sed melior pallor auri quam fulgor auricalci, et quod stultum est
Dei sapientius est hominibus. Aurum Verbum, aurum sapientia est. Hoc aurum semetipsum decolorans abscondit formam Dei
et formam servi praetendens decoloratur, et ecclesia, quae ait: Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me
sol. Ergo et posteriora eius in pallore auri, quia fuscum non erubuit crucis, opprobrium passionis non horruit, livorem
vulnerum non refugit. Quin complacet sibi in illis, et optat nimirum sua fore horum similia. Ideo denique audit:
Columba mea in foraminibus petrae, quia in Christi vulneribus tota devotione versatur et iugi meditatione demoratur. Inde illi
inde martyri tolerantia, inde illi fiducia magna apud Altissimum. Non est quod vereatur martyr quo sanguine lividam
et levare ad eum faciem cuius livore sanatus et reputatione similitudinem mortis eius utique in pallore auri. Quid vereatur
cui dicitur a Domino: Ostende mihi faciem tuam. Ad quid? Ut, ut mihi videtur, se magis ostendere vult. Ita est. Videri vult, non videre.
Quid enim ille non videt? Non est ei opus ut quis se ostendat a quo nihil non videtur, nec si se abscondat. Vult
ergo videri vir benignus dux devoti militis vultum et oculos in sua sustollere vulnera, ut illius erigat animum
et exemplo suo reddat ad tolerandum fortiorem. Enimvero non sentiet sua, dum illius vulnera intuebitur. Stat martyr
tripudians et triumphans, toto licet lacerato corpore, et rimante latera ferro, non modo fortiter sed alacriter sacrum e carne
sua circumspicit ebullire cruorem. Ubi ergo tunc anima martyris? Nempe in tuto, nempe in petra, nempe in foraminibus,
visceribus Iesu vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in suis esset visceribus, scrutans ea ferrum profecto sentiret, et
dolorem non ferret, succumberet et negaret. Nunc autem in petra habitans quid mirum si in modum petrae duruerit? Sed neque
hoc mirum si exsul a corpore dolores non sentiat corporis. Neque hoc facit stupor, sed amor. Submittitur enim sensus,
non amittitur. Nec deest dolor, sed contemnitur. Ergo ex petra martyris fortitudo: inde plane potens ad bibendum
calicem Domini. Et calix hic inebrians quam praeclarus est! Praeclarus inquam atque iucundus non minus imperatori spectanti quam
militi triumphanti. Gaudium etenim Domini est fortitudo nostra. Quidni gaudeat ad vocem fortissimae confessionis?
Denique et requirit eam cum desiderio. Sonet, inquiens, vox tua in auribus meis. Nec cunctabitur rependere vicem, sui
sua promissionis continuo ut se confessus fuerit coram hominibus, confitebitur et ipse eum coram Patre suo. Superavimus sermonem,
nec eum potest finiri modo, ne sit sine modo, sed et cuncta quae adhuc ex proposito capitulo restant uno isto veliment
sermone compleri. Ergo quod superest, sequenti sermoni principio alterius ut de novo sumere et verbo et modo gaudeat sponsae
ecclesiae Iesus Christus Dominus noster qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen. Sermo sexagesimus secundus

Columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceriae. Non tantum in foraminibus petrae tutum reperit columba
refugium, reperit et in caverna maceriae. Quod si maceriam non congeriem lapidum, sed sanctorum quamdam accipimus
videamus ne forte cavernas maceriae dixerit angelorum, qui ob superbiam lapsi sunt loca quae vacua derelicta,
quippe quae repleri ex hominibus tamquam ruinae de lapidibus vivis reficiendae. Unde apostolus Petrus: Accedentes,
inquit, ad lapidem vivum, et ipsi tamquam lapides vivi superaedificamini domos spirituales. Nec puto abre esse si intel-
ligimus angelorum vice cohibere maceriem in vinea Domini, quae est ecclesia praedestinatorum, cum Paulus dicat: Nonne
omnes administratorii spiritus sunt, missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Et propheta: Immittit angelus
Domini in circuitu timentium eum. Et si ita se habet, erunt, sicut puto, quia circa tempore et loco perfugia sua duae res consolent.
De praeterito quidem memoria passionis Christi; de futuro autem quod se in sorte sanctorum cogitat et confidit recipiendum. Ambo hic
veluti ante et retro oculata, insatiabili desiderio contuetur; et utique illi intuitus admodum gratus; utrumque est
illi refugium a tribulatione malorum et dolore, integra consolatio. Cum non solum quid sit exoptandum, sed et unde id sit
praesumendum noverit. Exspectatio laeta nec dubia quae Christi morte firmata est. Quid paveat ad praemii magnitudinem quae
pretii dignitate considerat? Quam libens mente invisit foramina, per quae sibi sacro sancti sanguinis pretium fluxerit! Quam
libens cavernas perambulat et diversoria et mansiones, quae sunt in domo Patris multae atque diversae, in quibus est col-
locare filios suos pro quorumque diversitate meritorum! Et nunc quidem, quod solum interim potest, sola in his mente versatur.
Erit et caeleste habitaculum, quod desursum est, iam amodo induens. Erit autem cum implebit ruinas cum cavernas et corpore
inhabitabit et mente, cum vacua domicilia quae antiqui reliquerunt habitatores ipsa sua venustate illustrabit
pictura; nec ultra apparebit caverna penitus ulla in caelesti maceria, felici decore perfectione sui atque integrita-
te gaudente. Aut si id magis probas, dicemus has cavernas a studiosis et puris mentibus non inveniri sed fieri.
Quonam modo? Inquies. Cogitatione et aviditate. Cedit nempe in modum maceriae mollioris pura materies
desiderio ac cedit puritati contemplationis et crebrae orationi. Denique oratio iusti penetrat caelos. Non utique aeris huius
corporei spatiosas altitudines veluti quodam remigio alarum suarum instar volucrum volentis scindet, aut quasi
gladius acutus ipsius firmamenti solidam celsitudinem quam incide perforabit; sed sunt caeli sancti, vivi, rationabiles, quae gloriam
enarrant Dei, qui favorabili quadam pietate nostris se votis libenter inclinant et simulatque tactum nostrae de-
votionis affectibus in sua recipiunt nos viscera, quoties ad eos intentione pulsamus. Pulsanti autem aperietur.
Licebit itaque unicuique nostrum etiam hoc tempore nostrae mortalitatis cavernas sibi quacumque parte volet superne maceriae,
nunc quidem revisere patriarchas, nunc vero salutare prophetas, nunc senatui inseri apostolorum, nunc martyrum insere-
re choris, et beatarum virtutum status et mansiones a minimo angelo usque ad Cherubim et Seraphim tota mentis alacritate
percurrendo lustrare, prout quisque sua devotione fervet. Apud quos magis afficitur, immittente sibi spiritu prout vult.

si stetit et pulsaverit confestim aperietur ei. Et facta quasi caverna in montibus vel potius in mentibus sanctis, dum se ultro in-
flectit ad pietatem, requiescet vel paululum apud illos. Denique ait: Sic facientes et facies et vox decora. Gratiosa
istis facies propter puritatem, vox propter confessionem. Etenim confessio et pulchritudo in conspectu eius. Vis et tu ei qui eius-
modi est: Ostende faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox admirationis in animo contemplantis, vox gratiarum
actio est. Delectatur admodum istiusmodi cavernis Deus, e quibus ei resonat vox gratiarum actionis, vox admirationis et
laudis. Felix mens quae sibi in hac maceria frequenter cavare studuit; sed quae in petra felicior. Licet quidem cavare
et in petra, sed ad hoc puriore mentis acie opus est, et vehementiori omnino intentione etiam et meritis potioribus. Sed et
ad haec quis idoneus? Nempe ille qui dixit: In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum. Hoc
erat in principio apud Deum. Nonne videtur tibi ipsis se penetralibus immersisse et de abditis pectoris eius quandam intimae
sapientiae sacrosanctam hausisse medullam? Quid ille qui sapientiam loquebatur inter perfectos, sapientiam in mysterio absconditam,
quam nemo principum huius mundi cognovit? Nonne uno et altero caelo acuta sed pia curiositate terebratis, de tertio cavi-
hac primus scrutator exivit? At ipsam non plenius nobis verbis quibus potuit fidelibus intimavit. Audivit autem verba
ineffabilia quae non licuit illi loqui, non utique homini; nam sibi illa loquebatur et Deo. Puta ergo Deum qui sollicitatur
Pauli caritate hoc modo compellari et dicere: Quid anxiaris quod conceptum tuum auditus non capit humanus? Sonet vox
tua in auribus meis. Hoc est: si quod sentis non licet revelare mortalibus, complace tibi quod vox tua divinas quatiat
mulceat aures. Vides sanctam animam nunc quidem caritate prodigam nobis, nunc vero puritate contentam Deo. Vide et
de sancto David ne forte ipse ille sit homo de quo ad Deum quasi de alio loquitur: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi
et reliquiae cogitationis diem festum agent tibi. Ergo quod de cogitatione prophetica verbo et exemplo prophetiae pervenire
ad medium poterat, id propheta mox in publicam exponebat confessionem, et quod eo confitebatur in populis Deo, reliquias
vero et Deo reservans, utique festinum ducebat in laetitia et exsultatione. Hoc ergo est quod nobis intimare in eo versi-
culo voluit, quemque vero sua illa scrutabunda et avida cogitatione ex archano sapientiae eruere praevalebat, partem
quam poterat in salutem populorum publicata praedicatione impertiebatur, reliquias quod capere plebes non poterant, festiva
iubilatione in Dei laudibus expendebat. Vides sanctae contemplationis duplicem excessum: unum quod expendit in
plebium aedificationem non potest, id vel Deo maiore sit iocunda decora quam laudatio. Quae cum ita sint, video liquet con-
templationis genera esse: unum de statu et felicitate et gloria civitatis supernae, quo vel actu vel otio illa caelestium
civium multitudo occupata sit; alterum de regis ipsius maiestate, aeternitate, divinitate. Illa in maceria, ista in pe-
tra. Sed quanto difficilius cavatur, tanto suavius quod inde eruitur sapit. Nec verearis illud quod scriptura comminatur scruta-
toribus maiestatis. Tantum affer purum et simplicem oculum, non opprimeris a gloria sed admitteris, nisi non Dei sed tuam
quaesieris gloriam. Proloquor pro ea quae scio: opprimitur non Dei gloria dum propriis ista ad illa levat cervicem, non sinitur
nimirum divinae cupiditate. Hac excussa, secure scruteris in petra, in qua thesauri absconditi sapientiae et scien-
tiae. Si adhuc dubitas, audi ipsam petram: Qui operantur, inquit, in me non peccabunt. Quis dabit mihi pennas
sicut columbae et volabo et requiescam? Ibi requiem invenit mansuetus et simplex, ubi dolosus opprimitur vel elatus
et cupidus vanae gloriae. Ecclesia columba est et ideo requiescit. Columba quia innocens, quia gemens. Columba inquam quae
in mansuetudine suscipit insitum verbum et requiescit in verbo, hoc est in petra, nam petra est Verbum. Ecclesia ergo in fo-
raminibus petrae, per quae introspicit et videt gloriam sponsi sui. Nec opprimitur tamen a gloria, quia non sibi usurpat eam. Non
opprimitur quia non scrutatrix maiestatis est sed voluntatis. Nam quod maiestati attinet, mirari quidem et in ipsam intendere
audet, sed quasi admirans non quasi scrutans. Sed et si quando per excessum rapi in illa contingat, digitus Dei est iste, dignantis
levare hominem, non hominis temeritas insolenter Dei alta perscrutantis. Cum enim apostolus se raptum meminit, ut ausum
convinceret, quisquis alter praesumat mortalium huic se divinae maiestatis horrendo scrutinio propriis intrare co-
natibus et importunus contemplator paucida irrumpere in archana. Scrutatores profunde maiestatis tamquam irrupto-
res dicti vero non sunt qui rapiuntur in eam, sed qui irruunt. Ipsi itaque opprimuntur a gloria. Ergo formidolosa scrutatio
maiestatis, at voluntatis tam tuta quam pia. Quidni tota diligentia insistam scrutationi sacramenti gloriae voluntatis cui
mihi parendum per omnia scio? Suavis gloria quae non aliunde quam de ipsius suavitatis contemplatione procedit,
quam de divitiarum bonitatis illius infusionis intuitu. Denique vidimus gloriam hanc, gloriam quasi unigeniti a patre.
Totum nempe benignum et vere paternum quod apparuit gloriae in hac parte. Non me opprimet gloria ista, totis
licet viribus intendentem in se; ego potius imprimar illi. Etenim revelata facie speculantes in eam imaginem
transformamur de claritate in claritatem tamquam a Domini spiritu. Transformamur cum conformamur. Absit autem ut
in gloria maiestatis et non magis voluntatis modestia Dei ab homine conformitas praesumatur. Gloria mea haec est
si umquam de me audiero: Inveni hominem secundum cor meum. Cor sponsi cor patris sui. Ipsum quod: Estote autem misericordes
sicut et pater vester misericors est. Haec forma quam videre desiderat cum dicat: Ostende mihi faciem tuam, forma pietatis
et mansuetudinis. Hac cum omni fiducia levat ad petram cui similis est. Accedite, inquit, ad eum et illuminamini et
facies vestrae non confundentur. Quo pacto similis a simili confundetur? A pio sancta, a mansueto modesta. Non
plane abhorrebit a puritate petrae facies pura sponsae, non magis quam a virtute virtus, a lumine lumen. Sed quia
non omnium interim parte adhuc ad petram forandam, certa accede pro loquor enim omnium est qui in caritate par-
rata divinae voluntatis inspicere aut apprehendere per semetipsos praesumunt Dei, ideo non solum in foraminibus petrae
sed et in cavernis maceriae habitare audit. Ergo imperfecti quidem, qui rimari ac penetrare archana sapientiae et
puritate conscientiae audent et intelligentiae acumine, per se habitabit in foraminibus petrae. De reliquo in cavernis
maceriae, ut qui in petra fodere per semetipsos aut non sufficiunt aut praesumunt, in maceria fodiant, contenti

non

vel gloriam sponsi mente intueri. Sed cui nec hoc quidem possibile sit, huic plane proponet Ihesum et hunc crucifixum, ut et ipse absque
suo labore habitet in foraminibus petre in quibus non laboravit. Iudei in hiis laboraverunt, et ipse in labores infide-
lium introibit ut sit fidelis. Nec verendum ut patiatur repulsam qui et vocatur ut intret. Ingredere, inquit, in petram,
abscondere in fossa humo a facie timoris domini et a gloria maiestatis eius. Infirme adhuc et inerti anime, modo quo
in evangelio quidam de semetipso confitetur, fodere non valet et mendicare erubescit, fossa ostenditur humi, ubi la-
teat donec convalescat et proficiat, ut possit et ipsa per se cavare sibi foramina in petra, per que intret ad interiora, ubi
firmiori utique vigore et puritate. Et si intelleximus fossam humi vere, que ait: Foderunt manus meas et pedes meos,
non erit ambigendum de sanitate in ea tam adipiscenda anime voluntate que in ea demoratur. Quid enim tam efficax
ad curanda conscientie vulnera necnon ad purganda mentis aciem, quam Christi vulnerum sedula meditatio? Verum donec pur-
gata et sanata perfecte fuerit, non video qualiter illi aptari possit quod dicitur: Ostende michi faciem tuam, sonet vox tua in auribus
meis. Quo denique facie sua ostendere audeat vel levare vocem suam, et late indicatur? Abscondere, inquit, in fossa humo
taceat(?). Anima non est pulchra facie nec digna que videatur. Non erit digna videri quamdiu non erit videns. Ydonea
tandem aut per inhabitationem fosse humi in sanando oculo interiori tantum proficiat ut revelata facie speculari gloriam dei
possit, et ipsa tunc demum que videbat fiducialiter iam loquetur voce et facie placens. Placeat necesse est facies
que in dei claritatem intendere potest. Neque enim id posset, nisi clara ipsa quoque esset et pura, utique transformata in
eandem quam conspicit claritatis ymaginem. Alioquin ipsa dissimilitudine resiliret, insolito reverberata fulgore.
Ergo cum pura puram intueri potuit veritatem, tunc faciem ipsius sponsus videre cupiet, tunc et vocem eius audire.
Hanc quando illa placeat cum puritate quidem mentis predicatio veritatis, audi cum subinde infert: Vox enim tua
dulcis. Anima enim non placeat vox si displiceat facies, demonstrat cum illico subdit: Et facies tua decora.
Quid autem decor faciei nisi puritas? In pluribus sane absque predicationis voce complacuit illa, absque ista in
nemine. Impuris se veritas non audit, non se credit sapientia. Quid ergo loquuntur quam non viderunt? Quod scimus loquimur
et que vidimus testamur. Ergo loqueris tu et audes testari quod non vidisti et loqui quod ignoras? Queris que-
stum impurus? Cum laudes requiris vanitas, qui non ponit sine sumptu evangelium, qui evangelizat ut manducet,
qui questum estimat pietatem, qui non querit fructum sed datum. Impuri sunt tales, et qui non habent unde videant
veritatem propter impuritatem. Sed tu unde illam loqueris? Quid preproperus agis? Cur lucem non exspectas? Cur opera
lucis ante lucem presumis? Vanum est vobis ante lucem surgere. Lux est puritas, lux est caritas, que non querit
que sua sunt. Illa probat et hec linguam in inceptis non ponit. Superbo oculo veritas non videtur; sincero patet.
Non est quod se veritas deneget intuendam puro cordi. At per hoc ne eloquendam petere aut dixit deus: Quare tu e-
narras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum? Multi puritate neglecta ante loqui quam videre
conati sunt, et aut graviter erraverunt, nescientes de quibus loquerentur neque de quibus affirmarent, aut turpiter vilu-
erunt, dum qui alios docerent seipsos non docuissent. A quo nos genere mali semper custodiat cooperiatque a nobis
sponsus ecclesie Ihesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Sermo sexagesimus quartus

Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas. Nam vinea nostra floruit. Liquet quod non ociose ad
vineas ventum sit, quando ibi invente sunt vulpes demolientes eas. Sed quid istud sponsi aut quid ante
omnia sane ut queram et opportunitatem litere sensum(?) ab hac explanatione penitus repugnamus ut porro ineptum et
insulsum, indignum quoque plane qui recipiatur in scriptura tam sancta tam autentica, nisi quis forte tam vecors et animo
stolidus sit ut pro magno habeat didicisse quod ea instar filiorum hominum seculi curam gerere terrenarum possessionum, custodire
et defensare vineas ab incursantibus bestiis ne forte contingat amittere fructum vini in quo est luxuria, pro quo plerique
perdant opera et impensa. Grande sane dispendium ut per tanta libri sancti tanto studio et tanta cum veneratione legamus
quod doceremur in eo a vulpibus vineas custodire, ne in excolendis illis frustra insipienter vacent si in custodiendis
illis pigri fuerimus. Non estis tam rudes neque adeo spiritalis expertes gratie ut ita carnaliter sapiatis. Ergo in spiritu
ista queramus. Ibi sane inveniemus sensum quidem intellectu ipsius quoque intellectus digno, et vineas florentes et vulpes de-
molientes, in quibus capiendis vel arcendis et honestius laboratur et fructuosius. Nam nos dubitatis longe vigilantius
insistendum nectibus fugandis quam frugibus longe curiosius invigilandum cavendis propter illas spiritales nequicias sed quam
capiendis propter istas fraudulentas vulpeculas. Sed iam a me demonstrande sunt spiritales iste tam vites quam vulpes.
Vestra intererit filii sive queque vinee prudentius cum me disputante adiuvit(?) in quibus dicitur et a quibus magis sit cavendum.
Viro sapienti sua vita vinea est, sua mens, sua conscientia. Nil quippe incultum desertum vir in se sapiens delinquet.
Stultus non ita. Cuncta apud eum neglecta invenies, cuncta iacentia, cuncta inculta et sordida. Non est vinea ubi nil
plantatum, nil elaboratum conspicias. Patet. Tota spinis silvescit et tribulis stulti vita, et vinea, et si fuit, iam
non est, redacta in solitudinem. Ubi vitis virtutis, ubi botrus boni operis, ubi vinum leticie spiritalis? Per agrum hominis
pigri transivi, inquit, et per vineam viri stulti, et ecce totum repleverant urtice, operuerant superficiem eius spine et
maceria lapidum destructa erat. Audis sapientem reddentem stultum, quod bona nature et bona gratie que forte per la-
vacrum regenerationis acceperat, tanquam illa quam plantavit deus et non homo, propria sua vineam in non vineam ne-
gligendo redegit. Denique non potest vinea esse ubi vita non est. Itaque stultus quod vivit, mortem potius quam vitam esse
censuerim. Quid vita cum sterilitate? Arbor arida et in sterilitate ipsa nomine mortua indicatur. Et sapientia
mortua sunt. Et occidit, inquit, in grandine vineas eorum. Vestras vita puritas que stultitie damnata sit. Sic stultus corpore quod mobiliter
vivit, vinee mortuus est. Soli itaque conveniunt sapienti, ipse vel potius esse vineam qui vitam habet.

Est lignum fructiferum in domo dei ac placet lignum vinee. Siquidem et ipsa sapientia qua sapiens dicitur et est lignum vite est apprehendentibus eam. Quid in vineam? Apprehensor eius vivit, sed ex fide. Iustus namque est sapiens, et iustus ex fide vivit. Et si anima iusti sedes est sapientie, sit est profecto iustus sapiens qui iustus. Iustus ergo sine iustum noveris sine sapientem, nunquam absque vita vivet, quia nunquam non vivet. Hec quippe est illi vinea quod vita. Et bona vinea iustus, cui virtutes vites, cui actio palmes, cui vinum testimonium conscientie, cui lingua torcular expressionis. Denique gloria nostra est hec, testimonium conscientie nostre. Vides apud sapientem vacare nichil. Sermo, cogitatio, conversatio et si quid aliud est in eo, quid nisi totum dei agricultura, dei edificatio est, et vinea domini sabaoth? Quid denique illi deesse possit, cuius et folium non defluet? Certum tali vinee nunquam infestatores, nunquam insidie deerunt. Nempe ubi multe opes, multi sunt qui comedunt eas. Sapiens erit sollicitus servare vineam suam non minus quam excolere, nec sinet eam vorari a vulpeculis. Porro vulpis

b occultus detractor, sed non minus neque blandus adulator. Cavebit sapiens ab his. Dabit operam quantum quod in ipso est capere illos qui talia agunt, sed capere beneficiis atque obsequiis, monitis quoque salutaribus et orationibus pro eis ad deum. Non cessabit istiusmodi carbones ignis congerere super caput maledici et item super adulatoris, quatenus si fieri potest et illi invidiam et huic simulationem de corde tollat, faciens mandatum sponsi dicentis: Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas. An non tibi captus ille videtur qui suffusus ora rubore, quippe qui prius erubescere videtur, ipse sue confusionis et penitudinis testis est, si quod oderit eos amore dignissimos, sive quod dilexerit tantum verbo et lingua eum a quo se diligi opere et veritate vel sero compertus est? Captus plane et captus duo, unum quo notabam ipse comperit. Capite inquies nobis. Utinam ego omnes adversantes mihi sic capere possim ut christo eos vel restituam vel acquiram. Sic confundantur et revereantur qui querunt animam meam, avertantur retrorsum et erubescant qui volunt mihi mala. Quibus inveniar et ipse obediens sponso, non modo in capiendo vulpes, sed in capiendo ipsas. Quod restat, reflectatur sermo

c ad sui principium, ut suo ordine series complanationis procedat. Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas. Locus moralis est, et in eo morum disciplina nos incitat. Quandoquidem spirituales has vineas non nisi spirituales viros esse, quorum cum omnia interiora exculta sint, omnia quoque germinantia, omnia fructificantia et parturientia spiritum salutis. Quod de regno dei sit de his vineis atque domini sabaoth, plus dicere quam ut nos sumus. Denique in ewangelio habes: dabitur regnum facientibus fructus eius. Qui sunt quos paulus enumerat dicens: Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, pacientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continencia, castitas. Fructus isti profectus nostri sunt, accepti sponso, quia ipsi cura est de nobis. Numquid de virgultis cura est deo? Homines non arbores amat. Homo deus et nostros profectus suos fructus deputat. Tempus eorum diligenter observat. Arridet apparentibus, et sollicitus satagit ne pereant nobis cum apparuerint, immo vero ne pereant sibi. Sic enim reputat tanquam nos. Ideo quod providens capi sibi iubet insidiatrices vulpeculas ne novellos fructus ipsi preripiant. Capite inquit nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas. Et quasi quis dicat: Quid propere times? Nondum venit fructuum tempus. Non est inquit ita: iam vinea nostra floruit. Post flores non est fructuum mora. Adhuc illis cadentibus illico erumpent ista, illico incipient apparere. Parabola ista instantis est temporis. Videtis istos novicios? Nuper venerunt, nuper conversi sunt. Non possumus de ipsis dicere quod vinea nostra floruit? Floret enim. Interim quod in eis videtis flos est; fructuum tempus nondum advenit. Flos novella conversatio, flos formula recens vite emendatioris est. Induerunt sibi faciem disciplinatam et bonam totius corporis compositionem. Placent fateor que in corpore sunt, negligentior utique is qui foris apparet corporis cultus et vestium, sermo rarior, vultus hilarior, aspectus verecundior, incessus maturior. Verum quia de novo ista ceperunt, ipsa sui novitate flores censenda sunt, et spes fructuum magis quam fructus. Vobis filioli non timemus a fraude vulpium, que fructibus magis quam floribus insidiari noscuntur. Verum aliunde periculum est. Ustionem certe

d metuo floribus, non surreptionem, sed ustionem a frigore. Aquilo mihi suspectus est, et frigora matutina, que intempestivos solent perdere flores, precipere fructus. Itaque ab aquilone panditur omne malum. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Hoc frigus si semel anime quando incuria spiritu dormitante pervaserit, atque nemine demum quod absit inhibente ad interiora eius pervenerit, descenderit in viscera cordis et sinum mentis contraxerit, affectus occupaverit, consilii semitas perturbaverit, iudicii lucem, libertatem adduxerit spiritus: mox quod in corpore solet evenire febricitantibus, subit quedam animi rigor, et vigor lentescit, languor, fugit virtus, horror austeritatis intenditur, terror sollicitat paupertatis, contrahitur animus, subtrahitur gratia, protrahitur longitudo vite, sopitur ratio, spiritus extinguitur, defervescit novicius fervor, ingravescit torpor fastidiosus, frigescit fraterna caritas, blanditur voluptas, fallit securitas, revocat consuetudo. Quid plura? Dissimulatur lex, abdicatur ius, fas proscribitur, derelinquitur timor domini. Dantur postremo impudentie manus; presumitur ille temerarius, ille pudendus, ille turpissimus plenusque ignominia et confusione saltus de excelso in abyssum, de pavimento in sterquilinium, de solio in cloacam, de celo in cenum, de claustro in seculum, de paradiso in infernum. Principium et originem huius pestis, vel qua arte vitetur, vel qua superetur virtute, non est huius temporis demonstrare. Alibi hoc; nunc cepta prosequamur. Ad provectiores et firmiores sermo est retorquendus, ad vineas que iam floruerunt, cum quibus et si non est quod floribus formidet a frigore, sed non fructus sunt securi a vulpibus. Diximus apertius quid sint spiritualiter hee vulpes, cur pusille dicantur, cur iubeantur potissimum capi et non abigi vel occidi, etiam multo quedam dixi de natura harum bestiarum ad maiorem audientium notitiam et cautelam. Nos finem sermoni isto, ut fastidio consulamus et vestre devotionis alacritas perpetuetur, et gratia et confessione glorie magni cantici sponsi domini nostri ihesu christi, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Sermo

a Assum iuxta promissionem. Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas. Nam vinea nostra floruit. Vulpes temptationes sunt. Oportet ut veniant temptationes. Nemo enim coronabitur nisi qui legitime certaverit. Aut quomodo certabit si desit qui impugnet? Tu ergo accedens ad servitutem dei sta in timore et prepara animam tuam ad temptationem, certus quod omnes qui pie volunt vivere in christo

lxv.

proficientium passuros. Porro temptaciones diverse sunt pro temporum diversitate. Et initiis quidem, nimis tamquam novellarum
teneris floribus plantacionum, incumbenti vis algoris incubuit, cuius meminit in sermone alio, et incipientes ab
hac peste cautos reddidit. Iam vero proficientium studiis noxie quidem sese opponunt contra virtutes apte audet
sed solet occulto insidiari quam quedam fraudulente vulpecule, species quidem virtutes, re autem vicia. Quantos vidi ego
ingressos vias vite, progressos ad meliora, super semitas iusticie vidi currere quos proficientes et proficere fraude
postmodum vulpium harum turpiter supplantatos conspectus sum, et sero in se virtutum suffocatos plangere fructus.
Vidi hominem currentem bene, et ecce cogitacio: Quid mihi, inquit, fuit? Quantum mihi bonum, quo solus fruor? Si in
patria essem, possem utique impertiri fratribus, cognatis, notis et amicis. Amant me et facile acquiescent suadenti.
Utquid perit? Vado illuc, et salvo me pariter et multos cum illis. Hec veniens in loci mutacione. Item dicebat
faciamus: quid interest ubi sim? Insuper illic proculdubio sanctius ubi fructuosius degam. Quid plura? Abiit et periit miser
non tam ad patriam quam canis reversus ad vomitum suum. Et se perdidit infelix et suorum acquisivit neminem. Hinc vulpecula
ista vestra et frustratoria spes quam habuit in acquisicione suorum. Potes tu quoque per temptamenta in temporibus alias
atque alias similes hinc invenire seu advertere, si non negligas. Vis tu ut vulpeculam adhuc ostendam? Confiteor caritatem
et tuam et quietem; quomodo demonstrabo si te ad capiendas eas quas forte consimiles in tua adverteris vinea invenero
vigilantem? Interdum bene proficientibus, proficientibus, cum pia cum sibi profusius aliquid superne gratie sentiat involvari,
subit animum desiderium predicandi, non quidem ad extraneos sed ad parentes et propinquos, illud: Continuo non acquievi carni et san-
guini, sed quasi purius fructuosius forte usque ad passim ad concives et ad omnes. Caute omnino. Sane timet propheticam
mentem maledictam, si que in abscondito accepit fructa absconderit in proprio, et cum econtra in facie nisi que
in aure audivit predicavit super tecta. Vulpis est atque illa porro eo nocentior quo occultior veniens. Sed capio
tibi eam. Primus Moyses dicit: Non arabis in primogenito bovis. Hoc Paulus interpretatus: Non neophitum, inquit, ne in
superbiam elatus incidat in laqueum dyaboli. Et rursus: Nec quisquam, inquit, sumit sibi honorem, sed qui vocatur a deo tamquam
Aaron. Item ipse: Quomodo predicabunt nisi mittantur? Et sanctus: Monachi officium non docere esse sed lugere. Ex
his siliquas collectas in textu retexe et capio vulpem ne demoliatur vineam. Ex his namque claret et tritum est quod
publice predicare monacho non convenit, nec novicio competit, nec non licet misso. Porro contra hec tria venire quanta
consciencie demolicio est. Ergo quicquid tale aliquid suggeratur, sive sit illud tua cogitacio sive immissio per angelum
malum, dolosam agnosce vulpeculam, id est malum sub specie boni. Sed aspice aliam. Quantos quos monstrasses spiritu ferventes
heremi solitudo suscepit, et aut tepefactos evomuit, aut tenuit cum heremi lege non modo remissos sed etiam
dissolutos. Sicut apparuit vulpeculam fuisse, ubi tanta facta est vastacio vinee id est vite et conscientie hominis detinentur.
Cogitabat si solus degeret multo sibi copiosiores fructus spiritus percepturum, quippe qui in communi vita tantum spiritualis
gratie fructum conceptus. Et bona visa est sua cogitacio sed si rei eventus indicavit magis causam illi cogitacionem vulpem
demolientem fuisse. Quid illud quod nos quam totiens in domo ista et tam graviter inquietat, notabiliter loquor
quorundam qui inter nos sunt superstitiosorum quam abstinencia qua se omnibus sed quam omnibus molestos reddunt. Quid
non? Sed ipsa discordia tam generalis et sine illius consensu dissipacio est, et quod in ipso est grandis vinee huius qua
plantavit dextera domini nostre sed et omni unanimitatis demolicio. Ve homini per quem scandalum venit. Qui mihi scan-
dalisaverit, inquit, unum ex his pusillis durius est quod sequitur. Quanto duriora merebitur qui tanta et tam
[illegible] multitudinem scandalisat. Durissimum in presens iudicium portabit quicumque est ille. Sed hec alias. Nunc vero inten-
damus his que a sponso dicuntur super pusillis et astutis his aliis demolientibus vineas. Pusillis appellavit
non malicia sed subtilitate. Astutum siquidem natura hoc genus est animalis, promptum quam admodum ad nocendum in occulto.
Et videtur michi congruentissime designare subtilissima quedam vicia specie palliata virtutum, qualium utique formam
premissis ad noticiam exemplis paucis licet iam aliquatenus compertum. Nec enim aliter vocare queunt nisi quasi se
vicia virtutes virtutum quadam similitudine mentiuntur. Sunt autem cogitaciones hominum vane aut facte immissiones per
angelos malos, angelos sathane, qui se transfigurant in angelos lucis, parantes sagittas suas in pharetra,
hoc est in occulto, ut sagittent in obscuro rectos corde. Unde et pusillas eas appellat: hoc recte dici quod
cum cetera vicia quadam quasi corpulencia sui manifesta se prebeant, hoc genus pro sui subtilitate haud facile
agnosci et vix nec caveri possit, nisi a perfectis et exercitatis et qui habeant illuminatos oculos cordis
ad discretionem boni et mali, maxime quam ad discretionem spirituum, qui cum apostolo dicere possint: Non quod ignoramus
astucias sathane neque cogitaciones eius. Et vide ne forte ob hoc a sponso iubeantur non quidem exterminari
vel abigi vel occidi sed capi, quia videlicet huiusmodi spirituales dolosas quasi bestiolas omni vigilancia et cautela observari
oporteat et examinari et sic capi id est comprehendi in astucia sua. Ergo cum prodit dolus, cum fraus aperitur,
cum vincitur falsitas, recte ipse tunc dicitur capta vulpis pusilla que demoliebatur vineam. Denique dicitur homines
in sermone capi, sicut habes in ewangelio quod convenerunt pharisei in unum ut caperent Ihesum in sermone. Ita ergo sponsus
capi iubet vulpes pusillas que demoliuntur vineas, id est deprehendi, prodi, convinci. Solum hoc malignitatis genus
proprium habet ut agnitum iam minime noceat, ita ut agnosci sit illi expugnari. Quis enim nisi demens
compta decipula sciens et prudens pedem mittat in illam? Sufficit prorsus ut capiantur que eiusmodi sunt,
hoc est si prodas et deducas ad medium, quippe quibus apparere perire est. Non sic cetera vicia. Nempe
manifesta veniunt, manifeste nocent, scientes captivant, superant reluctantes, utpote vi non dolo agencia.

b
c monachus
d
e
naf

Ergo cum huiusmodi bestias apte simulatas non investigatione opus est sed reprehensione. Solas has vulpes parvulas dissimulatas maxime quia prodite iam non nocent sufficiat educi in lucem et capi in calliditate sua quam foveant. Tali itaque ex causa vulpes iste et capi iubentur et parvule describuntur. Vel ideo parvule ut nascentia vicia in ipso ortu donec utique parvula sunt vigilanti observatione ilico comprehendas ne crescentia plus noceant et difficilius capiantur. Et si iuxta allegoriam ecclesias vineas vulpes hereses vel potius hereticos ipsos intelligamus simplex est sensus, ut heretici capiantur potius quam effugentur. Capiantur dico non armis sed argumentis quibus refellantur errores eorum, ipsi vero si fieri potest reconcilientur catholice, revocentur ad fidem veram. Hec est enim voluntas eius qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Hoc denique velle se prohibet qui non simpliciter capite vulpes sed capite inquit nobis vulpes parvulas. Sibi ergo et sponse sue
F id est catholice ecclesie iubet acquiri has vulpes cum ait Capite eas nobis. Itaque homo de ecclesia exercitatus ac doctus si cum heretico homine disputare aggreditur illo suam intencionem dirigere debet quatenus ita errantem convincat ut convertat, cogitans illud apostoli Iacobi quia qui converti fecerit peccatorem ab errore vie sue salvabit animam eius a morte et operit multitudinem peccatorum. Quod si reverti noluit nec convictus post primam iam et secundam admonicionem, utpote qui omnino subversus est, erit secundum apostolum devitandus. Ex hoc tamen melius ut quidem ego arbitror effugatur aut etiam religatur quam sinitur vineas demoliri. Nec propterea sane nichil se egisse putet qui hereticum vicit et convicit, hereses confutavit, verisimilia a veris clare aperteque distinxit, prava dogmata plana et investigabili ratione prava esse monstravit, pravum denique intellectum extollentem se adversus scientiam dei in captivitatem redegit. Nempe cepit nichilominus qui talia operatus est vulpem et si non ad salutem illi, et cepit eam sponso et sponse quamvis aliter. Nam etsi hereticus non surrexit de fece, ecclesia tamen confirmatur in fide, et quidem de profectibus sponse sponsus sine dubio gratulatur. Gaudium etenim domini est fortitudo nostra. Denique non putat a se aliena lucra nostra qui se nobis tam dignanter associat dum iubet capi vulpes non sibi sed nobis, sed et capite inquiens nobis. Audite est enim quod ait nobis. Quid hac voce socialius? Annon tibi videtur hoc dicere quasi quidam paterfamilias qui proprie nil habeat sed omnia communia cum uxore et filiis et domesticis? Et qui loquitur deus est. Minime tamen ut deus id loquitur sed ut sponsus. Capite nobis vulpes. Vides quam socialiter loquitur qui socium non habet. Poterat dicere mihi, sed maluit nobis consorcio delectatus. O suavitatem o graciam o amoris vim. Itane summus omnium unus factus est omnium? Quis hoc fecit? Amor dignitatis nescius dignacione dives affectu potens suasu efficax. Quid violencius? Triumphat de deo amor. Quid tamen tam non violentum? Amor est. Que est ista vis queso tam violenta ad victoriam tam victa ad violentiam? Denique semetipsum exinanivit ut scias amoris fuisse quod plenitudo effusa est quod altitudo adequata est quod singularitas associata est. Cum quo nam tibi o admiranda sponse tam familiare consorcium? Nobis inquit capite. Cui tecum? Cum ecclesia de gentibus de mortalibus et peccatoribus collecta est. Illa, scimus que sit. Sed et tu quis es ethiopisse huius tam ambiciosus amator? Sane non alter moyses sed plus quam moyses. Nonne tu es ille speciosus forma pre filiis hominum? Parum dixi. Candor es vite eterne splendor et figura substancie dei positus super omnia deus

Duos vobis super uno capitulo disputavi sermones tercium ¶ benedictus in secula. Amen. Sermo lxv

paro si audire non tedeat et necessarium reor. Nam quo ad nostram quidem spectat domesticam vineam que vos estis satis me arbitror in duobus fecisse sermonibus pro munimento illi adversus insidias triplicis generis vulpium que sunt adulatores detractores ac seductores quidam spirituum gnari et assueti mala sub specie boni inducere. Verum domini vinee non ita. Illam loquor que implevit terram cuius et nos portio sumus, vineam grandem nimis domini plantatam manu, redemptam sanguine, rigatam verbo, propagatam gratia, fecundatam spiritu. Ergo plus proprii curam gerens in communi minus profui. Movet me autem pro ipsa multitudo demolientium, ecclesiam defendencium paucitas, difficultas defensionis. Difficultatem occultatio facit. Nam cum ecclesia semper ab inicio sui vulpes habuit, cito omnes compte et capte sunt. Configebat hereticus palam, nam inde hereticus maxime quia palam vincere cupiebat et succumbebat. Ita ergo facile ille capiebantur vulpes. Quid enim si posita in luce veritate hereticus in sue pertinacie tenebris remanens solus foris religatus aresceret? Nichilominus capta reputabatur vulpes condempnata impietate et impio foras misso ostentui utique iam victuro non fructui. Ex hoc mox propheta erant illi ubera arencia et ventus sterilis quia non repullulat error publice confutatus et falsitas aperta non germinat. Quid facienus his malignissimis vulpibus ut capi queant, que nocere quam vincere malunt et ne apparere quidem volunt sed serpere? Omnibus una intencio hereticis semper fuit captare gloriam de singularitate scientie. Sola ista malignior ceteris versucior quam heresibus damnis pascitur alienis propere glorie negligens. Docta credo exemplis veterum que prodite evadere non valebant sed confestim capiebantur. Cauta est novo maleficii genere operari misterium iniquitatis eo licencius quo latencius. Denique introire ut dixi latebras et firmaverunt et sermone neque iura periura prodere noli. Cum vero alias non teneantur quidem iurare ullatenus acquiescunt propter illud de ewangelio Non iurare neque per celum neque per terram et cetera. O stulti et tardi corde repleti plane pharisaico spiritu liquantes culicem et camelum glucientes. Iurare non licet et periurare licet? An in hoc solo utrumque licet? Sed quo nam michi ewangelio vel loco prius hanc istam exceptionem qui ne iotam quidem ut gloriamini preteritis? Patet vos et superstitiose observare de iuramento et flagiciose perimere de periurio. O perversitatem. Quod ad cautelam consultum est videlicet non iurare, hoc isti mandati vice tam contenciose observant, et quod immobile nunc sanccitum non periurandi, sed hoc tanquam indifferens pro sua voluntate dispensant. Non inquiunt sed ne misterium publicemus. Quasi gloria dei non sit revelare sermonem. An dei

mordent gloriae? Sed magis credo quod pandere erubescant, sentientes inglorium. Nam nefanda et obscoena dicuntur agere
in secreto, siquidem et vulpium posteriora fetent. Sed taceo quae negant: ad manifesta videamus. Annon in mysterio evangelium
tenet sanctum dare canibus et margaritas porcis? At istud aperte fateri est se non esse de Ecclesia, qui omnes qui de
Ecclesia sunt tamquam canes censent et porcos. Sed sine exceptione cum omnibus qui de sua secta non sunt, suum illud quidquid est
subtrahendum aestimant. Certum hoc est: sentiant non tribuunt, ne manifesti fiant; nempe quodammodo fugiunt, sed
non effugient. Respondeat mihi alius qui plus quam oportet sapis et plus quam dici potest desipis: Dei est an non, mysterium quod
occultas? Si est, cur non ad eius gloriam pandis? Nam gloria Dei revelare sermonem. Si non, cur fidem habes in
eo quod non est Dei, nisi quia haereticus es? Aut ergo si Dei secretum, ad Dei gloriam pandant, aut si negent mysterium esse, et se
nudent haereticos, neget aut certe inimicos manifestos se fateantur, inimicos gloriae Dei, qui nolunt manifestum fieri
quod ei noverunt fore ad gloriam. Stat nempe Scripturae veritas: Gloria regum celare verbum, gloria Dei revelare ser-
monem. Non vis tu revelare? Non ergo vis Deum glorificare. Sed forte non recipis Scripturam hanc. Ita est: solius
evangelii se profitentur aemulatores et solos. Respondeant proinde evangelio: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine,
et quod in aure auditis, praedicate super tecta. Iam non licet silere. Usquequo occultum tenetis quod palam Deus fieri iubet?
Usquequo opertum est evangelium vestrum? Suspicor vestrum non est Pauli. Nam ille suum fatetur opertum non esse. Et si, inquit, opertum
est evangelium meum, in his opertum est qui pereunt. Videte ne vos dicat, apud quos evangelium invenitur opertum. Quid
apertius quam pereat? An forte nec Paulum recipitis? De quibusdam ita audivi. Non enim inter vos omnes per omnia concordatis,
etsi a nobis omnes dissentiatis. Certe vos corporaliter verba et scripta et traditiones qui corporaliter cum Salvatore fuerunt, pari auctoritate
evangelii, ni fallor, recipitis indifferenter. Numquid illi opertum tenuere evangelium suum? Numquid in Deo carnis infirmitatem, mortis
horrendae crucis ignominiam tacuere? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum. Ubi apostolica vita et forma quam iactatis?
Illi clamant, vos susurratis; illi in publico, vos in angulo; illi ut nubes volant, vos in tenebris ac subterraneis
domibus delitescitis. Quid simile illis in vobis ostenditis? An non vobis tu mulierculas non utique circumducitis, sed in-
cluditis? Non aeque commutatio, ut cohabitationis suspicio pateat. Verum quisquam de illis sinistrum quippiam suspicaretur, qui
mortuos suscitabat? Fac tu similiter, et una recubante putabo feminam virgo. Alioquin temere tibi usurpas illorum
dispensationem, quorum sanctitatem non habes. Cum femina semper esse et non cognoscere feminam, nonne plus est quam mortuum sus- b non de vobis ...
citare? Quod minus est non potes, et quod maius est vis credam tibi? Quotidie latus tuum ad latus iuvenculae est in mensa,
lectus tuus ad lectum eius in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio, manus tuae ad manus ipsius in opere,
et continens vis putari? Esto ut sis: sed ego suspicione non careo. Scandalum mihi es. Tolle scandali causam, quo te probes
verum ut iactitas evangelii aemulatorem. Annon scandalizantem vel unum de Ecclesia, nonne evangelium condemnat illud? Tu Ecclesiam
scandalizas. Vulpis es demoliens vineam. Iuvate me, socii, ut capiatur; vel potius capite vos nobis eam, o angeli
sancti. Versuta est valde, operta est iniquitate et impietate sua. Plane tam pusilla atque subtilis ut facile fu-
strentur humanos obtutus. Numquid et vestros? Ergo vox illa ad vos, utpote sodales sponsi: Capite nobis vulpes par-
vulas. Ergo facite quod iubemini. Capite nobis hanc tam versipellem vulpeculam, quam ecce iam diu frustra in-
sequimur. Docete et suggerite qualiter fraus deprehendatur. Hoc enim est cepisse vulpem, quod longe plus nocet fictus non ficti catholici
catholicus quam si verus appareret haereticus. Non est autem hominis scire quid sit in homine, nisi forte ad hoc ipsum fuerit illumina-
tus Spiritu Dei vel angelica informatus industria. Quod signum dabitis, ut palam fiat pessima haeresis haec docta
mentiri non lingua tantum, sed vita? Et quidem recens vastatae vineae vulpem indicat affuisse; sed nescio qua arte fingendi
ita sua confundit vestigia callidissimum animal, ut qua vel intraverit vel exierit haud facile queat ab homine deprehendi.
Cumque pateat opus, non apparet auctor; ita per ea quae in facie sunt cuncta dissimulat. Denique si fidem interroges,
nihil christianius; si conversationem, nihil irreprehensibilius, et quae loquitur factis probat. Videas hominem in testimonium suae Testimonium fidei
fidei frequentare ecclesiam, honorare presbyteros, offerre munera sua, confessionem facere, sacramentis communicare. Quid fidelius?
Iam quod ad vitam moresque spectat, neminem concutit, neminem supergreditur, pallet insuper ora ieiuniis, panem non
comedit otiosus, operatur manibus unde vitam sustentat. Ubi iam vulpes? Tenebamus eam; quo elapsa est e
manibus? Quomodo tam repente disparuit? Insistamus, requiramus; a fructibus eius cognoscemus eam. Et certe vinearum
demolitio testatur vulpem. Mulieres relictis viris, et item viri dimissis uxoribus ad istos se conferunt. Clerici
et sacerdotes populis ecclesiisque relictis, intonsi et barbati apud eos inter textores et textrices plerumque inventi sunt.
Annon gravis demolitio ista? Annon opera vulpium haec? Verum non apud omnes forte ista tam manifesta deprehenduntur;
et si sint, non est unde probentur. Quomodo nam capiemus illos? Revertamur ad consortium et contubernium feminarum. Hoc enim
inter eos nemo qui careat. Interroga unum quempiam horum, dicens: Tu, bone vir, quaenam haec mulier, et unde? Vel haec
sunt tibi uxor, ne tua? Non, inquit; nam voto istud non convenit meo. Filia ergo? Non. Quid? Non soror, non neptis, non
aliquo saltem proximitatis vel affinitatis gradu attinens tibi? Nulla prorsus. Et quo tuta tecum? Ista continentia tua? Sa-
ne nec licet tibi istud. Cohabitationem si nescis virorum et feminarum in his qui vovere continentiam vetat Ecclesia. Si non
vis scandalizare Ecclesiam, eice feminam; alioquin ex hoc uno cetera quae non adeo manifesta sunt, procul dubio credibilia
fiunt. Sed quo mihi, inquit, evangelii loco monstras prohibitum istud? Evangelium appellasti, ad evangelium ibis. Si obedias
evangelio, non facies scandalum; prohibet enim plane evangelium scandalum. Si facias autem tu non admonendo istam mihi

constitutum ecclesie. Suspectus eras at nunc manifeste convinceris et contemptor evangelii et ecclesie adversator. Denique iudicatus fueris
si pertinax fuerit ut nec obediat evangelio nec ecclesie acquiescat. Quid iam tergiversari potest? Nonne aperte nobis videtur
deprehensa fraus, comprehensa vulpes. Si non amovet feminam, non amovet scandalum. Si non amovet scandalum
cum amovere possit, transgressor tenetur evangelii. Denique factura tua etiam est, nisi ut amoveat illud qui non vult amovere
scandalum, ne sit plus illi inobediens. Nam hoc mandatum est ex evangelio non parcere ne proprio oculo scandalizanti se,
non manui, non pedi, sed eruere illum, abscidere ista et proicere a se. Si in his etiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.
Fecimus ne aliquid? Puto quod fecimus. Cepimus vulpem, quia fraudem cepimus. Manifesti sunt qui latebant falsi catholici,
veri depredatores ecclesie catholice. Etenim dum mecum dulces capiebas cibos, corpus dico et sanguinem Christi, dum in
domo Dei ambulavimus cum consensu, fuit suadendi locus, ymo oportunitas seducendi, iuxta illud Scripture: Simulator
ore decipit amicum suum. Nunc autem secundum sapientiam Pauli hereticum post unam et secundam admonitionem hereticum hominem
devitabo, sciens quia subversus est qui eiusmodi est. Ac perinde cautius providendum ne iam sit et subversor. Ita
quod non nichil est nisi verbum sapientis in insidiis suis captos esse iniquos, illos profecto iniquos qui insidiis
parvulis uti tantum sunt. Ita conflictus omnino abhinc et defensio periit. Vile nempe hoc genus et rusticanum
ac sine litteris et prorsus imbelle. Denique sunt vulpes et pusille. Sed neque illa in quibus male sentire dicuntur defensa
sunt, nec tam subtilia quam suasibilia, idque dumtaxat mulierculis rusticis et ydiotis, quales utique omnes sunt quotquot
adhuc de secta hac esse compertus sum. Nec enim in cunctis assertionibus eorum nova multa sunt. Novum quid aut inauditum adhuc
audisse me recolo, sed quod tritum est et diu ventilatum inter antiquos hereticos a nostris ac contritum et eventilatum.
Dicendum tamen et dicam que nam illa ineptie sint, partim quas sciscitationibus suis catholici nimis caute videntes ipsi
confessi sunt, partim quas cum sibi ab invicem litigantes de invicem prodiderunt, partim quas nonnulli eorum redeun-
tes detexerunt. Non quod ad omnia respondeam, nec enim necesse est, sed tantum ut innotescant. At istud alterius erit opus ser-
monis in laude et gloriam nominis sponsi ecclesie Ihesu Christi domini nostri qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas. Ecce ego ad vulpes istas. Sermo 6a.
Ipse sunt que pervertunt viam et vindemiant vineam. Non sunt contente deserere vineam nisi et deser-
tare vineas possint, addentes prevaricationi. Non sufficit hereticos esse nisi et ypocrite sint, ut sit
ypocrite — super modum peccans peccatum. Hii sunt qui veniunt in vestimentis ovium ad nudandas oves et spoliandos arietes.
An non tibi utraque res impleta videtur, ubi et fide plebes et plebibus sacerdotes depredati inveniuntur? Quid
nam isti sermones? Hii oves sunt habitu, astu vulpes, actu et crudelitate lupi. Hii sunt qui boni videri, non esse,
mali non videri sed esse volunt. Mali sunt et boni videri volunt, ne soli sint mali; mali videri timent, ne
parum sint mali. Etenim minus prodest malicia palam nocuit. Nec unquam bonus nisi boni simulatione decepturus est.
Paganum malum bonorum boni apparere studet, mali nolunt, ut plus liceat malignari. Neque enim est apud
eos virtutes colere, sed vicia colorare quodam quasi virtutum minio. Denique superstitionis impietatem nomine
religionis intitulant. Innocentiam diffiniunt tamen in apto non ledere. Innocentie proinde solum in vendicantes
colorem in operimentum turpitudinis continentie se voto insigniunt. Porro turpitudinem in solis coniugiis estimant et
putandam uxoribus, tamen ut sola sit ea que cum uxore est causa que turpitudinem concupit in coitu. Rusticani
homines sunt et ydiote et prorsus contemptibiles, sed non est dico vobis cum eis negligenter agendum. Multum enim
proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit. Denique non neglexit Spiritus Sanctus qui de his quidam
tam manifeste vaticinatus est dicente apostolo: Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide,
attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum, in ypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam
conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum graciarum actione. Istos prorsus
istos dicebat: hii nubere prohibent, hii a cibis quos Deus creavit abstinent, de quibus postea videbimus.
Nunc autem videte si non ipse demonium et non hominum ludificatio est, scilicet quod predixerat Spiritus. Denique ab illis
sue secte auctorem neciens hereticum dabunt. Que heresis non ex hominibus habuit proprium heresiarcham? Manichei
Manem habuerunt principem ac preceptorem, Sabelliani Sabellium, Arriani Arrium, Eunomiani Eunomium,
Nestoriani Nestorium. Ita omnes cetere huiusmodi pestes singule singulos magistros homines habuisse noscuntur a quibus
originem simul duxere et nomen. Quo nomine istos titulo ve censebis? Nullo, quoniam non est ab homine illorum heresis,
neque per hominem illam acceperunt. Absit tamen ut per revelationem Ihesu Christi, sed magis absque dubio uti Spiritus Sanctus predixit,
per immissionem et fraudem demoniorum in ypocrisi loquentium mendacium, prohibentium nubere. In ypocrisi plane hec
et vulpina dolositate loquuntur fingentes se amore id dicere castitatis, quod magis causa turpitudinis fovende
et multiplicande adinvenerunt. Res tamen tam inepta est ut mirer quo unquam hominum sano persuaderi potuit,
nisi quod hii adeo bestiales sunt ut non advertant qualiter omni immundicie laxat habenas qui nuptias dampnat;
aut certe ita plenum nequicia et diabolica malignitate absorpti ut advertentes dissimulent et letentur in
perditione hominum. Tolle de ecclesia honorabile connubium et thorum immaculatum, nonne reples eam concubinariis, incestu-
osis, seminifluis, mollibus, masculorum concubitoribus et omni denique genere immundorum? Elige ergo utrum placet: aut salvari
universa monstra hec hominum, aut minimum salvandorum ad continentium redigi paucitatem. Tum parcus in utroque quam largus
in altero. Nec utrumque horum competit salvatori. Denique dominabitur turpitudo, nichil debebit honestatis auctori?
Coangustabitur universitas preter paucos continentes? Non est hoc esse salvatorem. Rara in terris continentia, neque
pro tantillo questu ad terras plenitudo illa semetipsam exinanivit. Et quo de illa omnes accepimus, si solis deputat
continentibus participium sui? Non est quod ad hoc videant. Sed neque ad illud credo, si honestati in celis est locus,
non sit autem honesto et turpi consorcium, sicut non est societas luci ad tenebras. Profecto neveniam immundorum locus

in loco salutis manet. Si quis aliter sapit, arguet illum apostolica vox absque omni ambiguo asserens quia qui talia agunt
regnum dei non possidebunt. Quia iam exiret de caverna insidiosa sicut vulpes, puto in fovea deprehensa, in qua sibi
duo foramina fecerat, unum quo intraret et alterum quo exiret. Nam convenit ita. Vide ergo quo utrobique illi in-
clusus sit exitus. Si solos in celestibus collocat continentes, perit ex maxima parte salus. Si omnes spiritualia
pariter cum coniugibus collocat, perit honestum. Sic iustitia perit ipsius, neque hac apertura neque illac, reclusa perpetuo
et capta in fovea quam fecit. Quando tamen dissentientes ab aliis inter solos virgines matrimonium contrahi posse fa-
tentur, unde quid in hac distinctione vobis afferre possint non video, nisi quod pro libitu suo quisque fermenta cerebri
tanquam matris viscera dente vipereo certatim inter se dilacerare contendunt. Nam quod dicitur prohiberi de primis co-
niugibus quod virgines erant, quid istud queso matrimonii preiudicat libertati quominus et inter non virgines con-
trahi liceat. Sed nescio quid se in evangelio invenisse susurrat suffragari. Illud credo quod dominus cum premisisset
testimonium de genesi: et creavit deus hominem ad ymaginem et similitudinem suam, masculum et feminam creavit illos,
postea intulit: Ergo quod deus coniunxit homo non separet. Hos inquit coniunxit deus qui virgines ambo erant
et ideo non licet separari. Non erunt autem ex deo copulatos ~~non virgines~~ secundum presumpta. Quis tibi dixit propterea a
deo coniunctos quia virgines erant? Nam scriptura hoc non loquitur. An non virgines erant inquit. Erant, sed non est idipsum
copulatos et copulatos quia virgines. Utique ne hoc quidem nominatim dictum reperies quod virgines essent quando essent.
Sexuum sane expressa diversitas est, non virginitas, cum dictum est masculum et feminam creavit illos. Merito quidem.
Non enim maritalis copula corporum requirit integritatem sed sexuum aptitudinem. Bene providens ipse instituens
sexus sexuum expressit et virginitatem tacuit, nec dedit occasionem venandi verbum insidiosis vulpeculis.
Quod utique libenter fecissent quando id quod frustra. Quid enim si dixisset virgines creavit illos? Nunc propterea obti-
nuisses continuo solos virgines licere coniungi. Et tu quomodo exultasses ex sola verbi occasione, quomodo exsufflasses suas
et tuas nuptias, quomodo insultasses catholice, scorta lenones quod adiuvare tanto libentius coniungenti quanto
prudentius eos de turpi ad honestum transire non dubitat. Fortassis et reprehendes deum prophete precipiente for-
nicatricem duci. Nunc autem et occasio deest et libet contra hereticum esse. Nam testimonium quod usurpasti ad astru-
endum errorem tuum plus ad destruendum valere inventum est, pro te facere nichil, contra te plurimum. Nunc autem audi quod
te ex toto aut confundit aut corrigit et heresim tuam prorsus evertit et comminuit. Mulier quanto tempore vir eius vivit
alligata est viro. Si autem vir eius dormierit soluta est, cui vult nubat, tamen in domino. Paulus est qui concedit
vidue ut cui vult nubat, et tu contra precipis ulla preter virginem nubat, et hec non nisi virgini, ut non cui vult nubat
vel ipsa. Quid manum dei abbrevias? Quid largam benedictionem nuptiarum restringis? Quid propterea vendicas virgini
quod indultum est sponsi? Non concederet hoc paulus nisi liceret. At parum dico concedit, vult quoque. Volo inquit adole-
scentiores nubere, nec dubium quin viduas dicat. Quid manifestius? Ergo quod concedit quia licet, etiam vult quia expedit.
Quod licet et expedit hereticus prohibet. Nichil ex hac prohibitione persuadebit nisi quod hereticus est. Superest
ut et de residuo apostolice prophetie istos aliquantulum expurgemus. Abstinent namque hii, ut predixit ille, a cibis
quos creavit deus ad percipiendum cum gratiarum actione. Hinc quoque hereticos se probantes, non sane quia abstinent sed
quia heretice abstinent. Nam et ego interdum abstineo, sed abstinentia mea satisfactio est pro peccatis, non superstitio
pro impietate. Num redarguimus paulum quod castigat corpus suum et in servitutem redigit? Abstineo a vino quia in vino
luxuria est, aut si infirmus sum modico utar iuxta consilium apostoli pauli. Abstineo a carnibus ne dum nimis
nutriunt carnem, simul et vitia carnis nutriant. Panem ipsum ad mensuram studebo comedere, ne onerato ventre — sume
stare ad orandum tedeat, et ne improperet etiam mihi propheta quod panem meum comederim in saturitate. Sed ne simplicem
quidem aquam ingurgitare me assuescam, ne distento sane ventre usque ad titillationem perurgeat libidinis.
Hereticus aliter. Nempe horret lac et quicquid ex eo conficitur, postremo omne quod ex coitu procreatur. Recte et sane
si non ideo quia ex coitu sed ne ad coitum provocet. Ceterum quid sibi vult quod generaliter omne quod ex coitu generatur vitat?
Suspicionem generat in obfuscatio ista ciborum tam signanter expressa. Unde tu si de regula medicorum hoc preferis
nobis, non reprehendimus curam carnis, quam nemo unquam odio habuit. Si de disciplina abstinentiam, id est spiri-
tualium medicorum scola, etiam virtutem approbamus qua carnem domas, frenas libidinem. At si de insania mani-
chei prescribis beneficentie dei, ut quod ille creavit et donavit ad percipiendum cum gratiarum actione tu non modo
ingratus sed et censor temerarius immundum decernas et tanquam a malo abstineas, non plane abstinentiam collauda-
bo sed execrabo blasphemias. Te magis immundum dixerim qui immundum quid putas. Omnia munda mundis ait ille
vero optimus estimator, et nichil immundum nisi ei qui immundum quid putat. Immundis autem et infidelibus nichil est
mundum, sed polluta est eorum et mens et conscientia. Ve qui respuunt cibos quos deus creavit, iudicantes immundos
et indignos quos traiciant in corpora vestra, cum propterea vos corpus christi quod est ecclesia tanquam pollutos et im-
mundos respuere convincent. Non ignoro quod se et solos corpus christi esse glorientur, sed sibi hoc persuadeant qui illud
quoque persuasum habent, potestatem se habere quotidie in mensa sua corpus christi et sanguinem conficiendi ad nutriendum se
in christi corpus et membra. Nempe aiunt se successores apostolorum et apostolicos nominant, nullum tamen apostolatus sui
signum valentes ostendere. Quousque lucerna sub modio? Vos estis lux mundi dictum est apostolis. Et ideo apostoli sup-

b

candelabrum ut toti luceat mundo. Pudeat successores apostolorum lucem non esse mundi sed modium, mundi autem tenebras. Dicamus eis: Vos estis tenebre mundi. Et quidam alia ad hec dicunt, certe sed contradicat ei qui dicit: Non potest civitas abscondi supra montem posita. Ita ne lapidem de monte abscisum sine manibus montem factum et implentem mundum unus cordibus inclusum auctoribus? Et nunc hec quidem innovandi ipsa opinio refugit publicum suo contenta susurro. Hec et semper integram habebit Christus hereditatem suam et possessionem suam terminos terre. Quos potius subtrahunt huic magne hereditati qui Christo illam conantur detrahere. Videte detractores, videte canes. Irrident nos quod baptizamus infantes, quod oramus pro mortuis, quod sanctorum suffragia postulamus. In omni genere hominum atque in utroque sexu festinat proscribere Christum, in adultis et parvulis, in vivis et mortuis. Hinc quidem infantibus ob impossibilitatem nature, inde vero adultis ob difficultatem continentie prescribentes. Porro mortuos viventium fraudantes auxiliis, viventes nichilominus sanctorum qui decesserunt suffragiis spoliantes. Absit. Non derelinquet Dominus plebem suam que est sicut arena maris, nec contentus erit paucitate hereticorum qui omnes redemit. Neque parva apud eum redemptio. Multo vero minus istorum ad magnitudinem pretii Redemptor magis pro suo fraudetur qui ipsum evacuare conantur. Quid enim si infans pro se loqui non potest, pro quo vox sanguinis fratris sui et talis fratris clamat ad Deum de terra. Astat et clamat nichilominus mater ecclesia. Quid tu infans? Nonne et ipse videtur tibi quodammodo de fontibus salvatoris vociferari ad Deum et suis vagitibus clamitare: Domine vim patior, responde pro me? Flagitat auxilium gratie quia vim patitur a natura. Clamat innocentia miseri et clamat ignorantia parvuli, clamat infirmitas addicti. Ita ergo clamant hec omnia: sanguis fratris, fides matris, destitutio miseri et miseria destituti, et clamant ad patrem. Porro pater seipsum negare non potest, pater est. Nemo iam dicat quod non habet fidem cui mater impertit suam involvens illi in sacramento quousque ydoneus fiat suo assensu evolutam percipere. Numquid breve pallium est ut non possit ambos operire? Magna est ecclesie fides. Numquid minor fide Chananee mulieris quam constat et filie sufficere potuisse et sibi? Ideo audivit: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Numquid minor fide illorum qui paraliticum per tegulas demiserunt eo quod illi et corporis obtinuerunt salutem? Denique habes: Quorum fidem ut vidit ait paralitico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et paulo post: Tolle grabatum tuum et ambula. Qui hec credit facile huic persuadebit animo ecclesie presumere non solum parvulis baptizatis in sua fide salutem sed etiam interfectis pro Christo infantibus coronam martyrii. Hinc cum ita sint, nullum preiudicium sustinebunt regnaturi de eo quod dictum est: Sine fide impossibile est placere Deo, cum sine fide non sint qui in testimonium fidei baptismi gratiam perceperunt. Sed neque de eo quod item dictum est: Qui vero non crediderit condempnabitur. Quid enim credere est nisi fidem habere? Itaque mulier salvabitur per generationem filiorum si permanserint in fide et dilectione etc. Et infantibus per lavacrum regenerationis succurritur, et adulti qui continere non potuerint coniugii tricesimo fructu se redimunt. Vivent quoque per [illegible] et hostias mortui qui opus habent et digni erunt mediatoribus, proficient angelis, et corpore qui iam pervenerunt venientibus adhuc nequaquam subtracta deerunt in Deo qui ubique est, nisi forte spiritu absentium. Nam et Christus propter hoc mortuus est ut vivorum dominetur et mortuorum. Propter hoc quoque et infans natus est et per singulos etatum gradus profecit in viris ut nulli deesset etati. Non credunt ignem purgatorium restare post mortem sed statim animam solutam a corpore vel ad requiem transire vel ad dampnationem. Querant ergo ab eo qui dixit quoddam peccatum esse quod neque in hoc seculo neque in futuro remittetur, cur hoc dixit si nulla in futuro manet remissio purgatioque peccatorum. Iam vero qui ecclesiam non agnoscunt non est mirum si ecclesie ordinibus detrahunt, si instituta non recipiunt, si sacramenta contempnunt, si mandatis non obediunt. Peccatores inquiunt sunt apostolici, archiepiscopi, episcopi, presbiteri, ac per hoc nec dandis nec accipiendis ydonei sacramentis. Numquid duo ista conveniunt, episcopum esse et peccatorem? Falsum est. Episcopus erat Cayphas, et tu quantus peccator qui in Dominum mortis dictabat sententiam? Si negas episcopum, arguet te testimonium Iohannis qui eum in testimonium sui pontificatus etiam prophetasse refert. Apostolus erat Iudas et licet avarissimus et sceleratissimus electus a Domino. Num tu de illius apostolatu dubitas quem Dominus elegit? Nonne ego, inquit, vos duodecim elegi et unus ex vobis diabolus est. Audis electum apostolum et eundem potuisse diabolum, et negas posse esse episcopum qui peccator est? Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei, et qui non obedierunt eis tamquam episcopis inobedientie rei fuerunt, etiam ipso Domino precipiente et dicente: Que dicunt facite. Patet quamvis scribe, quamvis pharisei, quamvis videlicet maximi peccatores, propter cathedram tamen Moysi ad eos quoque nichilominus pertinere quod item dixit: Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit. Multa quidem et alia huic populo stulto et insipienti a spiritibus errorum in ypocrisi loquentibus mendacium mala persuasa sunt, sed non est respondere ad omnia. Quis enim omnia noverit? Deinde labor infinitus esset et minime necessarius. Nec quidem ad istos, nec rationibus convincuntur quia non intelligunt, nec auctoritatibus corriguntur quia non recipiunt, nec suasionibus flectuntur quia subversi sunt. Probatum est: mori magis eligunt quam converti. Horum finis interitus, horum novissima incendium manet. [illegible] figura [illegible] [illegible]. Plerique fideles iratis manibus aquis [illegible] ad medium traxerunt. Quesita fidem eum de quibus suspecti videbantur, omnia prorsus suo more negaverunt. Examinati iudicio aque mendaces inventi sunt. Cumque iam negare non possent, quippe deprehensi aqua eos non recipiente, arrepto ut dicitur freno dentibus, tam misere quam libere impietatem non confessi sed professi sunt, palam pietatem astruentes et pro ea mortem subire parati. Nec minus parati inserere qui astabant. Ita irruens in eos populus novos hereticos sue ipsorum perfidie martires dedit. Approbamus zelum sed factum non

suadendo quia fides suadenda non imponenda. Quamquam melius procul dubio gladio coercerentur illius videlicet qui non sine
causa gladium portat, quam in suum errorem multos trahere permittantur. Dei enim minister ille est vindex in iram
ei qui male agit. Mirabantur aliqui quod non modo patienter sed et leti ut videbatur ducerentur ad mortem. Sed minus
advertunt quanta sit potestas diaboli non modo in corpora hominum sed etiam in corda que semel permissus possederit. Nonne
plus est hominem sibimet inicere manus quam id libenter ab alio sustinere? Hoc autem in multis potuisse diabolum frequenter
experti sumus qui seipsos aut submerserunt aut suspenderunt. Denique Iudas suspendit seipsum diabolo sine dubio
immittente. Ego tamen magis stupeo et magis admiror quod potuit immisisse in cor eius ut traderet dominum quam
ut semetipsum suspenderet. Nichil ergo simile habent constantia martirum et pertinacia horum, quia mortis contemptum
in illis pietas, in istis cordis duricia operatur. Et ideo ipsa voce forsitan martir dicebat: Coagulatum est
sicut lac cor eorum, ego vero legem tuam meditatus sum, pro eo videlicet quod etsi pena eadem videretur, longe diversa esset
intencio, illo utique durante cor contra dominum, isto in lege domini meditante. Que cum ita sint, non est opus ut diu-
tius immorer adversus homines stultissimos atque obstinatissimos. Dicere sufficit innotuisse illos ut vitentur. Propter
quod ut deprehendantur cogendi sunt vel abicere feminas vel exire de ecclesia, utpote scandalizantes ecclesiam
in convictu et contubernio feminarum. Dolendum valde quod non solum laici principes sed et quidam ut dicitur de clero
necnon et de ordine episcoporum, qui magis persequi eos debuerant, propter questum sustineant accipientes ab eis munera.
Et quomodo inquiunt dampnabimus nec convictos nec confessos? Frivola penitus non ratio sed occasio. Hoc solo etiam si dixi
non esset facile deprehendendus? Sed ut dixi viros et feminas qui se continentes dicunt ab invicem separes, et fe-
minas quidem cum aliis sui et propositi et voti degere cogas, viros itidem cum eiusdem propositi viris. Sic enim consulue-
ris utrorumque voto simul et fame, cum quibus conversentur et testes habuerint et custodes. Quod si non sustinuerint, iuste
eliminabuntur de ecclesia quam scandalizant non solum notabili sed etiam illicita cohabitatione. Ergo ista sufficiant
pro deprehendendis horum vulpium dolis ad cavendam stragem et cautelam dilecte et gloriose sponse domini mei Ihesu christi,

Dilectus meus michi et ego illi etc. qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Sermo 68.
Hactenus verba sponse. Assit ipse ut digne ad gloriam ipsius et utriusque nostrum salutem sponse eius
possimus investigare sermones. Neque enim tales sunt qui a nobis conspectari et discuti prout dignum
fuerit valeant, nisi ipse fuerit dux verbi. Habent enim quam suaves ad gratiam tam fecundi ad sensus tam et profundi
ad misteria. Sic simulabo eos vini interim epuleque, que triplici quadam emineat gratia: deliciosa ad saporem,
solida ad nutrimentum, efficax ad medicinam. Sic mihi sic singula quoque sponse sermo et quo eo quod suaviter sonat
affectum mulcet, et de sensuum ubertate mentem impinguat et nutrit, et de altitudine misteriorum dum intel-
lectum quo plus querit plus terret, miro modo tumorem sanat inflantis scientie. Ceterum si unus quispiam quod habere
forte qui se scioli videntur curiosius sese dedit scrutinio horum, cum viderit ingenium suum succumbere vires et re-
digi in captivitatem omnem intellectum, nonne humiliatus ad illam vocem compelletur ut dicat: Mirabilis facta est scientia
tua ex me, confortata est et non potero ad eam. Et nunc quidem primum verborum eius quante suavitatis insigne
profert. Iam vide quale primum dederit: Dilectus meus mihi et ego illi. Simplex vox videtur, quam suaviter sonat,
sed de hoc videbitur postea. Nunc vero a dilectione incipit, de dilecto prosequitur, nichil sed aliud sonare indicans
nisi dilectum. Patet de quo sermo. Cum quo non ita. Non enim ut cum ipso eodem fuit sermo permittitur cum ipse
iam non fuit, neque id dubium, nempe mox cum revocare videtur et quasi post tergum clamare: Revertere
inquiens dilecte mi. Unde adducimur non aliud sane quam quod nisi quod sermones verbis suis ibi suo more se ab-
sentavit, et illa remansit mellita de eo loquens qui nunquam absens est ei. Ita est. In ore retinuit quem non
recedebat a corde, nec quem recedebat. Quod de ore erupit de corde venit. Ex habundantia cordis os loquitur.
Ergo loquitur de dilecto ut vere dilecta et vere diligenda que diligit multum. Convenimus cum quo simul de quo
ponimus, et non occurrit nisi forte cum adolescentulis que a matre abesse non patitur ubi discessit sponsus.
Sed melius ut opinor sentimus sicut potius et non cum alio se locuta, sed sibi quod tractata et magis contineri
videatur ipsa locucio, insufficiens plane ad dandam intelligenciam auditori. Ob quam vel maiore mirore loquitur:
Dilectus meus mihi inquit et ego illi. Non plus pendet oratio, ymmo non pendet sed deficit. Suspenditur auditor
nec eruditur sed angitur. Quid est hoc quod dicit: Ille mihi et ego illi? Nescimus quid loquitur quia non sentimus quod
sentit. O sancta anima, quid tuus ille tibi, quid illi tu? Que ista queso hec inter vos tam familiaris favora-
bilis quam discurrere cohibicio et redibicio? Tibi ille, tu quoque vicissim illi. Sed quid ipse tibi, tu quod tibi ille an
aliud? Si nobis palam ad nos loqueris, intelligenciam quod sentis edicito. Quousque animas tollis?
An secretum propheticum secretum tuum tibi ista est? Affectus locutus est, non intellectus, et ideo non ad intellectum. Quid quod
ergo ad intellectum, nisi quod mirabiliter delectata et affecta vehementer ad desideratos affatus sive illo faciente
nec tacere omnino quivit nec tamen quod sensit exprimere. Neque enim ut exprimeret sic locuta est, sed ne taceret. Ex
habundancia cordis os locutum est, sed non pro habundancia. Habet suas voces affectus per quas se etiam cum nolit
prodit: timor voces meticulosas, dolor gemebundas, amor iocundas. Nunquid dolentium planctus
mentium vel singultus vel gemitus pressurarum, item quod paventium subitas et efferitas clamitaciones seu

etiam saturiorum ructus aut versus tractat aut vacans computat aut deliberacio ordinat aut premeditacio format. Eius
modi certe est non nutu proprie animi sed erumpente motu. Sic flagrans aut vehemens amor presertim diuinus
cum se intra se cohibere non valeat non attendit quo ordine qua lege qua ve serie seu paucitate verborum e
bulliat dummodo in hoc nullum sui senciat detrimentum. Interdum nec verba requirit interdum nec voces solo vel
las solis ad hoc contentus suspiriis. Inde est quod sponsa sancto amore flagrans et quasi incredibili modo sane
pro captanda quantulacumque evaporacione ardoris que patitur non considerat quid qualiter eloquatur sed quecumque in
buccas venit amore urgente non enunciat sed eructat. Quid nisi eructet sic refecta et sic repleta.
Revolue textum epithalamii huius ab ipso exordio usque huc et vide si tanta usquam illi quanta hic vice
in cunctis visitacionibus et allocucionibus sponsi copia eius indulta fuit et si unquam ex ore ipsius non modo
tam multos sed et tam iocundos sermones accepit. Quid ergo repleat in bonis desiderium suum. Quid mirum
si ructum pocius quam verbum fecit. Et si verbum tamen fecisse videtur eructatum puta et non subornatum aut preordinatum.
Nec enim sponsa rapinam arbitrabatur sibi aptare prophete dictum Eructauit cor meum verbum bonum quippe eodem reple
ta spiritu. Dilectus meus mihi et ego illi. Nil consequencie habet dicere ordinem. Quid inde ructus est. Quid tu in ructu
queris ordinem inconueniens solempnia dictamina. Quas tu tuo ructui leges impones vel regulas. Non recipit
tua moderacionem non a te composicionem expectat non commoditatem non oportunitatem requirit. Ipse se ex intimis
non modo cum non vis sed et tu nescis erumpit excussus pocius quam emissus. Tiro odore portat ructus quemque bonum
quemque malum pro vaporum equalibus ascendit corporis qualitatibus. Denique bonus homo de bono thesauro suo profert
bonum et malus malum. Bonum vas sponsa domini mei et bonus mihi odor ex illa. Gracias tibi ago domine Ihesu
qui me dignatus es admittere ad odorandum. Ita domine. Nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa
dominorum suorum. Michi fateor bene redolet ructus dilecte tue et de plenitudine eius cum minus modicum quid
gratanter accipio. Medicam habundancie suauitatis tue eructat mihi et nescio quid ineffabile sue dignacionis
et amoris odoratus sum in voce ista. Dilectus meus mihi et ego illi. Ipsa ut dignum est epuletur et exultet
in conspectu tuo et delectetur in leticia. Domine tu sic tibi contendat ut sobria sit nobis. Ipsa ergo repleatur in bonis
domus tue et torrente voluptatis tue potetur sed quesio perueniat ad me peccatorem vel tenuis odor eructate
illa cum saciata fuit. Bene mihi eructauit moyses et bonus odor in ructu eius erantis. Pro certo in psalmo
inquit cunctis deus celum et terram. Bene ysaias. Nam suauissimum redimentis misericordie odorem dedit ita
eructans. Tradidit in mortem animam suam et cum iniustis reputatus est et ipse peccata multorum tulit et pro
transgressoribus rogauit ut non perirent. Quid eque mihi redolet. Bonus etiam ex ore Ieremie ructus. Bonus
et dauid qui ait Eructauit cor meum verbum bonum. Repleti sunt omnes spiritu sancto et ructantes omnia impleuerunt
bonitate. Ructum tamen Ieremie requiris. Non sum oblitus iam parabam illum. Bonum est prestolari cum silencio salutare domini.
Eius est non fallor admonente naribus balsamum vincit suauitas redundans iusticie quam importat.
Paciente pro iusticia. Volt me expectare mercedem in posterum non recipere in presenti quod iusticie meretur salutare
non sentit sed domini est. Si moram fecerit expecta eum inquit et ne murmuraueris. Quis bonum cum silencio prestolari.
Ergo faciam quod hortatur. Expectabo dominum saluatorem meum. Sed peccator sum et grandis mihi adhuc restat via
quia longe a peccatoribus salus. Non murmurabo tamen in odore vel dolore interim consolabor me. Letabitur
iustus in domino. Gustu expiciens quod ego sencio odoratu. Quia expectat iustus peccator expectat et expectacio
odoracio est. Nam expectacio aut castitatis reuelacionem filiorum dei expectat. ~~et expectacio odoracio est~~. Porro
expectare gustare est et videre quam suauis est dominus. Sed pocius iustus qui expectat et qui iam tenet beatus. De
nique expectacio iustorum leticia. Nam peccator nichil expectat. Et inde peccator quod bonis presentibus non modo delectatur
sed et contentus nichil in futurum expectat. Surdus ad vocem illam. Expecta me dicit dominus in die resurreccionis mee in
futurum. Et ideo iustus erat symeon quia expectabat et adorabat xpistum in spiritu quem iam verbum in carne odo
rabat. Et beatus in expectacione sua quia per odorem expectacionis peruenit ad gustum contemplacionis de
mum cum ait Et viderunt oculi mei salutare tuum. Iustus quoque abraham qui et ipse expectauit ut videret diem domini
non est confusus ab expectacione sua nam vidit et gauisus est. Iusti apostoli cum audiebant Et vos similes
hominibus expectantibus dominum suum. Quid mihi iustus dauid et qui aiebat Expectans expectaui dominum. Ipse est quidem
de meis precipuis ructatoribus meorum que pene precipuum non expedit quidem. Iste os suum aperuit et
attraxit spiritum et saturatus non modo eructauit sed et cantauit. Ihesu bone quanta meis naribus et auribus
iste infudit suauitatem in ructu et cantu suo de oleo leticie quo unxit te deus pre consortibus tuis et mirra
et gutta et casia a vestimentis tuis a domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filie regum in honore
tuo. Utinam me dignetur occursu tanti vatis et amici tui in die solempnitatis et leticie qua egreditur de
thalamo tuo epithalamium suum canens in psalterio iocundo cum cythara affluens deliciis respersus et respergens
omnes ipsius modi puluere pigmentario in illa die vel pocius in illa hora. Una hora est sed quam est et
fortassis nec hora quidem sed hore dimidium iuxta illud scripture Factum est silencium in celo quasi media hora. Ego
in illa hora replebitur gaudio os meum et labia mea exultabunt. Dum singulos non dico psalmos sed
versus singulos senciam ructum quemdam odoriferum super omnia aromata. Quid iohannis ructu flagrancius
qui ubi nuch(?) redolet eternitate generacionis diuinitatem. Quid de pauli ructibus loquor quanta orbem
suauitate repleuit. Denique xpisti bonus odor erat in omni loco. Verba ete ineffabilia et si non profert

ut audiam, offert tibi ut cupiam, et libeat odorare que audire non licet. Nescio enim quo pacto quo plus la
tent plus placent et avidius inhiamus negatis. Sed iam adverte apud sponsam silencium rerum quo instar
panis in pueri capelo et secretum non aperit, nec prebet tibi in tactum aliquid sed olfactum modo indulgens quod
gustui forte interim non competere indicat, sive propter indignitatem meam, sive propter incapacitatem. Dilectus
meus michi et ego illi. Quod non est dubium diuorum quidem hoc loco amor mutuus flagrat, sed in amore utriusque
perfecto felicitas altissima, mira dignatio. Nec enim impar est complexio seu copulatio hec. Ceterum quid ista
de hac prerogativa amoris gloriatur impensum et repensum quod vicissim a se quibus se liquido nosse presumat
nisi qui pro precipua puritate mentis ac corporis sanctitate in semetipso meruit tale aliquid experiri. Res est in
facie speculantes gloriam dei in eandem ymaginem transformamur de claritate in claritatem tamquam a domini
spiritu. Verum ut sub aliqua qualicumque intelligentie forma quod legitur redigatur, salvo quidem sponse sue
singulari secreto ad quod interim non datur accedere presertim talibus quales nos sumus, apponendum est sane
aliquid nobis eo accomodatius ad quem sensum quo vestra acies, quod et verbis consequentia et intellectum dat
parvulis. Et michi quidem videtur satis esse ad meam glossam et quodammodo explanatorum intelligentiam, si dicatur
dilectus meus michi subaudiamus intendit, et sit sensus: dilectus meus michi intendit et ego illi. Quod si
solus ego id senserim, nec primus tum propheta ante me dixit: Expectans expectavi dominum et intendit michi.
Habes apte intencionem domini ad prophetam, habes et prophete ad dominum in eo quod ait expectans expectavi dominum.
Nam qui expectat intendit, et expectare intendere est. Idem omnino spiritus eadem pene verba apud
apud sponsam sed a propheta transposita prius sequitur id quod illa postius posuit, et econverso. Ceterum sponsa recurrens
locuta est, non pretendens meritum sed premittens beneficium et se preventam dilecti gratia confitens. Recte omnino.
quis prior dedit illi et retribuetur ei. Denique audi iohannem quid in epistola super hoc senserit. In hoc est cari
tas inquit non quasi nos dilexerimus deum, sed ipse prior dilexit nos. Propheta tibi gratie prevencionem et si tacuit non
negavit subsequcionem plane non tacuit. Sed accipe et alio loco eiusdem de re ista utriusque confessionem. Et
misericordia tua inquit domine loquebatur subsequetur me omnibus diebus vite mee. Audi et de prevencione. Videm
ipsius non minus certam manifestam vere sentenciam. Deus meus inquit misericordia eius preveniet me. Item ad dominum
cito anticipent nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis. Pulcre sponsa postius ni fallor
hec eadem verba non eodem ordine ponit sed sequitur, et ipsa prophete ordine loquens hoc modo: Ego dilecto meo
scilicet illi partes ascribens et ultimas. Alioquin quo gratia plena si quid habuit quod non sit ex gratia. Non est
quo gratia intret ubi iam meritum occupavit. Ergo iam plena confessio gratie ipsius gratie plenitudinem
significat in anima confitentis. Nam si quid de ipso est, inquinatum est, gratiam illi cedere necesse est. Deest gratie quicquid
meritis deputas. Nolo meritum quod gratiam excludat. Horreo quicquid de meo est ut sim meus nisi quod id
magis forsitan meum est quod me meum facit. Gratia reddit me michi iustificatum gratis et sic liberatum
a servitute peccati. Denique ubi spiritus domini ibi libertas. O fatua sponsa synagoga que contempnens iusticiam
dei et gratiam sponsi sui et suam volens constituere iusticie dei non est subiecta. Ob hoc misera repudiata est
et iam non est sponsa. Sed ecclesia cui dicitur: desponsabo te michi in fide, desponsabo te michi in iudicio et iusticia,
desponsabo te michi in misericordia et miseracionibus. Nec tu me elegisti sed ego elegi te, nec ut te eligerem tua
inveni merita sed preveni. Ita ergo in fide desponsavi te michi et non in operibus legis. Desponsavi quoque te in
iusticia sed iusticia que est ex fide non ex lege. Restat ut indices iudicium rectum inter me et te, iudicium in
quo te desponsavi, ubi constat intervenisse non tuum meritum sed meum placitum. Hoc est autem iudicium ut tua me
rita non extollas, non preferas opera legis, non iactes pondus diei et estus, que magis in fide et in iusticia
que est ex fide necnon in misericordia et miseracionibus nostris desponsata. Que vero sponsa est agnoscat
ista et utramque gratiam confitetur, primo quidem eam que prima est qua et preventa est, postea vero et subse
quentem. Ait itaque inde: Dilectus meus michi et ego illi, prius dilecto tribuens. In consequentibus ego inquit dilecto
meo et dilectus meus michi consummacionem illi eque concedens. Nunc videamus quid dicat dilectus meus michi. Sic enim
hoc recipit ut subaudiamus intendit, sicut iam dixi, et sicut propheta ait: Expectans expectavi dominum et inten
dit michi. Ego in verbo isto sentio nescio quid non plane exiguum nec mediocris prerogative. Sed non est ingerenda
fatigatis auribus et mentibus vestris omni digna alacritate. Si non gravat differatur et non in longum. Crastina
inde incipiat sermo. Tamen orate ut ab irruentibus occupacionibus interim custodiat nos gratia et misericordia
sponsi ecclesie ihesu christi domini nostri qui est super omnia benedictus in secula. Amen. Sermo sexagesimus nonus.

Audite iam quid hinc disturbimus. Audite gaudium meum quod sensi et verum est, audite gaudete.
In uno verbo sponse sensi hoc, et quod adoravimus absconditum eo vobis hodie festinus exhibebimus quo te
festinius. Sponsa locuta est et dixit sponsum intendere sibi. Que est sponsa et quis est sponsus? Hic
est deus noster, illa si audeo dicere nos sumus cum reliqua quidem multitudine captivorum quos ipse novit. Gau
deamus gloria nostra hec est. Nos sumus in quos intendit deus. Crucia tibi disparitas. Eundem tergemes et filii

hominum coram illo secundum prophetam sic sunt quasi non sint, et quasi nihilum et inane reputate sunt ei. Quid ergo vult ista inter tam dispares comparatio? Aut illa in immensum gloriatur, aut is in immensum amat. Quam admirabile est quod illius intentionem ista sibi quasi propriam vendicat dicens: Dilectus meus mihi. Nec eo contenta tamen pergit amplius gloriari, videns se illi quasi ex equo more gerere, rependere vicem. Sequitur enim: Et ego illi. Insolens verbum: et ego illi. Nec minus insolens: Dilectus meus mihi; nisi quod utriusque insolentius utrumque simul. Quid quod audet cor puro et conscientia bona et fides non ficta: Quia mihi inquit intendit. Ita ne huic intenta est illa maiestas cui gubernatio pertinet et administratio universitatis incumbit, et cura seculorum ad sola transfertur negotia, ymo otia amoris et desiderii huius? Ita plane. Ipsa est enim etiam electorum de quibus apostolus: Omnia inquit propter electos. Et cum dubium quod gratia et misericordia Dei sit in sanctos eius et respectus in electos illius. Ergo providentiam ceteris creaturis non negamus, curam sponsa vendicat sibi. Nunquid de bubus cura est Deo? Nec dubium quin idem possimus dicere de equis, de camelis, de elefantis et de cunctis bestiis terre silvestribus, et de piscibus maris et volatilibus celi, postremo de omni re que est super terram, solis sane exceptis quibus dicitur: Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quia ipsi cura est de vobis. Nam non tibi videtur veluti hys verbis dictum: Intendite illi, quia ipse intendit vobis? Et observa apostolum Petrum, cuius enim verba sunt, si non ipse et verborum sponse observavit ordinem. Nempe non ait: Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, ut sit ipsi cura de vobis, sed quia ipsi cura est de vobis. Aperte proinde monstrans ecclesiam sanctorum non modo quod dilecta sit, sed et quod prius dilecta fuit. Constat ad eam non pertinere de verbo quod de bubus dixit apostolus, nam curam illius habet qui dilexit illam et semetipsum dedit pro illa. Nove hec est omnes curas cuius cura eam superiorum cure gregum prelata est. Demum illius compositus pastor descendit ad istam, quesivit diligenter, inventam non relinquit sed reportavit. Nova tamen illa et de illa intulit celis festa gaudiorum populis angelorum civitatis ad solemnitatem. Quid ergo? Ipsius humeris dignatus est eam reportare, et curam illius non habebit? Ideo non confidit dicere: Dominus sollicitus est mei. Nec se confirmat errare cum item dicit: Dominus retribuet pro me. Et si quid est aliud quod cura Dei circa ipsam fore videatur. Inde est quod Dominum sabaoth dilectum suum dicat, et eum qui cum tranquillitate iudicat omnia sibi intendere glorietur. Quid ni glorietur? Audivit illud dicentem sibi: Nunquid mater potest oblivisci ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui. Denique oculi Domini super iustos. Et quid sponsa nisi congregatio iustorum? Quid ipsa nisi generatio querentium Dominum, querentium faciem sponsi? Non enim ille intendit huic et non ista illi. Propterea utrumque ponit dicens: Ille mihi et ego illi. Ille michi quia benignus et misericors est; ego illi quia non sum ingrata. Ille mihi gratiam cum gratia, ego illi gratiam pro gratia. Ille mee liberationi, ego illius honori. Ille saluti mee, ego illius voluntati. Ille mihi et non alteri, quia una sum columba eius; ego illi et non alteri, nec enim audio voces alienorum, nec acquiesco dicentibus mihi: Ecce hic Christus, aut ecce illic est. Hoc etiam. Quid singulis quibusque nostrum? Putamus ne in nobis quempiam esse cui aptari queat quod dixi in nobis? Ego autem et de quovis intra ecclesiam constituto, si quis hoc querat, non omnino reprehendendum censuerim. Nec enim una unius verum est atque multorum. Denique non propter animam unam, sed propter multas in unam ecclesiam colligendas, in unicam astringendas sponsam, Deus tam multa et fecit et pertulit, cum operatus est salutem in medio terre. Carissima illa est una unius, non adherens alteri sponso, non cedens alteri sponse. Quid ista non audeat apud tam ambitiosum amatorem? Quid enim ab illo sperat qui sic quesivit e celo veniens a finibus terre? Nec modo quesivit, sed acquisivit. Adde et de modo acquisitionis: in sanguine acquisitoris. Ille vero propterea ut assolet magis presumit, qui prospiciens in futurum non ignorat quia Dominus eo opus habet. Queritur ad quid? Ad videndum in bonitate electorum suorum, ad letandum in letitia gentis sue, ut laudetur in hereditate sua. Nec parvum hoc opus existimes, illud dico et remanebit opus perfectum si hoc invenerit. Hoc de statu et consummatione finis omnium pendet. Tolle hanc, et frustra inferior ista creatura revelationem filiorum Dei expectat. Tolle hanc, et neque patriarche neque prophete absque consummabuntur, cum Paulus asserat ita Deum providisse pro nobis, ne sine nobis consummarentur. Tolle hanc, et ipsa sanctorum angelorum pro imperfectione sui numeri gloria claudicabit, nec Dei civitas de sui integritate gaudebit. Unde ergo implebitur propositum Dei et misterium voluntatis eius, magnum quidem pietatis sacramentum? Unde postremo dabit nisi infantes et lactentes, quorum ex ore laudem suam perficiat Deus? Velim non sint infantes. Sunt etiam quibus et dicat: Lac vobis potum dedi, non escam. Et hii ad laudem quidem complendam a propheta invitantur dicente: Laudate pueri Dominum. Tu putas Deum nimium totam futurorum sue glorie laudem donec veniat qui in conspectu angelorum psallat sibi: Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Hoc genus letitie celi nescierunt nisi per terre filios. Hoc nemo unquam letatur qui nunquam non letatur. Oportune post tristitiam gaudium subit, post laborem quies, post naufragium portus; placet cunctis securitas, sed ei magis qui timuit. Iocunda omnibus lux, sed evadenti de potestate tenebrarum iocundior. Transisse de morte ad vitam vite gratiam multiplicat. Pars mea hec in celesti convivio et seorsum ab ipsis beatis spiritibus. Audeo dicere competentem nec beatitudinis ipsam beatam vitam nisi se dignetur. Fateor quod per caritatem ea in me fruitur et per me. Aliquid nunc videtur etiam profecto illis accessisse quo me, neque hoc parum. Denique gaudent angeli ad primam peccatoris. Quod si delicie angelorum lacrime mee, quid delicie omne opus vestrum? Laudare Deum, sed deest laudi si

desunt qui dicant: Transivimus per ignem et aquam et eduxisti nos in refrigerium. Felix proinde in sua universitate
ecclesia cuius omnis gloria impar est tanto non pro hiis tantum que illi iam facta sunt, sed pro hiis quoque que de ecclesia
oportet adhuc fieri. Nam si minus quid sollicita sit, cui de proposito dei fiducior suppetit securior quoque gaudendi ratio
non potest seipsum negare deus neque non facere que iam fecit ut scriptum est: Qui fecit que ventura sunt faciet. Faciet
nec deerit suo proposito deus. Sic vero non est quod iam queras quibus meritis speremus bona, presertim cum audias
apud prophetam: Non propter vos sed propter me ego faciam dicit dominus. Sufficit ad meritum scire quod non sufficiant merita. Sed
ut ad meritum satis est de meritis non presumere, sic carere meritis satis est ad iudicium. Porro infantium renatorum necessi-
tate meritis sed vobis (?) hoc munus (?): talibus se tu indignos reddunt, si sua inertia quesierunt sed neglexerunt. Quod quidem
periculum iam adulte etatis est ecclesia proinde habet oves, habeat data nomina, fructum speravit dei misericordiam
et omne periculum evasisti paupertatis ingratitudinis presumptionis. Perniciosa paupertas penuria meritorum, presumptio autem spiritus
fallaces divitie. Et ideo divitias et paupertates ne dederis mihi domine ait sapiens. Felix ecclesia cui nec merita sine
presumptione nec presumptio absque meritis deest. Habet unde presumat sed non merita. Habet merita sed ad promerendum; ipsum
non presumere in me promereri est. Ergo eo presumit securius quo non presumit, et non est quod confundatur in verbo glorie
cui multa materies gaudendi misericordie domini multe et vitae eius manens meditanda (?). Quid ni gloriatur secura in
cuius testimonium gloriae misericordia et veritas obviaverunt sibi. Sive ergo dicat: Dilectus meus mihi, sive dicat: Expectans expectavi dominum
et intendit michi, sive etiam: Dominus sollicitus est mei, vel si que sunt eiusmodi voces alie atque alie que divini quendam
affectum aut singularem favorem erga aliquos simpliciter exprimere videantur, nichil horum a se alienum putabit cui vox
presumendi domini constituta est, presertim cum non alterum videat sponsa alterum ve ecclesiam cui possint fieri que non putat
non fieri. Ergo de ecclesia patet quod in nulla illa omnia sibi aptare debebit. De una anima queritur etiam si sit spiritualis
et sancta liceat ne illi ullo modo audere in talibus. Neque enim prerogativas omnes universe illius catholice multitudinis
ob quam omnia fiunt, una de multitudine arrogabit sibi quantalibet emineat sanctitate. Et ideo difficilius ut sentio ego
invenietur, si tamen invenietur, quomodo possit licere. Unde necesse video alio istud sermone temptari, nec modo ingredi
vias scrupulose disputationis quarum adhuc exitum ignoramus, nisi prius super verbo abscondito oratum fuerit ad
eum qui aperit et nemo claudit, sponsum ecclesie ihesum christum dominum nostrum qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Sermo lxix

Dilectus meus mihi et ego illi. Hanc vocem ut etiam superior sermo assignavit, propter factas sibi a deo promissiones vite que nunc est, presentis et future, de anima proposita est questio, quia non potest arrogare sibi
una quod universitas audeat, nec aliquo ad se trahere illa sic non licet. Referamus proinde oportet
ad ecclesiam ut nullatenus ad personam. Nec modo hanc sed et reliquas voces plenas huiusmodi loquentes gratia ubi
gratia. Expectans expectavi dominum et intendit mihi, et si quas alias sermo superior perstrinxit. Sed si quis licere putat ego non
abnuo sed michi est cui. Non enim cuiusque presumpsisse licet etiam dei spirituales suos qui non modo fideliter sed et fiducialiter
agant in eo, cum deo quasi cum amico loquentes, testimonium illis perhibente conscientia glorie huius. Qui nam illi sint ipse quidem
penes deum. Tu vero audi quale te esse oporteat si talis vis esse. Sed tamen dicimus non quasi expertus sed quasi
experiri cupiens. Da mihi animam nichil amantem preter deum et quod propter deum amandum non est, cui vivere christus non
tantum sit sed et diu iam fuerit, cui studium et otium sit proinde dominum in conspectu suo semper, cui sollicitate ambulare cum
domino deo suo non dico magna sed una voluntas sit et facultas non desit. Da michi talem animam et ego non
nego dignam sponsi cura, maiestatis respectu, dominantis favore, sollicitudine gubernantis. Et si voluerit gloriari non
erit insipiens, tamen ut qui gloriatur in domino glorietur. Ita in quo multa audet audet et unum, sed alia ratione. Nempe
statum multitudine tanto superdicte fidente faciunt, statim animam duplex quedam ratio. Primo quidem quod non liceat in natura
simplicissima sponsi diversitas, qui unum respicit multos et qui multos unum, nec ad multa nec multis erit, nec ad
paucitatem rarior nec ad diversitatem divisus, nec restrictus ad unum nec anxius ad curas nec perturbatus seu tur-
bulentus ad sollicitudines. Sit sane unum intentus ut non detentus sic pluribus ut non distentus. Deinde quod ut
probare suavissimum ita rarissimum probasse est tanta dignatio. Ubi causa benivolentie presens ubi erga bone
affectam et bene compositam animam quod quidem ipsum presens munus et ubi opus est ut quam sua tali benedictione pre-
venerit et preparaverit sibi sua quoque dignentur presentia, ita ut non modo ad eam veniat sed etiam mansionem
apud eam faciat. Non enim sufficit exhiberi nisi et copiosius sibi prebeant. Cuius est ad animam venire verbum erudire
in sapientia. Quid est preterea venire afficere ad amorem sapientie ut dicere possit: Amator factus sum forme illius.
Patris diligere est et ideo presens advenientis ex infusa dilectione probatur. Quid facit absque dilectione eruditio?
Inflaret. Quid absque eruditione dilectio? Erraret. Denique errabat de quibus dicebat: Testimonium illis perhibeo
quod zelum dei habent sed non secundum scientiam. Non decet sponsum ubi esse stultam. Porro elatam pater non sustinet,
pater enim diligit filium et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam verbi. Ipse in promptu habet deicere atque de-
struere, sive remittendo zelum sive intendendo, quorum alterum misericordie alterum iudicii est. Utrumque omnem in me extol-
lentiam comprimat, primo deiciat et ad nichilum redigat, non accensus furor sed incensus amor. Utrumque
discam non superbire sed unctione potius quam ultione magistra. Domine ne in furore tuo arguas me sicut

angelum extollentem se in celo, neque in ira tua corripias me sicut hominem in paradiso. Ambo iniquitatem meditati
sunt altitudinem affectantes ille potencie iste sciencie. Denique credidit insipiens mulier pollicenti sed seducenti Eritis
sicut dii scientes bonum et malum. Iam sese ante seduxerat cum persuaserat se illum fore altissimo. Nam qui se
putat aliquid esse cum nichil sit ipse se seducit. Verum utraque altitudo deiecta est sed in homine iniquitas modi-
cate ita illo qui omnia facit in pondere et mensura. Nam angelo in furore punito ymo dampnato hic iram
tantum sensit et non furorem. Nempe cum iratus sit misericordie recordatus est propter hoc semen eius filii ire et
non furoris usque in hodiernum diem. Si non nascerentur ire filii non opus esset renasci. Si furoris nascerentur
aut non contigisset aut non proficisset renasci. Vis videre furoris filium? Si vidisti sathanam tamquam fulgur cadentem
de celo quod est in impetu furoris precipitatum et cognovisti de furore dei. Denique non est recordatus mise-
ricordie quia cum irata sunt misericordie recordabitur non tamen iam usque ad furorem exarserint. Ve filiis diffidencie hiis
quoque qui ex adam sunt qui nati ire filii ipsi sibi iram in furorem virgam in baculum ymo in malleum diabolica
obstinacione convertunt. Denique thesaurizant sibi iram in die ire. Ira autem accumulata quid nisi furor? Pertinacie
peccatum diaboli et diabolica sunt perfectura. Ve eciam omnibus nisi quibusdam filiis ire qui nati in ira non co-
pertimuerint renasci in gracia nempe mortui in quo et nati ire filii permanebunt. Ire dixerim non furoris
quia ut piissime creditur et humanissime gemitur mitissime sit pene totum quo adiecta sunt aliunde traductum.
Ergo iudicatus est in furore diabolus iudicatus est quia inventa est iniquitas eius ad odium. Homo autem ad iram
et ideo in ira corripitur. Ita omnis altitudo contrita est et que inflat et que precipitat pre nimio zelante
pro filio. Utrobique siquidem iniuria filii est et de potestate usurpata potencia adversus virtutem dei que ipse est et de
presumpta sciencia altitudine quod a sapiencia dei que nichilominus ipse est. Dic quis plus est. Quis nisi ymago tua? Quis nisi
splendor et figura substancie tue? Solus in forma tua solus non rapinam arbitratus est esse se equalem tibi
altissimus altissimi filius. Quomodo non equalis? Etiam unum estis ipse et tu. Sedes ille a dextris tuis non sub
pedibus. Quo pacto audet quis pervadere locum unigeniti tui ponit sibi sedem in excelso sublimat cathedram
// precipitet pestilencie. Item quis docet hominem scienciam? Nonne tu o clavis david aperiens cum vis et cum vis claudens?
Et quo sine clave ad thesauros sapiencie et sciencie intraverit ymo irrumpere temptabit. Enim non intrat per
ostium fur est et latro. Petrus ergo intrabit qui claves accepit non tamen solus. Nam et me si voluit
introducet alium quam excludet quem forte noluit in sciencia et potestate sibi data desuper. Et hee claves etiam potestas
aperiendi et claudendi atque inter excludendos et admittendos discrecio. Et non in presente thesauri sed in Christo
et ideo non potuit dare potenciam vel scienciam quam non habuit sed qui habuit dedit. Nec enim hic potuit
potenciam quam non accepit sed qui accepit habuit. Videt Christus accepit Petrus nec inflatus de sciencia nec
precipitandus de potencia. Quare? Quia in neutra extulit se adversus scienciam dei qui nichil horum preter scienciam
dei affectavit sicut ille qui dolose egit in conspectu eius ut inveniatur iniquitas eius ad odium. Quo de-
nique preter scienciam dei qui se scribit apostolum Jhesu Christi secundum prescienciam dei patris. Et hec dicta sunt pro eo quod meminit
de zelo dei quem intendit in prevaricatores angelum hominemque. Nam in ambobus repperit pravitatem quali-
videlicet in ira et in furore suo destruxit omnem altitudinem extollentem se adversus scienciam dei. Hunc autem re-
vertendum ad zelum misericordie id est qui non intendit sed qui immittit quin qui intendit ut iam diximus
iudicii est et satis nos terruit ex memoratis exemplis horum geminorum prevaricatorum. Propterea ibo michi ego ad locum
refugii a facie furoris domini ad illud utique pietatis zelum suavem ardentem efficacem exspirantem. Nunquam non
operit caritas et potenter legi quod operiat multitudinem peccatorum. Sed dico Nunquam non ydonea est seu sufficiens
ad deiciendam humiliandamque omnem extollenciam oculorum et cordis. Et maxime Ira non extollit non inflat.
Si ergo dominus Jhesus dignetur venire ad me vel in me potius non in zelo furoris et ne in ira quidem sed in
caritate et spiritu mansuetudinis emulans me dei emulacione quid enim ita dei ut caritas nempe et deus est
caritas. Si inquam in ista venit in hoc cognoscam quod non sit solus sed venit etiam pater suus cum eo. Nam quod eque proprium
propter hoc nempe non pater verbi tantum sed et pater misericordiarum est appellatus quod innatum habeat misereri semper et parcere.
Si sensero aperiri michi sensum ut intelligam scripturas aut sermonem sapiencie quasi ebullire ex intimis aut
infuso lumine desuper revelari mistica aut certe expandi velut quoddam largissimum celi gremium et ube-
riores desuper influere animo meditacionum ymbres non ambigo sponsum adesse. Verbi siquidem hec copie
sunt et de plenitudine eius ista accepimus. Et si se pariter infuderit humilis quedam sed pinguis intime affu-
sionis devocio ut amor agnite veritatis necnon quoddam odium vanitatis in me gignat et contemptum ne
forte aut sciencia inflet aut frequencia visitacionum extollat me tunc prorsus paterne sencio agi mecum et patrem
adesse non dubito. Si autem perseveravero huic dignacioni dignus semper quod in me est affectibus et actibus
respondere et gracia dei apud me vacua non fuerit etiam mansionem apud me faciet tam pater quam nutriens
verbum erudiens. Quanta putas ex hac mansione michi accrescit et verbo familiaritatis gracia oritur quanta de famili-
aritate sequitur fiducia. Non est ut opinor quod iam talis anima dicat vereatur. Dilectus meus michi
que ex eo quo se diligi et vehementer diligi sentit etiam diligere nichilominus vehementer non ambigit ac de
sua singulari intencione sollicitudine cura opera diligencia studio quo incessanter et ardenter

vigilat quatinus modis omnibus placeat deo. Eque sane omnia in ipso indubitanter agnoscit recordans promissionis eius: In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Illud quod redibitionem gratie prudens sponsa ad sua magis cauta est trahere partes, sciens se preventam potius a dilecto. Inde est quod illius operam prefert: Dilectus meus mihi et ego illi. Ex his que sunt penes se deum agnoscit nec dubitat se amari que amat. Ita est: amor dei amorem anime parit, et illius preveniens intentio intentam animam facit, sollicitudo sollicitam. Nescio enim qua vicinitate nature, cum semel revelata facie gloriam dei speculari anima potuit, mox illi se conformari necesse est atque in eandem ymaginem transformari. Igitur qualem te paraveris deo, talis oportet appareat tibi deus. Cum sancto sanctus eris et cum viro innocente innocens eris. Quidni et eque et cum amante amans et cum vacante vacans et cum intento intentus erit et cum sollicito sollicitus. Denique ait: Ego diligentes me diligo, et qui mane vigilaverint ad me invenient me. Vides quomodo non solum de amore tuo certum te reddit, si quidem tu ames illum, sed etiam de sua sollicitudine quam pro te gerit, si te senserit sollicitum fore. Vigilas tu, vigilat et ipse. Consurge tu nocte in principio vigiliarum tuarum, accelera quantum vis, etiam ipsas anticipa vigilias: invenies eum, non prevenies. Temere in tali negotio vel prius aliquid tibi vel plus tribuis: et magis amat et ante. Si hec anima sentit, ymmo quia sentit, mirum quod illa maiestate que certe non curabit soli sibi intendere gloriatur, cui soli ipsa postpositis curis omnibus tota se devovet custodit? Ymmo sive despicit? Sed unum dico spiritualibus qui in nobis sunt, minus quidem sed verum: animam deum videntem haud secus videre quam si sola videatur a deo. Ergo fiducia et illud intende securus illi uni, et ipsum videbis. Bonus es domine anime querenti te. Occurris, amplecteris, sponsum te exhibes, qui das et, ymmo qui es super omnia deus benedictus in secula. Amen. non

Dilectus meus mihi et ego illi qui pascitur inter lilia. Quis hinc iam imputet presumptionem vel insolentie, si se dicat ipsi sollicitudinis illo qui pascitur inter lilia? Et tamen si inter sydera pasceretur, eo solo quod pascitur nescio quid magnum videri possit cum eiusmodi amicitia seu familiaritate sponse admodum presumptio ignobilis et humile sonat pasci. Nunc vero cum et pasci inter lilia perhibetur, dilectionis adiecto longius amovet et expulsat temeritatis notam. Quid enim sunt lilia nisi verbum dominicum? foenum quod hodie est et cras in clibanum mittitur. Quis est iste qui foeno pascitur? Qui vero agnorum vel vitulorum? Et agnus plane et vitulus saginatus. Sed tu forte vigilantius advertisti non pabulum hoc loco designari sed locum. Nec enim dictum liliis eum pasci, sed inter lilia. Esto non foenum comedit ut bos; foeno tamen vesci et super foenum discumbere instar unius de turba quid eminentie? Sed quid vero gloria huic sponsi dilecti illam qui hoc egerit? Et secundum litteram quidem sponse verecundia et cautela prudentie eius in loquendo satis apparet, utrosque disponens sermones suos in iudicio et verorum gloriam verborum modestia temperans. Illa ad non ignorat unum esse et qui pascit et qui pascitur inter lilia, commorantem et regnantem super sydera. At dilecti libentius humilia meminit, propter humilitatem quidem, ut dixi, magis autem quod exinde cepit esse dilectus, quo et pasci. Nec modo exinde sed inde. Nam qui in altissimis est deus, in imis est dilectus: super sydera regnans et inter lilia amans. Amabat et super sydera, quia nusquam et numquam potuit non amare qui amor est; sed donec ad lilia descendit et pasci inter lilia compertus est, nec amatus est ut fieret dilectus. Quando non est amatus a patriarchis et prophetis? Est, sed non prius quam visus est et ab ipsis inter lilia pasci. Neque enim non viderunt quem providerunt, nisi quis ita absque spiritu sit ut videntem in spiritu putet videre nichil. Unde ergo videntes nam se prophete appellant, si nichil viderunt? Inde est quod voluerunt videre quod non viderunt. Nec enim potuit velle videre in corpore quem in spiritu non vidisset. Et dico: Multi enim prophete et reges voluerunt videre, aut fuit omnibus fides. Et enim qui viderunt aut prophete fuerunt aut prophetis acquieverunt, et credidisse enim vidisse est. Nos enim non qui per prophetie spiritum, sed et qui per fidem videt, si quis ipsum esse dicat videre in spiritu, michi non videtur errare.

Ita ergo quod ad lilia descendere et inter lilia pasci dignatus est qui omnes pascit, dilectum fecit illum qui non potuit ante diligi quam agnosci. Ac per hoc tum dilecti facta mentio est, pulare et illud memoratum est quod dilectionis et agnitionis potiorem causam. Ceterum in spiritu referto hec inter lilia; nam corporum cogitare indignum est. Que ipsa lilia spiritualia sint, quidem potius demonstranda a nobis erunt. Puto hoc quod dico nos oportebat: unde inter lilia pascatur dilectus, liliis ne ipsis an aliis inter lilia reconditis herbis vel floribus. Et in hiis illud non difficulter apparet quod pasci non pascere perhibetur. Nam quia pascat dubium non est. Nec enim indigum ei et pasci indigentiam sonat, et nec spiritualis quidem sive interna pietas facile illi posse assignari videtur. Nec ego sane recordor usque modo advertisse me in tanto hoc pastu usuram prohiberi. Tu pascente putes recordemini et vos mecum. Denique postulavit sibi aliquid demonstrari ubi in meridie pascat et cubaret, et nunc quidem quod necessario dupplicat perhibet pasci, sed non similiter postulat locum sibi indicari, sed et ipsa indicat assignans inter lilia. Ponit hoc illud non nominet quod eque presto esse non potest quod sublime et in sublimi est, et quod humile et super totum sublime opus sublimius et locus, nec accessus ad eundem usque ad hunc vel ipsi sponse. Et ideo semetipsum exinanivit usque ad hoc ut pasceretur ipse omnium pastor, et inventus est inter lilia, et visus ab ecclesia adamatus est ab inope paupere factus dilectus propter plenitudinem. Non solum autem sed et propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam, quod per eum sunt promissiones adimplete, sed quod iniquitates remisse, quod superbi demones vincendi principes sic indicati sunt. Talis ergo apparuit qui merito amaretur verax

pre filiis hominibus, iustus omnibus, qui vere amandus et totis medullis cordis amplectendus sponsus. Quidni nam-
que ei etiam totam se tota devotione committit, tam fido redditori, tam pio indultori, tam iusto remunera-
tori? Porro premiserat propheta dicens: Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede. Unde species hec et pulchritudo?
Puto ex liliis. Quidni liliis speciosus sit, si nichil formosius sponso? Que sunt ergo illa lilia, ex quibus species
decoris eius? Procede, inquit, et regna, propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam. Lilia sunt. Lilia mihi orta
de terra, in candore super terram eminentia, in floribus fragrantia super odorem aromatum. Ergo inter hec lilia sponsus,
et omnino ex his speciosus et pulcher. Alias enim, quod quidem ad carnis infirmitatem spectat, non erat ei species neque
decor. Bonum autem lilium veritas, candore conspicuum, odore precipuum. Denique candor est lucis eterne, splendor
et figura substantie Dei. Lilium plane, quod ad novam benedictionem terra nostra protulit, et paravit ante faciem omnium populorum
lumen ad revelationem gentium. Donec sub maledicto fuit terra, spinas et tribulos germinavit. At nunc veritas
de terra orta est, Domino benedicente. Expositus omnino quidam flos campi et lilium convallium. Agnosce lilium ex
candore, qui mox in ipso exortu floris pastoribus de nocte emicuit, dicente evangelista quod angelus Domini stetit
iuxta illos et claritas Dei circumfulsit illos. Bene Dei, quia non angeli, sed lilii candor. Ille aderat, sed illud
micabat. Adusque Bethleem agnosce lilium et ex odore, quo et longe positis innotuit magis. Quamquam et stella
apparuit, sed tamen viri sapientes numquam secuti fuissent, nisi intima quedam suavis olentia orti lilii traherentur.
Et vere lilium veritas, cuius odor alit fidem, splendor intellectum illuminat. Illa etiam oculos nunc in ipsam
personam Domini, qui in evangelio loquitur: Ego sum veritas. Et vide quam competenter veritas lilio comparetur. Si non
advertisti, adverte de medio floris huius quasi virgulas aureas prodeuntes, cinctas candidissimo flore pulchre tinctas
ac decenter dispositas in corona, et agnosce auream in Christo divinitatem, humane coronatam puritate nature,
id est Christum in diademate quo coronavit eum mater sua. Nam in quo coronavit eum pater suus, lucem forsitan
habitat inaccessibilem, ut possem modo illum videre in eo. Sed de hoc alias. Nunc vero lilium veritas est, et mansuetudo est.
Et bonum lilium mansuetudo, huius innocentie candore et odorem spei, quam sunt reliquie in homine pacifico.
a Bone spei vir mansuetus, nec minus etiam in presenti lucidum quoddam vite est socialis exemplar. An non
lilium, quod lucet officio, redolet spe? Audi quia sicut veritas de terra orta est, ita et mansuetudo. Nisi quis du-
bitet ortum de terra agnum dominatorem terre, illum agnum qui ad occisionem ductus est et non aperuit os suum.
Nec tamen mansuetudo seu veritas de terra orta est, sed et iustitia, propheta dicente. Quod autem iustitia lilium sit, accipe re-
cordare de scriptura, quia iustus germinabit sicut lilium, et florebit in eternum ante Dominum. Nequaquam lilium quod hodie
est et cras in clibanum mittitur, quia in eternum florebit ante Dominum, cuius in memoria eterna erit iustus, et ab
auditione mala non timebit, illa scilicet auditione qua in clibanum ignis peccatores ire iubentur. Porro huius lilii
candor cui non splendet, nisi cui non placet? Denique sol est, sed non ille qui oritur super bonos et malos. Neque
enim qui dicturi sunt: Sol iustitie non est ortus nobis, lucem illius quamquam viderunt, viderint aut quomodo audierint,
vobis qui timetis Deum orietur sol iustitie. Ergo candor huius lilii apud iustos, fragrantia etiam usque ad
iniquos diffunditur, etsi non in bonum ipsis. Denique audimus iustos dicentes quia Christi bonus odor sumus
in omni loco, sed aliis quidem odor vite in vitam, aliis odor mortis in mortem. Quemvis sceleratissimum iustitia
non preterit opinione, quamvis non amet opus. Et beatus si se non iudicat in eo quod probat. Iudicas autem
b probans bonum et non amas. Ideo quod non beatus plane, sed miser, proprio condempnatus iudicio. Quid ei nisi
cui odor vite non vite sed mortis, inimicus est, immo nec inimicus quidem, sed damnatus. Sunt multa apud sponsum et
alia lilia preter hec que ex propheta inciderunt nobis, veritatem et mansuetudinem et iustitiam. Nec erit difficile
iam cuilibet etiam plura reperire per semetipsum in orto tam delicioso sponsi. Habundat et superhabundat talibus.
Quomodo illa enim? Nempe quot virtutes, tot lilia. Quomodo sunt virtutum apud Dominum virtutum? Quid si plenitudo
virtutum in Christo et liliorum. Et fortassis propterea sese lilium appellavit, quod totus consisteret in liliis, et omnia que
ipsius sunt lilia sunt: conceptus, ortus, conversatio, eloquia, miracula, sacramenta, passio, mors, resurrectio, ascensio. Quid
horum non candidum et non suavissime redolens? Tanta denique in conceptione refulsit superni luminis claritas
et de superveniente habundantia spiritus, ut ne ipsa quidem virgo ferre sustinuisset, si non sibi obumbratum foret
a virtute altissimi. Porro ortum candidavit incorrupta virginitas matris, conversationem innocentia vite, eloquia
veritas, miracula puritas cordis, sacramenta pietatis archanum, passionem patiendi voluntas, mortem libertas
non moriendi, resurrectionem martyrum fortitudo, ascensionem exhibitio promissorum. Quam bonus fidei odor in his
singulis intra quidem, qui candore non videtur, ipsa viscera replens. Et beati qui audierunt et crediderunt.
Paris mea in his odor vite qui prodit ex ipsis. Hic infusus naribus meis apto quodam fidei instructo
quidem copiosus per multitudinem liliorum, sane corlum levat et parat desiderium, assidue innovat in visceribus
meis. Lilia habet et anima sodalium sponsi, sed non copiam. Omnibus enim ad mensuram spiritum accepit, ad mensuram
c virtutes et dona. Solus ille non habet modum, qui habet totum. Aliud est lilia habere, aliud non nisi lilia habere.
Nunc dabis mihi de filiis captivitatis adeo innocentem et sanctum, qui totam terram floribus occupare potuerit
et istiusmodi floribus? Nec infans unius diei sine sordibus est super terram. Magnus est qui tria lilia, nedum
quattuor potuit in terra nostra invenire in tanta densitate spinarum et tribulorum que sunt germina

in vetustate maledictionis antique. Merito enim qui pauper sum bene agitur si vel sic ab hac pessima segete
iniquitatum videlicet atque viciorum tantillum terre vendicare cohibendo et coercendo sufficiam, unde unum solum pro-
ducere lilium possim, si forte et penes me pasci interdum dignetur is qui pascitur inter lilia. At parum dixi-
mus de penuria cordis mei os locutum est. Unum profecto non sufficit, duo adminus necessaria sunt. Dico autem casti-
tatem et innocentiam, quarum una sine altera non salvabit profecto. Denique ad unamquamlibet harum imitabor sponsum,
qui non ad lilium pasci sed inter lilia perhibetur. Dabo proinde operam habere lilia, ne de singularitate causetur
lilii, qui non vult nisi inter lilia pasci, et declinet in ira a servo suo. Pono itaque primo omnium innocentiam,
et si huic iungere continentiam potuero, me putabo in possessione liliorum. Dives sum autem si tertiam his adiungere
potero patientiam. Et quidem non putet sufficere ille, sed quod et deficere in temptationibus putet, siquidem temptacio est
vita hominis super terram. Opus profecto pacientia est, que utriusque sit quasi nutrix quedam et custos. Puto si venerit
amator ille liliorum et ita invenerit, quod non dedignabitur iam pasci apud nos et facere pascha. Ubi ille
et multa suavitas in cenabis et magna erit securitas propter terram. Verum quo pacto dicatur pasci qui pascit
omnia postea videbitur. Nunc vero apparet sponsum non modo apparere inter lilia, sed minime omnino contra lilia
posse aliquem invenire, cum omne quod de eo est et ipse sit lilium. Sponsus certe iste ipse dominus noster qui est super omnia deus.
Hinc iudicent prudentes sermonis principium huius. Est ergo lilium sponsus. Et dubietas in scola amice. Sicut lilium
sed non lilium inter spinas, quia non habet spinas qui peccatum non fecit. Denique sponsus protestatur se lilium
inter spinas quando sic dixit vel ipsa que spinam non habeat se ipsam seducit et veritas in ea non est. De vero
florem quidem et lilium professus est, non tamen inter spinas. Magis autem ego inquit flos campi et lilium convallium
et non est spinarum mentio, quia solus sit homo qui opus non habeat dicere: Conversus sum in erumpna mea dum confi-
gitur spina. Ergo absque liliis nunquam est, qui absque viciis semper est, quia totus et semper candidus est speciosus forma
pre filiis hominum. Tu ergo qui hec audis et legis, cura habere lilia penes te, si vis habere habitatorem liliorum
habitantem in te. Opus tuum, studium tuum, desiderium tuum lilia esse protestentur. Moralis quidem rerum utrarumque
candor atque odor. Habent et mores odores suos, habent et colores suos. Neque enim in spiritibus idipsum est
odor et color non magis quam in corporibus. Ergo de coloribus conscientia consulatur, de odore fama. Fetere fecistis
odorem meum in terra ista, ait Iacob haud dubium qui ad filios suos dicebat, ait de opinione. Porro colorem
operi tuo dat intencio cordis et iudicium conscientie. Nigra sunt vicia, virtus candida est. Inter hanc atque illa
conscientia consulta discernit. Stat sententia domini de oculo nequam et lucido, qua inter candidum et nigrum certos
fixit limites et divisit lucem a tenebris. Quod ergo de corde puro et conscientia egreditur bona, candidum
est et utique est. Si autem et bona fama secuta fuit, et lilium est, quippe cui nec candor lilii deest nec
odor. Porro virtus et si non propterea maior, pulcrior tamen illustrior quod efficitur. Et si in conscientia vero fuit
nec quod eo perducit carebit vero. Non si radius in vicio et vero neque. At per hoc quoque illud sit quod
radius viciata non absque tradicione vicii quod se perducat ubi grata sermo acto etiam si fama applaudet
videatur, sed non color. Quo pacto cum lilium cum nuncupitatus vero. Nec sane fama quibit vendicare
virtuti quod esse vicium convincit conscientia. Erit quidem utique corrupta candore ubi semper non potuit odor fame
fetidus odor nec fame corrumpere sufficiet vicium conscientie decolorans. Providebit tamen semper quod in se est homo
virtutis bona non tamen coram deo sed etiam coram hominibus ut vere sit lilium. Sed est etiam candor aut indul-
gencia dei ipso dicente per prophetam: Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, et si fuerint
rubra velut vermiculus, quasi lana alba erunt. Et est candor quem hodie induit is qui miseretur in hilaritate.
Etenim si intuearis illud quod scriptura describit iocundum hominem qui miseretur et commodat, nonne is tibi videtur
de ipsa animi iocunditate dedisse candorem quendam pietatis vultui pariter et operi suo? Econtra ergo si quod
tristicia et veluti coacte quis donat, non candidum plane sed teterrimum profert manum et fronte colorem.
Et non hilarem datorem diligit deus, nunquam et tristem. Profecto qui respexit ad Abel ob alacritatis can-
dorem, avertit faciem suam a Cayn quia conciderat facies eius utique tristicia et livore. Videte qualis color
tristicie seu invidie sit quem avertit aspectus. Recte et eleganter in colorando bucolico candor iocunditatis
laudatus est voce illa poete: Super omnia vultus accessere boni. Nec modo hilaris dator, sed et qui tribuit
in simplicitate diligitur a deo, et simplicitas candor est, probamque a contrario, quia neque duplicitas parum
dixi macula est. Quid duplicitas nisi dolus? Sed enim qui dolose egit in conspectu dei inventa est in-
iquitas eius ad odium. Beatus cui non imputavit dominus peccatum nec est in spiritu eius dolus. Pulcre dominus pariter
utriusque complexionis est maliciam dolum tristiciam, quia Nolite inquiens fieri sicut ypocrite tristes. Sponsus itaque
cum sit utique in virtutibus complaceat sibi, et cum sit lilium libenter inter lilia commoratur, et cum sit candor delectatur
candidis. Et fortasse hoc est quod dicitur pasci inter lilia, candore scilicet et odore virtutum delectari. Siquidem pa-
scebatur olim corporaliter apud Mariam et Martham et recumbens etiam corpore inter lilia. Illas loquor nam

a

b

Nemo i. nullus [illegible] tristes et [illegible] ne offensa

videatur non est quod dicatur lilium dicunt quod [illegible] odor communis

lilia erat, melleus spiritum refocillabat devocione et virtutibus imbrem. Et si illa hora intrasset propheta aut angelus
seu aliquis quivis spiritualis, tum non ignorans quae maiestas recumberet, nonne stuperet dignacionem et familiaritatem
quam illi esse conspiceret cum puris animis pudicisque corporibus, cum tremens et stupens infirmorum? Nimirum testaretur
quia vidi illum non modo commorantem sed pascentem inter lilia. Ita ergo sibi utrique certe dico et sponsum pasci inter
lilia sponsus inventus est. Puto autem quod et ipse vicissim pasceret, sed in spiritu. Hoc ipso quod pascebatur quomodo pa-
scebat? Quomodo nisi confortabat timiditatem feminarum, roborabat fragilitatem, impinguabat devocionem?
Sed si vidisti quod pasci illi pascere sit, vide etiam nunc ne forte et ego pascere sit ei pasci. Dominus qui pascit
me a iuventute mea, ait sanctus patriarcha Iacob. Bonus paterfamilias qui suorum domesticorum curam gerit,
maxime in diebus malis ut alat eos in fame, cibabit illos pane vitae et intellectus, et nutriens ad
vitam eternam. At pastus ita puto melle pascitur ipse, et quibus escis quibus vescitur libenter profectibus. Etenim meis
gaudium Domini fortitudo mea. Ita ergo et tu pasceris, pascit, et pasceris cum pascit. Sic nos suo gaudio spirituali
reficiens et de meo aeque spirituali gaudens profectu. Cibus eius penitencia mea, cibus eius salus mea, cibus eius
ego ipse. An non tamquam panem manducat? Ego autem quia peccator sum cibus sum ut manducer ab eo. Mandor
cum arguor, glucior cum instituor, decoquor cum immutor, digeror cum transformor, unior cum conformor.
Nolite mirari hoc: manducat nos et manducatur a nobis, quo illi arcius astringamur. Non plane aliter perfecte
unimur illi. Etenim si manduco et non manducor, videbitur in me ille esse, sed nondum in illo ego. Et si mandu-
cor quidem et non manduco, me in se habere ille, sed non etiam in me esse videbitur, nec erit perfecta unio in
quovis horum. Sed enim manducet me ut habeat me in se, et a me vicissim manducetur ut sit in me, quatenus
integra sit firma quia connexio cum ego in eo et ipse in me erit. Vis tibi proponam simile? Audiamus quod dicitur: Attolle
oculos mentis in quandam sublimiorem quidem rerum convenienciam. Si lemum tamen sunt sic ipse sponsus in patre ita
esset ut non tamen in ipso pater, aut ita pater in ipso esset ut non esset ipse in patre, audeo dicere et ipsorum citra pro-
fectum unitas remaneret si tamen unitas esset. Nunc vero cum et ipse in patre et pater in ipso sit, non est quo claudicet
unitas, sed vere et rotunde unum sunt ipse et pater. Hac gratia anima cum adherere bonum est deo non ante se presumet
ipsi perfecte unitam nisi cum et illum in se et se in illo manentem persenserit. Non quod idem sit unum dicitur cum deo
sicut unum sunt pater et filius. Quamvis qui adheret deo unus spiritus est, legi hoc, sed illud non legi. Non dico de me
qui nichil sum, sed plane nemo nisi demens sive de terra sive de celo usurpabit sibi illam vingentis vocem:
Ego et pater unum sumus. Et tamen ego licet pulvis et cinis, fretus quidem scripture auctoritate, nunc illud dicere vereor
quod unus cum deo spiritus sim, si unquam tamen certis fuero persuasus experimentis deo me adherere ad instar unius
illorum qui in caritate manet, ac per hoc in deo manet et deus in eis, manducantes deum et manducati
a deo. Nam de tali adhesione puto dictum: Qui autem adheret deo unus spiritus est. Et ergo dicit filius: Ego in patre
et pater in me est, et unum sumus. Dicit homo: Ego in deo et deus in me est, et unus spiritus sumus. Sed neque pater et
filius sunt invicem, ac proinde unum invicem se manducant, sicut deus et homo mutua se quadam manducatione
continent ut per hoc etsi non unum, certe unus spiritus sunt. Absit. Nec enim unio ... atque illi sed neque
una unitas utrorumque. Denique insinuatur tibi unitatum diversitas per unum et unus, quod nec patri et filio unus
nec homini et deo unum potest convenire. Tu si sapiens occasione accepta eris sapiencior, prudenter advertens
illic quidem per unum unitatem substancie vel nature, hic vero per unus eam unitatem sed ideo longe aliam quae inter
substancias et naturas. Homini nempe et deo sua cuique et natura et substancia est, cum patris et filii constet penitus
esse unam. Vides illam nec unitatem esse si quidem huic singulari sive quae unitati comparetur? Illa quoque
unitas ubi nimis naturarum substanciarumque diversitas et tamen unus spiritus dicitur et est cum deo anima adherens deo. Nec
preiudicat rerum pluralitas unitati huic, quam facit non confusio naturarum sed voluntatum consensio. Propter hoc quod multa
corda unum et multe anime una dicuntur, sicut scriptum est: Multitudinis credencium erat cor unum et anima una. Et
sic ergo unitas dicitur quod ad illam quae non unitione constat sed cogitat unione. Non plane illa quedam istius-
modi hominis mutua manducacio facit quod nec sit; est enim sed nec quiddam naturarum seu essenciarum, voluntatum vero consensio
constituit eam quod nec quiddam vel constrictus unus non est. Est autem patri filio quod una essencia voluntas non
modo una sed unum. Hoc nempe est illis esse quod natum esse, hoc velle quod esse vel natum esse. Non est itaque
quod unitas qua unum sunt pater et filius dicatur sive de naturis vel essenciis vel voluntatibus quia non sunt non
est quod dicatur vel sive quia esse est. Nec enim factiva est sed nativa. Sunt in se se pater et filius non solum inef-
fabili sed etiam incomprehensibili modo sui ipsorum capabiles pariter et capaces, sed sane ita capabiles ut non
perceptibiles, ita capaces ut non participes. Nam ut ympno canitur: In patre totus filius et totus in verbo pater.
Est pater in filio in quo sibi bene complacuit, et est filius in patre a quo ut nunquam non natus ita et nunquam
est separatus. Porro per caritatem homo in deo et deus in homine est, dicente apostolo Iohanne quia qui manet in caritate
in deo manet et deus in eo. Sed homo quidem ab eterno in deo tamquam ab eterno dilectus quamvis non ergo illius sit
qui dicitur quia dilexit et gratificavit nos in dilecto filio suo ante mundi constitucionem. Deus vero in homine

ex quo dilectus ab homine. Et si ita est, hoc quidem in deo est etiam quod in homine deus non est. Deus autem in homine non est
qui non sit in deo. Manens enim in dilectione non potest. Et si forsitan ad tempus diligat non dilectus, potest autem nondum
diligere etiam dilectus. Alioquin quomodo stabit quod ipse prior dilexit nos? Porro cum iam diligit qui diligebatur,
homo in deo et deus in homine est. Cum autem nunquam diligit, nunquam dilectus est. Ac per hoc nec ipse in deo nec deus
in eo. Hec dicta sint ad cautelam dumtaxat inter illam connexionem qua pater et filius unum sunt, et illam qua anima
adherens deo unus spiritus est, ne forte cum legit de homine manente in caritate quod in deo manet et deus in eo,
et item de filio quod ipse in patre sit et pater in ipso, putaretur par adoptatorum progenitura et unici. Hiis
ergo ita absolutis revertendum nobis ad illum qui pascitur inter lilia, quia inde excursus hic factus est usque huc.
utrum nam non otiose vos iudicabitis. Et iam quidem loci ipsius duos intellectus posueram: sive quod virtutibus
pascitur candidatorum qui virtus et candor est, sive quod peccatores recipit ad primam in corpore suo quod est ecclesia
pro quibus sibi incorporandis seipsum fecit peccatum qui peccatum non fecit, ut destrueretur corpus peccati, cum aliquis eo
plantati fuerint peccantes, effectus est justicia in ipso justificati gratis. Adhuc tertium pono sensum que occurrit
et satis fore reor non modo pro loci complanatione sed et pro fine sermonis. Sermo dei veritas et ipse sponsus.
Hostis hic audite et cetera. Si eum audit et minime obedit, ei vacuus interim et ieiunus quodammodo remanet
omnino tristis et querulus quod placatus vacuum sit. Si autem obeditum fuit, nonne tibi verbum videbitur in quadam
pocienisse corpulentia quia verbo opus accessit ut pote refertum quibusdam fructibus obediencie misticis frugibus?
inde est quod in apocalipsi loquitur: Ecce sto ad ostium et pulso. Si quis audierit vocem meam et aperuerit
mi ianuam, intrabo ad illum et cenabo cum eo et ipse mecum. Videtur approbari et hic per se apud prophetam
sicut dominus ubi dicit quod verbum suum non revertetur ad eum vacuum, ~~sed quicquid prospere in omnibus agens saturabitur in~~
prosperabitur et faciet ad quod misit illud. Non revertetur, inquit, ad me vacuum vel ieiunum, sed quicquid prospere in omnibus
agens saturabitur in bonis actibus eorum qui in dilectione acquiescunt illi. Denique usu loquendi sermo completus
tunc dicitur cum fuerit mancipatus effectui, quod verbum tandem ianis et macrescit. Ac familiarius dominus opere impleatur
sed audi ipsum quomodo se dicat cibo alitum: Cibus meus, inquit, ut faciam voluntatem patris mei. Verbum ubi est apte in
dicantur esse suum cibum factum bonum. Si tu invenit illud inter lilia, hoc est inter virtutes. Alioquin si contra
reperit, et si bonum quod in se est videtur, tamen non tangit illum is qui pascitur inter lilia. Ubi etiam non recepit
elemosinam de manu raptoris seu feneratoris, sed nec de ypocrite quidem, qui cum facit elemosinam facit tubam canere
ante se ut glorificetur ab hominibus. Sed neque illius orationem aliquando exaudiet qui amat orare in angulis
platearum ut ab omnibus videatur. Nempe omnia peccatorum contemptibilis erit. Frustra quoque offert munus suum ante altare
qui consciens est sibi quod frater suus habet aliquid adversum se. Denique non respexit ad munera Cayn quod non recte
ambulavit cum fratre suo. Teste propheta etiam abhominabatur sabbata et neomenias et sacrificia iudeorum ita
ut manifeste protestaretur odisse ea anima sua, et dicebat: Cum veniatis ante conspectum meum quis quesivit
ea de manibus vestris? Credo non redolebat lilia manus ille, et propterea munus eo illis qui pasci consueverunt respuebat
inter lilia et non inter spinas. Quid mirum spinosas manus habebat quibus aiebat: Manus vestre sanguine plene
sunt. Et manus esau pilose erant spinose sibi. Ideo quod non sit admisse ut inferrent sto. Vereor ne
et inter nos aliqui sunt quorum non acceptet munera sponsus eo quod non redoleat lilia. Etenim si in die ieiunii
mei inveniatur voluntas mea, non tale ieiunium eligit sponsus, nec sapit illi ieiunium meum quod non lilium
obediencie sed vicium voluntatis proprie sapit. Ego autem non de ieiunio solum sed et de silencio de vigiliis de oratione
de lectione de opere manuum, postremo de omni observancia monachi ubi invenitur voluntas sua in ea et non
obediencia magistri sui, idipsum sencio. Huiusmodi profecto observancias illas et si bonas in se tu inter lilia, id est inter
virtutes consueveris deputabas. Sed audiat prophetam qui eiusmodi est. Nunquid tale est obsequium quod elegi
dicit dominus. Et addit: In die bonorum tuorum inveniuntur voluntates tue. Grande malum propria voluntas qua fit
ut bona tua bona non sint. Oportet proinde ut quod lilia fiant quod liquide sit, quia nichil omnino quod propria inqui-
natum sit voluntate gustabit is qui pascitur inter lilia. Sapientia est, ubique attingens propter munditiam suam
et nichil inquinatum in eam incurrit. Ita ergo inter lilia pasci amat sponsus, id est apud munda et nitida corda,
sed quousque? Donec aspiret dies et inclinentur umbre. Umbrosus locus et condensus est non intereunt in silva
hac profundi spaciari nisi clara luce diei. Jam enim disputante me longius inclinata est dies. Sed
invito abstrahimur ab hiis liliis. Nec sum veritus prolixitatem cum fastidium omne detraheret odor florum.
Modicum quid restare videtur de presenti capitulo, at istud modicum reconditum nimis se et cetera vinifera car-
minis huius. Sed qui revelat misteria aderit, ut confido, cum pulsare ceperimus, et non claudet ora loquencium,
sed cui familiare magis est reserare clausa sponsus ecclesie ihesus christus dominus noster qui est super omnia deus
Dilectus meus mi et ego illi qui pascitur inter lilia. benedictus in secula. Amen. Sermo lxxii.
donec aspiret dies et inclinentur umbre. Nomissa tum capituli huius tractanda est pars et dubito
in ipso ingressu cuinam potissimum duarum precedentium earum ingrediar. Nam possunt induit utrique

Cum enim dicat: Dilectus meus mihi et ego illi, donec aspiret dies et inclinentur umbre, sive qui pascitur inter lilia
donec aspiret dies et inclinentur umbre, non immerito intentionis assignas. Hoc sane refert quod donec si
a primo in ipso inclusum oportet intelligas, si medio conclusum sentias, notandum est. Isto nempe quod designat
sponsus inter lilia pasci ubi aspiraverit dies, numquid similiter etiam cessabit sponse intendere aut ipsa illi?
Absit. Invicem perseverabunt, sed nisi quod tunc felicius tum vehementius, tunc vehementius tum copiosius. Et ergo
tale hoc donec quale est illud apud Matheum ubi narratur non cognovisse Ioseph Mariam donec
peperit filium suum primogenitum. Non enim post cognovit. Vel certe quale illud in psalmo: Oculi nostri ad dominum
deum nostrum donec misereatur nostri. Non autem avertentur cum ceperit misereri. Vel quale certe illud domini ad apostolos:
Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Non enim post non erit cum illis. Cum hoc ita, si donec
referas ad dilectus meus mihi et ego illi. Sin autem ad qui pascitur inter lilia respicere malis, alio sensu
accipiendum. Porro oppositum videtur quod tunc dilectus pasci desinat cum aspiraverit dies. Etenim si dies
resurrectionis is est, quid mihi multo magis pasci ibi inter lilia habebit ubi horum maior admodum copia erit
et pro aptitudine quidem loci consequentia hec dicta sit. Hic iam adulte messis toto loco liliis fulgentibus regno pau
sponso quod medio consistente et deliciante, non tum esse quod dicatur et pasci, immo id quidem quod ante consueverat.
Ubi namque iam peccatores quos de incorporet ... maiores morsus quam quibusdam dentibus disciplinae austerioris
afflictione carnis sive et cordis contritione. Sed neque cibum de iam sponsus corriget verbum quod actionibus factis seu
operibus obedientie ubi omne negotium ocium, solo quod intuitu et affectu res erit. Etquidem cibus eius ut faciat
voluntatem patris sui, sed hic non ibi. Quid cum faceret facta. Et perfectam tunc esse constat. Denique probat iam
tunc est omnibus sanctis que sit voluntas dei tam bona et beneplacens et perfecta. Et certe post perfectum faciendum
superest nichil. Consummati decreto restat non sit. Coepi non operari. Certa vivere non ... in ea. Nunc ipsa est qua
instantissima prece docti quidem a domino sicut in celo et in terra perfici postulamus quod eius iam delectet fructus
actus non fatigetur. Non erit itaque sponso operis cibus quod cessat necesse est omne opus ubi plenius ab omnibus
percipitur sapientia. Nam qui minoratur actu percipiet eam. Sed videamus nunc si quod dicimus stare possit et forsan
illa sumatur qua pasci inter lilia candidata virtutum oblectari quidam interpretantur. Nam et nos ipsam interpretationem
tentas non pertimui. Dicas nunc: aut non forte a sponso nimie pape tue virtutes, et quidem tue sentire
altitudinis dementie est. Sed vide ne forte alias illis delectetur; nam constat delectari, sed forsitan potu magis
quam pastu. Sane in tempore et corpore isto nulla nostra vita ita ad purum defecata est, nulla ita suavis et
mera ut sit sponso habilis ad potandum. Sed qui vult omnes homines salvos fieri dissimulat multa, et quam non
potest potandum interim facilitate glutire curat quoquo ea vel quippiam dulce sapidum quam arte quadam et
quodam labore mandendo. Erit tum erit nimirum volubilis nec premetur dente nec fatigabitur a mandente,
vel potius non fatigabit mandentem quem bibentem absque opere delectabit, tamquam utique potus non esca.
Denique habes spondentem in evangelio quod non bibam de hoc genimine vitis amplius nisi bibam illud novum
vobiscum in regno patris mei, et de cibo nulla mentio est. Sed apud prophetam quoque legitur: tamquam potens
crapulatus a vino; de cibo autem nichil ibi penitus invenitur. Sponsa ergo constanter(?) instans huic cum dilectum
pasci inter lilia perceperit et perhibuisset, constituit tempus in quo ad id dignaretur, immo constitutum agnovit
et perhibuit: donec aspiret dies et inclinentur umbre. Sciebat enim virtutibus post hoc potandum potius
quam pascendum. Convenire videtur et consuetudo qua post cibum potus sumi de more solet. Ergo quod hic mandu-
cat illic bibet, eo tunc suavius quo secundum glutitur et ea ipsa que scrupulosius modo et quodam labo-
riosius quam mandendo liquat. Nunc iam intendas considerare de die illo et de illis umbris, qui ille quive
iste ille quem nunc aspirans hoc in qua potestate licuit inclinari. Singulariter omnino dictum: donec aspiret
dies, immo singulariter solo quod hoc loco ni fallor diem aspirantem reperies. Nunc nempe non tempus
aspirare dicitur. Spirat homo, spirant cetera alia quibus indesinenter respiratus aer vitam continuat. Et quid
hoc nisi ventus? Spirat et spiritus sanctus et inde spiritus. Quo pacto ergo dies spirans, qui nec ventus nec
spiritus nec animal est? Itemque nec spirans quidem, sed quod signantius sonat, aspirans dictus sit? Nec minus proprie
positum dictum et inclinentur umbre. Denique ad occursum huius corporei visibilis quam lucis umbre non inclinantur
sed annullantur. Hoc perinde corpora quecumque hec res. Et si quidem spirituales inveneris dies et umbras, tunc
forsitan et inclinatio horum et illius aspiratio facilius elucebit. Quid illud diem de quo propheta: Et melior
est dies una in atriis tuis super milia. Corporeum opinatur nescio quid, iam corporeum opinetur. Est certe in
mala significatione dies cui maledixit propheta. Absit autem ut eo visibilibus istis quos fecit deus. Itaque spiritua-
lis est. Iam umbram quis ambigat spiritualem qua Marie obumbratum est concipienti. Et item cum quod
in propheta sic memoratur: Spiritus ante faciem nostram Christus dominus, sub umbra eius vivemus inter gentes. Ego has
umbras nomine hoc loco magis arbitror designatas contrarias potestates, que non modo umbre vel tenebre
sunt et principes tenebrarum ab apostolo perhibentur, sic quoque insidientes illis quos gignens vos filios utique noctis et

non lucis neque diei. Hec siquidem umbre non plane cum aspiraverit dies in nichil redigentur. Sic a facie corporee
lucis umbras corporeas non disparere tantum sed et penitus deperire videmus. Itaque erunt nunc quidem quoniam
nichilominus inscii tamen erunt sed inclinate et subdite. Denique inclinavit se inquit et cadet. Haud dubium
quin princeps tenebrarum cum dinastiis suis pampineis. Ergo non nunc delebitur sed potentia subtrahetur. Non peribit
substantia sed transibit hora et potestas tenebrarum. Tolletur ne videat gloriam dei, non annullabitur ut semper vivat.
Tunc inclinabuntur umbre cum deponentur potentes de sede, ponentur scabellum pedum. Et id utique optime
satis cito. Noctis sua hora est. Nox precessit dies autem appropinquavit. Aspirabit dies et expirabit nox. Nox diabolus
est, nox angelus sathane et si se transfiguret in angelum lucis. Nox eum auctorem que dum inficiet spiritu
oris sui et destruet illustratione adventus sui. Nunquid non dies deus est, dies plane illustrans et spirans,
qui spiritu oris sui fugat umbras et destruit larvas illustratione adventus sui. Aut si magis placet
simpliciter verbum inclinationis accipe, nichil quam aliud declinare quam annichilari esse putabis, ne hunc quoque de-
simus sensum. Dicimus umbras figuras et enigmata scripturarum necnon sophisticas locutiones cavillationesque
verborum et implicita argumentorum que omnia vitiis interim lucem obumbrant. Ex parte enim cognoscimus et
ex parte prophetamus. Cum aspirante die inclinabuntur umbre quia occupante omnia lucis plenitudine nulla pars
superest tenebris. Denique cum venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est. Hactenus de hiis suf-
ficere poterat si spirans dies illa et non aspirans dicta fuisset. Nunc vero pro tantillo licet additamento ad
hunc aliquid addendum existimo, nimirum pro vestiganda huius diversitatis ratione. Ego enim ut verum fatear iam
olim non persuasi in sacri pretiosi quoque eloquii textu ne modicam quidem vacare particulam. Soleoque ad hac
voce uti cum vehementer aliquid desiderans ut verbi gratia cum dicimus ille ad illum honorem vel illam dignitatem
aspirat. Designatur itaque per hoc verbum mira affutura affluentie vehementia quam spirabit die illo cum non solum
corda sed et corpora suo quodam vigore spiritualia erunt et qui digni inventi inebriabuntur ab ubertate domus
domini et torrente voluptatis illius potabuntur. Vel aliter. Iam satis angelis dies sanctificatus illuxit spirans
illis iugi impetu perpetis meatus melliflua semper nove dulcitatis archana. Denique fluminis impetus le-
tificat civitatem dei scilicet civitatem cum dicitur sicut letantium omnium habitatio est in te. Sic autem et nobis qui terre
inhabitamus spirare adiecerit, erit non modo spirans sed aspirans, quia dilatato sinu aliquid mittat et nos.
Velut paulo altius repetamus et disseramus latius. Plasmato homine de limo terre plasmator ut verax
narrat hystoria inspirat in faciem eius spiraculum vite. Fuit proinde ille dies inspirans. Sed ecce inde
nox callide impegit in diem hanc luce utique simulata. Nam deum qui splendidius lucem se pollicetur
in opinatione nove luci effudit prius consilii tenebras et primordiis originis nostre tam dampnose prevaricationis
intexit caligine. Ve ve nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant nescientes ponentes lucem
tenebras et tenebras lucem. Denique comedit de ligno mulier quod deus dederat, serpens vetuerat deus,
dedit quoque viro suo et cepit illis quasi denovo diescere. Nam illico aperti sunt oculi amborum et factus est dies
conspirans inspirante contendens et substituens conspirante. Conspiraverunt siquidem et convenerunt in unum
adversus dominum et adversus christum eius serpentis astutia mulieris blanditie viri mollicies unum et loquebantur
mutuo dum sibi et christus eius. Ecce factus est adam quasi unus ex nobis, quod ad utriusque iniuriam lactentibus
se peccatoribus acquievisset. In hac die nascimur omnes portans denique ob impressum nobis caracterem con-
spirationis antique. Ecce utique vincte in carne nostra cuius per hereditariam concupiscentiam nostri sue famodim
sedula satagit sollicitudine vendicare consensum contra ut dixi hunc diei maledixione sancti Iob optan-
tes et cito veni in tenebras quia sit contribulationis et contentionis dies. Dum non cesset in ea cum concupiscere
adversus spiritum legi quoque mentis in membris contraria lex rebellione infatigabili assidue contradicat. Itaque dies conspirans
factus est. Exoptare enim et deinceps quis est homo qui vivet et non videbit mortem. Dicat per ira quis ego
non minus pro mea putem ut electos christi quos omnia fiunt dum defatiget molesta contradictio que captivum
ducit et ipsum in legem peccati que est in membris suorum. Horret nimirum egre ferunt turpe captivitatis
et tristem contentionem. Sustinent proinde respirare a conspiratione antiqua et iniqua cum breves dies
hominis sunt. Ante sane excipiat nos dies respirans quam nox suspirans absorbeat et ne caligines tenebrarum
contentionibus involutos. Cui vero in quo respiratio ista in eo se incipiat spiritus vicissim concupiscere adversus
carnem. Hunc si repugnans respiras, si spiritu facta carnis mortificans respirasti. Si hac contendens et tota
pro his suis castigas respirasti. Castigo corpus meum inquit et in servitutem redigo ne forte cum aliis predicaverim
ipse reprobus efficiar. Vox est respirantis ymo quoque respirat. Vade et tu fac similiter ut te respirare prebeas
ut diem demum inspirante tibi nominis illuxisse. Et nox mortis prevalebit adversus redimendum hunc
diem magis autem in tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt. Interim non ideo vita.

nota de die [illegible]
aspirante vel conspirante

decedente cecidere lucem vite ut nemini congruencius quam sic mortuo assignandam censeam vocem: Et nox illuminatio
mea in deliciis meis. Denique in claris videat, nube vel potius fece corporis evolutus. Erit sine dubio vin-
culis solutus corporis inter mortuos liber et inter cecos videns. Nam quemadmodum olim omni oculo caligante
per universam Egiptum, solus in mediis tenebris clare videbat populus videns deum, populus Israel, dicente scriptura
quod ubicumque Israel erat lux erat; sic inter filios tenebrarum, inter mortis caligines fulgebunt iusti et videbunt
eo utique clarius quo carent corporum umbris. Nam et hii qui ante non respiraverunt, nec enim quesierunt
inspirantis diei lucem et sol iusticie non est ortus eis, hii magis ibunt de tenebris ad tenebras deteriores,
ut qui in tenebris sunt tenebrescant adhuc, et qui videt videat magis. Ubi non inconveniens forsitan adducetur
etiam sermo domini quo dixit: Quia habenti dabitur et habundabit, ei autem qui non habet et quod videtur habere auferetur ab eo.
Ita est et addetur in morte videntibus et non videntibus demetur. Quo enim hii minus et minus, eo ille magis
magisque videt. Donec et hos occupat suspirans nox et illos aspirans dies, qui sunt novissima utrorumque, summa
vera cecitas et suprema claritas. Exhinc nec non est quod dematur, ubi vacuus non est quod addatur plenis, nisi
quod hii nescio quid pleno amplius se accepturos presumunt secundum promissionem ad se factam. Et promissionis quidem
verbum tale est: Mensuram plenam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinus vestros. An non
plus pleno quodammodo tibi esse videtur quod supereffluit? Porro placide audies plenum et plenius, si te
legisse memineris meliorum et ultra. Ergo is cumulus erit aspirantis diei, ipsa magis adiciat ad mensuram
inspirate plenitudinis aspirantis diei copiam supra modum in sublime pondus glorie operans, ita ut redun-
det in corpora supereffluens clarificationis adiectio. Hac de causa enim non spirans sed aspirans dicta est,
quod addat ad inspirantem, hoc faciente spiritu sancto per adiectam appositionem; quos illa intus illuminat, hos ista
adornat foris et stola glorie induit eos. Atque id satis per ipsam vocabuli rationem quod est aspirans.
Ipse est salvator quem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue.
Ita et spirans intellige ipse idem est secundum operationem qua nos respirare prius facit in luce quod inspirat
ut simus et nos dies respirans in ipso, secundum quod interior noster homo renovatur de die in diem et renovatur in
spiritu mentis sue ad ymaginem eius qui se creavit, factus proinde dies ex die et lumen de lumine. Cum ergo
duo in nobis precedant dies, unus quidem inspirans per corporis vitam, alter vero respirans in sanctificationem gratie,
porro tercius supererit aspirans in resurrectione gloria claritatem adimpleturus in corpore quod precessit in capite. Ma-
gnum utique pietatis sacramentum et prophetie testimonium qui ait: Vivificabit nos post duos dies, in tercia die susci-
tabit nos et vivemus in conspectu eius; sciemus sequemurque ut cognoscamus dominum. Ipse est in quem angeli
prospicere concupiscunt, sponsus ecclesie Ihesus Christus dominus noster qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Sermo lxxiij

Revertere, similis esto dilecte mi capree hinnuloque cervorum. Quid? Modo ire, modo revocas quem
subitum in tam brevi emisisti? Oblita ne aliquid? Etiam oblita totum quod non est ille, se quoque
ipsam. Denique cum sit revocans, non compos, non sui ut videtur, totus est compos. Sed nec in sensu
vel labiisque apparet verecundia esse, qua forte sit in moribus. Amor intemperans facit hoc. Nempe
is est qui omnem in se triumphans captivat quoque pudoris sensum, convenientie modum, deliberationis consilium
totiusque modestie et oportunitatis neglectum quendam et quandam incuriam parit. Nam vide interim quo illic
pene adhuc incipiente iam tu reditum flagitat, etiam accelerare rogat et quantum currere instar
vivi currere silvas velocis currentis. Ubi causa gratia capree hinnuli quoque cervorum. Hic littere tenor
et hec interiorum porcio. Ergo vero quemadmodum accepi a deo in profundo sacri eloquii germino spiritum in scruta-
bor et vita, et pars mea hec. Denique in quo dulce ac salutare epulum spiritus de sterili et insipida littera
tanquam granum de palea, de testa nucleum, de osse medullam. Nichil michi et littere huic, que gustata carne
sapit, glutita mortem affert. Est enim quod in ea tectum est de spiritu sancto est. Spiritus autem loquitur misteria
teste apostolo, sed Israel per velato misterio ipsum misterii velamen tenet. Et nunc, quia adhuc velamen
est positum super cor eius. Ita quod sonat littera illius est, quod signat meum. Ac per hoc illi instructio
mortis in littera, michi vita in spiritu. Nam spiritus est qui vivificat. Dat quippe intellectum. Cum non vita
intellectus? Intellectum dat michi et vivam, ait propheta ad dominum. Intellectus non remanet contra, non heret in
superficie, non instar ceci palpat forinseca, sed profunda rimatur. Preciosissimas solitus inde veritates
commendas tota aviditate diripere, attollere sibi, et cum propheta dicere deo: Letabor super eloquia tua sicut
qui invenit spolia multa. Nempe ita regnum veritatis vim patitur et violenti diripiunt illud. Verum
ille senior frater qui de agro veniens formam tenuit populi veteris et terreni, qui per hereditatem terrenam
dotem diligere terrenam attrita fronte gemit amplius sub gravi iugo legis, portat quoque iugum legis
et pondus diei et estus. Is inquam quia intellectum non habuit, foris stat et murmurat et non vult nec invitatus
a patre intrare domum convivii, semetipsum fraudans usque adhuc participatione symphonie et chori et
vituli saginati. Miser qui renuit comperire quam bonum sit et quam iocundum habitare fratres in unum. Et hec

Dicta sunt pro distinctione partis utriusque partis quae synagogae quo et caritas huius colligit et illius prudentia
manifestior fiat et felicitas illius quae huius nefanda fatuitate praeeminet. Nunc iam sententiam verba sponsae
sed et sic conveniant castos coniugii sancti amoris affectus ut nihil in sacro eloquio vocis carnis nihil indecorum
improprium vel resedisse appareat. Dico. Et si in mentem venit hora illa cum discipulis Jesus et cum sponsus est
discesserit eo hoc modo ad praesens sileo quid tunc animi gereret sua illa domestica ecclesia nova utique nupta
cum se deseri cerneret quasi vidua desolata et unica spe sua. Apostolos loquor qui relictis omnibus secuti fuerant
eum atque cum ipso permanserant in temptationibus suis. Et hanc mihi cogitanti non immerito neque incongrue puto
videbitur quod de abscessu tristis tantum sollicita extitisse de reditu praesertim sic affecta sic relicta itaque
diligenti et indigenti. Licet ipsa duplici vacatio erat commovendi dilectum ut quem quidem persuadere non poterat quin
iret et ascenderet ubi erat prius saltem promissum denuo maturaret adventum. Quod enim optat et postulat
similem fore feris et eiusmodi feris quae nimium agiliores esse videntur cupientis animi indicium est cum vel
satis festinat. Novae hoc quotidie postulat cum dicit in oratione Adveniat regnum tuum. Ego autem puto agilitatem
consimilem non nimis congruere coniugi et infirmitati quidem sponsae in capreae etatis in hinnulo. Vult itaque eum ut in
videatur et si cum potestate veniret non tamen in forma Dei in iudicio appareret sed saltem in ea qua non modo natus sed
et parvulus natus est nobis id est quasi pro loco de infirmiori sexu sponsi. Cur hoc? Nempe ut eo utique amoveatur
infirmo mitescere in die irae, meminerit quod in iudicio misericordiam superexaltat iudicio. Etenim si iniquitates observaverit
etiam electorum quis sustinebit? Astra non sunt munda in conspectu eius et in angelis suis reperit
pravitatem. Audi denique sanctum et electum quid dicat Deo: Tu mihi remisisti iniquitatem peccati mei. Pro hac orabit
ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Opus utique habent et sancti propterea orare ut de misericordia salvi fiant, propter
iustitiae non fidentes. Omnes enim peccaverunt et omnes egent misericordia ut quo tu iratus fueris misericordiae recorderis.
Rogat ergo ista apparere in misericordiae habitu illo de quo apostolus: Et habitu inquit inventus ut homo. Verum quidem si
enim haec quoque cum temperamento tanta erit in iudicio aequitas in iudice severitas in maiestate sublimitas
nomen tuus in facie ipsa regis ut secundum prophetiam non possit cogitari dies adventus eius. Quid putas faceret si
ignis ille consumens, Deum loquor omnipotentem, in illa suae divinitatis magnitudine fortitudine puritate venisset?
Non solum quod a vento rapitur consumeret potentia sua et stipula siccam persequeretur. Et hoc est inquit et quis
videbit eum et quis stabit ad videndum eum? Quanto magis Deum se nobis exhibente nec homine fiet interpo
te celsitudine inaccessibilem celsitudine inattingibilem incomprehensibilem maiestate. Nunc vero cum consederit
in throno irae eius quod grata propter filios gratiae apparebit blanda quaedam visio hominis. Haec firmatio fidei spei
robur fiduciae argumentum quod si gratia et misericordia sit in sanctos eius et respectus in electos illius. Denique ipse pro
Deus dedit filio iudicium potestatem et non quod sinus sed quod filius hominis est. Quid vero pronum magis vult per hominem
homines iudicari quo in tanta trepidatione et perturbatione malorum bonis fiducia praestet nam pro plenitudo
providerat adeo hoc sanctus David orans prius et prophetas. Deus iudicium tuum regi da et iustitiam
tuam filio regis. Et neque huic dissonat promissio facta per angelos qui eo assumpto ita apostolis loquebantur:
Hic Jesus qui assumptus est a vobis in caelum sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum, hoc est
in hac ipsa forma corporis atque substantia. Liquet ex his omnibus sponsam in se habere divinum consilium et ministerium
supernae voluntatis minime ignorare quae sub umbra intellectum adeunt nempe infirmiore vel potius
inferiorem quod iam infirma non erit, in iudicio exhibendum et orantis affectu et prophetantis spiritu evidentius quod is
qui caelum terramque movebit in virtute sua acrimeris potius tam inflatos, suavius mitis et mitis et quo
terminis appareat propter electos. Ubi hoc quoque addi puto quod ad distinguendum altius opus erit quodam
illi hinnuli quidem saltibus et lucibus capreae quibus videre et distinguere in tanta multitudine et in tanta turbatione
possit in quos nam salire et quos transilire oporteat, ne forte coniungat iustum cum impio conculcari eum iterum
in ira propheta confringet. Nam quoad ad impios nec est ut impleat prophetia David immo sermo Domini
loquentis per os eius quod comminuam eos ut pulverem ante faciem venti ut lutum platearum delebo eos. Et illic
alius sermo qui per alium prophetam praedixerat impletus intellegitur tunc cognoscetur cum ad angelos versus dicet
Calcavi eos in furore meo et conculcavi eos in ira mea. Sed tamen autem magis ita intelligendum videtur ut
malos potius transilire atque in bonos salire hinnulus in iudicio debeat non cotendo tamen cogitet saltus dispositio
vel in distinctionem bonorum malorum quoque. Nam et a me si bene memini ita dictum est in sermone alio ubi capitulum
idem alibi supra et ab auctore positum et a me expositum intellexi repetitur. Verum ibi secundum dispensationem quandam
gratiae quae in praesenti vita aliis datur aliis non datur iusto quidem Dei iudicio sed occulto salire et transilire
is hinnulus dictus est. Hic autem secundum ultimam et vanam retributionem nimiorum. Et forte sensus huic videatur

astipulantem membra capiti huius, quod quidem pene oblitus fueram. Dicit namque: Similis esto dilecte mi capree hinnuloque cervorum, addit: super montes Bethel. Nec enim in domo Dei, quod sonat Bethel, mali montes sunt. Propter rem salientes in eos hinnulus non conculcat sed letificat, ut scriptura impleatur que dicit: Montes et colles cantabunt coram deo laudes. Et quidem sunt montes quos in evangelio tollit fides comparata sinapi, sed non sunt montes Bethel. Etenim quoque sunt Bethel, nunc eos tollit fides sed colit. Nam sunt principatus et potestates necnon et cetera intellectualium (?) beatorum spirituum agmina celorum que virtutes sunt montes Bethel, ut de hiis intelligamus dictum: Fundamenta eius in montibus sanctis. Non sane hic hinnulus vilis et contemptibilis qui super tam excellentes montes visus est apparere, tanto melior angelis effectus quanto differentius pre illis nomen hereditavit. Quod enim si in psalmo legimus minoratum ab angelis? Neque enim non ideo melior quia minor. Hec gratia sunt locuti apostolus et propheta, quippe habentes eundem spiritum. Nam si dignationis fuit quod minoratus est, non necessitatis, minoratus plane in hoc bonitati prestabit (?) sed astruit. Denique minoratum propheta perhibuit non minorem, attollens gratia natura deprimens. Quamquam nec apostolus tacuit hoc magnum magne pietatis sacramentum, sed ait: Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Ihesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum. Et hoc deprehendo (?) pro nomine et similitudine hinnuli, quibus sponsus eam in presenti sermone sponse absque maiestatis iniuria aptaremus. Quid dico absque maiestatis iniuria, qui nec infirmitas inhonorata remansit? Hinnulus est, parvulus est, capree quoque similis perhibetur, tamquam factus ex muliere. Attamen super montes Bethel, attamen excelsior celis factus. Hoc non dicit excelsior eius vel consortes, sed excelsior celis factus, ne quis putet de illa natura dictum in qua est qui est, et ubi prefertur angelis. Melior intelligis perhibetur effectus, et non dicitur manens vel corpus melior. Ex quo apparet quod non modo in eo quod ab eterno est, sed etiam in eo quod in tempore factus est, omnem sibi eminentiam vendicat super omnem principatum et potestatem, super omnem denique creaturam, utpote primogenitus omnis creature. Itaque quod stultum est Dei sapientius est hominibus, et quod infirmum est Dei fortius est hominibus. Et quidem apostolus hoc dicit, at non videtur certe si quis etiam sapientie et fortitudini angelorum preferendum dicat id esse stultum infirmumque Dei. Ita ergo prius locus conveniens aptabitur verbi certe. Iam vero quod ad unamquamque singulariter animam spectat. Nam et una si Deum diligat, sapienter, vehementer amat, sponsa est. Cuiusque spiritualis in semetipso advertere potest quod sibi inde Christi rudeat comprimentum (?). Ego vero quomodo illud est quod in me de huiusmodi cepi donatum est, coram vobis eloqui non verebor. Nam etsi vile forsitan tum fuit auditu et despicabile videatur, non mea refert: quisquis spiritualis est non me despiciet, qui minus me non intelliget. Attamen sed in aliud sermonem istud sinamus, forte non deerunt qui edificentur in hiis que coloratus interim dies insperabit, sponsus ecclesie Christus dominus noster qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Sermo lxxiiii

Revertere, inquit. Liquet non adesse quem revocat, affuisse tamen idque non longe ante. Quippe qui dum adhuc abiret revocari videtur. Intempestiva revocatio magnum vimque amoris est, magne altius amabilitatis indicium est. Cum sint iste caritatis cultores, amatoris quod tam indefessi sectatores negocii, quorum altum perquiritur altam viget tamen inquiens amor. Et non quidem ut meum mee permissionis incumbit assignare huic locum verbo et anime, sed ad hoc ut digne vel aliquatenus fiat ipsius adiutorio ubi me egere fateor. Et certe sermo iste deceat magis corpore tu magis quam conscius facti et archani amoris sed non possum officio deesse meo; non vires omnino votis. Periculum meum video et non evito. Vos me cogitis, prorsus cogitis me ambulare in magnis et in mirabilibus super me. Heu quod vereor ne subinde audiam: Quare tu enarras delicias meas et assumis sacramenta mea per os tuum? Audite me tamen tamquam hominem qui loqui trepidat et tacere non potest. Excusabit forsitan ausum trepidatio ipsa mea, magis autem vestra si provenerit digestio edificatio. Et forte hee lacrime pietatis videbuntur. Revertere ait. Unde abibat revocatur? Quis in hunc refert mutabilitatis sacramentum? Quis nam digne expliciet reditum et redire verbum? Numquid levitate vertitur sponsus? Unde quo venire seu denuo revertatur qui totum implet? Que denique motum localem habere posset qui spiritus est? Aut que postremo vel cuiuscumque generis motum das illi qui Deus est? Est quippe incommutabilis. Verum tamen qui potest capere capiat. Nos autem in expositione sacri mistica quidem eloquii caute et simpliciter ambulantes gerere morem scripture, que in mistico absconditam loquitur minus affectibus, dum Deum significat, insinuat notis rerum sensibilium similitudinibus, tamquam quibusdam vilioris materie poculis ea que sunt ignota et invisibilia Dei in intellectibus exprimat.

Inde et nos eloquii casti consuetudinem sequemur: dicamus quod verbum Dei, Deum sponsum anime, putet adesse et venire ad animam et iterum dimittere eam, tamen ut sentiamus non motu verbi ista fieri sensu, ubi causam ut sentit gratiam, agnoscit presentiam; cum non absentiam queritur et rursum presentiam querit, dicens cum propheta: Exquisivit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Quid mirum? Neque enim subducto sibi tam dulci sponso intercederet aliud non dico desiderare sed nec cogitare libebit. Restat ergo ut absentem studiose requirat, revocet abeuntem. Ita ergo revocatur verbum et revocatur desiderio anime, sed cuius anime cui semel indulsit suavitatem suam. Numquid non desiderium vox est et valida? Denique et desiderium inquit pauperum exaudivit dominus. Verbo ergo

q uel vis sapiam

abeunte verbo, una interim et continua anime vox, ac continuum desiderium tamquam unum continuum: Revertere, donec veniat. Et nunc date mihi animam, quam sequitur verbum sponsus noster assidue revisere soleat, cui familiaritas ausum, cui gustus appetitum, cui contemptus omnium otium dedit: et ego incunctanter assignabo voce partes et nomen sponse; nec ab ea penitus loci huius existimabo alienum. Talis namque inducitur loquens. Dum enim revocat eum, abesse probat; se meruisse presentiam et si non copiam. Alioquin non revocasset illum, sed vocasset. Porro revocationis verbum reditus est. Et forte ideo subtraxit se, quo avidius revocaretur, teneretur fortius. Sic enim aliquando finxit se longius ire, non quia hoc volebat, sed volebat audire: Mane nobiscum, Domine, quoniam advesperascit. Et rursum alia vice super mare ambulans, cum apostoli navigarent et laborarent in remigando, quasi preterire eos. Nec tunc quidem istud volebat, sed magis probare fidem et elicere preces. Denique sicut ait evangelista, turbati sunt et clamaverunt, putantes fantasma esse. Ergo istiusmodi piam simulationem, ymo salutarem dispensationem, quam tunc corporaliter verbum corpore gessit, non cessat identidem verbum spiritus modo suo spirituali cum devota anima sedulo actitare. Preteriens teneri vult, abiens revocari. Neque enim hoc irrevocabile verbum: it enim et redit pro beneplacito suo, quasi visitans diluculo et subito probans. Et ire quidem illi quodammodo dispensatorium, redire vero semper voluntarium est; utrumque plenum misteriis. At penes ipsum horum rationes.

Hinc vero constat in anima fieri huiuscemodi vicissitudines euntis et redeuntis verbi, sicut ait: Vado et venio ad vos; item: Modicum et non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me. O modicum et modicum! O modicum longum! Pie Domine, modicum dicis quod non videmus te? Salvum sit verbum Domini mei: longum est et valde longum. Utrumque verum, et modicum meritis et non modicum votis. Habes utrumque in propheta: Si moram fecerit, inquit, expecta eum, quia veniet et non tardabit. Quomodo non tardabit si moram fecerit? nisi quia meritis satis est, non satis ad votum. Porro anima amans votis fertur, trahitur desideriis, dissimulat merita, oculos claudit maiestati, aperit voluptati, ponens in salutari et fiducialiter agens in eo. Intrepida denique et inverecunda revocat verbum, et cum fiducia repetit delicias suas, solita libertate vocans non dominum sed dilectum: Revertere, dilecte mi. Et addit: Similis esto capree hinnuloque cervorum super montes Bethel. At istud postea.

b Hinc vos sustinete modicum quid insipientie mee. Volo dicere, sicut et factus sum, quomodo mecum agitur in eiusmodi. Non expedit quidem; sed prodam me ut vobis prosim, et si vos profeceritis, meam insipientiam consolabor. Fateor et mihi adventasse verbum, in insipientia dico, et plures. Cumque sepius intraverit ad me, non sensi aliquotiens cum intravit. Adesse sensi, affuisse recordor; interdum et presentire potui introitum eius, sentire numquam, sed ne exitum quidem. Nam unde in animam meam venerit, quove abierit denuo eam dimittens, sed et qua vel introierit vel exierit, etiam nunc ignorare me fateor, secundum illud: Nescis unde veniat aut quo vadat. Nec mirum tamen, quia ipse est cui dictum est: Et vestigia tua non cognoscentur. Sane per oculos non intravit, quia non est coloratum; sed neque per aures, quia non sonuit; sed neque per nares, quia non aeri miscetur sed menti, nec inficit aerem sed fecit; neque vero per fauces, quia non est mansum vel haustum; nec tactu comperi illud, quia palpabile non est. Qua igitur intravit? An forte nec intravit quidem, quia non deforis venit? Neque enim est unum aliquid ex his que foris sunt. Porro nec de intra me venit, quod bonum est; et scio quia non est in me bonum. Ascendi etiam superius meum, et ecce supra hoc verbum eminebat. Ad inferius quoque meum curiosus explorator descendi, et nichilominus infra inveniebatur. Si foras aspexi, extra omne quod extra me est comperi illud esse; si intus, et ipsum intus erat. Et cognovi verum esse quod legeram, quia in ipso vivimus, movemur et sumus. Beatus est in quo est ipsum, qui illi vivit, qui ab eo movetur.

c Queris ergo, cum ita sint omnino investigabiles vie eius, unde adesse noverim? Vivum et efficax est. Mox ut intus venit, expergefecit dormitantem animam meam; movit et emollivit et vulneravit cor meum, quod durum lapideumque erat et male sanum. Cepit et evellere et destruere, edificare et plantare, rigare arida, tenebrosa illuminare, clausa reserare, frigida inflammare, necnon et mittere prava in directa et aspera in vias planas, ita ut benediceret anima mea Dominum et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Ita igitur intrans ad me aliquotiens verbum sponsus, nullis umquam introitum suum indiciis innotescere fecit, non voce, non specie, non incessu. Nullis denique suis motibus compertum est michi, nullis meis sensibus illapsum penetralibus meis. Tantum ex motu cordis, sicut prefatus sum, intellexi presentiam eius; et ex fuga viciorum carnaliumque compressione affectuum adverti potentiam virtutis eius; et ex discussione sive redargutione occultorum meorum admirata sum profunditatem sapientie eius; et ex quantulacumque emendatione morum meorum expertus sum bonitatem mansuetudinis eius; et ex reformatione et renovatione spiritus mentis mee, id est interioris hominis mei, percepi utcumque speciem decoris eius; et ex contuitu horum omnium simul obstupui multitudinem magnitudinis eius.

d Verum quia hec omnia, ubi abscesserit verbum, quodam illico languore torpentia, quasi si subtraxeris bullienti olle subtus ignem, incipiunt, et hoc mihi signum abscessionis eius, tristis sit necesse est anima mea donec iterum redeat et solito recalescat cor meum intra me, id quod sit reversionis indicium. Tale sane de verbo habens experimentum, quid mirum

sic et ego usurpo mihi vocem sponse in revocando illud cum se absentaverit. Quod et si non equali, simili tamen
desiderio feror. Familiare michi erit quo ad vivo pro verbi revocatione revocationis verbum quod utique
revertere est. Et quotiens elabetur, totiens repetetur a me, nec cessabo clamitare quasi post tergum abeuntis
ardenti desiderio cordis ut redeat et reddat michi leticiam salutaris sui, reddat michi seipsum. Fateor
filii, nil interim aliud libet dum non presto est quod solum libet. Et hoc oro ut non vacuum veniat
sed plenum gratie et veritatis more utique suo sicut heri et nudiustercius. In quo nimirum similitudine capree
et hinnuli exhibitum iri posse videtur, cum veritas capree oculos habeat, gratia hinnuli hilaritatem. Utraque
res necessaria mihi: veritas quidem cui abscondi non possim, gratia autem cui nolim. Alioquin sine altera plena
visitatio non erit, cum et illius severitas absque hac onerosa, et huius hilaritas absque illa dissoluta pos-
sit videri. Amara est veritas sine condimento gratie, sicut absque veritatis freno levis et nescius modi
plerumque et insolens ipsa devotio. Quam multis non profuit gratiam accepisse, pro eo quod temperamentum de veritate
pariter non acceperunt. Extollentes eam plus quam oportuit complacuerunt sibi in ea, dum veritati non sunt veritatis obtuitu,
dum non respexerunt ad capree maturitatem, magis autem se totos hinnuli levitati hilaritatique dederunt.
Inde factum est ut in qua privatim exultare voluerant gratia privarentur, quibus vel sero dici potuerit:
Euntes ergo discite quid sit: Servite domino in timore et exultate ei cum tremore. Dixerat denique sancta anima
quedam in habundancia sua: Non movebor in eternum. Et subito sensit aversam a se faciem verbi, seque non
modo motam sed etiam conturbatam, et sic in tristicia didicit opus fuisse sibi cum munere gratie devotionis
etiam pondere veritatis. Ergo non in sola gratia plenitudo gratie est, sed nec in sola quidem veritate. Quid prodest
scire quid te oporteat facere, si non detur et velle facere? Quid si velis quidem et minime possis? Quotiens
correptus sum agnitate veritate tristior, et ideo magis quia iam confugere ad ignorantie excusationem non licet,
sciens et non faciens quod veritas hortaretur. Que cum ita se habeant, neutra sine altero sufficiat. Parum dixi:
non expedit quoque. Unde id scimus? Scienti, inquit, bonum et non facienti peccatum est illi. Item: Servus sciens voluntatem
domini sui et non faciens digne vapulabit multis. At istud pro parte veritatis. Pro gratia quid? Scriptum est: Et post
buccellam introivit in eum sathanas. Iudam loquor qui accepto munere gratie, quia in veritate non ambu-
labat cum veritatis magistro vel potius cum magistra veritate, locum in se dyabolo dedit. Audi adhuc: Cibavit illos
ex adipe frumenti et de petra melle saturavit eos. Quos? Inimici domini mentiti sunt ei. Quos melle cibat
et adipe, hii mentiti sunt ei, facti iniqui quia veritatem gratie non iunxerunt. De quibus alibi habes: Filii
alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt et claudicaverunt a semitis suis. Quidni claudicaverint,
uno pede gratie contenti et non apponentes veritatem? Erit quoque tempus eorum in secula, sicut et principis ipsorum
qui et ipse in veritate non stetit sed fuit mendax ab initio, ideoque audivit: Perdidisti in decore tuo sapientiam.
Nolo decorem qui mihi sapientiam tollat. Queritis quis ille tam noxius tamque perniciosus decor tuus? Adhuc
sine intellectu estis? Planius audi: privatus propriis. Non culpamus donum sed usum. Denique si advertisti, non in decore
sed in suo decore. Deus est ille non modo formatus perdidisse sapientiam. Et ni fallor unus angelice quoque
decor ipsa est. Quid enim hic vel ille absque sapientia nisi rudis deformisque materia est? Ergo ille non modo
formatus sed et formosus fuit, sed perdidit eam cum fecit suam, ut non sit aliud in decore suo quam in sapientia
sua perdidisse sapientiam. Proprietas in causa est, quod sapiens sibi fuit, quod non dedit gloriam deo, quod non retulit gratiam
pro gratia, quod non secundum veritatem ambulavit in ea, sed ad suam eam retorsit voluntatem. Istud est enim certe perdere,
immo istud est quod eam perdidit. Etenim sic habere perdere est. Et si Abraham, inquit, ex operibus iustificatus est, habet
gloriam, sed non apud deum. Et ego: Non ergo intuto, inquam, perdidi quicquid non habeo apud deum. Nam quid tam
perditum quam quod extra deum exulat? Quid mors nisi privatio vite? Ita nichil perditio nisi alienatio a deo
est. Ve qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobismetipsis prudentes. De vobis dictum: Perdam sapientiam
sapientium et prudentiam prudentium reprobabo. Perdiderunt sapientiam quam sua sapientia perdidit eos. Quid non perdiderit
qui ipsi perditi sunt? Cum vero non perditi quos nescit deus? Porro autem fatue virgines, quas quidem non aliunde
fatuas puto nisi quod dicentes se sapientes stulte facte sunt, hec mihi a deo audire habent: Nescio vos. Et
item illi qui gratiam miraculorum ad suam usurpavere gloriam, nichilominus auditum sunt: Quia non novi vos, ut liquido
ex hiis claresceret gratiam non prodesse ubi veritas non est in intentione, sed obesse magis. Et quidem penes
sponsum utraque res. Denique gratia et veritas per Ihesum Christum facta est, ait Iohannes Baptista. Si ergo cum una
quamvis harum sine altera pulsaverit ad ostium meum dominus Ihesus, ipse est enim dei verbum ac sponsus, intrabit
sane non tamquam sponsus sed tamquam iudex. Absit. Nequaquam fiat hoc. Non intret in iudicium cum servo suo. Intret
pacificus, intret iocundus et hilaris, maturus tamen et serius, intret qui severitate quadam veritatis sermo
vultum in me dum insolenciam reprimit purget leticiam. Intret quasi hinnulus saliens, quasi caprea circumspiciens

qui culpam simulando dissimulat penam miserando respiciat. Imitetur qui descendens de montibus Bethel festiuus
et splendidus quasi procedens a patre suo et mitis qui non dedignetur dici et fieri sponsus anime querentis
se cum sit super omnia deus benedictus in secula Amen. Sermo septuagesimus sextus.

In lectulo meo per noctem quesiui quem diligit anima mea. Non est ventum sponsi ad vocem voti
eius reuocantis. Quare? Ut desiderium crescat, ut probetur affectus, ut exerceatur amoris negotium. Ergo
nec ergo dissimulatio est, non indignatio. Sed superest ut queratur si forte reperiatur quesitus quem vocatus
non venit, dicente domino: Omnis qui querit inuenit. Porro verbum reuocationis tale est: Reuertere dilecte mi,
assimilare capree hinuloque ceruorum. Ad quam vocem cum non reuersus est, utique ob illas causas quas dixi, sponsa
hinc ista que amat facta cupidior mox sese ad requirendum tota auiditate dedit. Et primo quidem
querit illum in lectulo, sed minime inuenit. Surgit inde, circuit ciuitatem, it et redit per plateas et vicos,
et non occurrit neque apparet. Interrogat quosque si forte occurrerit; nichil ei certi reportatur. Neque vice vna aut
vnius noctis questio hec et hec frustratio. Addicat ista: Quesiui per noctes. Quantum hoc desiderii et ardoris
ut surgens de nocte publicum non erubescat, percurrat ciuitatem, percunctetur palam et passim de dilecto,
atque a vestigandis semitis eius nulla valeat vinci nulla prepediri difficultate, non tepescit retineri
amore quietis, non sponse verecundia, non vel timore nocturno. Et tamen in hiis omnibus frustrata est usque adhuc
desiderio suo. Quare? Quid sibi vult protractio hec et diuturna frustratio, tedium mentis, suspicionum fomes, impatientie
fax, nouerca amoris, mater desperationis? Si adhuc dissimulatio est, nimis est molesta. Et quidem pro utilitate
interim fuit dissimulatum donec in schola adhuc vocationis seu reuocationis vox erat. Nunc vero cum requiritur et
ita requiritur, quid iam conuenire potest dissimulatio? Si de carnalibus sponsi et prudentibus amoribus questio est,
sicut litteralis superficies plausisse videtur, et si inter illos talia contingere queant, mea non interest. Ipsi viderint. Ego
si autem quemcumque diuinis mentibus et affectibus quantulocumque possem meo iudicio et satisfacere mee. Studiens
sane de scriptura sacra in qua scit vita hec consistit, eo vitale aliquid quo spirituale, ut edant pauperes et satu-
rentur et viuant corda eorum. Et quid tam cordium vita quam deus meus ihesus, de quo aiebat qui eo viuebat:
Cum christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Ipse ergo ad medium veniat quo et
nobis valeat dici possit: Medius autem vestrum stat quem vos nescitis. Utique nescio quo sit nesciat a spiritualibus sponsi
sponsus, qui tam ita in spiritu profecerint ut possint dicere cum propheta: Spiritus ante faciem nostram christus dominus. Et cum apostolo:
Et si cognouimus christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Sponsa, id est quem sponsa querebat. Is vere est
sponsus et amans et amabilis. Is michi vere est sponsus, sicut caro eius vere est cibus et sanguis eius vere
est potus, et totum quod de ipso est vere est qui ipse non aliud est sane quam veritas ipsa. Hunc is sponsus quid est
quod non inuenitur quesitus cum requiritur tam studiose et impigre? Nunc quidem in lectulo, nunc vero in ciuitate
aut etiam in plateis vel vicis. Ipse autem dicat: Querite et inuenietis, et qui querit inuenit. Propheta quoque loquitur
ad eum: Bonus es domine querenti te. Et item sanctus ysaias: Querite dominum dum inueniri potest. Quomodo implebuntur scripture?
Neque enim que hic inducitur querens vna est ex hiis quibus ipse ait: Queretis me et non inuenietis. Sed attende
tres esse causas que interim occurrunt et querentes frustrari solent: cum aut vel non in tempore querit, aut non sicut
oportet, aut non vbi oportet. Si enim omne tempus aptum est ad querendum, cur ergo dicit propheta quod iam memoraui: Querite
dominum dum inueniri potest? Erit absque dubio cum inueniri non poterit. Et ideo addit: Inuocate eum dum prope est. Qui futurus
est iam non prope futurus. Quando enim tunc non requiretur. Mercede autem curuabitur omne genu etc. Nec tunc inuenietur
ab impiis quos ultores angeli arcebunt et profecto tolletur ne videat gloriam dei. Frustra inclamabunt et
fatue virgines, nimirum prorsus iam ad eas ianuis clausis. Sibi prorsus putent dictum illud: Queretis me et
non inuenietis me. Ecce nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis. Sunt tempus plane et querendi et inuocandi
quem plerumque et antequam inuocetur adesse sentitur. Audi denique quid polliceatur: Antequam me inuocetis inquit
ego dicam: Ecce assum. Nec latuit benignitas hec et facilitas temporis quod nunc est illud qui in psalmo loquitur:
Desiderium pauperum exaudiuit dominus, preparationem cordis eorum audiuit auris tua. Et si per bona opera queritur deus,
ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, presertim quia dominus aperte premuniat venire noctem quando nemo potest
operari. Tu ne aliud credas querendi tempus ad operandum quod bonum est, restitutum esse tibi tempus in seculo venturo
preter hoc quod constituit tibi deus in quo recordetur tui. Et ideo dies salutis quia in hiis ipse deus rex
ante secula operatus est salutem in medio terre. Ergo tu in medio gehenne quo peto que iam facta sit in medio
terre. Quam tibi somnias venturam inter ardores sempiternos facultatem veniam promerendi, cum iam ipse superest
inferendi, non relinquitur tibi hostia pro peccatis mortuorum in peccatis. Non crucifigitur iterum filius dei, mortuus est
semel iam non moritur. Non descendit ad inferos sanguis qui effusus est super terram. Biberunt eum peccatores
terre. Non est quod sibi inde vendicent demones ad restringendos focos suos, sed neque homines socii demo-
niorum. Semel ille descendit, non sanguis sed anima. Et hec portio eorum qui in carcere erant una illa visi-
tatio que tunc facta fuit per presentiam anime, cum corpus pendet, ymo anime super terram sanguis ariditatem rigauit.

sanguinis inundavit terram et inebriavit eam, sanguinis quo quae in terra et quae in caelis sunt pacificavit. Non autem et quae
apud inferos, nisi quod semel illo anima eius ut divus potuit et fecit ex parte redemptionis, nec vel eo momento
vacavit opera pietatis, sed ultra non adiciet. Ergo nunc tempus acceptabile et aptum ad quaerendum, in quo plane
qui quaerit invenit, si tamen ubi et uti oportet quaerit. Et haec una causa quae impedire potest ne inveniatur sponsus
a quaerentibus se, cum non quaeritur in tempore opportuno. Sed non ea impedit sponsam, nempe devotam et quaerentem
in tempore. Sed nec illa quidem, cum tepide aut negligenter seu perfunctorie quaerit, quae corde ardenti et opere infati-
gabiliter quaerit, plane ut decet. Restat ut de tertia videamus, ne vel ubi non decet quaerat. In lectulo meo
quaesivi quem diligit anima mea. An forte non in lectulo quaerendus erat, sed in lecto, quippe cui orbis an-
gustus est. Sed non horreo lectulum quem non parvulum. Parvulus denique natus est nobis. Exsulta tu et lauda,
habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Sit idem Deus in Sion magnus, apud nos parvulus.
Apud nos inferius repertus est, ex quo sedet in alto et in lectulo iacet humilis. An non lectulus tumulus?
An non lectulus praesepium? An non lectulus uterus virginis? Nec tamen magnum patris uterus lectulus est, sed lectus
magnus. De quo ad Filium Deus: Ex utero, inquit, ante luciferum genui te. Nec tamen ne lectus quidem forsitan digne cen-
sendus sit uterus ille, qui iacentis potius quam sedentis est locus. Manens enim in Patre, cum Patre regit universa.
Denique non iacet, sed sedet ad dexteram Patris Filius, fides indubitata habet, et ipse caelum sibi sedem esse non
lectum perhibet. Ut stans in sub illum, id est in superius, nequaquam solacia habere infirmitatis, sed potestatis insignia compito
proinde sponsa ponens lectulum dicat suum, quia omne quod infirmum est Dei non de suo inesse illi manifestum est, sed
de nostro. Christus nobis assumpsit quae et pro nobis sustinuit. Nasci, lactari, mori, sepeliri mea est mortalitas. Nati-
vitas mea infirmitas pueruli, mea corporatio corporis, mea dormitio sepulti. Sed vetera transierunt et ecce nova sunt
omnia. In lectulo meo per noctem quaesivi quem diligit anima mea. Quid in tuo iam quaerebas qui se iam in sua
recepit? Non vides Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Iam caelum tumulo commutavit et stabulo, et tu
illum in tuo adhuc lectulo quaeris? Surrexit, non est hic. Quid quaeris in lectulo forte in lectulo magnum
clarificatum in stabulo? Introivit in potentias Domini, decorem induit et fortitudinem, et ecce sedet super cherubim
qui sub lapide latuit. Ecce hic iam non iacet sed sedet, et tu tamquam iacenti substrata paras. Sine ut ab
sollicitior vitas sit, aut sedet iudicans aut stat adiuvans. Sic vos, o bonae mulieres, cum ita quaeso quod tibi
ab compositis cum aromata comparatis parastis unguenta. Si sciretis quibus is sit, quam quod sit inter mortuos liber,
mortuus iste quem ungere pergitis, vos forsitan petissetis ab eo potius ungi. Nonne iste est quem unxit Deus
suus oleo laetitiae prae consortibus suis? Verum certius vos sed gloriam potius venientes et dicentes quia de plenitudine
eius et nos accepimus. Enim vobis factum est ita, nam vena unctae remeant quae uncturae venerant. Quid in-
uncte tam laeto nuntio nove adorisse quod resurrectionis. Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium
bona. Missae ab angelo opus faciunt evangelistae, factae quoque apostolae apostolorum. Dum festinant ad annuntiandum mane
magnum, dum dicunt: In odore unguentorum tuorum currimus. Notate ergo et deinceps frustra in lectulo quaesitus est
sponsus, quia etsi cognoverat eum carnis secundum carnem vel secundum carnis infirmitatem, sed nunc iam non novit. Denique quaesitus
est pro modum a Petro et Iohanne et videre in sepulcro sed minime inventus. Vide tu utrumne apte et competenter
tenuit quaesitorum horum tu dicere quae invenit. In lectulo meo quaesivi quem diligit anima mea, quaesivi et non inveni.
Nempe iturus ad patrem caro quae non erat ex patre, per gloriam prius resurrectionis omne infirmum se exuit et aeternitatis
potentia induit lucem sicut vestimentum, in quali munere gloria et ornatu decuit eam paternis aspectibus praesentari.
Prolexe vos sponsa non quem diligo sed quem diligit anima mea inquit, quod vere et proprie ad solam pertineat animam illam
dilectionem qua aliquid spiritualiter diligit, verbi gratia Deum, angelum, animam, sed et diligere iustitiam, veritatem, sapientiam, pietatem,
virtutes quoque alias humilis est. Ita cum secundum carnem quippiam diligit vel potius appetit anima, verbi gratia cibum et vesti-
mentum, divitias et quae honores sunt corporalia sive terrena, carnis potius amor quam animae dicendus est. Et hoc per eo quod sponsa
minus usitate sed non minus proprie animam suam sponsum diligere dicit, insinuans proinde spiritum esse sponsum et a se non carnali
sed spirituali amore diligi. Et dum per noctes se quaesisse dicit, non est minus. Paulus: Qui dormiunt nocte dormiunt,
et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. Ita non absurde ut opinor dicat per quod qui ignoravit nocte ignoravit
ac per hoc qui quaerit nocte quaerit. Christus enim quaerat quod palam habet, porro dies palam facit quod nox
abscondit, ut reperias in die quod in nocte quaesieras. Nox est itaque donec quaeritur sponsus, qui si dies fieret
de medio esset et minime quaereretur. Et de hoc satis. Nisi forte moveat vos quod nocturnum adhuc aliquid quaerendum
significet quod non nocte sed noctes posuit. Et mihi videtur si tu melius non habes, talis inde posset reddi ratio,
nimirum iste noctes suas et non paucas. Quid dico quod noctes habet mundus, cum paene ipse totus sit nox et totus semper
versetur in tenebris? Nox est iudaica perfidia, nox ignorantia paganorum, nox haeretica pravitas, nox etiam
catholicorum carnalis animalisque conversatio. An non nox ubi non percipitur ea quae sunt spiritus Dei? Sed et apud
haereticos vel schismaticos, quot sectae tot noctes. Frustra per noctes inquirit solem et lucem quaeritis veritatis
et sponsum, quia nulla societas lucis ad tenebras. Sed dicis quod non sit tam stulta tamque caeca sponsa ut

quaerat lucem in tenebris, quaerat dilectum apud ignorantes et qui non diligunt eum. Tu vero si per noctes nunc quaere-
bat et non potuit quaesisse, non autem quaero sed quaesivi per noctes quem diligit anima mea. Et est ita quod cum esset par-
vula sapiebat ut parvula et quaerebat veritatem ubi non erat, et non inveniens in ipso illud in ipsis errans,
sicut omnis quae perit. Denique in lectulo se meditat tunc adhuc esse, tamquam adhuc aetate imbecillem ac par-
vulam sensu. Si tu ita construas: In lectulo meo, subaudis operis vel iacens quaesivi quem diligit anima mea. Non
quaesivi in lectulo, sed cum in lectulo quaesivi, id est cum adhuc infirma et invalida forem et omnino minus idonea
sequi sponsum quocumque iret, sequi ad ardua et excelsa sublimitatis illius. Incidi in multos qui cognoscentes
desiderium meum dicebant mihi: Ecce hic est Christus, ecce illic est, et neque hic neque illic erat. Suadi autem et non ad
insipientiam mihi, nam quo primus accessi et exploravi diligentius eos circumquaque cognovi veritatem apud eos minime
esse. Quaesivi eum et non inveni, et despiciendi noctes qui se dies mentiebantur. Et dixi: Surgam et circuibo civi-
tatem, per vicos et plateas quaeram quem diligit anima mea. Intuere vel nunc quod iacet quae dicit: Surgam. Pulchre omnino.
Quid ni surgeret cognito de resurrectione dilecti? Fatur o beata, si consurrexisti cum Christo, quae sursum sunt sapias
oportet, neque deorsum sed sursum quaeras ubi est Christus sedens in dextera patris. Sed circuibo ait civitatem. Ad
quid? In circuitu impii ambulant. Iudaeis istud relinquito, quibus propheticus eorum propheta hoc vaticinatus est quod
famem patientur ut canes et circuibunt civitatem. Et si intelligas civitatem secundum aliam prophetiam, ecce attenuati
fame quod utique non essent si in ea non fuissent panis vitae. Surrexit de corde terrae sed super terram non remansit.
Ascendit autem ubi prius erat, nam qui descendit ipse est et qui ascendit, panis vivus qui de caelo descendit,
idem ipse sponsus ecclesiae illius Christus Dominus noster qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen. | Sermo lxxvi

Per vicos et plateas quaeram quem diligit anima mea. Adhuc ut parvula sapit. Puto arbitrata est
egressum de tumulo publicum mox petisse, ut solito doceret populos ac sanaret infirmos, et ut manife-
staret gloriam suam in Israel, si forte reciperent resurgentem de morte qui se recepturos promittebant
descendentem de cruce. Verum ille perfecerat opus quod ei dederat pater ut faceret, quod sane ista intelle-
xisse debuerat vel ex voce pendentis illa, sed qua illico expiravit: Consummatum est. Non erat iam
quod se demum crederet turbis quae non sit forsitan in eum erat creditura, et festinabat ad patrem qui ei di-
cit: Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Sicut nempe atque dixerat cum
exaltatus fuit a terra omnia traheret ad seipsum. Hoc autem per vicos et plateas quaerendum putavit, sinendi
ambitu sed ignara mysterii. Item ergo frustra repetit dicens: Quaesivi illum et non inveni, ut sermo impleretur
quem dixit: Quia vado ad patrem et iam non videbitis me. Dicat forsitan ista: Quo ergo credebam in eo quod
non viderunt, quia fides ex visu sit et non potuit ex auditu. Quid magnum est credere quod videris, et tunc
non negare oculis fidem, quid laudis meretur? Sed si quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus, et
patientia meritum est. Beati denique qui non viderunt et crediderunt. Provide ut non evacuetur meritum fidei, subducat
se visui Deus virtuti locum creata, et ipse est ut iam in suum sese recipiat. Quaeris in quem suum? In dexteram
patris. Neque enim rapinam arbitratus est se esse aequalem Deo cum sit in forma Dei. Ergo id sit unigeniti
locus, in quo omnis eius iniuria compensata videatur. Sedeat sane iuxta non infra, ut omnes honorificent
filium sicut honorificant patrem. In hoc apparebit maiestatis aequalitas, si nec inferiorem patre nec posterio-
rem suspexeris. At ista interim nil horum advertit, sed quasi ebria prae amore hac illac quasi discurrens quaerit
oculis quem iam oculis non contingit sed fides. Non enim existimat Christum aliter intrare gloriam suam nisi prius
resumat gloriam palam mundo in protestate confunderet impietas, exultarent fideles, glorientur exemplo popu- confunderetur
li quitantur. Demum quod ab omnibus glorificetur ipse cum ex parte tua resurgentis arcet clarant vitas percurrentes.
Falleris, o sponsa: oportet quidem hoc fieri, sed in tempore. Nunc vero interim vide ne forte id dignum magis et
supernae consentaneum iustitiae sit, si non detur sanctum canibus et margaritae porcis. Sed potius secundum scripturam tollatur
impius ne videat gloriam Dei, si non fraudetur fides merito, quae tunc sane probatior esse dinoscitur cum creditur
quod non videtur, si penes ipsam fuerit dignus quod occultatur indignis, ut qui in sordibus sunt sordescant
adhuc et iusti iustificentur adhuc, si non dormitet pro certo et oculi celorum tabescant et confundantur ab
exspectatione sua, si non ipse pater omnipotens dominica iam frustretur a desiderio cordis sui, si non demum unige-
nitum ab initio gloriae suae quos vel solum indignissimum est aliquis retardet. Quanta putas aestimanda sit
gloria, quanta quod mortalium ut ab ea quae a patre suo ab aeterno parata est debeat eum vel ad modicum retinere.
Adde quod nulla ratione in longius protrahi decet ipsius filii petitionem. Quam dicas petitionem quaeris? Nempe
illam qua dicit: Pater clarifica filium tuum. Quod tu eum petisse senseris, ut non supplicem sed ut potius libere
petentem quod in potestate petentis accipe est. Ergo dispensatoria filii petitio est, non necessaria, quippe donatus cum
patre quicquid a patre accepit. Nisi et hoc addimus quod non solum pater clarificat filium, sed et filius clarificat patrem,
ne quis dicat filium minorem patre, quia qui a patre clarificetur, cum et ipse clarificet patrem dicente filio:
Pater clarifica filium tuum ut filius tuus clarificet te. Sed forte adhuc submittendum putes filium quod quasi

inglorius videat a patre recipere claritatem quam demum patri refundat. Audi quod non est ita. Clarifica me inquit
pater claritate quam habui prius quam mundus esset apud te. Ergo claritas filii posterior non est, utpote que
ab eterno est, eo quo se clarificat pater et filius. Et si ita est, ubi primatus, equalitas profecto est ubi coeter-
nitas est. Et usque adeo equalitas, ut una sit claritas amborum sicut ipsi unum sunt. Unde inde videtur. Ego rursum
pater clarifica nomen tuum, non sane aliud petere quam se clarificari, in quo et per quem nomen patris clarificetur
procul dubio. Et rursum accepit a patre: Et clarificavi et iterum clarificabo. Tunc quidem ipsa visione non parva
filii glorificatio fuit, dictum habundantius ad fluenta Iordanis angustius quod clarificatus demonstratur et Iohannis
testimonio et columbe designatione et voce dicentis: Hic est filius meus dilectus. Sed et in monte coram tribus dis-
cipulis magnificentissime clarificatus est, cum voce eadem demum ad se celitus delapsa cum mira illa atque comma-
tusfiguratione corporis sui cum prophetarum attestatione duorum qui ibidem apparuerunt cum eo loquentes. Numquid ergo
ut iam prorsus plenissime patris semel adhuc clarificetur, ea quod erit plenitudo glorie cui non queat amplius addi.
Sed ubi illa dabitur? Audisti. Non enim ut ista suspicata est in vicis vel plateis, nisi forte in illis de
quibus dicitur: Platee tue Ierusalem sternentur auro mundo, et per omnes vicos tuos alleluia cantabitur. In hunc ergo
illam recepit a patre filius claritatem cui non potuit similis inveniri nec in celestibus quidem. Cui enim angelorum
aliquando dictum est: Sede a dextris meis. Non modo autem de minoribus angelorum, sed nec de superioribus quidem
reliquis beatorum ordinibus omnino quibus receptus est ydoneus ad capessendam superexcellentem gloriam hanc. Ad
neminem prorsus illorum facta est vox illa glorie singularis. Nemini vocis in se efficientia conpetit datum, et
sed throni sive dominationes sive principatus sive potestates profecto desiderant in eum prospicere, non se illi comparare
presumunt. Ideo dixi meos singulariter et dictum et datum: Sede a dextris glorie ipsius, utpote in gloria coequali,
in essentia consubstantiali, per generatione consimili, maiestate non dispari, eternitate non posteriori. Ubi illum qui querit
inveniet et videbit gloriam eius non gloriam quasi unius ceterorum, sed plane gloriam quasi unigeniti a patre. Quid
facis o sponsa? Putas potes sequi eum illuc? aut te ingerere audes vel vales huic tam sancto archano
tam quam archano secretario, ut filium in patre et patrem intuearis in filio? Non utique. Ubi ille est tu potes ve-
nire modo, venies autem postea. Age tu sequere, quere, nec te illa inaccessibilis claritas vel sublimitas
Tl a querendo deterreat, ab inveniendo desperet. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Prope est inquit verbum
in ore tuo, in corde tuo. Crede et invenisti. Nam credidisse invenisse est. Noverunt fideles habitare Christum per
fidem in cordibus suis. Quid propius? Curre ergo secura, quere devota. Bonum est dominus anime querenti se.
Quere votis, sequere actibus, fide invenies. Quid non inveniet fides? Attingit inaccessa, deprehendit ignota,
comprehendit inmensa, apprehendit novissima, ipsam denique eternitatem suo illo vastissimo sinu quodammodo circum-
cludit. Fidenter dixerim, eternitatem beatam quam trinitatem quam non intelligo credo et fide teneo quam non
capio mente. Sed dicat ad quod credet sine predicante, cum fides ex auditu sit, auditus per verbum predicationis.
Deus de hoc providebit. Et ecce iam presto sunt qui novam sponsam celesti nuptura sponso de quibus oportet
instruant et informent, fidem doceant, formam pietatis ac religionis tradant. Audi denique quid adiciat:
Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem. Qui enim vigiles hi? Nempe illi quos salvator in
euvangelio beatos pronunciat, si cum venerit invenerit vigilantes. O quam boni vigiles qui nobis dormientibus ipsi pro
b vigilant, quasi rationem pro animabus nostris reddituri. Quam boni custodes qui vigilantes animo atque in orationibus per-
noctantes hostium insidias sagaciter explorant, anticipant consilia malignantium, deprehendunt laqueos,
eludunt tendiculas, retiacula dissipant, machinamenta frustrantur. Hi sunt fratrum amatores et populi christiani
qui multum orant pro populo et universa sancta civitate. Hi sunt qui multa solliciti pro sibi commissis dominicis
ovibus cor suum tradunt ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illos et in conspectu altissimi deprecantur,
scientes suam insufficientiam in custodienda civitate, quia nisi dominus custodierit civitatem frustra vigilat qui custodit
eam. Porro cum dominus ita precipiat: Vigilate et orate ne intretis in temptationem, liquet quod absque duplici
hoc exercitio fidelium studio quoque custodum non potest esse secura civitas, non sponsa, non ovis. Horum differentiam
queris? Unum sunt. Civitas propter collectionem, sponsa propter dilectionem, ovis propter mansuetudinem. Vis scire
sponsam quidem civitatem esse? Vidi inquit civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de celo a deo paratam
sicut sponsam ornatam viro suo. Ibidem tibi hoc de ovibus liquido apparebit si recorderis primus ei
custos Petrus loquor cum ter prius oves committerentur, quod attente sit de amore commonitus, sit quod utique
tanta cura sapiens conditor non fecisset nisi se sentiret sponse, id est utique videntem eo intimo gesta.
credetor Credite hoc amici sponsi, at scilicet amici. At parum dixi amici, amicissimi sint oportet qui privilegio
c tante familiaritatis donantur. Non otiose toties repetitum est: Petre amas me, in commissione omnium.
Et ego quidem id significatum prorsus puto ac si illi diceretur: Nisi tibi testimonium perhibente conscientia
quod me amas et valde perfecte quod amas, hoc est plus quam tua, plus quam tuos, plus quam etiam te, ut
quod repetitionis mee numerus impleat, nequaquam suscipias curam hanc, nec te intromittas de

omnibus meis pro quibus sanguis meus utique effusus est. Duplex sermo et qui possit etiam impetranda quorumpiam
tyrannorum corda contundere. Propterea attendite vobis quicumque opus ministerii huius sortiti estis / Attendite inquam vobis
et pretioso deposito quod vobis creditum est. Civitas est vigilate ad custodiam concordiam quoque. Sponsa est
studete ornatui. Oves sunt intendite pastui. Et haec tria ad illa tria revocata suscitatorum forte non incongrue
putabuntur videntur. Porro custodia civitatis ut sit secura tripharia erit / a vi tyrannorum a fraude haereticorum
a temptationibus daemonum. Sponsae vero ornatus in bonis operibus et moribus et ordinibus. Ad pastum ovium
quod spectat quidem in pascuis scripturarum tamquam in hereditate domini. Sed est distinctio in illis. Nam sunt mandata quae duris
atque carnalibus imponuntur animus cum lege vitae et disciplinae. Et sunt olera dispensationum quae infirmis et
pusillis corde de respectu misericordiae apponuntur. Et sunt consiliorum solida fortia quoque quae cum nitimur sapientiae
proponuntur sanis et qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali / Parvulis namque tamquam agniculis
adhortationis lac potius datur non esca. Quod si boni solicitudo quoque pastores impugnare perseverant non cessent. Bonis
electis quoque exemplis et suis magis quam alienis. Nam si alienis et non suis ignominia est illis et pecus
ita non proficiat. Sed cum ubi tamen ego qui videor inter vos pastoris gerere curam vobis appositos Moysi
mansuetudinem patientiam Iob misericordiam Samuelis David sanctitatem et si qua sunt eiusmodi cetera bonorum imitatus
ipse et impatiens atque iniquior et nunc sterilis sermo ut vereor minus sapide veniet et vos minus avide
capietis. Verum hoc supernae pietati relinquo ut quod vobis minus cum nobis est ipsa suppleat et quod imperat
ipsa corrigat. Nunc vero pastor bonus hoc quoque curabit / ut suum cordium inveniatur sal terrae in seipso sciens
quod sermo sale conditus quantum placuit ad gratiam tantum proficit ad salutem / Licet interim de custodia civitatis
atque ornatu sponsae necnon et pastu ovium dicta sint volo tamen adhuc eadem paulo expressius designare
propter eos qui dum avide nimis honoribus inhiant minus prudenter omnibus se supponunt oneribus exponunt
periculis ut sciant ad quid venerint sicut scriptum est Amice ad quid venisti. Ni fallor ad solam civitatis
custodiam ut quantum satis est praecaveatur opus est viro forti spirituali fideli. Forti ad propulsandas iniurias
spirituali ad deprehendendas insidias / fideli qui non quae sua sunt quaerat. Porro autem ad mores honestandos
vel corrigendos quod utique ad decorem pertinet sponsae quis non liquido agnoscat pernecessarium fore
cum multa quidem diligentia disciplinae censuram. Et oportet omnis cum hoc opus incubuit oportet fervere
zelo illo quo accensus pristinus ille aemulator sponsae dicebat Aemulor vos dei aemulatione. Despondi
vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Iam quo in diversorum eloquiorum pascua educet greges
quidem pastor ydiota. Sed et si quidem doctus fuerit non sit autem bonus verendum ne non tam nutriat doctrina
verbi quam necet vita sterili. Tenemus itaque et in hac parte hoc omnibus subiungeretur absque scientia praeter vita quam laudabili
sed esse quod non laudamus. Finis videtur ubi non erat finis / evocamur in materiam alteram et cum hac certe
indignum angor undique et quod equius feram ignoro. Avelli ab ista an distendi in illa nisi quod utrobique
sit utrique molestius. O servitute! o necessitate! non quod volo hoc ago sed quod odi istud facio. Notate tamen
ubi desinimus ut quanto in id redire liberum erit. Inde mox ordiamur in nomine sponsi ecclesiae Ihesu Christi domini
nostri qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Sermo septuagesimus octavus

Dua expedita sunt / duorum hesterno sermone quales in via hac qua ambulamus vellemus habere
duces non quales habemus / longe dissimiles comperimus. Non omnes sunt amici sponsi quos hodie
sponsae hinc inde assistere cernis / et ut vulgo aiunt eam quasi adoptare videntur. Pauci admodum
sunt qui non quae sua sunt quaerunt ex omnibus caris eius diligunt munera nec possunt pariter diligere Christum
quia manus suas dederunt mammonae. Intuere quomodo incedunt nitidi et ornati circumamicti vestimentis tamquam
sponsus procedens de thalamo suo. Nonne si quempiam talium repente eminus procedentem aspexeris sponsum
potius putabis quam sponsae custodem. Unde vero haec illis exuberare existimas rerum affluentiam
vestium splendorem / mensarum luxuriae congeriem / vasorum argenteorum et aureorum / nisi de bonis sponsae.
Inde est quod illa pauper et inops et nuda relinquitur / facie miseranda incultae / hispida exsanguis. Propter
hoc non est hoc tempore exornare sponsam sed spoliare / non est custodire sed perdere / non est defendere sed exponere
/ non est instituere sed prostituere / non est pascere gregem sed mactare et devorare / Dicite de illis dominus
quia devorant plebem meam ut cibum panis. Et quia / comederunt Iacob et locum eius desolaverunt. Et in
alio propheta Peccata populi mei comedent. quasi dicat peccatorum pretia exigunt / et peccantibus debitam solicitudinem
non impendunt. Quem dabis mihi de numero praepositorum qui non plus invigilet subditorum evacuandis marsupiis
quam vitiis exstirpandis. Ubi qui orando flectat iram qui praedicet annum placabilem domino / Leviora
loquimur. Sermo non manet modicum. Sed causa tamen vel istius vel illius immoramur quod non audiunt nos.
Sed et si libris forsitan mandentur ista quae dicimus dedignabuntur legere / aut si forte legerint indignabuntur
quamvis rectius sibi hoc faciunt. Propterea relinquamus istos non inventores sponsae sed venditores et inquiramus
potius illos a quibus sponsa se inventam loquitur. Et quidem illorum isti sortiti sunt ministerium horum non zelum

Successores omnes cupiunt esse/ imitatores pauci. O utinam tam vigiles reperirentur ad curam quam alacres currunt
ad kathedram/ vigilarent utique solliciti servantes ab illis inventam sibi creditam sponsam et vigilarent pro
semetipsis nec sinerent de se dici. Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt et steterunt.
Iusta omnis commonia nec ad ullam iusticiam quam ad unam referenda etate. Parum est hoc nostris vigilibus quod
non servant nos nisi et perdant. Alto quippe demersi oblivionis sopore ad nullum dominice comminationis
tonitruum expergiscuntur ut vel suum ipsorum expavescant periculum. Inde est ut non parcant suis qui non par-
b cunt sibi/ perimentes pariter et pereuntes. Verum qui nam sunt illi vigiles a quibus se inventam perhibet spon-
sa. Nempe apostoli atque apostolici viri. De hiis sunt qui custodiunt civitatem id est ecclesiam ipsam quam invenerunt
etiam eo quod vigilantius quos nunc temporibus quamquam periclitante conspiciunt a malo utique domestico et intestino
sicut scriptum est. Et inimici hominis domestici eius. Neque enim quia usque ad sanguinem restiterunt sic de-
reliquerunt patrocinio destitutam/ sed protegunt et custodiunt eam die ac nocte hoc est in vita et in morte sua.
Et si preciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius non ambigo ego qui etiam tanto in morte potencius
id agant quanto in ipsa amplius confortatus est principatus eorum. Sed ista asseris aut quibus/ ac si oculis
tuis videris eam. Sunt aut ab humanis seclusa aspectibus. Cum ego sed tu tuorum oculorum testimonium fidele
putas testimonium dei maius est. Qui ut vos super muros tuos ierusalem constitui custodes tota die et tota nocte
in perpetuum non tacebunt. Et de angelis magis id dictum. Non abnuo omnes sunt administratorii spiritus. Atque
me prohibeat idem et de hiis sentire qui potentia quidem minime iam ipsis angelis impares sunt
affectu aut et iusticia eo nobis forsitan germaniores existunt quo natura coniunctiores. Inde et to-
lerancia earundem passionum ac miseriarum in quibus nos pro tempore adhuc versamur. Nichil quam amplius misera- of
tur sollicitudines pro nobis operabitur in mentibus sanctorum quod et se tulisse pro eas procul dubio meminerunt. Nonne
illa ipsorum vox est. Transivimus per ignem et aquam et eduxisti nos in refrigerium. Quid ergo ipsi transierunt
et nos in mediis ignibus vel fluctibus derelinquent nec saltem manum porrigere dignabuntur periclitantibus
filiis. Non est ita. Bene tecum agitur o mater ecclesia, bene tecum agitur in loco peregrinacionis tue. De celo et
de terra venit auxilium tibi. Qui custodiunt te non dormitant neque dormiunt. Custodes tui angeli sancti.
vigiles tui spiritus et anime sanctorum. Non errat qui te inventam ab utrisque spiritibus senserit et ab utrisque pariter
custoditam. Et est hujus sollicitudinis vox quibusque sua/ hiis quidem quod sine te non consummentur. Illis vero quod nisi de te nisi de
ad sui plenitudinem minime restaurentur. Nam quibus nescit sathana cadere de celo et eius complices
non superne multitudinis parte non modica imminutum. De te itaque omnis consummacionis expectatur/ alii numeri part
alii desiderii sui. Agnosce prudens vocem que est in psalmo tua. Me expectant iusti donec retribuas mihi.
Et advertendum quod non ista illos sed illi ista potius dixisse referuntur. Utique ego suspicor ad hoc ipsum studio
divinum destinati. Nam quomodo predicabunt nisi mittantur. Denique habes loquentem in evangelio. Ite ecce ego
mitto vos et ite predicate evangelium omni creature. Ita est. Querebat sponsum et sponsum non latebat. Nempe
qui in hoc ipsum excitaverat eam ut sequeretur et dederit illi doctores ad precepta et legem vite et discipline
quomodo esset qui instrueret et doceret viam prudencie. Et nisi in obsequio eius plantatores et rigatores
qui eam enutrirent et confirmarent in omni tenore veritatis hoc est indicarent illi certam quod reddent de
dilecto quia veritas est quam querit et quam vere diligit anima eius. Et revera quibus fidus verius quam anime amor
nisi utique id quo veritas adamatur. Donec sim compos veritatis sim capax. Sed utinam non fore si ador-
veri desint. Horum quippe ramorum id fructus est. Et ego vadis non sum securus abscondi si absque eo in-
veniar. In illo inimicorum natus nunc illud divine ymaginis enitere insigne. Insigne haud dubium
ex quo ceteris prestat animantibus accedentibus. Inde est quod audet anima mea ad dulces custos quod assurgere
veritatis amplexus et sic in amare illius tota securitate ac suavitate quiescere si tum invenerit gratiam
in oculis tanti sponsi ut digna reputetur que ad hanc pertingat gloriam ymmo ipse sibi eam exhibeat
non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi. Multi putas esse distinctius quam vere dignum pe-
na tantum dei donum ociosum tenere verum hoc aliud. Inveniunt vero sponsam que querebat nunc reperient et
quos non querebat/ ab ipsis reperta est. Audiat hoc qui sine duce et preceptore vias vite ingredi non
c formidat/ ipsi sibi in arte spirituali doctores et discipuli pariter et magistri. Non suffecit hoc. Et coacervat sibi
discipulos ceci duces cecorum. Et multi eo hoc arto tramite periculosissime oberrasse comperti sunt/ nimirum
ignorantes asticias sathane et cogitaciones ipsius. Effectum est ut qui spiritu ceperant carne consummarent
abducti turpiter lapsi dampnabiliter vindicant. Proinde qui eiusmodi sunt videant quomodo caute ambulet et de
sponsa exemplum sumat/ que non prius ad eum quem desiderabat velox potuit pervenire quam sibi occurrit quorum
magisterio uteretur ad cognoscendum de dilecto ecce ad discendum timorem domini. Seductori dat manum qui
duce dissimulat preceptore/ et qui dimittit oves in pascua absque custode pastor est non ovium sed
luporum. Nunc iam videamus de sponsa quo se dicat inventam. Dicit enim invenerunt. Sic vero inventos

posuisse videtur. Nam ita hoc dicit ac si uno de loco etiam venerit. Venit autem ab oriente et occidente immo
verbum domini et a cunctis finibus terre. Sed neque aliquam congregata est in locum unum nisi ab apostolis seu ab an-
gelis inveniretur deducenda vel dirigenda ad illum quem diligit anima sua. Sentit ne prius inventa quam col-
lecta. Non quia nec erat. Quamobrem si collecta si congregata si etiam quod magis ecclesie vocabulo competit
convocata a predicatoribus se dixisset tulissem simpliciter. Nunc in aliquo nutabundus. Coadiutores enim dei
sunt quem et audierit loquentem. Qui non colligit mecum dispergit. Sed neque hoc ab re mihi videbitur si di-
xit quod ab eis fundata sive edificata sit qui hoc fecerunt vicario illo qui in evangelio sic loquitur.
Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et quod fundata est super firmam petram. Nunc vero nichil horum
loquens sed preter solitum quibus presidebat se inventam dicens aliquantulum nos facit atque in suspicionem
adducit hoc loco quid sit diligentius intuendum. Volebam fateor preterire me quoque subducere huic scruti-
nio cui sufficere non sentirem. Ceterum reminiscens in quibus eque dubiis et obscuris vobis quibus cursum
corda levantibus etiam supra spem meam adiutum me senserim. Pudet diffidentie et reprehendens timorem
meum adorior non quidem temere quod timide refugiebam. Aderit ut confido solitum adiutorium quod
si nunquam apud benivolos tamen auditores non erit otiosum quod volui. Verum hoc debebit sequens sermo parturire
Nam putem hic claudimus. Ipse autem det nobis ea que dicuntur non solum tenere memoriter sed ardenter
diligere et efficaciter implere sponsus ecclesie Jesus Christus dominus noster qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen

Sermo lxxviii

Ad verbum inventionis si bene meministis illic stetimus et hesimus scrupulosi
videlicet audientes quod sponsa a predicatoribus sive se inventam dixit. Porro cause mee cunctationis
et dubitationis a nobis expresse sunt et visum est aliquid esse querendum sed non in talem sermonis
quo iam arctante quod questum est potuit explicari. Quid restat nisi ut debitum iam solvam in
explicatione sacramenti magni illud loquor quod doctor gentium interpretatus est in Christo et ecclesia. Sed
et castum connubium ipsum est opus nostre salutis in eo namque tres divinitus operantur. Deus angeli homo.
Et deus quidem quod ad opus et curam gerat nuptiarum dilecti filii sui. Ipse vero ac tota voluntate
et utique per se ipse sufficeret et absque amminiculo horum. Hii autem sine ipso possunt facere nichil. Ergo quod ex illis assunt
in opus ministerii huius non sibi solacium sed profectum quesivit illis. Item hominibus quibus mutua locavit in opere
secundum illud. Dignus est operarius mercede sua. Et unusquisque secundum proprium laborem accipiet. Sive qui in fide
plantat sive qui rigat quod plantatum fuit. Angelorum autem cum ad salutem hominum gratis ministerio utitur
usione facit ut ab hominibus angeli diligantur. Nam quod ab angelis homines diligantur inde vel maxime
adverti potest quod antiqua sue civitatis dampna ex hominibus restitutum iri angeli non ignorant. Nec alias profecto
legibus regum civitatis decebat quod pro his ipsorum qui pariter regnaturi sunt mutuis quoque amoribus et piis af-
fectionibus invicem et in deum. Est autem in modo operandi diversitas multa pro cuiusque numinum operatorum dignitate.
Deus nempe facit quod vult sola ipsa facultate volendi sine estu sive motu sive preiudicio loci vel temporis
cause vel persone. Est enim dominus sabaoth qui cum tranquillitate iudicat omnia. Est sapientia disponens omnia suaviter.
Porro angelus non absque motu operatur tamen locali quam temporali sine estu tamen. Homo autem nec ab estu animi nec
a motu corporis animi quoque liber est in operando. Denique cum timore et tremore suam ipsius iubetur operari sa-
lutem atque in sudore vultus sui comedere panem suum. Huius itaque explicatis intuere nunc mecum in hoc tam
magnifico opere nostre salutis tria esse quedam que sibi vendicat auctor deus preter quod in illis omnes an-
gelos adiutores et cooperatores suos. Predestinationem creationem inspirationem. Quarum predestinationem non dico ab exortu
celi sed nec a mundi principio quidem non denique a tempore illo vel illo ante tempora est. Porro creatio cum tempore. Inspi-
ratio iam in tempore fit. Ubi et quando vult deus. Certe secundum predestinationem nunquam electorum ante deum non fuit
si invenit hoc infidelis. Audiat quod magis miretur. Nunquam non grata extitit nunquam non dilecta. Quod in-
dicare audacter loquor quod vim de corde dei presumptum ille superiorum delator secretorum aperuit.
Paulus dico qui ut multa alia ita hoc quoque de divitiis eius non est veritus divulgare sic dicendo. Benedixit
nos inquiens in omni benedictione spirituali in celestibus in Christo sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem
ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in caritate. Et addit. Qui predestinavit nos in adoptionem
filiorum per Jesum Christum in ipso secundum propositum voluntatis sue in laudem glorie gratie sue in qua gratificavit
nos in dilecto filio suo. Nec dubium quin voce omnium electorum hec dicantur et ipsi etiam sunt. In illo tam
profundo civitatis sinu anteque in lucem opus quod produxit humana creationis quis illa vel bonorum spirituum
sive terre aliquo valuit nisi cui placitum civitas deus voluit revelare. Sed et cum iam ad nutum creantis
visa est emersisse in species formas quoque factas has atque visibiles non continuo tamen inventa est
a quoque hominum vel angelorum eo quod non agnosceretur. Ymagine terrestris hominis obumbrata et operta
mortis caligine sive quo generalis velamine confusionis nemo filiorum hominum intravit in hanc vitam
uno sane excepto qui ingreditur sine macula. Emanuel id est qui cum et ipse ex nobis pro nobis
nunc se induit maledicti nisi quod delicti similitudinem non veritate. Hic enim habes quod apparuit in plenitudine

carnis peccati ut de peccato dampnaret peccatum in carne. De cetero una est omnibus per omnia nativitas. Electis dico
et reprobis. Non enim est distinctio, omnes peccaverunt et omnes pilleum sue venditionis portant. Hoc itaque
etsi in rebus conditis iam creata quodammodo esset ecclesia, nec sic tamen a creatura aliqua inveniri poterat vel agnosci,
miro utroque modo interim latens et intra gremium beate predestinationis et intra massam misere
dampnationis. Ceterum quam celaverat abscondito predestinans sapientia et item vocans potentia in lucem produxit
ab initio visitans profecto gratia suo tempore revelavit sive operatione quadam ideo inspirationem superne nominavi
quod de sponsi spiritu, quamvis infusus quippiam spiritibus fuit in predicationem evangelii patres id est pare-
viam domino atque evangelio glorie eius ad corda omnium quotquot erant predestinati ad vitam. Profuit vigiles
laborassent in predicando si non hec gratia precessisset. Nunc vos videtis velociter currere verbum et populos na-
cionum ad dominum in omni facilitate converti, concurrere in unitate fidei tribus et linguas atque in una
colligi matre katholica timore tuo. Agnoverunt de divitiis gratie que a seculis abscondite tenebatur
in abdito predestinationis eterne et gavisi sunt eam se invenisse quam ante secula deus elegerat in sponsam
sibi. Loquor ut opinor clarius sit non ociosum esse quod se inventam ab hiis sponsa testata est secundum premissa
quod se ab ipsis collectam agnoscebat non electam, copertam non quesitam. Et nempe ascribenda cuique quesitio et
cui dicere nunc libet venisset illud de psalmo: Converte nos deus salutaris noster. Sed non placet illi fortasse
inventio congruat, ymo non ita est. Non est invenire deum sed prevenire et inveniendi preventio concludit.
Denique quid inveniat qui nichil umquam non novit? Novit dominus qui sunt eius, ait quidam. Ipse vero quid?
Ego scio ait quos elegerim a principio. Plane quam abscondito prescivit quam elegit quam dilexit quam
condidit, ignotus non erat ab eodem perhiberi inventam separatam tunc ab ipso ut inveniretur. Fidelem
superiorem. Ita qui vidit inquit testimonium perhibuit et scimus quod verum est testimonium eius. Vidit inquit
civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de celo a deo paratam tamquam sponsam ornatam viro suo. Et quod
e vigilibus unus qui custodiunt civitatem. Sed audi ipsum salvatorem veluti digito eam demonstrantem
vigilibus sed sub tropo alio: Levate oculos vestros ait et videte regiones quia albe sunt iam id est
separate ad messem. Et hoc per similitudinem operarios invitat ad opus quod iam sensit sic omnia separata
ut absque multo sive ipsorum labore gloriari et dicere queant quod adiutores dei sumus. Quod cum factum
sit, nempe sponsam quesitum invenire quod indicatum de dilecto. Non enim suam querunt sed sponsi gloriam
qui sponsi amici sunt et propter hoc non multo apud illam laborabunt. Adest iam quod illud tota devotione
requirit intantum separata est voluntas eius a domino. Denique verbum illis quasi loquentibus interrogat
de dilecto et prevenit predicatores suos preventa ipsa precunctans et dicens: Num quem diligit anima mea
vidistis? Bene prudenter se inventam perhibuit ab hiis qui custodiunt civitatem que a domino civitatis
progenitam se iam noverat et preventam, quod te illi talem eam invenirent non facerent. Sic a Petro Cor-
nelius et Paulus ab Anania inventi sunt, nam ambo preventi a domino erant et separati. Unde Saulo
pacis qui voce et mente supplici iam clamabat: Domine quid me vis facere? Nec minus Cornelius qui ele-
mosinis et orationibus suis domino quidem eas et inspirante preverunt prevenire ad fidem. Invenit quoque
Philippus Nathanaelem, sed prius dominus illum cum esset sub ficu iam viderat. Tunc dominum visio numquam non
separato sunt. Et Andreas Symonem fratrem suum Messiam invenisse refert, sed prius eumque a domino iam
prescitum ut vocaretur Cephas quod fortis in fide. Legimus de Maria quod inventa fuit habens in utero
de spiritu sancto. Christiano pie quid hic in hac parte sponsam domini matrem ipsius. Nisi enim et ipsa inventa
esset habens de spiritu sancto nequaquam ab inventoribus suis tam familiariter requisisset de eo cuius presens
est ille. Non sustinuit ut illi effarentur ad quod venissent; ipsa locuta est et quidem ex abundantia
cordis: Num quem diligit anima mea vidistis? Dicebat quod beati oculi qui vidissent, et admirans eos
qui viderant aiebat: Num vos estis quibus videre donatum est quem tot reges et prophete voluerunt videre
et non viderunt? Num vos estis qui meruistis in carne aspicere sapientiam, in corpore veritatem, in homine deum?
Multi dicunt: Ecce hic est et ecce illic. Sed ego tamen non arbitror fidem accomodare vobis qui mandu-
castis et bibistis cum eo postquam resurrexit a mortuis. Et hoc dictum sit de eo quod sponsa sensitata est
a vigilibus; si convenit supplebitur sermone alio. Nunc autem dolor vel maxime liquet preventam fuisse a
spiritu sancto. Ab hiis vero qui custodiunt civitatem inventam complacet quod vere ipsa sit quam prescivit et pre-
destinavit ante secula deus, preparavit quod dilecto filio suo delicias sempiternas istius eternus ut sit
sancta et inmaculata in conspectu eius germinans sicut lilium et florens in eternum ante dominum, per dominum
nostrum Ihesum Christum sponsum ecclesie qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Sermo octuagesimus

ii Num quem diligit anima mea vidistis? O amor preceps, vehemens, flagrans, impetuose, qui
preter te aliud cogitare non sinis, fastidis cetera, contempnis omnia preter te, te contentus. Confundis
ordines, dissimulas usum, modum ignoras; totum quod opportunitatis, quod rationis, quod pudoris

quod consilii inditium esse videtur. triumphas in temetipso et vindices in captivitate. En omne quod cogitat
ista et quod loquitur te sonat te redolet et aliud nichil. Ita tibi ipsius et cor vendicasti et linguam.
Num quem diligit anima mea vidistis? Quasi vero hii sciant quid cogitet ipsa. Quem diligit anima tua de
ipso sciscitaris et non habet nomen. Queva vero tu et ille quis. Et hec dixerim propter singulare eloquii
insigne verborum incuriam quam prius scriptura textus dissimulis satis apparet. Unde in epithalamio hoc non
verba pensanda sunt sed affectus. Cur ita? nisi quia amor sanctus qui totius huius voluminis unica constat esse materia
non verbo sit estimandus aut lingua sed opere et veritate. Amor ubique loquitur. et si quis horum que leguntur
cupit noticiam adipisci amet. Alioquin frustra ad audiendum legendumve amoris carmine qui non amat
accedit. quoniam omnino non potest capere ignitum eloquium frigidum pectus. Quomodo enim greca loquentem non intelligit
qui grece non novit. nec latine eloquentem qui latinus non est et ita de ceteris. Sic lingua amoris erit
qui non amat barbara erit sicut es sonans aut cimbalum tinniens. Isti vero vigiles loquor quibus de
spiritu sancto et ipsi acceperunt ut ament. sciunt quid loquitur spiritus. et amoris vocibus optime competens
in promptu habent. videlicet in simili lingua id est studiis amoris et pietatis officiis. Denique in brevem ita
contracta emittitur de eo quod querit ut dicat. Paululum cum pertransissem eos inveni quem diligit anima mea.
Bene paululum quia verbum abreviatum fecerunt ei simbolum fidei tradentes et quod sequitur tale est.
Oportebat quidem sponsam transire per eos per quos cognosceret veritatem sed non transire. nisi enim transisset
et ipsos non invenisset quem querebat. Atque hoc ipsum suasit ab illis non ambigas. Non enim predicabant
semetipsos sed dominum suum Ihesum Christum qui absque dubio et super ipsos est et ultra. Unde et ait. Transite
ad me omnes qui concupiscitis me. Nec sufficiebat transire. et pertransire docetur. Siquidem pertransierat is quem
investigabat. Nonmodo enim de morte ad vitam transierat sed et pertransierat ad gloriam. Quod ni etiam hanc
oportuit pertransire. Alioquin non poterat apprehendere quem non poterat ut eadem vestigia sequeretur quibus
ierat. Et ut quod dico clarius sit. Si dominus meus Ihesus surrexisset quidem a mortuis. sed ad celos minime
ascendisset. non poterat dici de eo quia pertransiverit sed transiverit tantum. ac per hoc sponsam illum querentem transire
solummodo oportet non pertransire. Nunc vero qui iam resurgendo transierat. et adiecerat pertransire utique ascen-
dendo. nimio se etiam ista non transisse exhibuit que hunc fide quidem et devocione ad celos usque secuta
est. Igitur credere resurrexisse transire est. Credere etiam ascensionem pertransire est. Et forte ut dixisse me
memini alia die cum tractarem. novat illa. ista non novat. Ergo quod docerat instructa ab illis
quia scilicet qui resurrexerat etiam ascendisset. ascendit et ipsa post. hoc est pertransiit et invenit. Quid mirum
invenit. pertingens mente ubi ille corpore est. Paululum cum pertransissem eos. Et bene eos. Nam tamquam eos
quia cetera membra sua que sunt super terram caput membrum precessit duobus atque transcendit resurrectione
ut iam diximus et ascensione. Etenim primicie Christus. Et si ille precessit. et fides mea ubi enim illa eum non
sequetur. Si ascendit in celum ipsa illic est. si descendit ad infernum adest. Et si sumpsit pennas suas
diluculo et habitavit in extremis maris. illuc ait manus tua deducet me et tenebit me dextera tua. Nonne
denique secundum hanc omnipotens pater et sume bonus sponsus conresuscitavit et consedere nos fecit in celestibus.
Atque hoc pro eo quod dixit etiam quia pertransiit eos. quod et semetipsam pertransiit. fide scilicet quo neciuendo
ipsa pervenit. Arbitror et illud planum cur se pertransisse pocius quam transisse dicere maluit. Et nos transeamus
ad ea que sequuntur. Tenui illum nec dimittam donec introducam eum in domum matris mee et in cubiculum
genitricis mee. Ita est. Christus et deinceps non deficiat genus spansum. nec fides de terra nec caritas de
ecclesia. Venerunt flumina flaverunt venti et impegerunt in eam et non cecidit eo quod fundata esset super
firmam petram. petra autem erat Christus. Itaque nec verbositate philosophorum nec cavillacionibus hereticorum nec gla-
diis persecutorum potuit ista aut poterit aliquando separari a caritate dei que est in Christo Ihesu. Adeo fortiter
tenet quem diligit anima sua. adeo illi adherere bonum est. Glutino bonum est ait ysaias. Quid hoc
tenacius glutino quod nec aquis eluitur nec ventis dissolvitur nec scinditur gladiis. denique aque multe
non potuerunt extinguere caritatem. Tenui illum nec dimittam. Et sanctus patriarcha. Non te inquit dimittam
nisi benedixeris michi. Ita ista non vult dimittere eum. Et forte magis quam patriarcha id non volt quia nec pro
benedictione quidem. Siquidem ille benedictione accepta dimisit illum. ista autem non sic. Nolo inquit benedictionem
tuam sed te. Quid enim michi est in celo et a te quid volui super terram. Non dimittam te nec etiam si
benedixeris michi. Tenui illum nec dimittam. Nec forsitan ille minus tenere libet eum prohibeat dicere delicie
mee esse cum filiis hominum. Quid quod pollicetur ait. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummacionem
seculi. Quid hac copula fortius que unica duorum tamen vehementi voluntate firmata est. Tenui eum inquit
sed invicem tenetur ab eo cui alibi dicat. Tenuisti manum dexteram meam. Que tenetur et tenet. quo
iam cadere potest. Tenet fidei firmitate tenet devocionis affectu. Et nequaquam dominum tenet si non tenetur.

Tenet autem potentia et misericordia dei. Tenui illum nec dimittam donec introducam illum in domum matris mee
et in cubiculum genitricis mee. Magna ecclesie caritas que ne emule quidem synagoge suas delicias invidet.
Quid benignius ut quem diligit anima sua ipsum communicare parata sit et inimice. Nec mirum tamen quia salus ex
iudeis est. Ad locum unde exierat revertatur salvator ut reliquie israel salve fiant. Non rami ra-
dici non matri filii ingrati sint. Non rami radici invideant quod ex ea sumpsere. Non filii matri
quod de eius suxere uberibus. Teneat itaque ecclesia firmiter salutem quam iudea perdidit. Ipsa apprehendit
donec plenitudo gentium introeat et sic omnis israel salvus fiat. Velit in commune omnium venire vite salutem
que sit ab omnibus capiatur ut vel in singulis minuatur. Utique hoc facit et plus. Quid plus? Et
nomen sponsi illi optat et gratiam. Prorsus super salutem hoc incredibilis caritas si non sermo quem
locuta est ipse fecisset fidem. Dixit enim si advertisti. Velle se introducere quem tenebat non modo
in domum matris sue sed et in cubiculum quoque quod est prerogative indicium. Sufficiebat ad salutem
si domum intraret. At secretum cubiculi signat gratiam. Hodie ait huic domui salus facta est. Quid
nisi sit domestica salus salvatore ingresso domum. Sed que in cubiculum intrat accipe secreta sit
secretum suum sibi. Salus domui sit thalamo delicie reddantur. In domum matris mee introducam
eum inquit. In qua domum nisi de qua olim prenunciavit iudeis. Ecce relinquetur vobis domus vestra
deserta. Fecit quod dixit. Sic habes et de hoc testimonium eius in propheta. Reliqui autem domum meam
dimisi hereditatem meam. Et nunc ista pollicetur reducere illum et domui matris sue perditam salutem
restituere. Et si hoc parum videtur audi quid boni adiciat. Et in cubiculum genitricis mee. Cum ingre-
ditur thalamum sponsus est. Magna amoris potentia. Salvator indignabundus exierat de domo et
hereditate sua et nunc ad huius gratiam mitigatus inflectitur ita ut redeat non modo salvator sed
et sponsus. Benedicta tu a domino filia que indignationem compescis et hereditatem restituis. Iudea
tu matri tue tuo beneficio audit. Ecce venit salus veniet qui dicat illi. Salus tua ego sum. Non
sufficit hoc addat et dicat. Desponsabo te mihi in fide desponsabo te mihi in iudicio et iustitia. Despon-
sabo te mihi in misericordia et miserationibus. Sed in veritate quoque que has amicicias conciliat sponsa est.
Quid ergo sponse et hunc sponsum alteri credit ne dicam cupit. Non est ita. Cupit quidem illud matri filia
bona non tamen ut cedat illi sed ut communicet. Sufficit unus duabus nisi quod iam non erunt due sed una
in ipso. Ipse enim est pax nostra qui facit utraque unum ut sit una sponsa et sponsus unus ihesus christus
dominus noster qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Sermo octuagesimus primus

Quidam vero ut comperi iniquo animo ferunt quod esse iam per aliquot dies sub stupore et
admiratione sacrosanctorum inherere delectat. Sermo quem instruam aut nullus fuit aut exiguus
admodum moralium sale conditus. Id quidem preter solitum. Sed non que dicta sunt reminisci licet
non perdam nisi prius revolvam omnia. Ecce dicite si recordamini a quonam scripture loco cepit desuetu-
do hec ut rursum inde redeam. Memini est versiculi capitulum unde de quo totum presumimus.
Primo itaque repetendum principio. Unum inde. In lectulo meo per noctes quesivi quem diligit anima mea.
Ni fallor inde. Abhinc tum et deinceps tota fuit una in harum allegoriarum densa discussa ca-
ligine ponere in luce christi et ecclesie secretas delicias. Igitur redeamus ad indaganda moralia ut
eum intermissio potuit esse pigrum quod vobis commodum fuit. Atque hoc ita congrue fiat. Sed que dicta
sunt in christo et in ecclesia verbo et anime ea eadem intellectus assignemus. Sed dicet mihi aliquis quid tu duo ista con-
iungis. Quid enim anime et verbo? Multum per omnem modum. Primo quidem quia naturarum tanta cognatio est ut hec
ymago illa ad ymaginem sit. Deinde quod cognationem similitudo testetur. Nempe non ad ymaginem tantum
sed ad similitudinem facta est. In quo similis sit queris. Audi de ymagine prius. Verbum est veritas
est sapientia est iustitia et hec ymago. Cuius? Iustitie sapientie veritatis. Est enim ymago hec iustitia de
iustitia sapientia de sapientia veritas de veritate quasi de lumine lumen de deo deus. Harum rerum nichil est anima
quia non est ymago. Est tamen earundem capax appetensque et inde fortassis ad ymaginem. Celsa quippe
creatura in capacitate maiestatis in appetentia autem rectitudinis insigne preferens. Legimus quod deus hominem
rectum fecit quod et magnum capacitas ut dictum est probat. Oportet namque id quod ad ymaginem est cum
ymagine convenire et non inaniter participare nomen ymaginis quemadmodum nec ymago ipsa solo vel
vacuo nomine vocatur ymago. Habes vero de eo qui ymago est quia cum in forma dei esset non rapinam
arbitratus est esse se equalem deo. Vides tibi utique eius et in forma dei innui rectitudinem et in equa-
litate maiestatem ut cum rectitudini rectitudo magnitudini magnitudo comparatur conveniant duo altiusque
unde appareat quod ad ymaginem est et ymaginem sicut ymago quoque intellectus in utroque videtur illi cuius
est ymago. Nempe est ipse de quo scriptum david audisti in psalmo canentem. Nunc quidem magnus

lxxx

Dominus noster et magna virtus eius. Hinc vero rectus dominus noster et non est iniquitas in eo. Ab isto recto et magno deo sit ymago eius, ut et ipsa recta et magna sit. Habet anima que ad ymaginem est. Sed dicis: Nichilne ergo amplius sit ymago ab anima que ad ymaginem est, quod et huic rectum magnumque assignavimus? Et plurimum. Hec ad mensuram accepit, illa ad equalitatem. Sin non plus hec, adde et aliud. Huic utrumque aut creatio aut dignatio contulit, illi generatio. Utrumque id magnificentie esse non dubium est. Hincne hoc quidem eminentie esse quis ambigat, quod cum a deo huic, illi et de deo utrumque sit, id est de dei substantia? Est enim consubstantialis deo ymago sua, et omne quod eidem sive ymagini impertiri videtur ambobus est substantiale, non accidentale. Adhuc unum attende in quo ymago non parum eminet. Magnum et rectum ista duo natura a sese discrepare quis nesciat? In ymagine unum sunt. Neque hoc solum unum sunt et cum ymagine. Ymagini enim id non modo rectum est esse quod magnum esse, sed etiam id magnum rectum quod esse, quod est anime non ita. Et magnitudo eius et rectitudo ipsius diverse ab ea, diverse ab invicem sunt. Ita enim ut supra docui anima magna est quo capax eternorum, eo recta quo appetens supernorum. Que quidem non querit nec sapit que sursum sed que super terram, non plane est recta sed curva, cum tamen propter hoc magna esse non desinat, manens etiam utique sic eternitatis capax. Neque enim illa aliquando non capax erit etiam si numquam capiens fuit, ut sit quod scriptum est: Veruntamen in ymagine pertransit homo, ex parte tamen, ut eminentia ubi appareat de ipsa integritate. Quo enim a magno recto decidat, ubi quod sic ea utique sit ut sit que sit. Vel ideo ex parte ne si toto preteriret non superesset spes salutis. Nam si desinat magna esse, et capax. Nempe de capacitate ut dixi estimatur anime magnitudo. Quid vero sperare posset cum capax non foret? Itaque per magnitudinem quam retentat etiam perdita rectitudine in ymagine pertransit homo, veluti claudicans pede et factus filius alienus. De talibus enim vox dicitur: Filii alieni mentiti sunt michi, filii alieni inveterati sunt et claudicaverunt a semitis suis. Pulcre appellati sunt filii alieni. Ita filii propter retentam magnitudinem, alieni propter amissam rectitudinem. Nec dixisset claudicaverunt sed corruerunt aut quippiam tale, si de toto honore ymaginis excidisset. Nunc vero secundum magnitudinem quidem in ymagine pertransit homo, quantum vero ad rectitudinem veluti claudicans conturbatur et deturbatur ab ymagine, scriptura ita dicente: Veruntamen in ymagine pertransit homo, sed et frustra conturbatur. Frustra omnino. Nam sequitur: Thesaurizat et ignorat cui congregat ea. Cur ignorat? Nisi quia inclinans se ad hec infima et terrena thesaurizat super terram, prorsus ignorat de his que terre committit cui congregabit ea: tinee ne demolienti aut furi effodienti, hosti surripienti an igni devoranti. Et inde misero homini incurvanti se et incubanti his que in terra sunt flebilis vox illa de psalmo: Miser factus sum et curvatus sum usque in finem, tota die contristatus ingrediebar. In semetipso siquidem opprimitur veritate illius sapientis: Deus rectum hominem fecit, ipse autem se implicavit doloribus multis. Et continuo vox ludibrii ad eum: Incurvare ut transeamus. Sed unde venimus huc? Nempe inde cum docere vellemus rectum magnumque quo genuino bono diffiniri ymaginem necesse esse, nec tamen anima quemadmodum in verbo et cum verbo ea unum esse fideli eque assertione docuimus. Et de rectitudine quidem ex his que dicta sunt liquet quod diversa et ab anima sit et ab anime magnitudine, qua quidem ea etiam non existente et anima manet et magna. Verum magnitudinis anime quod diversitas unde docebitur? Non enim inde poterit unde rectitudinis anime quod monstrata est, cum non sicut rectitudine ita magnitudine sua privari anima possit. Non est tamen sua magnitudo anima. Verum et si anima non invenitur absque magnitudine sua, ipsa tamen et quod autem recipit querere ubi. In angelis. Inde quippe angeli unde anime magnitudo probatur, ex captu videlicet eternitatis. Si eo constitit animam discrepare a rectitudine sua quod ea carere possit, quid mirum eque liqueat esse diversa et a sua magnitudine qua se privam reddere non possit. Cum itaque nec illa in omni nec ista in sola sit anima, patet utramque indifferenter differre ab ea. Item nulla forma est id cuius est forma. Est autem magnitudo forma anime. Nec enim ideo non forma quod inseparabilis est illi. Hec siquidem sunt substantiales differentie, non modo proprie ipsa sed et propria quedam. Hoc etiam alie innumerabiles forme. Hec magis quam sua nigredo corvus, quam suus candor nix, quam sua risibilitas seu rationabilitas homo. Non igitur sua magnitudo anima. Non corvum sine nigredine, nec sine candore nivem, nec hominem qui non et risibilis sit et rationalis umquam reperies. Ita et anima et anime magnitudo, et si inseparabiles, diverse tamen ab invicem sunt. Quidni diverse, cum hec in subiecto, illa subiectum et substantia sit? Sola summa et increata natura que est Trinitas Deus hanc sibi vendicat meram singularemque sue essentie simplicitatem, ut non aliud et aliud, non alibi quidem et alibi, sive non modo et modo inveniatur in ea. Nempe in semet manens quod habet est et quod est, semper et uno modo est. In ea et multa unum et diversa in idem rediguntur, ut nec de multiplicitate rerum sentiat pluralitatem nec alteracionem de varietate sentiat. Loca omnia continet, et quecumque sunt ordinat locis, nequaquam contenta locorum. Tempora sub ea transeunt, non ei. Futura non expectat, preterita non recogitat, presentia non experitur. Recedat

a nobis hinc recedant non dyalectici sed heretici qui magnitudine qua magnus est deus et item bonitate
qua bonus est sed et sapientiam qua sapiens et iusticiam qua iustus postremo divinitate qua deus est deum
non esse impiissime disputant. Divinitate inquiunt deus est sed divinitas non est deus. Forsitan non dignatur
deus esse que tanta est ut deum faciat. Sed si deus non est quid est? Aut enim deus est aut aliquid
quod non deus aut nichil. Atqui non das deum esse sed nec nichilum quidem ut opinor dabis quam usque ad
eo necessariam esse deo fateris ut non modo absque ea deus esse non possit sed ea sit. Porro si aliquid est quod non
est deus aut minor erit deo aut maior aut par. At quomodo minor qua deus est? Restat aut maiorem
fateare aut parem. Sed si maior ipsa est summum bonum non deus. Si par duo sunt summa bona non
unum. Quod utrumque katholicus refugit sensus. Iam de magnitudine bonitate iusticia sapientia quod idem
per omnia quod de divinitate sentimus. Unum in deo sunt et cum deo. Nec enim aliunde bonus quam unde magnus
nec aliunde iustus aut sapiens quam unde magnus et bonus nec aliunde denique simpliciter hec omnia est quam unde
deus, et hoc quod non nisi seipso. Sed dicit hereticus: Quid? deum sine divinitate esse negas? Non. Sed eandem
divinitatem qua est deum nichilominus assero ne deo precellentius aliquid esse assentiam. Nam et magnitudine
dico magnum sed que ipse est ne maius aliquid deo ponam, et bonitate fateor bonum sed non alia quam
que ipse est ne melius ipso aliquid michi videar invenisse, et de ceteris in hunc modum. Securus et liber pergo
confessus ut aiunt pede in eius sententia qui dicebat deus non nisi ea magnitudine magnus est que est quod
ipse. Alioquin illa erit maior magnitudo quam deus. Augustinus hic est validissimus malleus hereticorum. Si quid
itaque de eo dici possit proprie verius congruentiusque dicetur: deus est magnitudo bonitas iusticia sapientia quam
deus est magnus bonus iustus aut sapiens. Hoc non continuo nuper in concilio quod papa Eugenius remis cele-
bravit tam ipsi quam ceteris episcopis perversa visa est et omnino suspecta expositio illa in libro Gilleberti
episcopi pictaviensis quam super boecii verba de trinitate sanctissima quidem atque katholica commentabatur. Hic non
pater est veritas id est verus, filius est veritas id est verus, spiritus sanctus est veritas id est verus, et hii tres simul
non tres veritates sed una veritas id est unus verus. Pro obscuritate presumptuosa commentator. Quam verius sanius que
per contrarium ita exposuisset: pater est verus id est veritas, filius est verus id est veritas, spiritus sanctus est verus id est veritas, et
hii tres unus verus id est una veritas. Quod quidem fecisset si sanctum Fulgencium dignaretur imitari qui ait:
Una quippe veritas unius dei immo una veritas unus deus non patitur famulum aut culturam creaturis.
Ac ne forte hereticorum et praesumptionis, quam veracissime de veritate loquentium, qui pure katholice quam sen-
tentiae quam contingit. Bonus corrector qui veracissime de veritate loquitur qui pure katholice quam sen-
tiret de vera et mera divine simplicitate substantie in qua nichil esse possit quod ipsa non sit et ipsa deus
ceterum multis aliis locis a rectitudine fidei liber ille prefati episcopi visus est discrepare
quorum manifestius unum pono. Ita dicente auctore cum dicitur deus de deo, deus pertinet ad substantiam, in
quorum vero causa adhuc unum pono ita dicente auctore: Absit quod assentiat katholica fides esse videlicet
commentator intulit non que est sed qua est. Ecce absit quod assentiat katholica fides esse videlicet
substantiam vel aliquam omnino rem qua deus sit et que non sit deus. Sed haec nunc iam contra ipsum loquimur
quippe qui in eodem conventu sive episcoporum humiliter acquiescens tam hec quam cetera digna reprehensione
inventa proprio ore dampnavit. Sed propter eos qui adhuc librum illum contra apostolicum utique promulgatum ibidem
interdictum transcribere et legitare feruntur contentiosius perseverantes sequi episcopum in quo ipse non stetit
et errores quos correctionis integrum habere malentes non solum autem, sed et propter vos occasione accepta de
verbi ymaginis et anime que ad ymaginem facta est opere precium credidi contra istud hunc facere ut siquis
forte eo aquis furtivis que dulciores videntur aliquid aliquid biberit, sumpto antidoto evomat
illud et expurgato mentis stomacho ad id quod sum prosecutionem intrans eorum de similitudine super est
accedentes puriora iam in gaudio non in rivis hauriat sed de fontibus salvatoris sponsi ecclesie Ihesu
christi domini nostri qui est super omnia deus benedictus in secula Amen. Sermo Octuagesimus primus.

Quid dicimus cum conventu tante ma-
iestati et tante paupertati ut more et amore sponsorum veluti ex equo sese complecti referantur
sublimitas illa et ista humilitas. Nam si vere id dicimus valde fiducia est; si falso, valde
presumenda audacia. Propterea ego de convenientia horum quendam fuit, que quidem iam multa inventa est, sed
non omnis. Quamvis enim vel nimis hebes non videat quod se e vicino respiciat ymago et quod ad ymaginem est
quorum utique unum ymi et alterum alti sermo si recolitis assignavit. Restabat de ymagine huius cetera
de similitudine demonstrata ibidem propinquitas est, nisi quod ipsa similitudo in quo vel in quibus potissimum
constet. Nunc iam intendamus huic declarationi ut quo anima plenius suam
cognoscet originem, eo amplius erubescat vitam habere degenerem, immo vero quod pro peccati deprehendit
in natura studeat reformare industria ut digne pro gratia dei quidem iam sese erigens ad amplexus
verbi fiducialiter accedat. Inquirat igitur ex hac divine ingenuitate similitudinis inesse sibi illa sue sanctitate

naturalem simplicitatem qua hoc est illi esse quod vivere et si non quod bene quod vero beate ut sit similitudo
non equalis. Gradus propinquus gradus tuus. Neque enim unius excellentie parte cum fastigii sunt. Hoc tamen
esse quod vivere et item tamen hoc esse quod beate vivere. Ergo si ubi est illud propter sublimitatem, hoc autem
propter similitudinem salva quidem eminentia ubi prelata est affinitas nature palam autem prerogativa. Et ut quod
dicitur planius fiat. Soli deo idem esse quod beatum esse atque hoc primum et purissimum et simplex. Secundum
autem simile huic est id videlicet tamen esse quod vivere atque hoc anime est. Ex hoc et si inferiori gradu ascen-
di potest non modo ad bene sed etiam ad beate vivendum, non quia vel tunc sit hoc esse quod beatum esse illi
qui eo pervenit quamvis ita glorietur per similitudinem ut tamen per disparitatem humilietur semper, ut dicant omnia ossa eius
dicat Domine quis similis tibi. Bonus tamen anime gradus ex quo et solo ad beatum ascenditur. Vita Sunt
namque viventia et horum genera duo, que senciunt et que non senciunt. Porro insensibilibus sensibilia preferuntur
atque utrisque vita qua vivunt et sentiunt. Non stabunt pariter in uno gradu vita et vivens. Multo magis
vita et que sit sibi vita. Vita anima est vivens quidem sed non aliunde quam seipsa ac per hoc non iam vivens
quam vita proprie est que infusa corpori vivificat illud ut sit corpus de vite presentia non vita sed vivens.
Unde liquet nec vivo quidem corpore illud vivere esse quod esse cum esse et inde vivere possit. Multo
magis que vite copia sunt ad hunc gradum assurget. Sed nec omne quod vita dicitur vel est continuo
valebit pertingere hunc. Est pecorum est et arborum vita sensu altera viget altera caret. Sed neutri
tamen id esse quod vivere est, tum ut quidem multorum opinio est ante in elementis quam vel illa in membris
vel ista in ramis extiterint. Sed secundum hoc cum desinunt vivificare, sic vivere cessant, si non et esse.
Solvuntur partes et dissolvuntur tamquam non alligate tantum sed et colligate. Neque enim unum simplex est
queque harum sed ex pluribus constans, et ipsa non redigitur in nichilum sed dissilit in partes ut
ad suum queque redeat principium, ubi causa aer ad aerem, ignis ad ignem et reliqua in hunc modum.
Nequaquam igitur tali vite idem esse et vivere est, que est et quam non vivit. Porro nichil horum quibus
non hoc esse quod vivere sit, ad bene beate quam vivendum quoque proficiet vel emerget. Quippe quod
neque ad hunc inferiorem gradum potuit pervenire. Sola que in ipso stare cognoscitur anima, huius in
eo dignitatis creata est, vita a vita, simplex a simplici, immortalis ab immortali, ut non sit longe
a summo gradu, ubi scilicet id esse quod beate vivere est, in quo solus stat beatus et solus potens rex regum
et dominus dominantium. Percepit itaque in sui conditione anima et si non esse posse esse beatam, summo proinde
gradui quem talis appropians non pertinges tamen. Neque enim vel ipsi ut superius diximus hoc erit aliquando esse
quod beatum esse, nec quamvis beata erit confitetur similitudinem equaliter. Verumtamen vi causa vita de vita
et anima est talis quidem sed dispar. Porro simile quam vita, quam seipsa vivens, quam non tantum vivens sed et vi-
vificans, sicut et ille. Hec omnia est dispar vero quoniam a creante creata. Dispar quam ut nisi creata ab illo
non esset, sic nisi ab ipso vivificata non viveret. Non vivere dico sed spirituali vita. Pro naturali quidem eo
que non spiritualiter vivit immortaliter vivat necesse est. Sed qualis vita in qua sciens foret non nasci
quam non ab ea mori. Mors peccatum est et ideo gravior quam pena, non nature. Demumque mors peccatorum pes-
sima. Ergo que secundum carnem vivit anima vivens mortua est. Quippe cum bonum erat ei non vivere
quam sic vivere. A qua nimirum vitali quadam morte nunquam resurget nisi per verbum vite, immo
per verbum vitam viventem utique et vivificantem. Ad hoc immortalis est anima, et in hoc nichil verbo simile
quidem sed non equalis, nam intantum supercellit immortalitas deitatis ut apostolus dicat de deo
quam solus habet immortalitatem. Quod ego reor propterea dictum quod solus sit natura immutabilis deus qui ait
Ego dominus et non mutor. Vera namque et integra immortalitas tam non recipit mutationem quam nec finem
quod omnis mutatio quedam mutatio mortis sit. Omne enim quod mutatur, dum de uno ad aliud transit
esse quodammodo necesse est moriatur quod est ut esse incipiat quod non est. Quod si tot mortes quot
mutationes, ubi immortalitas? Et huic vanitati ipsa creatura subiecta est non volens sed propter eum qui
subiecit in spe. Sed tamen immortalis anima est quoniam cum ipsa sibi vita sit sicut non est quo cadat a se, sic non
est quo cadat a vita. Verum cum constet suis affectibus mutari, eam agnoscat ita se deo immortalitate
similem ut sciat deesse non modicam immortalitatis partem, soli cedens absolutam perfectamque immortalitatem,
apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Non mediocris tamen anime dignitas preter dis-
putationem comperta est que gemina quadam vicinitate nature verbo appropiare videtur, simplicitate essentie
et perpetuitate nature. Sed enim adhuc occurrit quod inde perhibeo. Nec enim minus insignem parem ve-
rbo animam facit. Et forte etiam plus. Arbitrii libertas est hec. Divinum quoddam prefulgens in anima
tamquam gemma in auro. Ex hac nempe inest illi inter bonum quidem et malum necnon inter vitam

et morte Sed nichilominus inter lucem et tenebras / et cognicio iudicij et opcio eligendi / et siqua sunt alia que
similia ita animum humanum sese ex regione respicere videant / et nichilominus inter ipsa consistorium quoddam arbiter
id anime oculus diiudicat et distinguit sicut arbiter in discernendo ita in eligendo liber. vnde et liberum
vocatur arbitrium quod liceat versari in hiis pro arbitrio voluntatis / Inde homo ad promerendum potens Omne et
enim quod feceris bonum malum quod quod quidem non facere liberum fuit merito ad meritum reputatur Et ut
merito laudatur non is tantum qui potuit facere malum et non fecit sed et qui potuit non facere bonum et
fecit / Ita malo non caret merito tam is qui potuit facere non mala et et fecit quam qui potuit facere
bona nec fecit Ubi autem non est libertas nec meritum proinde que sunt racione carencia animalia meritum non habent
quia sicut deliberacione ita libertate carent Sensu aguntur feruntur impetu rapiuntur appetitu Neque enim
iudicium habent quo se diiudicent sive regant / sed nec instrumentum quidem iudicij id est racionem Inde est
quod non iudicantur quia non iudicant Qua namque racione ab hiis exigatur racio qua non acceperunt /
hanc vim a natura solus homo non patitur et ideo solus inter animancia liber / et tamen interveniente peccato
patitur quandam vim et ipse / sed a voluntate non a natura ut nec sic quidem ingenita libertate privetur
Quod enim voluntarium et liberum Et quidem peccato factum est ut corpus quod corrumpitur aggravet animam
sed amore non mole Nam quod surgere anima per se iam non potest que per se cadere potuit voluntas in
causa est que corrupti corporis viciato ac vicioso amore languescens et iacens amorem pariter iusticie
non admittit Ita nescio quo pravo et miro modo ipsi sibi voluntas peccato quidem in deterius mutata
necessitatem facit ut nec necessitas cum voluntaria sit excusare valeat voluntatem nec voluntas cum sit illecta
excludere necessitatem Est enim necessitas hec quodammodo voluntaria Est favorabilis vis quedam premendo bla-
diens et blandiendo premens Unde sese rea voluntas nisi semel peccato consenserit nec excusare
iam potest nec excusare causasque relaxatione (?) de racione queat Inde querula illa vox veluti gementis
sub onere necessitatis huius / Domine inquit vim pacior responde pro me Sed rursus sciens quod non iuste cau-
saretur adversus deum cum voluntas sua ipsius pocius in causa foret Attende quid sequitur intulerit
Quid dicam aut quid respondebit michi cum ipse fecerim / premebatur nimirum (?) / non alio tamen quam cupida volun-
tate servitutis et erat pro servitute quidem miserabilis sed pro voluntate inexcusabilis / Voluntas enim est
que se cum esset libera servam fecit peccati peccato consenciendo / voluntas nichilominus est que se sub peccato tenet
voluntarie serviendo / vide quid dicas. aut aquis in statu voluntarium dicis quod iam necessarium constat
esse Unum quidem est quod voluntas seipsam adduxit sed non ipsa se retinet magis retinetur et volens Ut
hoc saltem das quia retinetur / sed vigilanter retine voluntatem esse quam retineri fateris / Itaque volun-
tatem volentem dicis non utique voluntas retinetur non volens Voluntas enim volentis est non nolentis
Ergo si volens retinetur ipsa se retinet Quid ergo dicet aut quid respondebit ei cum ipsa fecit Quid fecit
Servam se fecit Unde dicatur Quoniam facit peccatum servus est peccati proinde cum peccavit peccavit ante cum peccato
obedire decrevit / servam se fecit / sed sit libera si adhuc non facit / Facit autem in eadem servitute se
retinendo Neque enim non volens voluntas tenetur voluntas enim est Ergo quia volens servam se ipsa non
modo fecit sed facit / merito proinde quod sepe incorruit (?) est quis respondebit illi cum ipsa fecit et ipsa
faciat / Sed non me inquis detrecte facies necessitatem quam pacior. quam in memetipso experior cum
qua et assidue luctor Ubi nam queso hanc necessitatem sentis Nonne in voluntate Non ergo penitus
fuerint vis quod et necessario vis auxilium vis quod nolle nequeas ne in illud obluctaris porro ubi voluntas
et libertas Quod tamen dico de naturali non de spirituali qua libertate ut ait apostolus christus nos liberavit Nam
de illa ipse idem dicit Ubi spiritus domini ibi libertas Ita anima miro quodam et malo modo sub hac volun-
taria quadam et male libera necessitate et ancilla tenetur et libera ancilla propter necessitatem libera propter
voluntatem Et quod magis mirum magisque miserum est eo rea quo libera eo quod ancilla quo rea ac
per hoc eo ancilla quo libera Miser ego homo quis me liberabit a calumpnia huius pudende servitutis
Miser sed liber / liber quia homo miser quia servus liber quia similis deo miser quia contrarius deo O custos
hominum quare me posuisti contrarium tibi Posuisti enim cum tu non prohibuisti Alioquin ipse me posui et factus sum
michimetipsi gravis Iustissime quidem ut hostis tuus sit hostis meus et qui tibi repugnat et michi
Ego vero qui tibi ego qui michimetipsi contrarius factus sum atque in membris meis invenio quod contradicat
et menti mee et legi tue Quis me liberabit de manibus meis Non enim quod volo hoc ago sed
me non alio prohibente Et quod odi illud facio, sed me non alio compellente Atque utinam prohibicio
et compulsio ita esset violenta ut non esset voluntaria forsitan enim sic possem excusari
aut certe ita esset voluntaria ut non violenta profecto enim sic possem corrigi Nunc vero miser
excusabilis (?) misere patet quomodo et voluntas ut dixi inexcusabilem et incorrigibilem necessitas facit.

Quis me eripiet de manu peccatoris et de manu contra legem agentis et iniqui. Queris quis de quo
quis querat / de me. Ego ille peccator / ille contra legem agens ille iniquus / peccator quia peccavi. Contra legem quia voluntate
persisto agere contra legem. Nam mea voluntas ipsa est lex in membris meis / legi domini rebellis. Et quia
lex domini lex mentis sicut scriptum est lex dei eius in corde ipsius / propter hoc et mentis ipsius mea ipsius voluntas
invenitur contraria que est iniquitas maxima. Iniquus enim non est qui non sit sibi equus. Ego vero neque equus neque bonus
confiteor non sum bonus quia non est in me bonum. Consolabor me tamen quia et Paulus scio inquit
quia non est in me bonum / distinxit tamen quod dicit in se id est in carne sua militantis et contradicentis
legem que in ea est. Nam habet legem et in mente eamque meliorem nimirum legem dei bonam. Et si malus
propter legem malam quare non propter bonam bonus. Sane mala sua est que est in carne sua et ideo a mala
malus et nunc bonus de bona. Nonne ita lex dei erat in mente ipsius / atque ita in mente ut sit et mentis
testis est ipse qui ait video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Numquid sum quod
carnis sue est / et non sum quod mentis sue est. Ego dico et plus. Quid enim dicam quod idem ipse magister
dicit. Itaque mente servio quidem legi dei carne autem legi peccati. Quid magis suum fateatur / evidenter ostendit.
Id malum quod in carne est ita a se alienum censuit ut diceret. Itaque iam non ego operor illud
sed quod habitat in me peccatum. Et ideo fortassis signanter aliam dixit legem inventam in membris suis
quod alienam hanc et quasi adventitiam reputaret. Verum et adhuc ego audeo aliquid amplius haud temere
quidem. videlicet non iam malum propter malum quod in carne habet / magis autem bonum propter bonum quod in mente habet.
Sane non bonus qui consentit legi dei quoniam bona est. Nam et si se eundem fateatur servire legi peccati carne
hoc facit non mente. Sed autem mente quidem servit legi dei carne autem legi peccati. Quid nam potissimum
horum Paulo imputandum putas tu videris. Nam michi fateor facile persuasum quod mentis quam quod carnis
est plus esse. Nec solum michi sed et ipsi Paulo qui ut iam dictum est ait. Si autem quod nolo hoc facio
iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. Sed de libertate ista sufficiat. In libello quem
de gratia et libero arbitrio scripsi diversa fortassis de ymagine et similitudine disputata leguntur. Sed ut
arbitror non adversa / legistis illa / ista audistis / quenam magis probetis vestro iudicio derelinquo. Vel si
quid melius utrisque sapitis / in hoc gaudeo et gaudebo. Sit quoquo illa se habeant / tria quedam incomparabiliter
precipua commendata tenetis / simplicitatem immortalitatem libertatem. Sed hec vobis liquido iam apparere
arbitror / animam in ingenita atque ingenua similitudine que in hiis tam eminenter claret / non parvam cum
verbo habere affinitatem sponso ecclesie ihesu christo domino nostro qui est super omnia deus benedictus in secula / Sermo lxxxii

Quid vobis videtur / possumne iam regredi ad propositum ordinem unde digressi sumus / Quia
patet principiis verbi et anime / propter que utique demonstranda digressio ipsa facta est / possemus
ut michi videtur / nisi parum quod dubitatis in hiis que dicta sunt adhuc residere sentirem.
Fraudare volo non libenter preterea quod vobis utile putem. Et quo id audiam de hiis presertim que vobis
accipio dico horum aliquid aliquem interloquendum / de hiis que suggerebat spiritus et si non infideli mi
tamen ... retentatem et ... ut habet quod dicit de ... Et ecce vox ad
et quidem ei visum est. Donec illud tenebis aliud non accipies. Quid si retinuissem non providendo sue
inopie non fratribus profectibus invidendo. Sermone inito et hoc ipsum quod videbat sibi auferretur ab eo
duo quidem longe a suo vero faciat deus sic si fecit. Sic michi ingerit habundancius dignetur
fons ille indeficiens sapientie salutaris quo sine invidia vobis communicavi et refudi quemque in infundere
hactenus dignatus est ipse. Si ego vos fraudo a quo iam non vereor ipse fraudari / ne adeo quidem
est itaque in hiis que dicta sunt aliquid quod ut vereor ego offendiculum dare queat si non complanetur.
Et ni fallor sunt de hiis stantibus quibus iam simpliciter monuit quod dicere volo. Trina illa ubi simili
tudo quam anime assignavimus immo quam insignitam agnovimus inseparabiliter ne quia etiam inseparabilis illi esse
visa fuit vobis. Id quidem videatur aliquibus scripturarum testimoniis obviare ut ubi gratia est illud in psalmo
homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Et item
illud commutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum. Sed et quod apte dictum est in
persona dei existimasti inique quod ero tui similis. Et pleraque alia que similitudinem dei in homine per
peccatum deletam concorditer asseverare videntur. Quid ergo dicemus ad hec. Tria illa in deo iudice esse et sic
alia quecunque in quibus similitudinem assignemus aut esse quidem in deo sed non in anima. Et ne sic quidem
in hiis similitudinem invenimus aut esse et in anima sed posse etiam non esse ac per hoc non inseparabilia esse.
Absit. Et ideo et in anima sunt et sic insunt. Nec est quod nos aliquid horum dixisse peniteat / itaque
non quia similitudo ista deleta sit loquitur sed quia alia superducta. Non plane anima nativam sic exuit formam

sed superinducit. Porro illa addita, non ista perdita est, et que superveniunt obscurare ingenuitatem potuit sed non
exterminare. Denique obscuratum est insipiens cor eorum apostolus ait. Et propheta: Quomodo obscuratum est aurum, mu-
tatus est color optimus. Obscuratum aurum plangit, sed aurum tamen; mutatum colorem optimum, sed non fundamentum
coloris evulsum. Manet in fundamento prorsus inconcussa simplicitas, sed minime apparet, duplicitate operta
fucate dolositatis, simulationis, ypocrisis. Quomodo vero simplicitati duplicitas admisceatur? Quam indigne
tali fundamento talis structura committitur. Huiusmodi ergo versutia serpens induerat cum se ut deciperet compella-
bilem avidum exhibebat, simulabat amicum. Huiusmodi quod seducti ab eo paradisi incole induerunt ergo cum pudendam
iam nuditatem tegere conarentur, et umbra frondosi ligni et frondium succinctoriis et verbis excu-
satoriis. Simulate contue et deinceps omnem posteritatem hereditarium ypocrisis virus infecit. Quem dabis
de filiis Adam qui quod est non dico velit, sed vel patiatur videri? Sed perseverat nichilominus in omni
anima cum originali duplicitate generalis simplicitas ut de collatione confusio augeatur. Perseverat eque
immortalitas, sed fuscata et tamen irruente tenebrosa mortis corporee caligine. Nam et si non privatur
vita, vite tamen bustiatio suo corpori iam non sufficit vendicare. Quid quod ne sua quidem spiritualem dulcapot
vitam retinet, ergo anima nempe que peccavit ipsa morietur. Porro ista morte dupliciter incursante, illa
qualiscumque immortalitas quam retentat tenebrosa satis redditur et misella. Adde quod appetentia
terrenorum, que quidem omnia ad interitum sunt, densat tenebras, ita ut in anima sit invicte nil apparente
aliqua nisi pallida facies et ymago quedam mortis apparere cernitur. Cur non enim quod immortalis
est, similia sibi immortalia appetit, et etiam ut quod est appareat et quod facta est vivat? Ceterum
contraria sapit et querit, et mortalibus sese consuetudine degenerem conformans, immortalitatis candorem
quodam mortifere consuetudinis piceo colore denigrat. Quid nisi mortalium appetitus immortalem
mortalium similem, immortalium dissimilem faciat? Qui tangit picem, ait sapiens, inquinabitur ab ea. Sic ergo
mortalibus mortalitatem se induit, et immortalitatis veste manente mortis similitudine decoloratam non exuit.
Quam attende quo eius anima immortalis sue glorie fuco immortalitatis mortalitatis induxit, mortalia utique
affectando. Utquid enim cum immortalis esset mortalia non contempsit, et transitoria contenta ergo similibus
immortalibus et eternis? Vidit mulier lignum quod esset pulchrum oculis et aspectu delectabile ac suave ad
vescendum. Non est tua, o mulier, ista suavitas, ista delectatio, istaque pulchritudo. Et si tua pro parte sub-
non tua solius, sed quibus cunctis animantibus tue. Tua quoque vere tua est aliunde et alia. Nam etiam est de eternitate.
Quid tu animo tue alterius formam, ymmo deformitatem imprimis alienam? Cum vero quod delectat te rem
eam perdere timet, et timor color est. Sed libertatem dum tangit tegit et eam nichilominus denuo reddit dissimilem.
Quam indignius sua origine nichil cupet ubi nichil metuet, at pro hoc a simili timore isto ingenuitas ergo
defendet libertatem manentem in vigore et decore suo. Heu non est ita. Mutatus est color optimus. Fugitas
et latitas. Audis vocem domini dei et abscondis te. Cur hoc? Nisi quia que amabas times, et libertatis
speciem forma similis occultat. Sed et voluntaria illa necessitas et contra legem inflicta membris de qua proprio
sermone disserui eidem inculcat libertati, et libera natura creatura per ipsam ipsius voluntate deum allicit
subiacet servituti, implens facie eius ignominia ita ut vel carne serviat legi peccati et non volens. Quia
ergo nature ingenuitatem morum probitate defendere neglexit, iusto auctoris iudicio factum est non quidem
ut libertatem propriam nudaret, sed tamen superinduceretur sicut diploide confusione sua. Et bene sicut diploide
ubi veste veluti duplicata manente libertate propter voluntatem servilis nichilominus quasi pro necessitate.
Hoc de simplicitate, hoc de immortalitate anime addendum est, et nil tamen in ea si bene consideres apparebit
quod non sit istiusmodi similitudinis partim et dissimilitudinis diploide adopertum. Enim non diploide ubi non
innata, sed affixa et quadam quasi acu peccati assuta est, simul simplicitati mors immortalitati, necessitas
libertati. Neque enim essentie simplicitati prescribit duplicitas cordis, non nature immortalitatis mors
aut voluntaria peccati aut necessaria corporis, non arbitrii libertati necessitas voluntarie servitutis. Ita bona nature
mala adventicia dum non succedunt sed accedunt turpant utique ea, non consumunt; conturbant, non deli-
bant. Inde anima dissimilis deo, inde dissimilis est et sibi, inde comparata iumentis insipientibus et similis facta
est illis. Inde quod legitur commutasse gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum. Inde homines tamquam
vulpes duplicitatis et fraudis foveas habent. Et quod parcos vulpium se fecerunt, partes vulpium erunt. Inde
inmota salomonem unus ortus hominum et iumentorum. Quid nisi similiter occat qui similiter vivit, amore bestiali incu-
bit tenens more bestiali concubet tibi. Audi aliud. Quid mirum si similem fecerint optime qui et similem
hominum introitum unde enim hominibus nisi de similitudine bestiali ille tam intemperans ardor in pro conti-
tari immoderatus dolor in partu. Ita ut homo in conceptu et ortu, in vita et morte comparatus est iumentis
insipientibus et similis factus est illis. Quid quod libera creatura ergo subditum appetitum non regit ut domina, sed
sequitur et obsequitur ut ancilla. Porro et in hoc se assimulat et annumerat ceteris animantibus que

naturam non in libertate voluntatis, sed condidit in servitute, servire suo ventri appetitui obedire. Hunc ergo
tali confundit responsione: presumpsit (?) vel existimari similis Deus. Ideo quod ait: Existimasti inique quod ero tui similis. Et infert:
Arguam te et statuam contra faciem tuam. Non est sese videntis anime deum existimare similem sibi. Dubitarat qualis
mea est pravitas et inique. Huiusmodi namque arguitur: Existimasti inique, ait, et non dicit existimasti animam
vel existimasti Deum quod ero tui similis. Sed si statuatur iniquus contra faciem suam et contra vultum quendam morbidum
putridumque vitiorum hominis sui sistatur, ut dissimulare aut declinare non queat ipsius veritate constrictus sue,
si videat vel intueatur sordes peccatorum suorum vitiorumque inspiciat deformitatem, nequaquam poterit iam existi-
mare Deum fore similem sibi, sed quasi diffidens pro tanta dissimilitudine quam videbit, puto exclamabit et dicet:
Domine quis similis tibi? Duo quidem dictum per voluntaria illa et ~~nativa~~ dissimilitudine novicia, nam prima similitudo
manet. Et ideo plus illa displicet quam ista manet. Quantum bonum ista, quantumque malum illa, ex mutua
tamen collatione utraque res in genere suo vel eminet. Cum ergo anima in se una tantam rerum distantiam cernit,
quid ni clamet inter spem et desperationem pro ~~tanto malo~~ utique posita: Domine quis similis tibi? Trahitur in de-
sperationem pro tanto malo, sed revocatur in spem a tanto bono. Inde est ut quo sibi plus displicet in malo
quod in se videt, eo se ardentius ad bonum quod eque in se conspicit trahat, cupiat esse talis ad quod facta est,
simplex et recta et timens Deum ac recedens a malo. Quidni accedere possit a quo decedere potuit? Quod tamen als recede(re) p(otui)t / ad ad accede(re) p(ossi)t
utrumque dixerim de gratia presumendum, non de natura, sed nec de industria quidem. Nempe sapientia vincit maliciam,
non de industria vel natura. Nec deest occasio presumendi. Ad Verbum est conversio eius. Non est apud Verbum occasio (?)
anime generosa cognatio de qua triduo iam tractavimus, et cognationis testis similitudo perseverans. Dignum
admittit in proprietate spiritus similem in natura. Et certe de ratione nature similis similem querit. Vox requirentis:
Revertere Sunamitis, revertere ut intueamur te. Intuebitur similem quem dissimilem non videbat, sed et se intuendum
prestabit. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Puta ergo de difficultate
magis quam de impossibilitate illam venire percunctationem: Domine quis similis tibi? Aut si hoc magis probas, vox
est admirantis. Admiranda prorsus et stupenda illa similitudo quam Dei visio comitatur, ymmo que Dei
visio est. Ego autem dico in caritate. Caritas illa similitudo est. Quis non stupeat caritatem Dei spreti
et revocantis? Merito iniquus arguitur ille superius inductus, qui Dei similitudinem usurpans sibi, cum diligeret
iniquitatem, neque se posset diligere neque Deum. Sic enim habes: Qui diligit iniquitatem odit animam suam.
Sublata ergo de medio iniquitate, que causam ex parte est dissimilitudinis facit, erit unio spiritus, erit mutua
visio mutuaque dilectio. Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est, eritque ad
alterutrum casta et consummata dilectio, agnitio plena, visio manifesta, coniunctio firma, societas individua,
similitudo perfecta. Tunc cognoscet anima sicut cognita est, tunc amabit sicut amata est, et gaudebit
sponsus super sponsam, cognoscens et cognitus, diligens et dilectus, Ihesus Christus dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Sermo lxxxiii.

Quantum quidem regularis hora permisit quam
nobis constitutus ad loquendum, triduum hoc in demonstranda Verbi anime quam affinitate consumptum
est. Quae utilitas in omni labore isto? Nempe hec: Docuimus omnem animam, licet oneratam pecca-
tis, vitiis irretitam, captam illecebris, exilio captivam, corpore incarceratam, luto herentem, infixam limo, affixam
curis, distentam negotiis, contractam timoribus, afflictam doloribus, erroribus vagam, sollicitudinibus anxiam,
suspicionibus inquietam, et postremo advenam in terra inimicorum, iuxta prophete vocem coinquinatam cum mor-
tuis, deputatam cum hiis qui in inferno sunt; licet inquam sic dampnatam et sic desperatam, docuimus tamen
hanc in se sese posse advertere non modo unde respirare in spem venie, in spem misericordie queat, sed
etiam unde audeat aspirare ad nuptias Verbi, cum Deo inire fedus societatis non trepidet, suave amoris
iugum cum rege ducere angelorum non vereatur. Quid enim non tute audeat apud eum, cuius se insignem
cernit ymagine, illustrem similitudine novit? Quid inquam vereatur de maiestate, cui de origine fiducia
datur? Tantum est ut curet nature ingenuitatem vite honestate servare, ymmo celeste decus quod
ab originali inest dignis quibusdam studeat morum affectuumque venustare et decorare coloribus.
Utquid enim dormitet industria? Grande profecto in nobis donum nature ipsa est, que si minus suas
exequatur partes, nonne quod reliquum est natura in nobis totum turpabit, et totum quasi quadam vetustatis
operietur rubigine? Id quidem iniuria auctoris. Et utique ad hoc auctor ipse Deus divine insigne generositatis
perpetuo voluit in anima consistere, ut semper haberet in se de Verbo quo admoneatur semper aut stare cum
Verbo aut redire si mota fuit. Non mota quasi locis migrans aut pedibus gradiens, sed mota sicut
utique substantia spiritualis movetur, cum suis affectionibus, ymmo defectibus, a se quodammodo in peius vadit,
cum se sibi vite et morum pravitate dissimilem facit, reddit degenerem. Hec tamen dissimilitudo non nature
abolitio, sed vitium est, bonum ipsius nature quantum sui comparatione attollens, tantum fedans contagione.
Iam vero anime reditus conversio eius ad Verbum, reformande per ipsum, conformande ipsi. In quo? In caritate.

Sic enim: Estote imitatores dei et ambulate in dilectione sicut et christus dilexit nos. Talis conformitas
maritat animam verbo, cum cui videlicet similis est per naturam, similem nichilominus ipsi se exhibet per voluntatem diligens sicut
dilecta est. Ergo si perfecte diligit, nupsit. Quid hac conformitate iocundius? quid optabilius caritate, qua
fit ut humano magisterio non contenta per temet, o anima, fiducialiter accedas ad verbum, verbo constanter inhereas,
verbum familiariter percuncteris consulasque de omni re, quantum intellectu capax, tantum audax desiderio? Vere
spiritualis sanctique connubii contractus est iste. Parum dixi contractus: complexus. Complexus plane, ubi idem
velle et nolle idem unum facit spiritum de duobus. Nec verendum ne disparitas personarum claudicare in aliquo
faciat convenientiam voluntatum, quia amor reverentiam nescit. Ab amando quippe amor, non ab honorando
denominatur. Honoret sane qui horret, qui stupet, qui metuit, qui miratur: vacant hec omnia penes
amantem. Amor sibi habundat; amor ubi venit, ceteros in se omnes traducit et captivat affectus.
Propterea que amat amat, et aliud nichil novit. Ille qui honore merito, miraculo stupore et miraculo est,
amari tamen plus amat. Sponsus et sponsa sunt. Quam queris aliam inter sponsos necessitudinem vel conne-
xionem preter amari et amare? Hic nexus vincit etiam quem natura arcius nodavit, parentum ad fi-
lios. Denique propter hoc, ait, relinquet homo patrem suum et matrem suam et adherebit sponse. Vides affectum
istum quod sit in sponsis non in ceteris tantum affectibus, sed etiam seipso potentior? Adde quod iste sponsus
non modo amans, sed amor est. Numquid honor? Contendat quis esse; ego non legi. Legi autem quod deus
caritas est, non quod honor est legi. Non quia honorem non vult deus, qui ait: Si ego pater, ubi est honor
meus? Verum id pater. Sed si sponsum se exhibeat, puto quia mutabit vocem et dicet: Si ego sponsus,
ubi est amor meus? Nam et ante ita locutus est: Si ego dominus, ubi est timor meus? Exigit ergo
deus timeri ut ~~deus~~ dominus, honorari ut pater, et ut sponsus amari. Quid in his prestat, quid eminet?
Nempe amor. Absque amore et timor penam habet, et honor non habet graciam. Servilis est timor quem
ab amore non manumittit; et qui de amore non venit honor, non honor sed adulacio est. Et quidem
soli deo honor et gloria, sed horum acceptabit neutrum deus, si melle amoris condita non fuerint. Is per se
sufficit, is per se placet et propter se. Ipse meritum, ipse premium est sibi. Amor preter se non requirit causam, non
fructum. Fructus eius usus eius. Amo quia amo, amo ut amem. Magna res amor, si tamen ad suum
recurrat principium, si sue origini redditus, si refusus suo fonti semper ex eo sumat unde iugiter fluat.
Solus est amor ex omnibus anime motibus, sensibus atque affectibus, in quo potest creatura, et si non ex equo, re-
spondere auctori vel de simili mutuam rependere vicem. Ubi gratia sui irascatur deus, non ego illi
similiter reirascar; non utique si paveo, sed contremiscam, sed veniam deprecabor. Ita si me arguat, non redar-
guetur a me, sed ex me potius iustificabit; nec si me iudicabit, iudicabo ego eum, sed adorabo; et sal-
vans me non querit a me ipse salvari, nec vicissim eget ab aliquo liberari qui liberat omnes. Si dominatur,
me oportet servire; si imperat, me oportet parere, et non vicissim ab eo vel servicium exigere vel obsequium. Nunc iam
videas de amore quam aliter sit. Nam cum amat deus, non aliud vult quam amari, quippe non ad aliud amat
nisi ut ametur, sciens ipso amore beatos qui se amaverint. Magna res amor, sed sunt in eo gradus.
Sponsa in summo stat. Amant enim et filii, sed de hereditate cogitant; quam dum verentur quomodo amittere,
ipsum a quo expectant hereditatem plus reverentur, minus amant. Suspectus est michi amor cui aliud quid adipiscendi
spes suffragari videtur. Infirmus est qui forte spe subtracta aut extinguitur aut minuitur. Impurus
est qui aliud cupit. Purus amor mercenarius non est. Purus amor de spe vires non sumit, nec
tamen diffidencie dampna sentit. Sponse hic est, quia hoc sponsa est quecumque est. Sponse res et spes unus
amor est. Hoc sponsa habundat, hoc contentus est sponsus. Nec is aliud querit, nec aliud illa habet.
Hinc ille sponsus et sponsa illa est. Is sponsis proprius, quem alter nemo attingat, ne filius quidem.
Denique ad filios clamat: Ubi est honor meus? et non: Ubi amor meus? Dans agnoscere sponse pro-
gativam. Sed et iubetur homo honorare patrem suum et matrem suam, et de amore tacet; non quod non
amandi sint parentes a filiis, sed quia multi filiorum honorare parentes magis quam amare affecti sunt. Esto quod
honor regis iudicium diligat, sed sponsi amor, ymmo sponsus amor, solam amoris requirit vicem
et fidem. Liceat proinde redamare dilecte. Quomodo non amet sponsa, et sponsa amoris? Merito
cunctis renuncians affectionibus aliis, soli et tota incumbit amori, que ipsi vicem rependere amori habet in reddendo
amore. Nam et cum se tota effuderit in amorem, quantum est hoc ad illius fontis perpetuum profluvium? Non plane
pari ubertate fluunt amans et amor, anima et verbum, sponsa et sponsus, creator et creatura, non
magis quam sitiens et fons. Quid ergo? peribit propter hoc et ex toto evacuabitur nupture votum, desiderium suspi-
rantis, amantis ardor, presumentis fiducia, quia non valet ex equo currere cum gigante, dulcedine cum
melle contendere, lenitate cum agno, candore cum lilio, claritate cum sole, caritate cum eo qui caritas est?
Non. Nam et si minus diligit creatura quia minor est, tamen si ex tota se diligit, nichil deest ubi totum
est. Propterea ut dixi, sic amare nupsisse est, quia non potest sic diligere et parum dilecta esse, ut in consen-

duorum integrum stet perfectumque connubium. Nisi quis dubitet etiam a Verbo et prius amari et plus. Prorsus et prae-
venit amando et vincit. Felix quae meruit praeveniri in benedictionibus dulcedinis. Felix cui tantae
suavitatis complexum experiri donatum est. Quod non est aliud quam amor sanctus et castus, amor suavis et
dulcis, amor tantae serenitatis quantae sinceritatis, amor mutuus intimus validusque qui non in carne una sed uno
plane in spiritu duos iungat, duos faciat iam non duos sed unum, Paulo ita dicente: Qui adhaeret Deo
unus spiritus est. Et nunc potius eam super his audiamus quam facile magistram de omnibus fecit et magistra
unctio et frequens experientia. Nisi id melius fortassis in aliud sermonis principium, ne rem bonam coarctemus
inter angustias temporis iam hoc modo finiendi, et parcius faciendo finem ut famelicam tempestive con-
veniamus eas ad delicias sanctae animae quibus beata fruitur cum illo et de sponso utique suo Iesu Christo
Domino nostro qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen. 1472. fer. vta an [illegible]

Expliciunt sermones beati Bernhardi Clarevallensis abbatis super Cantica canticorum.

Incipit liber primus sancti Bernhardi de consideratione ad Eugenium papam.

Subit animum dictare aliquid quod te papa beatissime Eugeni vel aedificet vel delectet vel a
consoletur. Sed nescio quomodo vult et non vult exire laeta quidem sed lenta oratio, dum certatim b
illa contraria imperare contendunt maiestas atque amor. Nempe urget ille, inhibet a
sed intervenit dignatio tua, qua hoc iam non praecipis sed petis, cum praecipere te magis
deceat. Maiestate igitur tam dignanter cedente quid ni cedat pudor? Quid enim si ca-
thedram ascendisti? Nec si ambules super pennas ventorum subducere affectui. Amor dominum nescit,
agnoscit filium et in infulis. Per se satis subiectus est, obsequitur sponte, gratis temperat, libere reveretur. c
Non sic aliqui, non sic, sed aut timore ad ista impelluntur aut cupiditate. Hi sunt qui in facie benedicunt,
mala autem in cordibus eorum. Blandiuntur coram, in necessitatibus deficiunt. At caritas numquam excidit.
Ego ut verum fatear matris sum liberatus officio, sed non deprivatus affectu. Olim in visceribus es,
non tam facile erueris. Ascende in caelos, descende in abyssos, non recedes a me; sequar te quocumque
ieris. Amavi pauperem, amabo pauperum et divitum patrem. Non enim si bene te novi, quia pater pauperum d
factus ideo non pauper spiritu es. In te hanc mutationem facta esse confido, non de te, nec priori statui
tuo successisse promotionem sed accessisse. Monebo proinde te non ut magister sed ut mater, plane ut
amans. Amens magis videar, sed ei qui non amat et qui vim non sentit amoris. Unde iam ergo
incipiam? Libet ab occupationibus tuis, quia in his maxime condoleo tibi. Condoleo dixerim, si 2m
tamen doles et tu. Alioquin doleo magis dixisse debueram, quia non est condolere ubi non qui doleat. e
Itaque si doles, condoleo; si non, doleo tamen et maxime, sciens a salute longius absistere membrum
quod obstupuit, et aegrum sese non sentientem periculosius laborare. Absit autem ut de te id suspicer.
Novi quibus deliciis dulcis quietis tuae non longe ante hoc fruebaris. Non potes desuevisse tam
cito, ita subito non dolere nuper subtractas. Plaga recens dolore non caret. Neque enim iam occalluit
vulnus, nec in tam brevi versum insensibile est. Et quidem si non dissimules, non deest unde iustus maeror f
insit doloris a quotidianis iacturis. Avulsus, nisi fallor, avelleris a me, a tuae Rachelis amplexibus,
et quoties id pati contigerit, toties dolor tuus renovetur necesse est. At cui non contingit?
Quoties vis et incassum, quoties moves nec promoves, quoties conaris et non datur, ultra
eniteris et non parturis, temptas et abrumpis et ubi incipis ibi deficis et dum adhuc ordiris suc-
ciditur te[la]. Venerunt filii usque ad partum, ait propheta, et vires non habet parturiens. Nosti haec? [?] te melius
attritae frontis es et instar vitulae Effraym doctae diligere trituram. Si pace tua sic se tuae res habent, g
absit. Haec est pars illius qui datus est in reprobum sensum. In his sane cupio tibi pacem, non cum his.
Nihil plus metuo tibi pace ista. Miraris si umquam possit accidere. Etiam dico tibi, si res ut assolet
per consuetudinem in incuriam venit. Noli nimis credere affectui tuo qui nunc est. Nihil tam firmum animo 3
quod neglectu et tempore non absolescat. Vulneri vetusto et neglecto callus obducitur et eo insanabile
quo insensibile fit. Denique dolor continuus et acerbus diuturnus esse non patitur. Nam si aliunde non
extuditur, necesse est cedat vel sibi ipsi. Non cito aut de remedio consolationem recipiet aut de assiduitate h
stuporem. Quid non assiduitate durescit? Quid non usu cedat? Cuius quod per amaritudinem patet prius ho-
rrebat usu ipso malum in dulce conversum est. Audi iustum quod lamentetur super hoc: Quae prius tangere
nolebat anima mea, nunc prae angustia cibi mei sunt. Primum tibi importabile videbitur aliquid; processu
temporis si assuescas, non adeo grave iudicabis; paulopost et leve senties; paulopost etiam delectabit.
Ita paulatim in cordis duritiam itur et ab illa in aversionem. Sic est gravis et continuus dolor, cito ut dixi x
induratum est corde aut sanitate perfecto aut insensibilitate. Hinc prorsus hinc tibi timui semper et i
timeo ne dilato remedio dolorem non sustinens periculo te irrevocabiliter desperatus immergas.

Vereor michi ne in mediis occupationibus quarum multe sunt, dum diffidis finem, frontem durites et ita sensim teipsum
quodammodo sensu prives iusta utilius quam dolore. Multo prudentius te illis subtrahas vel ad tempus quam patiare
trahi ab ipsis et trahi paulatim duci quo tu non vis. Queris quo? Ad cor durum. Ne pergas querere quid illud k
Cor durum
sit. Si non expavisti, tuum est. Hoc solum est cor durum quod semetipsum non exhorret quia nec sentit. Quid
me interrogas? Interroga pharaonem. Nemo duri cordis salutem umquam adeptus est, nisi quem forte miserans
deus abstulit ab eo iuxta prophetam cor lapideum et dedit cor carneum. Quid ergo cor durum? Ipsum est quod
nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur.
Ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad iudicia sevum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula,
inhumanum ad humana, temerarium in divina, preteritorum obliviscens, presentium negligens, futura non providens.
Ipsum est cui preteritorum preter solas iniurias nichil omnino non preterit, presentium nichil non perit, futurorum nulla nisi
forte ad ulciscendum prospectio seu preparatio est. Et ut in brevi cuncta horribilis mali mala complectar,
ipsum est quod nec deum timet nec hominem reveretur. En quo trahere te habent occupationes hee maledicte,
si tamen pergis ut cepisti dare ita totum te illis, nil tui tibi relinquens. Perdis tempus, et si licet mihi alterum
me tibi exhibere Iethro, tu quoque in illis his stulto labore consumeris, que non sunt nisi afflictio spiritus, enerva-
tio mentis, evacuatio gratie. Nam fructus horum quid, nisi aranearum tele? Queso te quale est istud, de l
mane usque ad vesperam litigare aut litigantes audire? Et utinam sufficeret diei malicia sua! Non sunt
libere noctes. Vix relinquitur necessitati nature quod corpusculi pausationi sufficiat, et rursum ad iurgia
surgitur. Dies diei eructat lites et nox nocti indicat maliciam. Usque adeo non est respirare in bonis,
non est ad alternas capescere requiem, non vel rara interseri otia. Non ambigo te quoque ista deplorare, at frustra
istud si non et emendare studueris. Interim tu sic quoque facias hortor, nec te umquam ad ista dirumpas
quoque usu vel assiduitate. Percussi eos et non doluerunt ait deus. Nichil tibi et illis. Iusti poterunt tibi m
aptare tractatu et affectionem et vocem qui ait: Que est enim fortitudo mea ut sustineam, aut quis finis
meus ut patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea enea est. Magna virtus
patientie, sed non habent tibi ad ista aptaverim. Interdum impacientem esse probabilius. Tu ne approbes illorum
pacienciam quibus paulus dicebat: Libenter suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Ni fallor hyronia
erat et non laus sed suggillatio quorundam mansuetudinis qui que datis manibus pseudo apostolis a quibus et se
duci erant ad queque ipsorum perversa et prava dogmata trahi se pacientissime sinebant. Unde et subdidit: Sustinetis
enim inquit si quis in servitutem redigit. Non bona pacientia cum posses esse liber servum te permittere fieri.
1. Nolo dissimules servitutem in quam tecte in dies dum nescis redigeris. Hebetati cordis indicium est propterea n
non sentire continuam vexationem. Vexatio dat intellectum auditui ait quidam. Verum est sed si nimia non fuerit.
Nam si sit, non plane intellectum dat sed contemptum. Denique impius cum venerit in profundum contempnet.
Expergiscere ergo et pessime servituti iugum iam iam quod imminet. Immo iam non modice premens non tam
cave sed horre. An ideo non servus quia non uni servus sed omnibus. Nulla turpior servitus genere vel
quam iudeorum, quam quacumque ierint post se trahunt et ubique dominos inveniunt offenduntque suos. Tu quoque dic o
queso ubi umquam sis liber, ubi tutus, ubi tuus, ubique strepitus, ubique tumultus, ubique iugum tue servitutis
te premit. Nec michi reponas nunc apostoli vocem qui ait: Cum essem liber ex omnibus, omnium me servum feci.
Longe est istud a te. Numquid hac ille servitute hominibus insimerebat in acquisitione turpis questus? Numquid
ad eum de toto orbe confluebant ambitiosi avari symoniaci sacrilegi concubinarii incestuosi et queque
ista monstra hominum ut ipsius apostolica auctoritate vel obtinerent honores ecclesiasticos vel retinerent? Ergo p
servum se fecit homo cui vivere christus erat et mori lucrum ut plures lucrifaceret christo non ut lucra augeret q
avaricie. Non est ergo quod de solertissima pauli industria et caritate tam libera quam liberali servili conversationi
tue patrocinium sumas. Quanto tuo dignius apostolatui, quanto salubrius tue conscientie, quanto fructuosius ecclesie dei audias
potius ipsum dicentem: Empti estis precio, nolite effici servi hominum. Quid servilius indignius quam presertim summo pontifici
quam non dico omni die sed pene omni hora insudare talibus rebus et pro talibus. Deinde quando oramus? quando
docemus populos? quando edificamus ecclesiam? quando meditamur in lege? Et quidem quotidie perstrepunt in palacio le- b
ges sed iustiniani non domini. Iuste ne etiam istud tu videris. Nam lex domini immaculata convertens
animas. Hec autem non tam leges quam lites sunt et cavillationes subvertentes iudicium. Tu ergo pastor et episcopus animarum
qua mente obsecro sustines coram te semper silere illam, garrire istas. Fallor si non movet tibi scrupulum pre-
versitas hec. Puto quod et interdum compellat clamare ad dominum cum propheta: Narraverunt michi iniqui fabulationes
sed non ut lex tua, domine. Age et te aude liberum profiteri sub tam grandi mole incommoditatis huius et cum perfas r
non sit cervicem subducere. Nam si potes et non vis, multo magis servus, servus ipsius tam perverse voluntatis tue.
An non servus cui dominatur iniquitas? Et maioris: an tu forte indignius iudicas hominem tibi quam vicium dominari?

Quid interest nolens sumas an invitus. Nam et si coacta servitus inhabilior, sed affectata miserior est. Et 11
quid me vis facere inquis. Ut tibi ab istis occupationibus parcas. Impossibile fortasse videbis. facilius
cathedre valedicere posse. Recte hoc si rumpere et non magis interrumpere ista hortarer. Audi ergo quid
b redarguam quid suadeam. Si quod vivis et sapis totum das actioni, considerationi nichil, laudo te?
in hoc non laudo. Puto quod nemo qui a Salomone audit: Qui minoratur actu percipiet sapientiam. Certe nec ipsi
actioni expedit consideratione non preveniri. Si vero totus esse vis omnium instar illius qui omnibus omnia factus est,
laudo humanitatem sed si plena sit. Quomodo autem plena te excluso. Et tu homo es. Ergo ut integra sit et plena
humanitas, colligat et te intra se sinus qui omnes recipit. Alioquin quid tibi prodest iuxta verbum domini, si uni-
versos lucreris, te unum perdens. Quamobrem cum omnes te habeant, esto etiam tu ex habentibus unus. Quid solus frau-
c daris munere tuo. Usquequo vadis spiritus et non rediens. Usquequo non recipis te et ipse inter alios vice tua. Sapi-
entibus et insipientibus debitor es et soli negas te tibi. Stultus et sapiens, servus et liber, dives et paup-
er, vir et femina, senex et iuvenis, clericus et laicus, iustus et impius, omnes pariter participant te, de fonte
publico bibunt pectoris tui, et tu seorsum sitiens stabis. Si maledictus qui partem suam facit deteriorem, quid
d ille qui se penitus reddit expertem. Sane deriventur aque tue in plateas, homines et iumenta et pecora bi-
bant ex eis, quin et camelis pueri Abrahe potum tribuas. sed inter ceteros bibe tu de fonte putei tui. Alienus
inquit non bibat ex eo. Numquid tu alienus. Cui non alienus si tibi es. Denique qui sibi nequam cui bonus. Memento
proinde non dico semper, non dico sepe, sed vel interdum reddere te ipsum tibi. Utere tu quoque te inter multos aut
certe post multos. Quid indulgentius. hoc enim dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Puto et ipso apostolo
indulgentiorem me in hac parte. Ergo plus quam oportet inquis. Non inficior. Quid si ita oportet. Nam tu
ut confido iam non eris meticulosa informatione contentus, sed habundabis magis. Sane sic decet te sed
e habundantiorem quam me audaciorem esse. Ergo quam multi tutius iudico apud maiestatem timiditate quam
temeritate peccatum. Et fortasse non secus moneri oportuit sapientem, ut sit quod scriptum est: Da occasionem
sapienti et sapientior erit. Audi tu apostolum quid de hiis sentiat. Sic non est sapiens inter vos aut ille qui 12
iudicet inter fratrem et fratrem. Et infert ad ignominiam: Dico vobis contemptibiliores qui sunt in ecclesia illos
constituite ad iudicandum. Itaque secundum apostolum indigne tibi usurpas tu apostolicus officium vile, gradum contemptibilium.
Unde et dicebat episcopus episcopum instruens: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Ergo ego parco
tibi. Non enim fortia loquor sed possibilia. Putasne hec tempora sustinerent, si hominibus litigantibus pro terrena
hereditate et flagitantibus abs te iudicium, voce domini tu responderes: O homines, quis me constituit iudicem
super vos. In quale mox iudicium tu venires. Quid dicit homo rusticus et imperitus, ignorans primatum suum, inhono-
rans summam et precelsam sedem, derogans apostolice dignitati. Et tamen non monstrabunt puto qui hoc 13
f dicent ubi aliquando quispiam apostolorum iudex sederit hominum, aut divisor terminorum aut distributor terrarum. Stetisse
denique lego apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego. Erit illud, non fuit. Itane minuitur est
dignitati servus si non vult esse maior domino suo, aut discipulus si non vult esse maior eo qui se misit,
aut filius si non transgreditur terminos quos posuerunt patres sui. Quis me constituit iudicem ait ille magister
et dominus, et erit iniuria servo discipuloque nisi iudicet universos. Michi tamen non videtur bonus estimator
rerum qui indignum putat apostolis seu apostolicis viris non iudicare de talibus quibus datum est iudicium in
g maiora. Quidni contempnant iudicare de terrenis possessiunculis hominum, qui in celestibus et angelos iu-
dicabunt. Ergo in criminibus, non in possessionibus potestas vestra. propter illa siquidem et non propter has accepistis 12
claves regni celorum, prevaricatores utique exclusuri, non possessores. Ut sciatis ait quia filius hominis
potestatem habet in terra dimittendi peccata et cetera. Queso tibi videtur maior dignitas et potestas dimittendi
peccata an predia dividendi. Sed non est comparatio. Habent hec infima et terrena iudices suos, reges et prin-
cipes terre. Quid fines alienos invaditis. Quid falcem vestram in alienam messem extenditis. Non quia
indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, potioribus quippe occupatis. Denique ubi ne-
h cessitas exigit, audi quid apostolus censeat. Si enim in vobis iudicabitur hic mundus, indigni estis qui
de minimis iudicetis. Sed aliud est incidenter excurrere in ista, causa quidem urgente, aliud ultro incumbere
istis tamquam dignis magnisque talis et tantum intentione rebus. Itaque hec et innumera talia dicerem,
si fortia dicerem, si recta, si sincera. Nunc autem que dico mala sunt. Sufficit interim admonitum esse 14
non totum te nec semper dare actioni, sed considerationi aliquid tui et cordis et temporis sequestrare. Hoc autem dico
i veritatem intuens, non equitatem. Quamquam non sit preter equum quod est veritati. Nam si licet quod decet, absolute
per omnia et in omnibus preferendam et vel solam vel maxime colendam eam que ad omnia valet, id est pietatem,
prorsus irrefragabilis ratio monstrat. Quid sit pietas queris. Vacare considerationi.

Dicas forsitan in hoc dissentire me ab illo qui pietatem diffinit cultum dei. Non est ita si bene consideras
illius sensum meis expressi verbis et si tamen ex parte. Quid tam pertinens ad cultum dei quam quod ipse hortatur
in psalmo Vacate et videte quoniam ego sum deus. Quod sane in primis consideracionis proprium est.
Quid inde tam valens ad omnia que ipsius quoque actionis partes benigna quadam presumptione sua
facit preagendo quodammodo et preordinando que agenda sunt. Necessarie sane ne forte que premisa
et premeditata poterant esse proficua precipitata magis periculosa fiant. Quod tibi met si recordaris
in ipsis actionibus causarum et in magnis quibusque negociis magnarumque consiliis rerum frequenter
16 accidisse non ambigo. Et primum quidem ipsum fontem suum id est mentem de qua oritur purificat consideracio.
Deinde regit affectus dirigit actus corrigit excessus componit mores vitam honestat et ordinat.
Postremo divinarum pariter et humanarum rerum sciencias confert. Hec est que confusa distinguat hiancia cogit
sparsa colligit secreta rimatur vera vestigat verisimilia examinat ficta et fucata explorat. Hec est
que agenda preordinat acta recogitat ut nichil in mente resideat aut incorreptum aut correptione
egens. Hec est que in prosperis adversa presentit in adversis quasi non sentit quorum alterum fortitudinis alterum A
1A prudentie est. Ubi etiam advertere tibi est suavissimum quemdam concentum copulamque virtutum atque alteram
pendere ex altera. Sic hoc loco vides fortitudinis matrem esse prudentiam nec fortitudinem sed temeritatem
esse quemlibet ausum quem non parturivit prudentia. Hec item est que inter voluptates et necessitates media
quodam arbitrio sedens utrisque certis limitibus distinguat fines istis assignans et prefigens quod satis
est illis quod nimium est demens. Sicque ex altera tertiam format virtutem quam dicunt temperantiam. Nempe b
intemperantem ipsa consideratio censet tam eum qui necessariis privaverit se nimis quam qui indulget superfluis.
Non est ergo temperantia in solis restringendis superfluis est et in admittendis necessariis. Huius sane apostolus non
fautor tantum sed auctor esse videtur qui curam carnis nec docet non perfici in desideriis. Dicens siquidem
curam carnis non perfici superflua cohibet addens in desideriis necessaria non excludit. Unde mihi videtur non
absurde diffinire temperantiam qui hanc nec preter necessitatem nec citra eam dicat. Nisi illud potius ne quod c
nimis. Jam de iusticia que una ex quatuor est nonne constat consideracionem mentem premuniri ut se
formet in eam. Hec enim necesse est ut prius cogitet ut ex se normam ducat iusticie nec faciat utique alteri
quod ipsi fieri nolit nec quod sibi velit fieri negaturus. In hiis nempe duobus liquet integritatem esse iusticie
18 statum. Sed nec ipsa solitaria est. Intuere etenim inter mea etiam huius pulcram connexionem et coherenciam d
cum temperantia et item ambarum cum duabus superioribus id est prudentia et fortitudine. Nam cum iusticie dicatur
porro quod sibi non vult fieri quis alii non facere. Porro perfecto quod aut dicis. Quecunque vultis ut faciant
vobis homines et vos facite illis. Neutrum horum erit nisi ipsa voluntas de qua tota ducitur forma sic
ordinata fuit ut nec velit aliquid superfluum nec necessarium quid superstitiose nolit quod quidem temperantie est.
Denique et ipsi iusticie ut iusta sit temperantia modum imponit. Noli nimium esse iustus ait sapiens.
Quicquid et ipsa sapientia
ordinens per hoc minime approbanda iusticiam que temperantie moderamine non frenetur. Quid quod et ipsa sapientia
hoc temperantie frenum non respuit. Dicente paulo secundum sapientiam sibi datam. Non plus sapere quam oportet sapere
sed sapere ad sobrietatem. Sed et rursus quod temperantie necessaria iusticia sit audit dominus in evangelio arguens illorum e
temperantiam qui abstinebant ut viderentur hominibus ieiunantes. Erat in cibo temperantia sed non iusticia in
intentione quia non deo placere sed hominibus intendebat. Quid rursus vel illa vel ista sine fortitudine cum con-
stet fortitudinis esse et non mediocris cohibere velle et nolle suum inter angustias parum et nimis sic
ut sit contenta voluntas modo illo medio unde puro solo constante sibi equali undique sinu utpote
ex omni parte pertractus que solum constat esse virtutis. Dicito mihi queso si potes cui ea potissimum F
trium horum virtutum meditullium hoc dandum censeas quod ita cuiusque continuum est ut videatur esse proprium
19 singularum. An ipsum virtus est et nichil aliud. Sed sic utique non esset in aliquo sed essent omnes una
Certe potius quam sine eo virtus non est omni quodammodo intima vis una est et medulla virtutum in qua sic
Eius potius quam sine eo virtus non est omni quodammodo intima vis una est et medulla virtutum in qua sic
vivunt ut una pene videantur omnes propterea quod non illud participando quivicat sed totum a singulis
atque integrum possidetur. Ubi causa quid tam iusticie quam modus. Alioquin si quid contra modum relinquit
non plane cuique tribuit quod suum est quod tamen suum ipsius est facere. Quid item iurisdicto temperantie que
non aliud perfecto temperantie est nisi quod nil immoderatum admittit. Sed puto fatebere etiam non
nimis esse fortitudinis cum vel maxime ipsa sit que ab irruentibus viciis et que suffocare videntur continu
tibus purum illud potenter eruit et vendicat in quodam stabile fundamentum bonum sedem quo virtu-
Ergo modum tenere iusticia est temperantia est fortitudo est. Sed vide ne in hoc differant ut iusticie 5

quod in affectu reb[us] sit a fortune aut efficacia eius Porro possessio atque usus apud temperanciam Restat
ut doceamus ab hac commune prudenciam non excludi Nonne ipsa est que modum dum animum neglectum
post habitum et viciorum invidia quam in abditis reclusum et coopertum quadam vetustatis caligine foras repperit
et adduxit propterea dico uel a paucis adducitur quia paucorum prudencia est Itaque iusticia querit prudencia invenit
vendicat fortitudo temperancia possidet Non in hoc loco propositum de virtutibus disputare sed hec diximus 20
hortatus ad vacandum consideracioni cuius beneficio hec et similia adducuntur Cui tam pio tam quam utili ocio nullus
in vita operam dare nonne vitam perdere est Quod tu si te phie hinc totum repente devovet predecesso-
res tui non ita consueverunt eris molestus quam pluribus qui qui a patrum vestigiis demutares Nempe id vi-
deberis agere in suggillacionem eorum sed et notabere vulgari proverbio Omnis hoc facit quod nullus Mirantur
omnes veluti qui cupias admiracioni fore Nec potes corporia simul et subito vel extrita corrige vel
excessus redige in modum Erit cum acceperis tempus ut secundum sapienciam tibi a deo datam paulatim et opportune
id studeas Interim parce malo aliquid utere in bonum quod potes Quippe si de bonis et non de novis summas
exempla Non defuere Romani pontifices qui de ocia inter maxima negocia invenerunt Obsidio urbi et 21
barbaricus ensis civium cervicibus imminebat Numquid tunc istud terruit beatum papam Gregorium quominus sapienciam
scriberet in ocio Eo nempe tempore quod ex eius ipsius verbis liquet obscurissimam et extremam partem Ezechielis
tam diligenter tam eleganter exposuit Sed esto Alius inolevit mos Dies alii sunt et alii hominum mores 22
et tempora periculosa non instant iam sed extant Fraus et circumvencio et violencia invaluerunt super terram Calump-
niatores multi defensor rarus ubique potenciores opprimunt pauperiores Non possumus deesse oppressis Non
negare iudicium iniuriam pacientibus Nisi agitentur cause audiantur partes inter partes iudicari quomodo poterit
Agitentur cause sed sicut oportet Nam is modus qui frequentatur exsecrabilis plane et qui non
dico ecclesiam sed nec forum deceret Miror namque quemadmodum religiose aures tue audire sustinent huiusmodi
disputaciones advocatorum et pugnas verborum que magis ad subversionem quam ad invencionem proficiunt veritatis Cor-
rige pravum morem et preside linguas vaniloquas et labia dolosa claude Hii sunt qui docuerunt
linguas suas loqui mendacium diserti adversus iusticiam eruditi pro falsitate Sapientes sunt ut faciant
mala eloquentes ut impugnent verum Hii sunt qui instruunt a quibus fuerant instruendi astruunt non
comperta sed sua struunt de proprio calumpnias innocencie destruunt simplicitatem veritatis obstruunt iudicii
vias Nichil ita absque labore manifesta facit veritatem ut brevis et pura narracio Ergo illas quas
ad te necesse erit intrare causas Neque enim omnes necesse erit ut diligenter velim sed breviter decide assue- 23
scas frustratorias quasi et venenatorias precide dilaciones Causa vidue intret ad te causa pauperis
et eius qui non habet quod det Alias alias multas poteris committere terminandas quamplures nec dignas au-
diencia iudicas Quid enim opus est admittere illos quorum peccata manifesta sunt precedencia ad iudicium
Tanta est impudencia nonnullorum ut cum manifeste ambicionis prurigine scateat tota facies cause 24
eorum non erubescat audienciam flagitare publicantes semetipsos ad multorum conscienciam in quo vel
sue solius satis poterant confundi iudicio Non fuit qui retunderet acritas frontis et ideo plures
facti sunt magis et induruerunt Sed et nescio quo vicio sui conscienciam viciosorum non refugit et ubi omnes Lre
sordent unus minime fetorem sentit Quando enim ubi causa umquam avarus avarum iniustus iniustum luxuriosus
luxuriosum erubuit Plena est ambiciosis ecclesia Non est quod iam horreat in studiis et molicionibus
ambicionis non plus quam spelunca latronum in spoliis viatorum Si Christi discipulus es ignescat zelus 25
tuus commoveat auctoritas adversus impudenciam hanc et qualem pestem Intuere magistrum sic facientem
et audi dicentem Qui michi ministrat me sequatur Non parat aures ut audiat sed flagellum quo feriat
verba nec facit nec recipit Nec enim sedet iudicans sed insequitur puniens Causam tamen non tacet
quod videlicet domum oracionis negociacionis fecissent Ergo et tu fac similiter Erubescat vultum tuum istius-
modi negociatores si fieri potest si non timeant et tu flagellum teneto Timeant nummularii nec fidant in
nummis sed diffidant abscondentes eos sinu a te sperentes effundere quam accipere peciam Hoc studio si
et constanter agendo multos lucrifacies turpium sectatores lucrorum honestioribus officiis vendicandos
multos ne vel audeant huiusmodi attemptare prohibebis Adde illud quod non parum proficiet et ad ferias quod
tibi suadeo Ita nempe non pauca tibi momenta temporis redimes ad vacandum consideracioni quedam ut 26
dixi negocia nec audiendo quedam aliis committendo que tua digna putamus audiencia fideli quodam
et accomodo ipsi cause compendio terminando De qua consideracione huius addere aliqua cogito sed
sub altius sane principio libri Atque hic sit finis istius ne duplo te oneret et minus sinamus oro
si et longa fuerit

Sequitur liber secundus de consideracione ad Eugenium papam

29 Memor promissi mei quo etiam quam diu teneor apud te vir optime papa eugeni volo
ipso absolvere me vel sero. Puderet dilationis si michi conscius forem incurie aut contemptus.
Non est ita sed incidimus ut ipse nosti in tempus grave quod et ipsi pene vivendi usui videbatur
indicere cessationem nedum studiis. Cum scilicet dominus provocatus peccatis nostris ante tempus quodammodo visus sit iudi-
casse orbem terre in equitate quidem sed misericordie sue oblitus. Non pepercit populo suo non suo nomini.
Nonne dicunt in gentibus ubi est deus eorum. Nec mirum. Ecclesie filii et qui christiano censentur nomine
prostrati sunt in deserto aut interfecti gladio aut consumpti fame. Effusa est contentio super principes et
dominus errare fecit eos in invio et non in via. Contritio et infelicitas in viis eorum pavor et meror et con-
fusio in penetralibus regum ipsorum. Quam confusi pedes annunciancium pacem annunciancium bona. Diximus
2 pax et non est pax promisimus bona et ecce turbacio. Quasi vero temeritate in opere isto aut levitate usi
simus. Cucurrimus plane in eo non quasi in incertum sed te iubente immo per te deo. Quare ergo ieiunavimus et
non aspexit humiliavimus animas nostras et nescivit. Nam in hiis omnibus non est aversus furor eius sed adhuc
manus eius extenta. Quam paciencius interim adhuc audit voces sacrilegas et egiptios blasphemantes
quod callide eduxit eos ut occideret in deserto. Et quidem iudicia domini vera quis nesciat. At iudicium hoc
abyssus tanta ut videar michi non immerito pronunciare beatum qui non fuerit scandalisatus in eo. Et quomodo tamen
2 humana temeritas audet reprehendere quod minime comprehendere valet. Recordemur superiorum iudiciorum
que a seculo sunt si forte sit consolacio. Nam quidam ita dixit. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine
et consolatus sum. Rem dico ignotam nemini et nunc nemini notam. Nempe sic se habent mortalium corda
3 quod scimus cum necesse non est in necessitate nescimus. Moyses educturus populum de terra egipti meliorem illis
est pollicitus terram. Nam quando ipsum aliter sequeretur populus solam sapiens terram. Et eduxit eductos tamen in
terram quam promiserat non introduxit. Nec est quod ducis temeritati imputari queat tristis et
inopinatus eventus. Omnia faciebat domino imperante domino cooperante et opus confirmante sequentibus signis.
Sed populus ille inquis dure cervicis fuit semper contentiose agens contra dominum et moysen famulum eius. Bene
illi increduli et rebelles. Hii autem quid. Ipsos interroga. Quid me dicere opus est quod fatentur ipsi. Dico
ego unum. Quid poterant proficere qui semper revertebantur cum ambularent. Quando et isti per totam viam non retro
erant corde in egiptum. Quod si illi ceciderunt et perierunt propter iniquitatem suam miramur istos eadem facientes
eadem passos. Sed numquid illorum casus adversus promissa dei. Ergo nec istorum. Neque enim aliquando promissiones
dei iusticie dei preiudicant. Et audi aliud. Peccavit beniamin accinguntur relique tribus ad ulcionem
3 nec sine nutu dei. Denique ipse eis designavit ducem preliaturis. Itaque preliantur freti et manu validiori
et causa pociori et quod hiis maius est favore divino. At terribilis deus in consiliis super filios hominum terga
dedere sceleratis ultores sceleris et paucioribus plures. Sed recurrunt ad dominum et dominus ad eos ascendite inquit.
Ascendunt denuo denuo que fusi et confusi sunt. Ita deo primum quidem favente secundo et iubente iusti iustum
certamen ineunt et succumbunt. Sed quo inferiores certamine eo fide superiores inventi sunt. Quid putas de me
facerent isti si meo hortatu iterato ascendissent iterato victi succubuissent. Cum me audirent monente tercio repetere
iter repetere opus in quo semel iam et secundo frustrati forent. Et tamen israelite una et altera non reputantes
frustracionem tercio parent et superant. Sed dicunt forsitan isti unde scimus quod a domino sermo egressus sit. Que
signa tu facis ut credamus tibi. Non est quod ad ista ipse respondeam. parcendum verecundie mee. Responde tu pro
me et pro te ipso secundum ea que audisti et vidisti aut certe secundum quod tibi inspiraverit deus. Sed forte miraris
6 me prosequi ista qui aliud proposueram. Non facio non oblitus propositi sed quod a proposito non iudicem aliena.
Nempe de consideracione ut memini sermo noster ad tuam dignacionem. Et sane magna ista res et egens
consideracione non minima. Quoniam res magnas a magnis considerari oportet. Cui eque ut tibi ad
consideracionem competit qui parem super terram non habes. Sed tu secundum sapientiam et potestatem datam tibi desuper facies.
De hoc non est mee humilitatis dictare tibi sic vel sic. Sufficit quemquam intimasse oportere aliquid fieri
de hoc. Hec pauca mee apologie dicta sunt ut ipsa
vestra et tua consoletur et obstruatur os loquencium iniqua. Hec pauca mee apologie dicta sunt ut ipsa
qualiacumque habeat conscientia tua apud me unde me habeat excusatum et te pariter et si non apud eos qui facta
ex eventibus estimant certe apud te ipsum. Perfecta cuique et absoluta excusacio testimonium conscientie sue.
4 Michi pro minimo est ut ab illis iudicer qui dicunt bonum malum et malum bonum ponentes lucem tenebras
et tenebras lucem. Et si necesse sit unum fieri e duobus malo in nos murmur hominum quam in deum esse. Bonum michi
si dignetur me uti pro clipeo. Libens excipio in me detrahencium linguas maledicas et venenata spi-
cula blasphemorum ut non ad ipsum perveniant. Non recuso gloriam inglorius fieri ut non irruatur in
dei gloriam. Quis michi det gloriari in voce illa. Quoniam propter te sustinui obprobrium operuit confusio faciem
meam. Gloria mea est consortem fieri christi in illa voce. Obprobria exprobrancium tibi ceciderunt super me.

Sed iam revocat stilus ad suam materiam et in ea que proposueras suo tramite gradiatur oratio. Et primo quidem 8
ipsam considerationem quid dicam considera. Non enim id per omnia quod contemplationem intelligi volo quod hec ad
rerum certitudinem illa ad inquisitionem magis se habeat. Iuxta quem sensum potest contemplatio quidem diffiniri verus contemplatio
certusque intuitus animi de quacumque re sive apprehensio veri non dubia. Consideratio autem intensa ad consideratio
vestigandum cogitatio vel intentio animi vestigantis verum. Quamquam soleant ambe invicem pro invicem usurpari.
Iam quod ad considerationis attinet fructum, in quatuor ut occurrit tibi consideranda reor: te, que sub te, no 9
que circa te, que supra te sunt. A te tua consideratio inchoet ne frustra extendaris in alia te neglecto. Quid
tibi prodest si universum mundum lucreris te unum perdens? Etsi sapiens sis, deest tibi ad sapientiam si tibi non fueris.
Quantum vero? ut quidem senserim ego, totum. Noveris licet omnia mysteria, noveris lata terre, alta celi, profunda maris;
si te nescieris, eris similis edificanti sine fundamento, ruinam non structuram faciens. Quicquid extra te construxeris
erit instar congesti pulveris ventis obnoxium. Non ergo sapiens qui sibi non est. Sapiens sibi sapiens erit
et bibet de fonte putei sui primus ipse. A te proinde incipiat tua consideratio, non solum autem, sed et in te finiatur.
Quocumque evagetur, ad te revocaveris eam cum salutis fructu. Tu primus tibi, tu ultimus. Sume exemplum de summo
omnium patre, Verbum suum emittente et retinente. Verbum tuum consideratio tua. Que si procedit non recedat. Sic pro-
grediatur ut non egrediatur. Sic exeat ut non deserat. In acquisitione salutis nemo tibi germanior unico
matris tue. Contra salutem propriam cogites nihil. Minus dixi contra; preter dixisse debueram. Quicquid se con-
siderationi offerat quod non quoquomodo ad tuam ipsius salutem pertineat, respuendum. Et hec tua consideratio in
tria quedam dividitur, si consideres quid, quis et qualis es: quid in natura, quis in persona, qualis in moribus. 10
Quid? ubi generaliter homo. Quis? papa vel summus pontifex. Qualis? benignus, mansuetus vel quicquid tale. Porro primum
illud philosophico sit magis quam apostolico vestigare. Actum est in diffinitione hominis quem dicunt animal rationale mortale. ho
Quod diligentius intueri si libet licet: non est quod tue incongruum sit professioni obviet aut dignitati. Est
vero quod saluti afferre queat. Nam constituti duo hec simul rationale mortale id tibi plurimum confert fructus
ut et mortale quod in te est rationale humiliet, et vicissim rationale mortale confortet: quorum neutrum negli-
gere cuivis erit homini circumspecto. Et que adhuc plus consideranda requirit locus tractabuntur infra et forte
utilius proprio collatione. Nunc quis sis et de quo sis frustra advertendum. Neque enim quod dixi de quo id 11
ut preeminendum putem. Tu porro relinque sagum, agnosce illud deo indignum tibi extra perfectum agere
de tanta assumpto perfectione. Quid ni erubescas minima invenire in magnis qui te reconditum magnum
in minimis extitisse? Non es oblitus prioris professionis. Non excidit menti que subducta est manui. Sic nec
affectu quidem ipsam ad singula tua imperia indita instituta hec per oculis non erit movita. Sic te
consideratio faciat honoris contemptorem in honore ipso. Atque id magnum. Non vereatur a pectore clypeus
tibi est ut a sagitta illi. Homo cum in honore esset non intellexit. Eloquere ergo tibi: Abiectus eram in domo dei
mei. Quale est hoc de paupere et abiecto levari super gentes et regna? Quis ergo ego aut que domus
patris mei ut sedeam excelsis sublimior? Hanc qui dixit: Amice ascende superius [illegible]
Sed nisi inveniat non expedit quidem tamen elevat et [illegible] quella quod allevans allisisti clemens
me. Non est quod blandiatur celsitudo; sollicitudo maior. Illa distinctio intenditur et annuo probat.
derogant Huic attingantur si nobis tandem rubore nominis in loco tenere, factum superiore dissilare nequimus. Sed 12
enim ad quid ordo attendendum? Non enim ad dominandum opinor. Nam et propheta cum similiter levaretur audivit
Ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et edifices et plantes. Quid horum fastum sonat? Rusti-
cani magis sudoris schemate quodam labor spiritualis expressus est. Et nos ergo ut multum sentiamus de nobis
impositum senserimus ministerium non dominium datum. Non sum ego maior propheta, et si forte par potestate, sed
meritorum non est comparatio. Hec loquere tibi et doce teipsum qui alios doces. Puta te velut unum aliquem
de prophetis. Annon satis ad te, et nimium? Sed gratia dei es id quod es. Quid es? Esto quod propheta. Nunquid plus
quam propheta? Si sapiens eris, contentus mensura qua tibi mensus est deus. Nam quod amplius est a malo est.
Disce exemplo prophetico presidere non tam ad imperitandum quam ad factitandum quod tempus requirit. Disce sar-
culo tibi esse opus non sceptro ut opus facias prophete. Et quidem ille non regnaturus ascendit sed ex-
tirpaturus. Putas ne et tu invenias aliquid elaborandum magis in agro tui? Et plurimum. Non plane totum 13
quivere emendare prophete; aliquid filiis suis apostoli quod agerent reliquerunt; aliquid ipsi putes tu tibi.
Sed nec tu ad omne sufficies. Profecto tuo relicturus es successori, et ille aliis, et alii aliis usque ad finem.
Circa undecimam denique horam operarii otii arguuntur et mittuntur in vineam. Antecessores tui apostoli audi-
erunt quia messis quidem multa, operarii vero pauci. Patriam tibi vendicato hereditatem. Nam si filius et heres,
ut probes heredem, vigila ad curam et non otio torpeas, ne et tibi dicatur: Quid hic statis tota die otiosi?
Multo minus inveniri oportet aut deliciis resolutum aut resupinum pompis. Nil horum tibi tabule testa-
toris assignat. Sed quid? si illarum tenore contentus sis, cura potius hereditabis et opera quam gloria et divitias.

Blanditur cathedra specula est Inde denique superintendis sonans tibi episcopi nomine non dominium sed officium Unde d. sedes principatu
in locis in eminenti unde omnia prospectes qui speculator super omnia constitueris Enim vero iste prospectus
12 parit non otium dictus libet gladium ubi otiari non licet Hic locus est otio ubi sedula viget solicitudo
omnium ecclesiarum Ita quid tibi aliud dimisit sanctus petrus apostolus Quod habeo inquit hoc tibi do Quid illud unum
scio Non est aurum nec argentum cum ipse dicat argentum et aurum non est michi Si habere contingat utere non
pro libitu sed pro tempore Sic eris utens illis quasi non utens Ipsa quidem quod ad animi bonum spectat nec bona sunt
nec mala usus tamen horum bonus abusio mala solicitudo peior questus turpior Esto ut alia quacumque
ratione hec tibi vendices sed non apostolico iure Nec enim tibi ille dare quod non habuit potuit quod habuit
hoc dedit solicitudinem ut dixi super ecclesias Numquid dominationem Audi ipsum Non dominantes ait in clero sed
forma facti gregis Et ne dictum sola humilitate putes non etiam veritate vox domini est in evangelio
Reges gentium dominantur eorum et qui potestatem habent super eos benefici vocantur Et infert Vos autem non sic
14 planum est apostolis interdicitur dominatus Ita igitur tu et tibi usurpare aude aut dominans apostolatum aut
apostolicus dominatum Plane ab alterutro prohiberis Si utrumque simul habere voles utrumque perdes Alioquin non te exceptum
illorum numero putes de quibus queritur sic deus Ipsi regnaverunt et non ex me principes extiterunt et ego non
cognovi eos Iam si regnare sine deo iuvat habes gloriam sed non apud deum At si interdictum tenemus
audiamus edictum Qui maior est vestrum ait fiat sicut minor et qui precessor est sicut qui ministrat Forma
apostolica hec est dominatio interdicitur indicitur ministratio Que et commendatur ipsius exemplo legislatoris qui
secutus adiungit Ego autem in medio vestrum sum tamquam qui ministrat Quis se iam titulo hoc inglorium
16 putet quo se prior dominus glorie prevenit Merito paulus gloriatur in eo dicens Ministri christi sunt et ego
Et addit ut minus sapiens dico plus ego In laboribus plurimus in carceribus habundantius in plagis supra modum
in mortibus frequenter O preclarum ministerium Quanto non id gloriosius principatu Si gloriari oportet forma tibi
sanctorum prefigitur apostolorum proponitur gloria Parva ne tibi illa videtur Quis michi tribuat similem sic in gloria
sanctorum Clamat propheta Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus
eorum Clamat apostolus Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini mei ihesu christi Hoc gloriaris optio sit
14a optimo genere glorie quod apostoli quod prophete delegere sibi transmisere tibi Agnosce hereditatem tuam in christi
cruce in laboribus plurimis Felix qui dicere potuit Plus omnibus laboravi Gloria est sed nil in ea inane
nil molle nil resupinum Si labor terret merces invitet Unusquisque enim secundum suum laborem mercedem
accipiet Et si ille plus omnibus laboravit non tamen totum elaboravit Et adhuc locus est Exi in
agrum domini tui et considera diligenter quibus hodie quoque de veteri maledicto pullulat spinis ac tribulis
Exi inquam in mundum ager est enim mundus Is quoque creditus tibi Exi in illum non tamquam dominus sed tamquam villicus
videre et procurare unde exigendus es rationem Exi dixerim quibusdam tue passibus interne solicitudinis
et solicite intentionis Neque enim ipsi qui missi sunt ire in mundum universum orbem circuierunt pedibus corporis
sed mentis prudentia et tu leva oculos consideracionis tue et vide regiones si non sunt magis
sicce ad ignem quam albe ad messem Quam multe quas putavas fruges diligenter inspecte vepres forsitan
apparebunt Ymmo ne vepres quidem antique et veternose arbores sunt Sed non profecto fructifere nisi
forte glandium aut siliquarum quas porci manducant Quousque occupant terram Nonne si voles et timent ista pudebit
debit conscien[tiam] vestre securitatis Pudebit servum ministri falcem apostolicam accepisse In hunc quondam agrum preparate
18 prudentia oriebatur tum primo reberata occurrunt ei et ut scriptura habet exierat ad meditandum Ille ad medi
tandum tu ad exstirpandum egrediaris Necesse est Tibi iam precessisse meditatio debet tempus secandi pro manibus
Sic nunc hesitare incipias Id quidem sero Utique nisi consilium salvatoris sedisse debueras ante esti
masse opus metiri vires ponderasse sapientiam vicia comparasse sumptus computasse virtutum Age ergo
puta tempus putationis adesse si tamen meditacionis perimit Si cor monstri monebat iam lingua mo
neda est et manus Accinge gladio tuo gladium spiritus quod est verbum dei Glorifica manum et brachium
dextrum in faciendo vindictam in nationibus increpationes in populis in alligando reges eorum in compedibus
et nobiles eorum in manicis ferreis Si hec facis glorificas ministerium tuum et ministerium te Non mediocris
iste principatus Exturbare est hoc malas bestias a finibus tuis quo greges tui secure in pascua educantur
Domabis lupos et ovibus non dominaberis pascendas utique non premendas suscepisti Si bene apprehende
19 rasti quis sis hec te oporteret facere non ignoras porro scienti et non facienti peccatum est tibi Non es
oblitus ubi legeris Servus sciens voluntatem domini sui et non faciens digna plagis vapulabit multis
Sic propheta sic apostoli factitabant fortes fuere in bello non molles in servicio Si filius es et apostolorum et prophetarum
et tu fac similiter Vendica tibi nobile genus similibus moribus quos non aliunde nobiles quam morum ingenuitate
et fidei fortitudine sciunt Per hanc vicerunt regna operati sunt iusticiam adepti sunt promissiones hoc cirographum

patrie tue hereditatis quod tibi evolvi ut inspicias portionem que te contigit. Indue fortitudinem et hereditasti. porro
posside fidem, posside pietatem, posside sapientiam, sed sapientiam sanctorum, ipsa est timor Domini, et habes quod tuum est.
habes sine defraudatione integrum primum fundum. Porro ipsius fundi velut est bonus fundus humilitas in quo omne fundus 20
edificium spirituale constructum crescit in templum sanctum in Domino. Per hanc nonnulli possederunt portas inimicorum.
Que enim virtutum eque potens demonum omnem debellare superbiam tirannidem hominum? Certum est omni induit
presumere hec sit quedam turris fortitudinis a facie inimici. Nescio quo pacto tu vis eius maior in maioribus et
in clarioribus clarior comprobatur. Nulla splendidior gemma in omni precipue ornamento summi pontificis.
Quanto enim celsior ceteris, eo humilitate apparet illustrior et se ipso dignior. Forsitan quod non satis primis 21
complicatis partibus in scedas nescio quo stilus convicit describere inceptas quale te oporteat esse tu nec
dum quem sis plenius composuisses. Credo erubesces in summo positum apice videri hominem inutilem. Festinavit
induere insignibus suis absque virtutibus, nempe eo deformior quo illustrior pares. Nunquid potest abscondi ci-
vitas supra montem posita? Desplacet, aut latere sinunt lucerne posite super candelabrum. Simia in tecto,
rex fatuus in solio sedens. Et nunc audi canticum meum minus suave sed salutare. Monstruosa res gradus monstrum
summus et animus infimus, sedes prima et vita ima, lingua magniloqua et manus otiosa, sermo multus
et fructus nullus, vultus gravis et actus levis, ingens auctoritas et nutans stabilitas. Admoneo speculum. Fedum
se in eo agnoscat vultus. Et tu tuum gaude dissplendum invenire. Inspice tibi et tu ne forte et sit ubi multo 22
placeas tibi, etiam in quo debeas displicere non deest. Volo gloriosum testimonio conscientie, sed non minus ut eo
ipso humilieris. Rara vox: Nichil michi conscius sum. Cautior in bonis ambulabis, si et mala non lateat.
Quamobrem ut dixi nosce te ut inter angustias que non desunt fiducia conscientie bone magis ad ut scias
quid desit tibi. Nam cui non deest? Cuncta illi desunt qui nil sibi deesse putat. Quid si summus pontifex sis? Nunquid
quia summus pontifex, ideo summus? Infimum noveris esse si summum putas. Quis enim summus cui addi non possit? Errant
erras si te illud constitues. Absit, tu non de illis es qui dignitates virtutes putant. Tibi ante comperta
vita quam dignitas fuit. Augustus reliquerunt illam simus aliis quam qui divinis toti honoribus non timuerunt, vi-
gratia Nabuchodonosor, Alexandro, Anthiocho, Herodi. Tu vero considera non consummatione summum te dici sed comparatione.
Ne per me putes comparatorem dicere meliorum sed ministrorum. Sic te constituet homo ut ministrum Christi et quod absque p
iudicio satis superque puto dixisse: summum plane inter ministros. Alioquin te ad summum volui non putare
summum aut velle putari. Auctorem sed tantum quod preficis si iam sufficis tibi. Non sit pudendum tibi aut pigrum
vestigare quid desit aut fateri quod desit. Verum illoque et tu vote antecessoris tui non quod iam acceperim
aut iam perfectus sim. Et rursum: Ego me non arbitror comprehendisse. Hec scientia sanctorum, sed longe ab illa
que inflat. Hac qui apponit apponit et dolorem, sed dolorem hunc nec unquam sapiens subterfugit. Est
quippe medicinalis dolor, per quem stupor ille letalis animi duri et impenitentis contunditur. Et ideo
sapiens qui dicere potuit: Et dolor meus in conspectu meo semper. Nunc iam repetende reliquie si que sunt loci 23
illius a quo paulo ante divertimus. Age indagemus adhuc diligentius quis sis, quam geras videlicet pro tempore
personam in ecclesia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, summus pontifex. Tu princeps episcoporum, tu heres apostolorum, tu
primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses,
iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claves tradite, cui oves credite sunt. Sunt quidem
et alii celi ianitores et gregum pastores, sed tu tanto gloriosius quanto differentius utrumque pre ceteris nomen here-
ditasti. Habent illi sibi assignatos greges singuli singulos; tibi universi crediti, uni unus. Nec modo ovium 24
sed et pastorum tu unus omnium pastor. Unde id probem queris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico episcoporum sed etiam
apostolorum sic absolute et indiscrete tote commisse sunt oves? Si me amas Petre, pasce oves meas. Quas?
illius vel illius populos civitatis aut regionis aut certe regni? Oves meas inquit. Cui non planum non designasse
aliquas sed assignasse omnes? Nichil excipitur ubi distinguitur nichil. Et forte putes ceteri condiscipuli
erant cum committeret uni unitatem omnibus commendaret in uno grege et uno pastore, secundum illud: Una est
columba mea formosa mea perfecta mea. Ubi unitas ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent sed di-
visionem recedentes ab unitate. Inde est quod alii singuli singulas sortiti sunt plebes, scientes sacramentum.
Denique Iacobus qui videbatur columpna ecclesie una est contentus Ierosolima, Petro universitate cedens. Pulchre
vero ibi positus est suscitare semen defuncti fratris, ubi occisus est ille. Nam dictus est frater Domini. Porro cedente
Domini fratre quis se alter ingerat Petri prerogative? Ergo iuxta canones tuos alii in partem sollicitudinis,
tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis arctatur limitibus, tua extenditur et in ipsos qui 24
potestatem super alios acceperunt. Nonne si causa extiterit, tu episcopo celum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere

cetas et tradere sathane potes. Stat ergo inconcussum privilegium tuum tibi tam in datis clavibus quam in ovibus commen-
datis. Accipe aliud quod nichilominus prerogativam confirmat tibi. Discipuli navigabant et dominus apparebat in
littore, quodque iocundius erat in corpore redivivo. Sciens Petrus quia dominus est in mare se misit et sic
venit ad ipsum aliis navigio pervenientibus. Quid istud nam? Nempe signum singularis pontificii Petri
per quod non navem unam ut ceteri quique suam sed seculum ipsum suscepit gubernandum. Mare enim seculum est, na-
ves ecclesie. Inde est quod altera vice instar domini gradiens super aquas unicum se Christi vicarium designavit qui
non uni populo sed cunctis preesse deberet. Siquidem aque multe populi multi. Ita cum quisque ceterorum habeat suam,
tibi una commissa est grandissima navis facta ex omnibus ipsa universalis ecclesia toto orbe diffusa. En quis
26 Quid es es. Sed noli oblivisci etiam quid. Nam et ego non sum oblitus id me promisisse repetitur, immo oportuit te.
Oportuit est cum eo quid es etiam quod ante eras considerares. Quid dico eras? et nunc es. Quod desinas
intueri quod non desisti esse. Una sane consideratio est quis fueris et quid sis. Nam quis sis fuis altera
non oportet ut ista excludat illam in scrutinio tui. Es enim ut dixi adhuc quod eras et non minus hoc es
quam quod factus es post forte et magis. Denique illud natus es immutatus, in hoc non mutatus, non reiectum
illud sed istud adiectum. Tractemus utrumque simul, nam ut prefatum me memini collate ex invicem ambe res
maiores fiunt. Dixi super constanti quid sis, nam occurrit qua es. Non ita non natus es. Porro pro
27 cunctanti quis persone videbit nomen quod est episcopus, quod quidem factus non natus es. Quid tibi illorum videtur
ad priorem esse tum principalius pertinere, quod factus an quod natus? Nonne quod natus? Hoc ergo consulo, consideres
maiore quod maiore es. Homines videlicet quod et natus es. Nec modo quid natus sed et qualis natus
es attendas, si non vis tue considerationis fructu et utilitate fraudari. Tolle proinde nunc habitaculum
hec personata ab initio maledicta. Disrumpe velamen foliorum celantium ignominiam non plagam curantium.
Dele fucum fugacis honoris huius et male colorate nitorem glorie ut nudum nude consideres, quia nudus
egressus es de utero matris tue. Numquid infulatus? numquid micans gemmis aut floridus sericis aut coronatus
pennis aut suffarcinatus metallis? Si cuncta hec veluti nubes matutinas velociter transeuntes et
cito pertransituras dissipes et exsuffles a facie considerationis tue, occurret tibi homo nudus et pauper et miser
et miserabilis, homo dolens quod homo sit, erubescens quod nudus sit, plorans quod natus sit, murmurans quod sit,
homo natus ad laborem non ad honorem, homo natus de muliere et ob hoc cum reatu, brevi vivens tempore ideoque cum metu,
repletus miseriis et propterea cum fletu. Et vere multis, quia corporis et anime simul. Quid enim calamitate vacat
nascenti in peccato, fragili corpore et mente sterili? Vere ergo repletus cui infirmitas corporis et fatuitas cordis
28 cumulatur traduce sordis, mortis addictione. Salubris copula ut cogitas te summum pontificem atten-
das pariter vilissimum cinerem non fuisse sed esse. Imitetur cogitatio naturam, imitetur et quod dignius est auctorem
nature, summa ima quoque consocians. Nonne natura in persona hominis vili limo vite spiraculum colligavit?
Nonne auctor nature in sua persona verbum limumque contemperavit? Ita tibi simul formam tam de [illegible] nec tam de lim
tractione originis quam de sacramento redemptionis ut altus sedens non alta sapiens sis sed humilia te
29 de te sentiens humilibus quoque consentiens. Proinde si consideras quis es, cogita etiam qualis et maiore
hec te sane consideratio tenet in te, nec a te avolare sinit, non ambulare in magnis neque in mi-
rabilibus super te. In te consistito, non infra deici, non attolli super, non evadere in longius, non extendi
in latius. Tene medium si non vis perdere modum. Locus medius tutus est, medium sedes modi et modus
virtus. Omnem ergo modi mansionem sapiens exilium reputat. Propterea non est illi habitare in longo quod ultra
modum sit, sed nec in lato quidem quod contra sit. Porro nec in alto vel imo quia altum supra, altum infra
sit. Denique et longitudo contineri hanc solet et dilatatio scissura et altitudo ruina et profundum ab-
sorptionem. Dico hec planius ne me putes ea loqui que apostolus comprehendere hortatur cum omnibus sanctis
30 longitudinem latitudinem sublimitatem et profundum, quod aliud erit et disputationis et temporis. Nunc autem
longum dico cum sibi homo longiorem promittit vitam, latum cum in superfluas aliquis distenditur curas, altum
cum de se plus presumit, profundum cum se plus deicit. Cum ergo longa sibi metitur tempora, nonne vere ingreditur
iter contineri [illegible] tristicie vite timor producitur solicitudinem. Inde est quod homines in pravia sese convolvens
per oblivionem in alia pervane sollicitudine ingerit, seculi non futuri, immo nec futuri. Sic aliquis distentus
in multa multis laceratur curis necesse est. Nempe immoderata extensio extenuat, et extenuatio nimia
scissionem facit. Iam vero alta presumptio quid nisi ruinosa precipitatio est? Legisti namque ante ruinam
exaltatur cor. Quid [illegible] nimie pusillanimitatis deiectio nisi desperata quedam absorptio est? In
31 hanc fortis non deicietur, prudens longioris vite non adducetur, merito modestius moderabitur curas

temperabit a suppliciis non deerit magis. Porro iustus altiora se non presumet, sed loquetur cum iusto. Si iniquus
fuero non levabo caput. Tu ergo in hac consideratione tui caute ambules et tota equitate ut sensit ut nec plus vero et tribuas vel plus
plus vero tibi tribuis non modo arrogando tibi quod non habes bonum, sed quod habes ascribendo. Vigilanter iusto parcas. Porro
minime distingue qualis ex te et qualis sis dono Dei, et non sit in spiritu tuo dolus. Erit autem, nisi fideliter partes tuas
tibi et que sunt Dei Deo sine fraude resignes. Ergo te mala, bona a Deo esse persuasum tibi non ambigo. Tamen
inter considerandum qualis sis etiam qualis fueris ad memoriam revocandum. Conferenda posteriora prioribus: profeceris qualis sis et fueris 32
ne in virtute, in sapientia, in intellectu, in suavitate morum, an ab his forte, quod absit, defeceris. Pacientior sis
an impacientior solito, iracundior, lenior, ne insolentior an humilior, affabilior an austerior, exorabilior
an difficilior, pusillior animo an magnanimior, serius magis an plus solito dissolutus, timoratior an forte
fidentior quam oportet. O quam latus tibi patet campus in hoc genere considerandi. Memoro ego pauca veluti 33
quedam seminaria proferens, non tamen ipse serens, sed das semen serenti. Oportet innotescat tibi zelus tuus,
clementia tua, discretio que moderatrix est earundem virtutum. Qualis utique in donandis iniuriis, qualis sis in ulciscendis,
quam in utroque prudens modi, loci, temporis observator. Prorsus considerandum tibi hoc in usu virtutum habere, ne non sint
virtutes si sint sed reputantur. Nempe huiusmodi non natura virtutes sed usus facit. Nam ex se indifferentes esse
noscuntur. Quid est aut abutendo et confundendo facere vicia aut bene ordinate que utendo virtutes. Solet discretionis
oculo caligante altiora vel propinqua loca timor occupare. Porro caliginis due sunt cause: ira et mollior affectus. 34 2
Iste iudicii censuram enervat, illa precipitat. Quid ab alto non pellitur aut pietas clementie, aut zeli rectitudo
turbata pre ira oculus clemens nil intuetur. Suffusus livore quodam et muliebri mollicie, aliquod verum non
videt. Non eris innocens si aut punias cum cui forte parcendum esset aut parcas ei qui fuerat puniendus.
In tribulationibus quoque quale te inveneris nolo dissimules. Si constanter in tuis, condolenter in alienis gau-
de. Veri teneri cordis hoc. E regione pressissimi si tu in propriis deprehendaris fortasse impaciens, minime timere 35
in alienis compaciens senciaris. Quid in prosperis? Nichil ne est quod consideracionem sollicitet? Est utique si dili-
genter attendas quam rarus sit ex toto qui non vel modice in prosperitate animum relaxaverit a sui custodia et disci- 3
plina. Quid? Vel minus non fiunt ad disciplinam, quod ignis ad ceram, quod solis radius ad nivem vel glaciem. Sapiens
David, sapientior Salomon fuit, sed blandicientibus nimis sibi rebus alter ex parte, alter ex toto desipuit. Magnus Salomon ...
qui incidens in adversa non incidit vel parum a sapientia. Nec minor cui fuit felicitas si arrisit non irrisit.
Utique facilius invenerit qui sapienciam retinuerit contra vim fortune quam qui propicia non perdiderit. Porro secundus ille
et magnus est cui inter prospera saltem risus indiscretior aut sermo insolentior aut immoderatior cura vestis
vel corporis non irrepsit. Et si recte sapiens hortatur sapienciam scribi in ocio, cavendum est in ocio ocium. Est fugienda
prorsus ociositas mater nugarum, noverca virtutum. Inter seculares nuge nuge sunt, in ore sacerdotis blasphemie. 36
Interdum tibi non incidunt, ferende fortassis, referende nunquam. Magis interveniens caute et prudenter ingruentem
precipiendus. Sane in scenam quidem qui non modo utiliter sed libenter audiat et suppeditat ociositas. Consecrasti
os tuum evangelio, talibus iam aperire illicitum, assuescere sacrilegium est. Labia sacerdotis, ait, custodiunt scientiam
et legem requirunt de ore eius, non nugas profecto vel fabulas. Verbum scurrile quod faceti urbanum vocant
nomine decolorat non sufficiat peregrinari ab ore, procul et ab aure relegandum. Fede ad cachinnos moveris,
fedius moves. Porro detrahere an detrahentem audire quid horum dampnabilius sit non facile dixerim. De
avaricia non est quod tuum fatigem intuitum, cum pecunias tanquam paleas ducere fertur. Non presumeretur non est 37
quod pro illa timeatur a iniuriis tuis, sed est quod non nimis sepe nec nomine nunquam impetrari iudicantibus solum
de quo maxime quid in tua lateat consciencia latere te nolim. Quid illud sit? querere acceptio personarum.
Non parvi te rei pecti existimes si facies peccatorum sumis et non pocius causas diiudicas meritorum.
Est item vicium cuius si te immunem senties, inter omnes quos novi ex his qui cathedras ascenderunt
sedebis mi iudice solitarius, quoniam veraciter singulariter levasti te super te iuxta prophetam. Facilitas credulitatis 38
hec est cuius callidissime vulpecule magnorum neminem comperi satis cavisse versucias. Inde eis ipsis
pro nichilo ire multe, inde innocentum frequens addictio, inde preiudicia in absentes. Gratulor ac tibi
nec cum assentacionis apud te vicior occurrere nota. Gratulor magis presidere te iustis adhuc absque horum 39
omni querela multa. An et sine culpa tu videris. Nunc ad ea que sub te sunt considerando intendenda. At
alterius principium hoc. Tu quidem tuis occupacionibus sermo brevior competencior est.

Liber tercius

Huius superioris libri hunc principium ponit. Itaque iuxta promissum illius considerandum que sub te sunt 1
Extencia sunt illa non est quod a me quemquam putes sacerdotium optime exigere, vetus fortasse
que non sunt queras. Orbe omnino ei cui forte volet explorare que non ad tuam pertinent
curam putes tibi destinatum sit non alias regiones sed ipsum debellatum orbem. Ite in orbem.

vniuersi. Dictum est illis: Ite vos vendentes tunicas emere gladios. Ignito eloquio et spiritu vehementi arma po
tentia deo. Quo non peruenere victores inclyti filii concussorum? Quomodo non sagitte potentis acute cum carbonibus
desolatoriis? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Penetrabat et
incendebat verba illa, ignita, quem dominus misit in terram. Occumbebant strenuissimi bellatores, sed non
succumbebant; triumphabant et mortui. Nimis confortatus est principatus eorum; constituti sunt principes super omnem
2 terram. Quibus tu successisti in hereditate. Ita tu heres et orbis hereditas. At quis hec portio te contingit
aut contigerit illos, id sobria consideratione pensandum. Non enim per omnem reor modum, sed sane quodammodo tenus
vt michi videtur, dispensatio tibi super illum credita est, non data possessio. Si pergis vsurpare et hanc, contradicit
tibi qui dicit: Meus est orbis terre et plenitudo eius. Non tu ille de quo propheta: Et erit omnis terra possessio eius.
Christus hic est qui possessionem sibi vendicat et iure creationis et merito redemptionis et dono patris. Cui enim alteri
dictum est: Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre. Possessionem et dominium
cede huic; tu curam illius habe. Pars tua hec: ne vltra extendas manum. Quid inquis? Non negas preesse sed dominari
3 vetas. Plane sic. Quasi non bene presit qui preest in sollicitudine. Nunquid non et villa villico et paruulus domino subiectus
est pedagogo? Nec tamen ville ille nec is sui domini dominus est. Ita et tu presis vt prouideas, vt consulas, vt procures,
vt serues. Presis vt prosis. Presis vt fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam. Ad quid? Vt
2 des illis escam in tempore. Hoc est vt dispenses, non imperes. Hoc fac, et dominari ne affectes hominum homo, vt non dominetur
tui omnis iniustitia. At satis super hoc intimatum superius, cum quis sis disputaretur. Addo tamen et hoc: nam nullum
tibi venenum, nullum gladium plus formido quam libidinem dominandi. Certe vt multum tibi tribuas, si multum deceptus
8 non es, nisi te existimes plus accepisse a magnis apostolis. Recordare nunc vocis illius: Sapientibus et insipientibus
debitor sum. Et si non indebitam tibi ipsam censes, hoc quod sit merito debitoris molestum nomen, sumenti
potius quam dominanti congruere. Seruus in euangelio audit: Quantum debes domino meo? Ergo si te agnoscis sapientibus et
insipientibus non dominatorem sed debitorem, curandum summopere tibi et tota vigilantia considerandum quo et qui non
sapiunt sapiant, et qui sapiunt non desipiant, et qui desipuerint resipiscant. At nullum genus insipientie infidelitate
ut sic loquar insipientius. Ergo et infidelibus debitor es, iudeis, grecis et gentibus. Interest proinde tua dare
operam qua possis vt increduli conuertantur ad fidem, conuersi non auertantur, auersi reuertantur. Porro peruersi ordinentur
ad rectitudinem; subuersi ad veritatem reuocentur. Subuersores inuictis rationibus conuincantur, vt vel emendentur
ipsi si fieri potest, vel si non, perdant auctoritatem facultatemque alios subuertendi. Non omnino et ab hoc insipientium genere pessimo
7 tibi dissimulandum. Dico autem hereticos scismaticosque. Nam hi sunt subuersi et subuersores, canes ad scissionem,
vulpes ad fraudem. Huiusmodi inquam huiusmodi maxime tuo studio aut corrigendi ne pereant, aut ne perimant coercendi.
Esto de iudeis, excusat te tempus; habent terminum suum qui preueniri non poterit. Plenitudinem gentium prius oportet. Sed de
6 ipsis gentibus quid iubes? Immo quid tua consideratio iudicet tibi percunctanti sic: Quid visum est patribus ponere
euangelio metam, verbum suspendere fidei donec infidelitas durat? Qua ratione putamus subsistit velociter currens
sermo? Quis primus inhibuit hunc salutarem cursum? Et illis causa forte quam nescimus aut necessitas potuit
obstitisse. Nobis que dissimulandi est ratio? Qua fiducia, qua conscientia Christum nec vel offerimus eis qui non
habent? An veritatem dei in iniustitia detinemus? Et quidem quandoque perueniat gentium plenitudo necesse est. Expectamus
vt in eas incidat fides? Cui credere casu contigit? Quomodo credent sine predicatione? Petrus ad cornelium, philippus
ad eunuchum missus est; et si exemplum recentius querimus, augustinus a beato gregorio destinatus formam fidei
4 tradidit anglis. Et de his tu ita tecum. Ego addo et de pertinacia grecorum, qui nobiscum sunt et nobiscum
non sunt, iuncti fide, pace diuisi, quamquam et in fide ipsa claudicauerint a semitis rectis. Et item de heresi que
clam pene vbique serpit, apud aliquos seuit palam. Nam paruulos ecclesie passim et publice deglutire
8 festinat. Queris vbi sit hec? Viri qui terram austri tam sepe visitant, ecce hi sciunt et possunt dicere tibi.
Eunt et redeunt per medium illorum aut iuxta transeunt. Sed quid boni adhuc cum illis egerint nescio. Audiuimus.
Et forsitan audiuissemus, nisi pro auro hyspanie salus populi viluisset. Tuum est et plage huic remedium.
Proinde sed insipientia que ipsos quoque iam prope modum stultam facit sapientiam fidei, quo et ipsam catholicam
9 pene tota hec vita infecit. Nam dico et in ipsa quoque que intra sunt quemque; sit vt inuicem inuidentes
inuicem prouocantes concertantesque ad odia animentur, ad iniurias armentur, ad lites cauillentur, ad dolos ferantur,
ad detractiones proruant, ad maledicta exprimantur, a fortioribus opprimantur infirmiores. Digne et laudabiliter
occupatur meditatio cordis tui aduersus tam pestilentis insipientie genus, quod corpus ipsum Christi, quod est
multitudo credentium, occupasse consideras. Ambitio, ambitiosorum crux, quo omnes torquet, omnibus placens.
Nil acrius cruciat, nil molestius inquietat, nil tamen apud miseros mortales celebrius negotiis eius.

An non limina apostolorum plus iam ambitio quam devotio terit? An non vocibus eius vestrum tota die resultat palatium?
An non questibus eius tota legum canonumque disciplina insudat? An non spoliis eius omnis Ytalica inhiat
inexplebili aviditate rapacitas? Quid ita tua ipsius spiritualia studia non parte intercidit sed abscidit? Quid ita
sterilia ac frustranea tua abortivi ocia fecit inquietum et inquietans malum? Aliud est quod ab oppressis appellatur ad
te, aliud quod ambitio in ecclesia per te regnare molitur. Nec deesse illis nec huic aliquatenus assentire oportet. 10
Quero vero unquam sonent illa, perierunt illa? utrisque tu debitor es, illis ut erigas, istos ut reprimas. Et quid in-
ridit de appellationibus? Perrarum aliquid non erit ab re. Magno in hiis et pio opus intuitu est, ne quod
magna fuit necessitate provisum male utendo reddatur inutile. Michi videtur et in multis posse eos devenire
pernicies, si non summo moderamine actitentur. Appellatur de toto mundo ad te. Id quidem in testimonium singularis
primatus tui. At tu si sapis non primatu gaudebis sed fructu. Apostolis dictum est: In hoc nolite gaudere quod 11
spiritus subiciuntur vobis. Appellatur ad te ut dixi, et utinam tam fructuose quam necesse. Ut ad oppressi clamat
sentiat oppressor et non superbiat impius unde incendit pauper. Quid tam decorum ut ad invocationem tui nominis
oppressi effugiat, versuti non refugiat? Quid e regione tam perversum tam recti alienum ut letetur qui malum fecit
et qui tulit incassum fatigetur? Inhumanissime non moveris erga hos, cum illate iniurie cumulaverit dolorem
et labor itineris et dampna expensarum? Sed inertissime ignavissime in illum non moveris qui huic tot calami-
tatum partim auctor partim extitit causa. Evigila homo dei cum hec contingunt. Moveatur misericordia, moveatur
indignacio tua. Alteri leso, alterum ledenti debes. Compleatur ille dampnorum restauratu suorum satisfactione 12
iniuriarum sive calumpniarum. Sed isto ita agatur ut peniteat fecisse quod non timuit facere, et non de penis
innocentis rideat. Arbitror idem debere pati illum qui sine causa forte appellavit. Formula hec iustitie
perstringit tibi et huic incommutabilis vero equitatis, et ni fallor ipsa appellationis lex, ut illicite usurpata
appellatio nec prosit appellanti nec appellato obsit. Utquid enim frustra fatigatus sit homo? Quam plenum iustitie
ut se sese potius ledat qui voluit proximum. Appellasse inique iniquum est, et inique et impie impune
appellationum iniquarum fomes. Iniqua autem omnis appellatio ad quam iustitie inopia non coegit. Appellare
non ut graveres sed si graveris licet. Appellandum a sententia. Ante sententiam improbe omnino nisi ob manifestum gravamen 13
presumitur appellatio. Qui ergo non gravatus appellat, liquet quia aut gravare intendit aut tempus redimere.
Non est autem subterfugium appellatio sed refugium. Quantos novimus appellasse pulsatos, quos interim
liceret quod nunquam licet. Nonnullos quo admixerunt licuisse appellationis suffragia nefaria, scimus. Ubi gratia
incestum adulterium. Qualiter est hoc turpitudine patrocinari, vel quod vel maiore formidari a turpibus
oportebat? Quousque murmur universe terre aut dissimulas aut non advertis? Quousque dormitas? Quousque
non evigilat consideratio tua ad tantam appellationum confusionem atque abusionem? Preter ius et phas, preter morem
et ordinem fiunt. Non locus non modus non tempus non causa discernitur aut persona. Presumuntur leviter passim
plerumque et nequiter. Volentes malignari unde hec potissimum terreri solebant, nunc terrori ipsi potius
magis fiunt. Atque id bonis antidotum versum in venenum. Non mutatio dextere excelsi hec. Appellant boni
a malis ut non faciant bona et supersedent a voce tonitrui tui formidantes. Denique appellant episcopi
ne illicita audeant matrimonia solvere vel prohibere. Appellantur ne rapinas ne furta ne sacrilegia
et que eiusmodi sunt punire vel ullatenus vel cohibere presumant. Appellant ne indignas et infames per-
sonas a sacris officiis beneficiis sive repellere sive amovere queant. Quod tu invenis remedium morbo
huic, ne quod repertum ad remedium fuit reperiatur ad mortem? Zelatus est dominus domum orationis factam
speluncam latronum. Tu eius minister dissimulas miserorum refugium datum arma iniquitati? Videas pro-
ripi passim partes oppressorum et prorumpere ad appellandum non tam gravatos quam gravare volentes. Quid
hoc misterii? Timendum est confodere non meum conticeam istud. Et cur iniquus male appellati non
veniunt, conscii suam innocentiam malitiam convincere? Dicunt quod dicere ad hec solent: Nolumus vexari 12
frustra in curia esse qui potius foveat appellantibus, foveat appellationes. Cessimus venie, domi
tenere satius. Fateor me non omnino decrevisse. Quem das mihi in tam crebris appellationibus que
hodie fiunt, qui pro expensis itineris vel minimum restituit illi quem forte appellavit? Mirum ergo si ita omnes
appellantes iusti et appellati rei vero examine inventi sunt. Diligite inquit iustitiam qui iudicatis
terram. Parum est iustitiam tenere nisi diligas. Qui tenent tenent, qui diligunt zelant. Amator iustitie
inquirit iustitiam et persequitur eam, porro omnem iniustitiam persequitur. Nichil tibi et illis qui appellationes
venationes putant. Pudet elogii quod apud ethnicos iam vertitur in parabolam: Duos novimus … cervos
pingues. Ut minus loquar, plus facetie quam iustitie hic. Tu si amas iustitiam, appellationes non affectas
sed sustines. Verum quid emolumenti affert ecclesiis dei tua unius hominis iustitia, ubi sententia prevalet
aliter affectorum? At istud loci illius erit. Tunc cepimus versari que circa te sunt. Nunc vero non te existimes 14

clamose vacare considerationi huic, qua appellationes ad legitimum si fieri potest revocetis usum. Et si hunc mea quidem
vel potius curet. Sua dico appellationes ut non contempnendas sic nec usurpandas omnino. Porro horum quid
insolentius censeam haud facile dixerim, nisi quod usurpatio quaedam videtur inducere contemptus necessitatem
ac per hoc forte acrius insectanda quae amplius nocet. Aut non vere nocentior est, mala in se, in partu
peior? Nonne ipsa est quae ipsum nihil quod valet aut contemnat aut aestimat? Ita saepe etiam rebus pretiosissimis
pretium gratiam non modo demit sed adimit. Quid sacramentis acceptius? Usurpata tamen ab indignis indigne
vel tractata nimirum acceptant magis hic damnationem quam debitam venerationem non habent. Fateor grande
16 et generale mundo bonum esse appellationes, idque tam necessarium quam solem ipsum mortalibus. Revera quidam sol iustitiae
est prodens ac redarguens opera tenebrarum. Prorsus fovendae et manutenendae, sed quas necessitas extorserit, non
calliditas adinvenerit usurpatoria. Sic enim omnes non subvenientes in necessitate sed opitulantes iniquitati,
quid ni veniant in contemptum? Quanti ut talibus quod defecerunt etiam de proprio cessere iure, ne longo et
casso itinere fatigarentur. Plures cum sua amittere non ferentes appellationes minus opportunas et celsa nomina
importunius contempserunt. Dico aliquid quod ad rem pertinet exempli causa. Quidam sibi publice despo-
sarat uxorem. Adest dies celebrandarum nuptiarum, parata omnia, invitati multi. Et ecce homo concupiscens uxorem
proximi sui in voce appellationis inopinate prorupit, affirmans sibi traditam prius suamque potius esse debere.
Stupet sponsus, haeret omnis, sacerdos non audet procedere, frustratur omnis apparatus, ille discedit, quisque
in domum suam cenam manducaturus. Sponsa a mensa et thalamo sponsi suspenditur, quousque Roma reditum
est. Parisius contigit hoc, nobili Galliarum civitate, sede regia. Item in civitate eadem quidam sibi despo-
sata uxore diem constituit nuptiarum. Interim exurgit calumnia, dicentibus quibusdam non debere coniungi.
Ad iudicium ecclesiae causa delata est, sed non exspectata sententia appellatum est sine causa, sine gravamine, solo
frustratoriae dilationis intuitu. At ille sive pro eo quod paraverat, sive dilecte tardius frustrari contemnens,
nolens, missis quos proposuerat, contempta seu dissimulata appellatione peregit. Quid illud quod in Auti-
sodorensi etiam nuper a quodam adolescente praesumptum est? Nempe defuncto sancto episcopo, volentibus clericis
alium ut mos est eligere, intervenit ille appellans et vetans ne fieret quousque isset et redisset ab urbe.
Cum tamen appellationem nec ipse detulit. Nam cum videret se contempni tanquam qui irrationabiliter appellasset,
ascitis quos potuit, tertia die post factam ab aliis fecit suam. Tu itaque conflictis et innumeris talibus
17 liqueat non contemptum gigni usurpationem, sed ex usurpatione contemptum. Videris tu quid sibi velit
quod zelus iste assidue paene vindicat illud, istud dissimulat. Vis perfectius coercere contemptum? Cura
in ipso utero pessimae matris perfocari germen nequam, quod ita fiet si usurpatio digna animadversione
mulctetur. Tolle usurpationem et contemptus excusationem non habet. Porro inexcusabilitas amplius complodet.
Non sit proinde usurpator et contemptor nullus erit aut admodum rarus. Bene facis tu quod appellationibus
18 negato suffragio, immo suffugio, multa remittis negotia ad cognoscentes vel qui nosse citius possint.
Ubi enim certior ac facilior notio, ibi decisio tutior expeditior quam esse potest. Quam plenum gratiae quod multorum
proinde laboribus parcis et sumptibus. At quibus sic credas id tibi omnimodis attendendum. Poteram multa
de eorum utilitate addere his, sed vereor propositi mei contentus interim occasionem dedisse ad alia transeundo.
19 Et primum quod occurrit minime transeundum reor pariter et singulariter. Ad quid exigit tibi dico considerationem. Numquid
ut de subditis certas? Nequaquam, sed ut ipsi de te principe te constituerit, sed sibi non tibi. Alioquin quo pa-
cto te reputas superiorem his a quibus beneficium mendicas? Audi Dominum: Qui potestatem habent super eos benefici
vocantur. At istud de his qui foris sunt. Quid ad nos? Tu mendacium id dixeris, si non tam beneficos esse
quam beneficiis pretio intendas. Parvi deiecti quam animi est de subditis non profectum quaerere subditorum,
sed quaestum propriorum. In summo praesertim omnium nihil turpius. Quam pulchre magister gentium: Putes filios non
filios debere thesaurizare parentibus. Non mediocris gloriae vox illa: Non quaero datum,
sed fructum. At iam transeamus et hinc, ne quis moram in his meam avaritiae in te notam imputet.
20 Nunc quam longe a te sit libro superiori testatus sum, sciens certa et in qua tua necessitate respueris. Id
te proinde scripserim ista non propter te. Nempe quod tibi scribitur soli prodesse non decet. Hic locus avaritiae
carpit, a quo vitio immunis satis tua opinio est, ac et opus tu videris. Vidimus tu ut oblata a pauperi-
bus tanquam quae tangere non acquiescis, gravatos detinuisse saccos, sed pretio non missa ingentium
reputatum est fenum sagmarii nolentes saccum omisit missas repatriant vel noviter nova res qui
aeterna auro Roma refudit. Et inter Romanorum consilio id usurpatum non credimus. Duo venerunt
ambo locupletes et ambo rei. Siquidem unus Maguntinus, Coloniensis alter. Alteri gratia gratis
reddita est; alter indigens, credo tui gratia recedet. Audivit: Cum quali veste intrasti, ad eam egredieris.

O vocem magnificam, vocem prorsus apostolice libertatis. Quid minus ab illa hijs huiusmodi: Pecunia tua tecum sit in perdi-
tionem? Nisi quod in illa plus zeli, in ista plus modestie sonuit. Quid ille de Tusciarinis partibus pene a
finibus terre terra et mari circuiens pro episcopatu suo et aliquibus facultatibus nuper emendo, iam cum emerat plus
tulit multa, sed retulit non omnia tamen: incidit miser in manus alias, accipere quam dare potentiores. Bene
fecisti tuas in utrisque sinas iniurias nec imponere sed ambitioso nec supponere iniquo mamone acquisitas.
Non sic a paupere episcopo commisisti, dans quod daret ne immunificus notaretur. Accepit tamen quod palam dedit.
Sic de tuo sacculo consultum est verecundie viri. Sic quod turpe movere genus tuo beneficio inordinata decli-
navit corpus qui diligunt munera. Non potes abscondere et factum nominis et personam. Ambitio generat. Et ego
eo libentius predico quo tu id molestius audis. Et tibi sic competit et michi sic. Tamen non oportet me
Christi gloriam silere quam nec te querere tuam. Et pergis minuere, adhuc videbitur procurator. Quanto eis precipi-
cebat tanto magis plus predicabat: Bene omnia fecit. Audi aliud si tu aliud addidem tamen cum for- 21
tassis plurime quis dicat tua consideratio videtur. Hoc michi videtur non longe a vobis dissentire qui id forte
inter avaritie species locandum putaverint. Ego vero illud aut speciem esse aut speciem habere non negaverim. Sane
interest tue perfectionis et malas res et malas prorsus species devitare. In alto consistis, in alto fame
consilijs. Puta tibi non licere et si alijs fortasse liceat quemcumque male sint coloratum. Denique intuere
maiores tuos et dicet tibi: Ab omni specie mala abstinete vos. Sane minister domini dominum imitetur,
quippe aut qui michi ministrat me sequatur. Et habes de illo: Dominus regnavit, decorem induit, induit
dominus fortitudinem. Tu ergo esto fortis, fortis in fide, decorus in gloria, et probasti te imitatorem dei. Fortitudo
tua fiducia fidelis conscientie, decor tuus splendor bone opinionis. Ita queso induere fortitudinem,
etenim gaudium domini fortitudo tua. Porro specie tua et pulchritudine tua intende tamquam ipsa pulchritudine delectatur.
Indue vestimenta glorie tue, vestitur duplicibus quibus domesticos suos fortis illa mulier induere
consuevit. Non sit in conscientia intus infirmitas mobilitas fidei, non sit in fama vernus male speciei
et vestitus duplicibus et gaudebit sponsus super te deus tuus. Miraris quorsum hec ignarus nisi
adhuc quid dicere velim. Non te tollo diutius. Nimium loquor et quin moneam cetera. Truncari se clami- 22
tant ac demembrari vel nulli vel pauci admodum sunt quos plaga ista aut non doleat aut non timeat.
Queritur quare subtrahuntur abbates episcopis, episcopi archiepiscopis, archiepiscopi patriarchis sive primatibus.
Bona ne species hec? Mirum si excusari queat vel opus. Sic factitando probatis habere plenitudinem vos
potestatis, sed iustitie forte non ita. Facitis hoc quia potestis, sed utrum et debeatis questio est. Honorum ac
dignitatum gradus et ordines quibuscumque suos servare positi estis, non invidere, ut quidam vestrum ait. Sibi
honorem honorem. Spiritualis homo ille qui omnia diiudicat ut ipse a nemine iudicetur omne opus suum
trina quadam consideratione preveniet: primum quidem an liceat, deinde an deceat, postremo an et expediat. Trina questio ad opus 23
Nam et si constat in sacra utique philosophia non decere nisi quod liceat, non expedire nisi quod deceat et liceat,
non continuo tamen omne quod licet decere aut expedire consequens erit. Age aptemus si possumus tria ipsa
operi huic. Aut quomodo non indecens tibi voluntate pro lege uti et quia non est ad quem appelleris potestatem
exercere, negligere rationem? An ne maior domino tuo qui ait: Non veni facere voluntatem meam? Quamquam non
minus deiecti quam elati animi est veluti rationis expertem non pro ratione sed pro libitu agere, nec iudicio agi
sed appetitu. Quid tam bestiale et si indignum cum nichil utentem ratione vivere pecus? Quis in te rectore
omnium tantam contumeliam nature, iniuriam honoris ferat? Sic degenerando, quod absit, generale obprobrium
fecisti proprium tibi. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis.
Quid item tam indignum tibi quam ut totum teneas non sis contentus toto nisi minutias quasdam atque
exiguas portiones ipsius tibi credite universitatis tamquam non sint tue satagas nescio quomodo adhuc 24
facere tuas. Ubi etiam meminisse te volo parabole Nathan de homine qui centum oves habens unam
que erat pauperis concupivit. Sive quod venit factum immo facinus regis Achab qui regni summam
tenebat et unam vineam affectavit. Mutat deus a te quod ille audivit: Occidisti et possedisti.
Volo autem attendas in fructu emancipationis ipsius. Nullus enim est nisi quod inde episcopi insolentiores,
monachi etiam dissolutiores fiunt. Quid quod et pauperiores? Inspice diligentiusque talium ubique libertorum 25
et facultates et vitas, si non pudenda admodum et tenuitas in hiis et in illis secularitas invenitur.
Matris noxie libertatis gemina soboles hec. Quid ni peccet liberius licentiusque vagum et male
liberum vulgus cum non sit qui arguat? Quid ni licentiusque spolietur ac despicitur inermis religio
cum non sit qui defendat? Quo enim refugium illis? Numquid ad episcopos dolentes iniuriam? Ridentibus
profecto aspiciuntur oculis sive que faciunt mala sive que patiuntur. Que demum utilitas in sanguine
isto? Vereor ne illa quam in propheta comminatus est deus: Ille iniquus in iniquitate sua morietur. 26

sanguinem autem eius de manu tua requiram. Sed eum extollit qui subtrahit, et cui subtrahit videtur
qui subtrahit quo incedens / peior est, inolitus igne cum vidi capiat. Sed is qui murmurat secundum carnem
mortuus est, qui instigat quid vivit? Certe vero non reus mortis amborum, et sic pertinet qui gladium dedit
vide ambo moriuntur. Hoc est quod dicitur: occidisti et possedisti. Adde quod si audiunt scandalizati
indignantur, detrahunt et blasphemant: hoc est volvuntur ad mortem. Non est bona arbor faciens
fructus tales: insolentias, dissolutiones, dilapidationes, simultates, scandala, odia, et quod magis dolendum
inter ecclesias inimicitias graves perpetuasque discordias. Vides quam verus sit sermo ille: Omnia mihi licent
sed non omnia expediunt. Quid si forte nec licet? Ignoscite michi, non facile adducor licitum concedere
27 quod tot illicita parturit. Tu ne te demum licitum censeas suis ecclesias mutilare membris, confundere
ordinem, perturbare terminos quos posuerunt patres tui? Si iusticie est ius cuique suum servare, auferre cuiquam
sua iusto quomodo poterit convenire? Erras si ut summam ita et solam institutam a deo vestram apostolicam
potestatem existimas. Si hoc sentis, dissentis ab eo qui ait: Non est potestas nisi a deo. Proinde quod
sequitur: Qui potestati resistit dei ordinationi resistit, etsi principaliter pro te facit, non tamen singulariter.
Denique idem ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non ait sublimiori tamquam in uno,
sed sublimioribus tamquam in multis. Non tua ergo sola potestas a deo: sunt et mediocres, sunt et inferiores.
Et quomodo quos deus coniunxit non sunt separandi, sic nec quos subiunxit comparandi. Monstrum
facis si manui submovens digitum facis pendere de capite, superiorem manui, brachio collateralem.
Tale est si in Christi corpore membra aliter locas quam disposuit ipse. Nisi tu putas alium esse qui posuit
in ecclesia quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios doctores et pa-
stores ad consummationem sanctorum in opus ministerii in edificationem corporis Christi. Atque hoc corpus quod ipse t'
paulus suo vere apostolico figurat eloquio et capiti convenientissime aptans: totum ex eo compactum
exhibet et connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri
augmentum corporis facies in edificationem sui in caritate. Nec vilem reputes formam hanc
28 quia in terris est exemplar habet de celo. Neque enim filius potest facere quicquam nisi quod viderit patrem
facientem, presertim cum ei sub Moysi nomine dictum sit: Vide omnia facias secundum exemplar quod tibi
in monte monstratum est. Viderat hoc qui dicebat: Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem
de celo a deo paratam. Ergo eum propter similitudinem dictum reor, quod sicut illic cherubim et seraphim
ac ceteri quique usque ad archangelos et angelos ordinantur sub uno capite deo, ita hic sub uno summo
pontifice primates vel patriarche, archiepiscopi, episcopi, presbiteri vel abbates et reliqui in hunc modum.
Non est parvipendendum quod et deum habet auctorem et de celo ducit originem. Quod si dicat episcopus
nolo esse sub archiepiscopo, aut abbas nolo obedire episcopo, hoc de celo non est. Nisi tu forte angelorum
quempiam dicentem audisti: nolo sub archangelis esse, aut ex alio quolibet inferiorum ordinum aliquem
non ferentem subesse cuiquam nisi deo. Dicimus inquies: prohibes dispensare? Non, sed dissipare. Non
29 sum tam rudis ut ignorem positos vos dispensatores, sed in edificationem, non in destructionem. Denique
queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est;
ubi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est. Utilitas dico communis, non propria. Nam cum nichil
horum est, non plane fidelis dispensatio sed crudelis dissipatio est. Nonnulla tamen monasteria
30 sita in diversis episcopatibus, quod specialius pertinuerint ab ipsa sui fundatione ad sedem apostolicam pro voluntate
fundatorum, quis nesciat? Sed aliud est quod largitur devotio, aliud quod molitur ambitio impa-
tiens subiectionis. Et hec dicta de his. Superest ut generaliter super universum statum ecclesie intendat
31 consideratio tua: si plebes clericis, si clerici sacerdotibus, si sacerdotes deo in ea qua oportet humilitate
subiecti sint; si in monasteriis et religiosis locis servetur ordo, vigilet disciplina; si super
prava opera et dogmata censura ecclesiastica vigeat; si floreat vinea honestate et sanctimonia
sacerdotum; si flores fructus parturiant obedientia fidelium populorum; si denique vestra ipsorum apostolica
mandata et instituta ea qua dignum est sollicitudine observentur, nequid in agro domini tui aut
neglectum incultum aut fraude surreptum inveniatur. Posse inveniri ne dubites. Quippe in
promptu est, ut multa et innumera pretermittam que passim neglecta iacent, nonnulla etiam
ex his que plantavit dextera tua convulsa monstrare. Nonne ob tuum in Remensi concilio sub-
iecta capitula promulgavit? Quis ea tenet? Quis tenuit? Falleris si teneri putas. Si non pu-
tas, ipse peccasti aut statuens que non tenentur aut quod non tenentur dissimulans. Precipimus autem
32 ut tam episcopi quam clerici neque in superfluitate seu inhonesta varietate colorum aut scissura

vestitu neque in tonsura intuentium quorum forma et exemplum esse debet offendat aspectum sed potius
ita in suis actibus cautela contempnant et amorem devotionis tanti sacramenti demonstrent sicut digni
tas exigit clericorum. Quod si moniti ab episcopis suis infra quadraginta dies non obtemperaverint, ecclesiasticis bene
ficiis eorundem pontificum auctoritate priventur. Episcopi vero si prefatam penam irrogare neglexerint quia inferiorum
culpe ad illos magis referende sunt qui ad desides negligentesque rectores tamdiu ab officio pon
tificali abstineant donec penam a nobis constitutam clericis sibi subiectis imponant. Illud etiam duximus 33
adiciendum ut nullus in archidiaconum vel decanum nisi diaconus vel presbiter ordinetur. Archidiaconi
vero decani et presbiteri propositi qui infra ordines prenominatos sunt, si inobedientes ordinari contemp
serint honore suscepto priventur. Prohibemus autem ne adolescentibus vel infra sacros ordines
constitutis sed qui prudentia et vite merito clarescunt predicti concedantur honores. Verba tua hec, tu
sanxisti. Quid effectui mancipatum? Adhuc adolescentes, adhuc qui infra sacros ordines sunt pro
moventur. Quod ad primum capitulum pertinet, luxus vestium interdictus sed non restrictus. Pena dictata
sed minime secuta est. Iam ecce annus est ex quo datum mandatum audivimus et necdum adhuc clericorum
privatum beneficio necdum episcoporum suspensum ab officio lugemus. At luctu amarissimo dignum quod secutum 34
est. Quidnam hoc? Impunitas incurie soboles insolentie mater radix impudentie transgressionum nutrix.
Et beatus si omni satagas cura omnium prima fugere cavere incuriam. Sed ad hoc tu operam dabis.
Et nunc leva oculos tuos et vide si non eque ut prius pellicula discolor sacrum ordinem decolorat
si non eque ut prius fissura enormis pene inguina nudat. Solet dici: Non de vestibus cura est 35
deo et non magis de moribus. At forma hec vestium deformitatis mentium et morum indicium est.
Quid sibi vult quod clerici aliud volunt esse aliud videri? Id quidem minus castum minus quam sincerum.
Nempe habitu milites questu clericos actu neutros exhibent. Nam neque pugnant ut milites
neque ut clerici evangelizant. Cuius ordinis sunt? Cum utrique esse cupiunt utrumque deserunt utrumque
confundunt. Unusquisque inquit in ordine suo resurget. Isti in quo? An qui sine ordine peccaverint
sine ordine peribunt? Aut si summe sapiens deus veraciter creditur a summo usque deorsum nichil in
ordinatum relinquere, vereor non alibi ordinandos quam ubi nullus ordo sed sempiternus horror incipiat
inhabitat. O miserandam sponsam talibus creditam paranymphis qui assignata cultui eius propria
retinere questui non verentur. Non amici profecto sponsi sed emuli sunt. Et de his satis que sub
te sunt etsi non ad materie copiam que est multa nimis, certe ad id quod proposui ego. Visenda
iam que circa te sunt, sed ad ea ostium nobis liber quartus aperiet. Liber quartus de consideratione

Si michi plenius innotuisset amantissime Eugeni priora qualiter acceptaveris, sive hoc vel 1
sequentia in reliquum pressissem vel tacuissem aut certe substitissem omnino. Nunc vero quia
ob locorum distantiam id minime datur non mireris si prodit cautior sermo anceps ve
recundie fateor ad medium veniens. Prioris itaque considerationis partibus libris prioribus
pertractatis in manibus est de his absolvere que circa te sunt. Et ipsa quidem sub te sed quo proximiora
eo importuniora tibi. Nempe coram posita incuriam non admittunt, dissimulationem non oblivionem.
Vehementerque urgent turbulenterque irruunt, verendum ne obruant. Circa huiusmodi quam sobria et intenta
consideratione opus sit ipso te experimento edoctum satis non ambigo. Plerumque si non tanta oportuna
quam intueamur consideratio, occupatio eliminabit et vexationis non erit modus et sollicitudinis
non erit finis. Non tempus vacuum sed liberum cor, plus laboris et minus utilitatis. Dico autem
instantia tua quotidiana ab urbe a curia a domestica ecclesia tua. Hec inquam circa te sunt: clerus 2
et populus tuus cui specialiter episcopus es, at per hoc spiritualis cure teneris debitor. Hii quoque qui tibi quotidie
assistunt, seniores populi, orbis iudices et qui vite de domo et mensa tua sunt, capellani, cu
bicularii ministri, quique diversis deputati officiis in obsequium tui. Hii te familiarius visitant
frequentiusque pulsant, molestius quoque sollicitant. Hii sunt qui non verentur suscitare dilectam et antequam velit.
Et primo quidem clerum illum ordinatissimum esse decet ex quo precipue in omnem ecclesiam cleri forma
processit. Deinde omne quod perperam agitur te presente id tibi turpius. Interest glorie sanctitatis tue 3
ut quos pre oculis habes ita ordinati ita sint informati quatenus totius honestatis et ordinis
ipsi speculum ipsi sint forma. Inveniantur preterea oportet expediti ad officia, idonei ad
sacramenta, ad plebes erudiendas solliciti, circumspecti ad semet custodiendos in omni castitate

2 Cuius de populo loquar? populus romanus est. Nec brevius potui nec expressius tamen aperire de tuis par-
rochianis quod sentio. Quid tam notum seculis quam protervia et fastus romanorum? Gens insueta paci,
tumultui assueta. Gens immitis et intractabilis usque adhuc, subdi nescia nisi cum non valet resistere.
En plaga. Tibi incubuit cura haec, dissimulare non licet. Rides me forsitan fore incurabilem persuasus.
Noli diffidere: curam exigeris, non curationem. Denique audisti: Curam illius habe, et non: cura vel sana
illum. Verum dixit quidam: Non est in medico semper relevetur ut aeger. At melius de tuis propono tibi.
Paulus loquitur: Plus omnibus laboravi. Non ait plus omnibus profui, aut plus omnibus fructificavi.
Verbum insolens religiosissime vitavit, qui alias noverat hoc quod dicitur: quia unusquisque secundum suum
laborem accipiet, non secundum proventum. Et ob hoc in laboribus potius quam in profectibus gloriandum putavit,
sicut alibi quoque habes ipsum dicentem: In laboribus plurimis. Itaque queso fac tu quod tuum est; nam deus
quod suum est satis absque tua sollicitudine et anxietate curabit. Planta, riga, fer curam, et tuas
complevisti partes. Sane incrementum ubi voluerit dabit deus, non tu. Ubi forte noluerit, tibi deperit
nichil, dicente scriptura: Reddet deus mercedem laborum suorum. Securus labor, qui nullo valet evacuari
defectu. Et hec dixerim absque preiudicio divine potentie et bonitatis. Scio induratum cor populi huius; sed
potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe. Quis scit si convertatur et ignoscat, convertat
et sanet eos? Sed non est propositi mei dictare deo quid facere debeat. Tibi utinam possim quod oportet
et prout oportet suadere. At locus dubius et scrupulosam incidit disputationem. Nam non adeo quod
4 sentio dicere, video satis quod imminet. Clamabitur insuetum, nam iustum negari non poterit. Ego vero
ne insuetum quidem assenserim. Nempe assuetum fuisse scio, ac per hoc in dissuetum potuisse venire,
sed non redire in insuetum. At vero assuetum quis neget, quod testatur non modo aliquando factum, sed aliquotiens
factitatum? Quid illud sit dicam, et non presentem? Cur? quia non placebit satrapis, plus maiestati
quam veritati studentibus. Fuerunt ante te qui se totos ovibus pascendis exponerent, pastoris opere et
nomine gloriantes, nil sibi reputantes indignum nisi quod saluti ovium obviare putarent; non querentes
que sua sunt, sed impendentes. Impendere curam, impendere substantiam, impendere et se ipsos. Unde unus eorum:
Et ego autem superimpendar pro animabus vestris. Et tamquam dicerent: Non venimus ministrari, sed ministrare. Po-
nebant quotiens oportuisset sine sumptu evangelium. Unus erat de subditis questus, una pompa, unaque
voluptas, si quo modo possent parare domino plebem perfectam. Id omnibus erat in multa contritione
cordis et corporis, in labore et erumpna, in fame et siti, in frigore et nuditate. Ubi nunc queso con-
suetudo hec? Subiit dissimilis valde. Longe in aliud mutata sunt studia, et utinam non in peius.
Cum tamen et anxietas et emulatio et sollicitudo, fateor, perseverat translata, sed non imminuta. De
substantia vobis parcitur non magis quam ante. Dispensatio autem locorum dissimilitudinem facit
magna abusio. Pariter ad eos legislatores, ad manus omnes respiciunt. Non timeo cum omne papale
negotium illi agunt. Quem dabis mihi de tota maxima urbe qui te in papam receperit precio seu spe
6 precii non intervenente? Et tunc potissimum volunt dominari, cum professi fuerint servitutem. Fideles se spondent
ut opportunius fidentibus noceant. Ad hoc non erit consilium tibi a quo se arcendos putent, non secretum
quo se non ingerant. Si stante pro foribus quamquam illorum mora vel modica fuerit, officiarius ego tunc pro eo
esse nolo. Et nunc cognosce paucis, noverim ne et ego vel aliquos mores gentis. Ante omnia sapientes
sunt ut faciant malum, bonum autem facere nesciunt. Hii invisi terre et celo, utrique iniecere manus, impii in deum,
temerarii in sancta, seditiosi in invicem, emuli in vicinos, inhumani in extraneos, quos neminem amantes
amat nemo, et cum timeri affectant ab omnibus, ut omnes timeant necesse est. Hii sunt qui subesse non
sustinent, preesse non norunt; superioribus infideles, inferioribus importabiles. Hii inverecundi ad petendum,
ad negandum frontosi. Hii importuni ut accipiant, inquieti donec accipiant, ingrati ubi acceperint.
Docuerunt linguam suam grandia loqui, cum operentur exigua. Largissimi promissores, et parcissimi
exhibitores; blandissimi adulatores, et mordacissimi detractores; simplicissimi dissimulatores, et
malignissimi proditores. Ceterum hec plenius te atque expressius ammonendum putans hoc quod circa te
7 sunt in hac parte. Iam ad ordinem revertamur. Quale est quod de spoliis ecclesiarum emuntur qui dicunt tibi: Euge
euge? Pauperum vita in plateis dominorum seminatur, argentum micat in luto, accurritur undique; tollit
illud non pauperior sed fortior, aut qui forte citius precucurrerit. Ac tamen mos iste vel potius mors ista
non cepit in te; utinam desinat. Sed reliqua prosequamur. Inter hec tu pastor procedis deauratus,
8 tam multa circumdatus varietate. Oves quid capiunt? Si auderem dicere, demonum magis quam ovium pascua
hec. Scilicet sic factitabat Petrus, sic Paulus ludebat. Vides omnem ecclesiasticum zelum fervere solum pro

dignitate tuenda. Honori totum datur, saluti nichil aut parum. Si ea requirente paulo submissius agere
ac socialius te exhibere temptaveris, absit inquiunt non decet, tempori non congruit, maiestati non convenit, quam geras
personam attendito. De placito dei ultima mentio est, de periculo salutis nulla cunctatio. Nisi quod sublime est
hoc salutare ducunt, et quod gloriam redolet id iustum. Ita omne humile probro ducunt inter palatinos, ut
facilius quis esse quam apparere humilis velit invenias. Timor domini simplicitas reputatur, ne dicam fatu- 4
itas. Virum circumspectum et amicum proprie conscientie calumpniantur ypocritam. Porro amatorem quietis et sibi interdum
vacantem inutilem dicunt. Quid ergo tu vigilas ne adhuc ad istos qui tradiderunt te laqueis mortis.
Amice sponsi sustine paulisper et supporta me. Immo da veniam, non temere quia timide hec loquor. Zelor
enim te emulatione bona, et utinam quam vehementer tam utiliter. Scio ubi habitas, increduli et sub-
versores sunt tecum. Lupi non oves sunt, talium tamen tu pastor. Utilis consideratio qua forte invenies quo
si fieri possit convertas eos, ne ipsi subvertant te. Quid diffidimus posse reverti in oves e quibus verti in 10
lupos potuerunt. Hic hic non parco tibi ut parcat deus. Pastorem te populo huic certe aut nega
aut exhibe. Non negabis, ne cuius sedem tenes te neget heredem. Petrus hic est qui nescitur processisse
aliquando vel gemmis ornatus vel sericis, non tectus auro, non vectus equo albo, nec stipatus milite nec cir-
cumstrepentibus septus ministris. Absque his tamen credidit satis posse impleri salutare mandatum: si amas
me pasce oves meas. In his successisti non Petro sed Constantino. Consulo toleranda pro tempore, non affectan-
da pro debito. Ad ea te potius incito quorum te scio debitorem. Etsi purpuratus et deauratus incedens
non est tamen quod horreas operam curamve pastoralem pastoris heres. Non est quod erubescas evangelium.
Quamquam si volens evangelizes inter apostolos quoque gloria est tibi. Evangelizare pascere est. Opus fac
evangeliste, et pastoris opus implesti. Dracones inquis me mones pascere et scorpiones, non oves.
Propter hoc inquam magis aggredere eos, sed verbo non ferro. Quid tu usurpare denuo gladium temptes, quem 11
semel iussus es reponere in vaginam. Quem tamen qui tuum negat non satis mihi videtur attendere verbum
domini dicentis sic: converte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo et ipse tuo forsitan nutu, etsi non tua
manu evaginandus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret et is, dicentibus apostolis ecce duo gladii hic, non respondisset
dominus satis est, sed nimis est. Uterque ergo ecclesie et spiritualis gladius et materialis, sed is quidem pro ecclesia,
ille vero ab ecclesia exerendus, ille sacerdotis, is militis manu, sed sane ad nutum sacerdotis et iussum
imperatoris. Et de hoc alias. Nunc vero arripe illum qui tibi ad feriendum creditus est, et vulnera ad salutem
si non omnes, si non vel multos, certe quos possis. Non sum inquis melior quam patres mei. Que illorum
domus exasperans non deo audiunt, sed non invenit. Ideo tu insiste magis, si forte audiant et quiescant.
Insiste et resistentibus, dicendo si forte nunquam dicatur. Sed mira illa vox: insta opportune importune. 12
Hanc si audes, nimium appellatio prophetica perurget: clama ne cesses. Ad quos nisi ad sceleratos et
peccatores. Annuncia inquit populo meo scelera eorum et domui Iacob peccata eorum. Prudenter adverte et sce-
leratos peccatores et populum dei. Puta idem de his: et si scelerati et si iniqui, vide ne audias
quod uni ex his minimis meis non fecisti, nec mihi fecisti. Fateor populum istud dure cervicis
fronte et indomito corde, sed utrum ne etiam indomabili nescio. Unde liquido scire possis perfice
quod nescio. Sed diffidis tu? Sed apud deum non erit impossibile omne verbum. Et dura fron-
te sentit duratam, et tu contra tuam. Nichil tam durum quod duriori non cedat. Dicit ad prophetam deus: dedi frontem
tuam duriorem frontibus eorum. Unum est quod te absolvit, si egisti cum populo illo: popule meus quid tibi
debui facere et non feci tibi. Si sic fecisti nec profecisti, est denuo quod facias et quod dicas. Exi de
Ur Chaldeorum et dicito: quia oportet me et aliis civitatibus evangelizare. Puto ne peniteat exilii
orbe pro Urbe commutato. Veniamus ad collaterales et coadiutores tuos. Hi sedulo tibi, hi intimi 13
sunt. Quocirca si boni sunt tibi potissimum sunt, si mali eque plus tibi. Ne te dixeris sanum dolente
latere. Hoc est ne te dixeris bonum malis intendentibus. Aut si bonus es de bonitate tua plus quid
fructuum afferes, sicut in superiore libro dixisse me memini. Quid michi emolumenti affert castitas
dei? Tua unius bonitas in stantia ubi sua prevalet aliorum affectio. Sed nec tuta tibi tua bonitas
obsessa malis, non magis quam sanitas vicino serpente. Non est quo te subducas malo intestino.
Ex regione bonum domesticum eo amplius quo sepius nutat. Sed sive levet sive gravet,
tui reatus imputandum, quod tibi qui tales aut elegisti aut admisisti. Non de omnibus dico, nam
sunt quos non elegisti, sed ipsi te. Et potestatem non haberent nisi quam tu eis aut tribueris aut permiseris.
Idem ergo reddunt. Tibi imputa quicquid patieris ab eo qui sine te potest facere nichil. Hos
excepto decreto non inconsiderate, ut videtur, eligendi quique seu colligendi sunt in opus ministerii. 14

Gladius

Collaterales

Tuum est undecumque evocare et asciscere tibi exemplo moysi senes non iuvenes sed senes non tam etate
sed moribus quos tu nosti quod senes populi sunt. An non eligendi de toto orbe orbem iudicaturi. Porro
huiusmodi negocio non se ingerant rogantes. Consilio non prece agendum est. Sunt que negari a nobis rogatum
aut extorquet importunitas aut necessitas metuit. At istud in his que iusta sunt. Ubi autem non licet quod
nolo facere quis locus roganti nisi forte qui me rogat ut quod vult velle liceat mihi et non magis
ut velim. Aliquis pro alio aliquis forte et pro se rogat. Pro quo rogaveris sit suspectus. Qui ipse rogat pro se
14 iam iudicatus est. Nec interest an per alium quis roget. Clericum curiam frequentantem qui non sit de curia
ad idem nobis pertinere ambiciosum genus. Adulantem et ad placitum cuique loquentem unum de rogantibus
puta etiam si nichil rogaverit. Scorpionem non se in facie quod formides sed pungit a cauda. Si ad talium
blandicias cor tuum ut assolet molliri senseris memineris scriptum Omnis homo primum bonum vinum ponit
cum autem inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Pari pondere estimamus eius humilitatem qui timet et
eius qui sperat. Viri callidi et dolosi proprium esse solet tue prerendere humilitatem tuam aliquid obtinere volunt
De qualibus et scriptum est qui se humiliat nequiter et interiora eius plena sunt dolo. De nobis ipsis
sume sive huiusmodi audes ac familiare exemplum. Multos quos supplices admisistis postmodum susti-
nuistis graves insolentes contumaces rebelles. Quod quidem initium malum tegunt prima posteriora produnt
Verbo solum adolescentem et studentem eloquentie cum sapiente sit clavis non aliud quam in istiusmodi hostem reputes
Plurimos plus fidibus dicit tibi magister. Manus cito nemini imposueris. Sollicitus itaque invigilet hoc pesti-
16 lenti generi. Hominum cure tibi maxime sit introducere tales quos postmodum introduxisse non peniteat
Turpe est tibi sepius retractare quod feceris. Et iudicium tuum frequenter periclitari non decet. Diligenter per-
vide omne quod faciendum erit. Tracta apud te et cum his qui te diligunt. Tracta ante factum quam post
factum sera retractatio est. Sapientis consilium est Omnia fac cum consilio et post factum non penitebis
Et hoc tibi persuade quia admittendi sunt difficile curia posse probari et ideo si fieri potest viros probatos
oportere diligi non probandos. Nos in nostris omnibus recipimus spe meliorandi. At curia bonos facilius
recipere quam facere consuevit. Et plures in ea defecisse bonos quam malos profecisse. Quendam sine quibus
nec defectus timeatur nec profectus optetur ut pote iam perfectus. Itaque non volentes neque currentes as-
1a sumito sed cunctantes sed renuentes. Etiam coge illos et compelle intrare. In talibus ut opinor requiescet
spiritus tuus qui non sint attrite frontis sed verecundi sed timorati qui preter deum nil timeant nichil
sperent nisi a deo qui adventancium non manus attendant sed necessitates. Qui stent viriliter pro afflictis
et iudicent in equitate pro mansuetis terre. Qui sint compositi ad mores probati ad sanctimoniam parati
ad obedienciam mansueti ad pacienciam subiecti ad disciplinam rigidi ad censuram katholici ad fidem fideles
ad dispensacionem concordes ad pacem conformes ad unitatem. Qui sint in iudicio recti in consilio providi
in iubendo discreti in disponendo industrii in agendo strenui in loquendo modesti in adversitate
securi in prosperitate devoti in zelo sobrii in misericordia non remissi in ocio non ociosi in hospicio non disso-
luti in convivio non effusi in cura rei familiaris non anxii alieni non cupidi sui non prodigi ubique
18 et in omnibus circumspecti. Qui legacionem pro Christo fungi quociens opus erit nec missi renuant nec
non missi affectent. Qui missi post aurum non eant sed Christum sequantur. Qui questum legacionem non
estiment nec requirant datum sed fructum. Qui regibus Iohannem exhibeant egyptiis moysen fornicantibus
phinees heliam ydolatris heliseum avaris petrum mencientibus paulum blasphemantibus negociantibus Christum
Qui vulgus non spernant sed doceant divites non palpent sed terreant pauperes non gravent sed foveant
minas principum non paveant sed contempnant. Qui non cum turba intrent nec cum ira exeant. Qui
ecclesias non spolient sed emendent. Qui marsupia non exhauriant sed corda reficiant et crimina cor-
rigant. Famam provideant suam nec invideant alienam. Qui orandi studium gerant et usum habeant
et de omni re oracioni plus fidant quam sue industrie vel labori. Quorum ingressus pacificus modestus
exitus sit. Quorum sermo edificacio quorum vita iusticia quorum presencia grata quorum memoria in benediccione.
Qui se amabiles prebeant non verbo sed opere reverendos exhibeant sed actu non fastu. Qui humiles cum
humilibus et cum innocentibus innocentes duros durius redarguant malignantes coherceant reddant retribucionem
superbis. Qui non de dote vidue et patrimonio crucifixi se vel suos ditare festinent gratis dantes
quod gratis acceperunt. Gratis facientes iudicium iniuriam pacientibus vindictam in nacionibus increpaciones
in populis. Qui de tuo denique spiritu instar illorum lxx moysi accepisse videantur per quod sive presentes
sive absentes contendant placere tibi placere deo. Qui ad te redeant fatigati quidem non suffarcinati
sed et gloriantes non quod curiosa seu preciosa queque terrarum attulerint sed quod reliquerint pacem regnis

legem barbaris, quietem monasteriis, ecclesiis ordinem, clericis disciplinam, Deo populum acceptabilem, sectatorem
ncor bonorum operum. Dignum ad medium venire factum dulcis memorie Martini nostri. Hoc scitis an meministis? 19
Ignoro. Is cardinalis presbyter functus aliquando legatione in Dacia, tam pauper remeavit, ut pene expensis
et equis destitutus vix perveniret Florenciam. Ibi episcopus loci donavit ei equum quo Pisas usque, ubi erat
tunc curia, pervectus est. Post triduum credo secutus episcopus, erat enim illi causa cum adversario, et agendi aderat
dies. Cepit requirere suffragia amicorum. Cumque per singulos sollicitarentur, ventum est ad Martinum. Fidu
cia erat maior in illo qui non posset immemor esse recentis beneficii. Tunc Martinus: Decepisti me, inquit.
Nesciebam tibi imminere negotium. Tolle equum tuum: ecce in stabulo est. Et hora eadem resignavit illi. Quid
dicis, mi Eugeni? Nonne alterius seculi res est, redisse legatum de terra auri sine auro, transisse per terram argenti
et argentum nescisse? Donum insuper quod poterat esse suspectum illico reiecisse? Sed o in locum planez
ubi incidit occasio memorandi et nominandi suavissimi odoris virum episcopum, loquor Carnotensem 20
Gaufridum, qui legationem in partibus Aquitanie in propriis sumptibus strenue administravit, idque annos plures.
Rem loquor quam vidi ipse. Eram cum eo in terra illa. Cum a quodam presbytero putatus illi est piscis quem
vulgo vocant sturgionem, percunctatus legatus quanti emerit: Non accipio, inquit, nisi recipis precium. Et re
signavit precium, solidos V, invito et verecundo. Item cum essemus in quodam oppido, domina illius oppidi
obtulit illi pro devotione cum manutergio duas vel tres parapsides pulcras ligneas tantum. Quas aliquandiu
intuens homo scrupulose conscientie laudavit eas, sed non acquievit accipere. Quando argenteas recepisset, qui
ligneas refutavit? Non fuit qui posset legato dicere: Ditavimus Abraham. Ipse vero cum Samuele libere
contestabatur ad omnes: Loquimini de me coram Domino et coram Christo eius, utrum bovem cuiusquam tulerim aut
asinum, si quempiam calumpniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, et contempnam illud
copia hodie vobisque restituam. O si talium daretur copia virorum quales perstrinximus modo! Quid te felicius, 21
quid illo iocundius seculo? Nonne secunda ab eternitate illorum tibi temporum beatitudo videretur, cum te quaquaversum
procedens stipatum videres tam inclito agmine beatorum? Si te novi, heres et altum heres suspirium
tecum loqueris: Putas fore posse quod dicitur? putas hic sumus cum ista fiant? Quis det vivere ut
videam Ecclesiam Dei talibus innixam columpnis? O si Domini mei sponsam
cernerem tante commissam fidei, tante creditam puritati! Quid me beatius, quid te securius, cum huiusmodi
circa me vite mee et custodes spectarem simul et testes, quibus omnia mea secreta secure committerem,
communicarem consilia, quibus me totum refunderem tanquam alteri michi? Qui, si vellem aliquatenus deviare, non
sinerent, frenarent precipitem, dormitantem expergefacerent; quorum me reverencia et libertas extol
lentem reprimeret, excedentem corrigeret; quorum me constancia et fortitudo nutantem firmaret, erigeret
diffidentem; quorum me fides et sanctitas ad queque sancta, ad queque honesta, ad queque pudica, ad queque
amabilia et bone fame provocaret. Et nunc reducito oculos, mi Eugeni, ad eum qui nunc est curie
seu ecclesie statum, et studia prelatorum, eorum precipue qui sunt in circuitu tuo. Sed de hiis hactenus ego pal 22
pam, non fodi parietem. Tibi licet fodere et videre, utpote preposito filio prophete. Progredi non est phas.
Unum dico quod in facie est. Ridicule nimis mirum est cum presbiteris ante fere tonat. Non hec
racio habet, non antiquitas habuit, non consentit auctoritas. Et si de sua consuetudine calumpnia struitur, me
lius profecto illa quam sumus ordo contempnitur. Frivolum tamen satis unde maiorem obtinere volunt.
Nos sumus, inquiunt, qui in omni celebritate Domino pape ministratores assistimus. Sedenti priores assidemus,
procedente posteriores precedimus. Hoc totum non dignitatis privilegium sed sedulitatis debitum est. Diaconi
nomine solent ipsam administracionem interpretans. Denique presbiteri ordinata consessione ambientes ma
iestatem, nos ad pedes sedentes priores assistimus, ut hanc paucorum in evangeliis legimusque facta
est contentio inter discipulos quis eorum videretur esse maior. Beatus esses si sic cetera circa te tenerentur.
Cedet iam curie, quod minimum, palacio; domui coaptant nos. Hec non modo circa sed quodammodo intra te sunt.
Non est supervacua consideratio qua intendis disponere domui tue, providere hiis qui in sinu tuo et 23
in gremio tuo sunt. Ego dico et necessaria. Paulum audi. Si quis domui sue preesse nescit, quomodo ecclesie
Dei diligenciam habebit? Item: Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit
et est infideli deterior. Et hec replicans tibi non moneo summis occupatum intendere infimis
et que minuta sunt nimis impendere quod maioribus debes. Quid te intricas unde te eripuit Dominus?
Sed hec inquit omnia adiacent vobis. Verum et hec oportet facere et illa non omittere. At illa per te agens, per te
certa oportet provideas qui pro te de hiis provideant. Nam si vix e suis per se non sufficit, sic et custodie
ministrorum et cure mensarum tu per te quis intendere valeas et tue domui et Domini pariter? Et qua sepe tu
est. O ipsi quam magna est domus Domini! Vacuum
prorsus a sollicitudine rerum minorum et vilium oportet esse animum 24

tam magnus et tam multis intentum rebus oportet liberum, quem nulla sibi vendicet violenta occupacio. Oportet
ingenuum, quem nulla deorsum trahat indigna affectio. Oportet rectum, quem nulla seorsum avertat sinistra intencio.
Oportet cautum, quem nulla subeat furtiva suspicio. Oportet vigilem, quem nulla abs se abducat peregrina et curiosa
cogitacio. Oportet firmum, quem nulla concuciat repentina turbacio. Oportet invictum, quem nulla fatiget vel totius tribulacio.
Oportet amplum, quem nulla coartet rei temporalis amissio. Quare te non dubites et bonis preesse et ferventer
malis, si animum dividas et dei rebus et tuis pariter volueris implicari. Porro curis quem implicites
qui pro te inolat, pro te dico, non tecum. Quedam per temet facies, quedam per te et alios simul, quedam per alios
et absque te. Quis sapiens et intelliget hec? Non est quod inter ista dormitet consideracio tua. Ego vero
agenda domus tue sub eo genere quod novissime posui locanda censuerim per alium, ut dixi, illa facere.
Set is si fidelis non fuerit fraudabit, si non fuerit prudens fraudabitur. Querendus proinde fidelis et pru-
25 dens, quem constituas super familiam tuam. Adhuc inutilis est si tercium desit. Queris quid hoc? Auctoritas.
Quid enim prodest ei velle et scire quecumque disponere prout recte est, si quod scit et vult non potest? Danda ergo
facultas agendi pro libitu. Si in prudencia eius rerum putas hoc sit, memento fidelem posuisse me, qui nichil
pro racione nolet. Attende prudentem, quid agere nescius pro racione sciet. Si fidelis, si prudens, si potens, quo voluntas tua
presens tibi ei affatim suppetet, unde tota facultate mancipetur effectui, cuncta sine cunctacione perficiens,
subditis quibus omnibus nullum paciatur contradictorem. Nemo qui dicat: Cur fecisti sic? Potestatem habeat ex-
cludere et admittere quos voluerit, immutare ministros, transferre ministeria ad quos et quibus voluerit. Ita timori
sit omnibus, ut sit et utilitati. Presit omnibus, ut omnibus prosit et de omnibus. Clandestinas et susurritas
26 delaciones non recipies adversus eum, magis detractiones censueris. Et hanc velim generalem tibi constituas
regulam, ut omnem qui palam veretur dicere quod in aure locutus est, suspectum habeas. Quod si te indicante
dicendum coram illo renuerit, delatorem iudices, non accusatorem. Itaque unus omnibus facienda iniungat
et uni omnes respondeant. Tu illi habeas fidem, vacans tibi et ecclesie dei. Si quominus aut fidelis invenia-
tur aut prudens, fideli pocius committendum. Hanc ex duobus tucius hoc. Atque si idoneus non reperitur, et si
nimis fidelem sustinere pocius consulo quam te huic immergere laberinto. Memento salvatorem Iudam ipso
27 nomine habuisse. Quid episcopo turpius quam incumbere supellectili et substanciole sue? Scrutari omnia, sciscitari
de singulis, mordere suspicionibus, moveri ad quecumque perdita vel neglecta? Ad verecundiam dico quorundam
huiusmodi scrutacionem cotidie omnem substanciam suam inquirunt singula de minutis et quadrantibus
exigentium racionem. Non ita ille Egiptius qui Ioseph omnibus traditis ignorabat quid haberet in domo
sua. Erubescat christianus christiano suo non credens. Ipse sine fide fidem tamen habuit servo super omnia bona
sua constituens eum. Et hic erat alienigena. Mira res. Habes super quam episcopi ad manum habent quibus
animas credant et tamen suas committant facultatulas non inveniunt. Optimi videlicet estimatores rerum,
qui magnam de minimis, parvam aut nullam de maximis curam gerunt. Sed, ut liquido datur intelligi,
paciencius ferimus Christi iacturam quam nostram. Cotidianas expensas cotidiano recepcamus studio
scrutinio et continua dominici gregis detrimenta nescimus. De precio escarum et numero panum cum ministris quotidiana
discussio est, rara admodum cum presbiteris celebratur collacio de peccatis populorum. Cadit asina et est qui suble-
vet eam; perit anima et nemo qui reputet. Nec mirum, cum nec ipsos quidem assiduos senciamus defectus.
28 Nonne ad singulas supputaciones istas irascimur, urimur, anxiamur? Quanto tolerabilius rerum quam mentium sustine-
remus iacturam! Quare non magis fraudem pateris? Inquis tu qui alios doces, doce teipsum, si tu
iam non docuisti pluris te habere quam tua. Circumstancia ista, que stare tibi ullo pacto nequeunt, fac ut
a te transeant non per te. Rivus qua fluit cavat terram, sic discursus temporalium conscienciam rodit. Si potest
torrens in agros exire sine lesione satorum, et tu te ista sine vulnere mentis posse tractare confidito.
Quomodocumque consulo studeas a te avertere concursum horum. Multa nescias, plurima dissimules, nonnulla
obliviscaris. Sunt tamen que ignorare te nolim: mores quorumque et studia. Non oportet ut vicia domus
29 tue ultimus scias, quod quamplurimis novimus contigisse. Quamobrem ut dixi alius alia disponat de disci-
plina tu provide. Illud nemini credas. Si insolencior coram te vel sermo sonuerit vel habitus apparuerit,
manus tua super huiusmodi tu ulciscere iniuriam tuam. Impunitas ausum parit, ausus excessum. Domum
episcopi decet sanctitudo, decet modestia, decet honestas. Horum disciplina custos. Sacerdotes domestici aut
ceteris honestiores aut fabula omnibus sunt. In vultu, in habitu, in incessu illorum qui circa te sunt nil resideat
impudicum, nil indecens pareat. Discant a te coepiscopi tui comatulos pueros et comptos adolescentes
secum non habere. Certe inter mitratos discurrere calamistratos non decet. Et memento quod

sapiens admonet: Filie tibi sunt? noli faciem tuam hilarem ad eas ostendere. Nec austeritatem tibi suadeo, sed gravitatem. 30
Illa infirmiores fugat, ista reprimit leviores. Illa si assit, odibilem; haec si desit, contemptibilem reddit. In omnibus
tamen modus melior. Ergo nec severus velim nec dissolutus. Quid hac mediocritate gratius, ut nec de
severitate sis onerosus nec de familiaritate contemptibilis. In palacio papam, domi te patremfamilias exhibe. A-
ment te domestici tui; si non, facito ut timeant. Utilis semper custodia oris, que tamen affabilitatis gratiam
non excludat. Ergo ubique frenanda lingua, precipue maxime autem in convivio. Ille convenientior habitus si
actu quidem severitatem sis, vultu serenus, verbo serius. Capellanum et qui tecum ingeruntur divinis instituti officiis, non 31
sint sine condigno honore. Tuum est tales tibi providere qui digni sint. Ministrent eis ab omnibus tamquam tibi
victum de manu tua accipiant. Hiis contenti sint que tu provideris illis. Tu vide ne egeant. Super hoc quem
forte ab advectantibus petere deprehendes, iudica Gezitam. Idem de hostiariis, idem de ceteris officialibus decer-
nendum. Unum hoc eo habundanti. Talia forma ista olim a te poterant recordari. Quid tuo dignius apostolatu,
quid salubrius ad conscientiam, honestius ad famam, utilius ad exemplum? Optimus tamen qui preciat avariciam.
Libet iam et hunc claudere librum, sed in calce aliquid. Id calumpnia et non a conscientia tantum 32
velim uel ante dicta quasi epilogando repetere uel addere pretermissa. Considera ante omnia sanctam Romanam
ecclesiam, cui deo auctore preses, ecclesiarum matrem esse, non dominam; te vero non dominum episcoporum, sed unum ex ipsis,
porro fratrem diligencium deum et participem timencium eum. De cetero oportere te esse considera formam iusticie,
sanctimonie speculum, pietatis exemplar, assertorem veritatis, fidei defensorem, doctorem gencium, christianorum
ducem, amicum sponsi, sponse paranymphum, cleri ordinatorem, pastorem plebium, magistrum insipiencium, refugium
oppressorum, pauperum advocatum, miserorum spem, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cecorum, linguam
mutorum, baculum senum, ultorem scelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potencium, malleum tyrannorum,
regum patrem, legum moderatorem, canonum dispensatorem, sal terre, orbis lucem, sacerdotem altissimi, vicarium
Christi, christum domini, postremo deum pharaonis. Intellige quod dico; dabit tibi dominus intellectum. Ubi malicie iuncta 33
potencia est, aliquid tibi super hominem presumendum. Vultus tuus super facientes mala. Timeat spiritum ire tue
qui hominem non veretur, gladium non formidat. Timeat oracionem qui admonicionem contempsit. Cui irasceris
tu, deum sibi iratum, non hominem putet. Qui te non audierit, auditurum deum contra se paveat. Quod reliquum
est, de hiis que supra te sunt incubuit iam disputacio, quam uno libro deo adiuvante solvere spero et
me pariter absolvere promissione mea. Liber quintus de consideracione ad Eugenium papam

Libri superiores etsi de consideracione inscribantur, plurimum tamen habent accionis, admonitum enim res 1
aliquas non considerandas tantum sed agendas docent uel monent. At qui in manibus modo est
sola in consideracione versabitur. Tunc enim supra sunt, et quidem instat actu non indiget sed inspectu.
Non est quod in eis actites que uno modo semper sunt et manent. Porro aliqua et ab eterno. Et hoc velim sol-
lercior advertas, vir sagacissime Eugeni, quia quociens peregrinatur consideracio tua, quociens ab illis
rebus ad ista flectitur, inferiora et visibilia sive intuenda ad noticiam sive appetenda ad usum sive pro
officio disponenda uel actitanda, si tamen ita versatur in hiis ut hec illa requirat, haud procul exulat.
Sic considerare uel repatriare appropiare est. Sublimior iste progressus ac dignior usus rerum, cum iuxta sapienciam
Pauli invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Sane hac scala cives non egent, sed 2
exules. Quod vidit ipse huius sive auctor, qui cum diceret invisibilia per visibilia conspici, signanter
posuit a creatura mundi. Et vero quid opus scalis tenenti iam solium? Creatura celi illa est, presto habens
per quod pocius ista intueatur. Videt verbum et in verbo facta per verbum. Nec opus habet ex hiis que
facta sunt factoris noticiam mendicare. Neque enim ut vel ipsa noverit, ad ipsa descendit, que ibi illa videt
ubi longe melius sunt quam in semetipsis. Unde nec medium requirit ad ea corporis sensum; sensus ipsa sibi
est ipsa, senciens. Optimum videndi genus, si nullius eguerit: ad omne quod nosse libuit te contenta. Alioquin
iuvari aliunde obnoxium sibi est, minus quam a perfecto, istud minus quam liberum. Quid quod et inferioribus eget
Nonne propterea hoc et indignum plane superiorum quendam iniuria? Neque homini perfecte vendicabitur, nisi   est inferiorum operam deposcere in qua iniuria
cum quisque evaserit in libertatem filiorum dei. Nempe erunt hii omnes docibiles dei, et nulla intue- 3
mete creatura, solo beati deo. Repatriasse erit hoc, exisse de patria corporum in regionem spirituum.
Ipse est deus noster, maximus spiritus, maxima mansio spirituum beatorum. Et ne quid hiis sibi usurpet om-
nis sensus seu ymaginacio: veritas est, sapiencia est, virtus et claritas, summum bonum, a quo interim absumus
et ubi sumus vallis est et vallis lacrimarum, in qua sensualitas regnat et consideracio exulat. In 4
qua libere quidem et potenter se exercet sensus corporeus, sed intricatus caligat oculus spiritualis. Quid
igitur mirum si ope indigenarum advena indiget? Felix peregrinus secundum tempus viator qui cuivis beneficio
si quo transire non possit in obsequium convertere potuit, utens non fruens, urgens non petens, exactor

5 non supplex. Magnus ille qui usum sensuum quasi quasdam civium opes expendere satagit dispensando in suam et multorum salutem. Nec ille minor qui hunc sibi gradum ad illa invisibilia philosophando constituit, nisi quod hoc dulcius illud utilius, hoc felicius illud fortius esse constat. At omnium maximus qui spreto ipso usu rerum et sensuum, quantum quidem humane fragilitati fas est, non ascensoriis gradibus sed inopinatis excessibus avolare interdum contemplando ad illa sublimia consuevit. Ad hoc ultimum genus illos pertinere reor excessus Pauli. Excessus non ascensus; nam raptum potius fuisse quam ascendisse ipse se perhibet. Inde

6 est quod dicebat: Sive mente excedimus deo. Porro hec tria ita contingunt, cum consideratio et si in loco peregrinationis sue virtutis studio et dei adiutorio gratie facta superior sensualitatem aut premit ne insolescat, aut cogit ne evagetur, aut fugit ne inquinet. In primo potentior, in secundo liberior, in tertio purior. Puritatis siquidem et alacritatis pennis ille volatus. Vis tibi has considerationis species propriis distingui nominibus? Dicamus si placet primam dispensativam, secundam estimativam, tertiam speculativam. Horum nominum rationes diffinitiones declarabunt. Dispensativa est consideratio sensibus sensibilibusque rebus ordinate et socialiter utens ad promerendum deum. Estimativa est consideratio prudenter ac diligenter queque scrutans et ponderans ad vestigandum deum. Speculativa est consideratio se in se colligens et quantum divinitus adiuvatur rebus humanis eximens ad contemplandum deum. Puto vigilanter advertis aliarum

7 hunc esse fructum rationis si non referantur ad istam quod dixi videri posse sed non esse. Et prior quidem absque intuitu huius multa serit et nihil metit. Sequens vero nisi ad istam se dirigat vadit sed non evadit. Ergo quod prima optat secunda odorat tertia gustat. Ad quem tamen gustum perducunt et cetere, et si tardius: prima laboriosius, secunda quietius pervenit. Propositi inquies satis qua se ascendatur. Certa quo ascen-

8 deum dico habes. Falleris si id speras; ineffabile est. Tu me existimas loqui quod oculus non vidit nec auris audivit et in cor hominis non ascendit. Nobis autem revelavit deus per spiritum suum. Ergo que supra sunt non verbo docentur sed spiritu revelantur. Quod ergo sermo non explicat consideratio querat, oratio petat, mereatur vita, puritas assequatur. Sane corporum amenitates que supra sunt ne te existimes mitti a me suspicere: solem, lunam, stellas, non ipsum firmamentum, non aquas que super celos sunt. Ista siquidem omnia et si superiora loco, pretio infra sunt et dignitate nature. Sunt enim corpora. Tu porro spiritus es. Quo superius comparas frustra queris quod non sit spiritus. Porro spiritus est deus, sunt et angeli sancti, et hi supra te. Sed deus natura, angeli gratia superiores sunt. Unum siquidem tu et angeli optimum id est. Deus vero non sui aliquod optimum habet: unum optimum totus ille id est deus. Et qui cum eo sunt beati spiritus tribus modis veluti viis totidem nostra sit comparatione

9 vestigandi: opinione, fide, intellectu. Quorum intellectus rationi innititur, fides auctoritati, opinio sola verisimilitudine se tuetur. Habent illa duo certam veritatem, sed fides clausam et involutam, intelligentia nudam et manifestam. Ceterum opinio certi nil habens verum per verisimilia querit potius quam apprehendit. Omnino in his cavendum ne aut incertum opinionis fides figat, aut quod firmum fixumque est fidei opinio revocet in questionem. Et sciendum quod opinio si habet assertionem temeraria est; fides si habet hesitationem infirma est. Item intellectus si signata fidei temptet irrumpere reputatur effractor, scrutator maiestatis. Multi suam opinionem intellectum putaverunt et erraverunt. Et quidem opinio potest putari intellectus, intellectus opinio non potest. Unde hoc accidit? Profecto quia hec falli et fallere potest, ille non potest. Aut si falli potuit intellectus non fuit sed opinio. Verus nempe intellectus certam habet non modo veritatem sed notitiam veritatis. Possumus singula hec ita diffinire.

10 (margin: fides) Fides est voluntaria quedam et certa prelibatio necdum propalate veritatis. Intellectus est rei cuiuscumque invisibilis certa et manifesta notitia. Opinio est quasi pro vero habere aliquid quod falsum esse nescias. Ergo ut dixi fides ambiguum non habet, aut si habet fides non est sed opinio. Quid ergo distat ab intellectu? Nempe quod et si non habet incertum non magis quam intellectus, habet tamen involucrum quod non intellectus. Denique quod intellexisti non est de eo quod ultra queras, aut si est non intellexisti. Nil autem malumus scire que fide iam scimus. Nil supererit ad beatitudinem cum que iam certa sunt nobis erunt eque et nuda. His ita expeditis age

11 iam dirigatur consideratio in eam que sursum est Iherusalem matrem nostram, ac totis viribus incurvatis(?) cautius et vigilantius vestigemus investigabilia, quantum tamen licet vel magis nobis quantum donabitur. Et primo quidem cives spiritus esse illic potentes, gloriosos, beatos, distinctos in personas, dispositos in dignitates, ab initio stantes in ordine suo, perfectos in genere suo, corpore ethereos, immortalitate preditos, impassibiles, non creatos sed factos id est gratia non natura, mente puros, affectu benignos, religione pios, castimonia integros, unanimitate individuos, pace securos, a deo conditos, divinis laudibus et obsequiis deditos. Hec omnia legendo comperimus, fide tenemus. Quid de corporibus? Horum non modo unde sint, sed an aliquatenus sint, heret sententia aliquorum. Unde si quis minus opinabilia magis

ad perveniendum conscenderit non contendas. Porro intellectu potitos non fide non opinione sed intellectu capimus quod non
puri huius corporis et dei sunt participes esse. Sunt et nova quedam nota nobis sola ex auditu, per que bea- 12
titudinum aeterna que non liquido mortalium percepit auditus officia multa gradus ordines utrumque a nobis
tenuit ad distinctum quendam. Ceterum quod ex auditu est iam non pertinet ad fidem. Nam fides ex auditu. Itaque opinando
ista discutio. Sed quid enim celestium nomina innotuerint si non opinari quid salva fide aliquid licet de rebus
quarum nomina sunt Angeli archangeli virtutes potestates principatus dominationes throni cherubim et seraphim.
Sed nomina que signata corpora nulla nec inter illos spiritus qui simpliciter angeli et eos qui archangeli nuncupantur
distantia. Quid sibi ergo vult gradualis distinctio hec. Putemus angelos dici nisi tunc quandoque aliquid 13
consideratis qui singuli singulis hominibus dati creduntur missi in ministerium secundum Pauli doctrinam propter eos qui
hereditatem capiunt salutis. De quibus Salvator: Angeli eorum semper vident faciem patris. Putemus hos esse archan-
gelos qui consciis misteriorum divinorum non nisi ob precipuas et maiores causas mittuntur. Ex quibus magnus ille
archangelus Gabriel missus legitur ad Mariam ob causam utique qua maior esse non potuit. Putemus super
istos virtutes esse quorum nutu vel opere signa et prodigia in elementis sive ex elementis facta apparent ad com-
monitionem mortalium. Inde est fortassis quod tu in evangeliis legis: Erunt signa in sole et luna et stellis. Paulo
post habes: Nam virtutes celorum movebuntur. Hii nimirum spiritus per quos signa et virtutes fiunt. Putemus potestates 13
superiores istis, quarum virtute potestates tenebrarum comprimuntur et cohibetur malignitas aeris huiusque quam vult
noceat ne maligna nisi ut prosit possit. Putemus principatus hos esse potestates quorum moderamine et
sapientia omnis in terra principatus constituitur regitur limitatur transfertur mutilatur mutatur. Putemus dominationes
adeo cunctis supereminere prefatis ordinibus ut respectu horum ceteri videantur omnes administratorii spiritus et ad istos
tanquam ad dominos respicere regimina principatuum tutamina potestatum operationes virtutum revelationes archangelorum curam
et providentiam angelorum. Putemus thronos alto quodam ab hiis evolasse recessu qui ex eo quod sedent throni 14
dicuntur et ex eo sedent quod sedet in eis deus. Nec enim sedere posset. Queris quid illam
sentiam sessionem? Summam tranquillitatem placidissimam serenitatem pacem que exsuperat omnem sensum intellectum.
Talis est qui sedet in thronis dominus sabaoth iudicans omnia cum tranquillitate placidissimus serenissimus pacatissimus.
Et tales sibi constituit thronos simillimos sibi. Putemus cherubim ex ipso sapientie fonte ore altissimi hau-
rientes et refundentes fluenta scientie universis civibus suis. Et vide ne id sit quod propheta loquebatur: Fluminis
impetus letificat civitatem dei. Putemus seraphim spiritus totos divino igne succensos succendere universa
ut singuli cives singule sint lucerne ardentes et lucentes: ardentes caritate lucentes cognitione. O euge 16
quam bonum est hic nos esse. Quod fore melius si qui tunc toti sequimur quo iam ex parte precessimus. Precedimus acie
et ne ipso quidem toto sed parte et parte modica nimis. Affectus iacet mole corporea pregravatus et luto he-
rentibus desideriis sola interim acie et tenui consideratione pervolat. Et tamen ex tantillo quod iam datur
libet exclamare: Domine dilexi decorem domus tue et locum habitationis glorie tue. Quid si tota se colligat anima
et reductis affectibus e cunctis locis quibus captivi tenentur: timendo que non oportet, amando que non decet, do-
lendo vane, gaudendo vanius, cum hiis incipiat tota libertate volatum pulset impetu spiritus et in pinguedine
divine gratie illabatur. Nonne cum cepit eunte lucibus maiores et sinum illum etiam Abrahe curiosius per-
scrutari et sub altari quoque est illud martirum remissimus animas in prima stola sedulam pacientissime expectantes
multo magis tunc instabit loquens cum propheta: Unam petii a domino hanc requiram ut inhabitem in domo domini
omnibus diebus vite mee ut videam voluntatem domini et visitem templum eius. Quid enim ibi videat? Quid
quid ibi perficitur: que sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta: bona in se, placens in affectibus, bene-
placens fruentibus, perfecta perfectis et nichil ultra querentibus. Patet viscera misericordie, patet cogitationes pacis,
divitie salutis, misteria bone voluntatis, benignitatis archana, que clausa mortalibus etiam ipsis electis
suspecta sunt. Id quidem salubriter ne desinat timere dum necdum digne amare idonei inveniuntur. Quid 1a
est in hiis qui seraphim appellantur quo amet qui invidet amet non habet. Sed est et qui nichil horum que
fecit odit. Quos salvandos fecit quos foveat quos prevocat quos amplectitur. Quo delicta electis inaceditur
et paleas ignorantiarum cuius ignis ille consumens ipsa sibi purgatissima et suo amore dignissima
reddat. Verum est in cherubim deus plenitudo scientie. Deus scientiarum dominus esse qui solus solam nesciat igno-
rantiam, qui totus sit lux et tenebre in eo non sunt ulle, totus sit oculus et qui nusquam fallitur aliquid
et nusquam clauditur. Qui ex se non querat lucem sed admonet ut videat ipse qui videt ipse videns.
Verum est in thronis quod non sit suspectus omni innocentie iudex sedeat in hiis qui deiudicare volunt
admirari non possunt. Quippe sic amans et sic videns nec vacuum sessio tranquillitatis indique est de
vultu tali iudicium meum prodeat. Optio cum non sit amor terror absit et perturbacio. Verum est in

dominacionibus quanta sit domini maiestas cui nutu imperium constat et imperio vniuersitas et eternitas tantum sit. Cernitur
est in principatibus principium a quo omnia et quod a cardine omnium sit ab ipso regi vniuersitatem. Cernitur est in potestatibus
quam potestatiue idem princeps quos regit protegit contrarias potestates arcens et repulsans. Cernitur est in virtutibus virtutem
vbique equaliter presto esse virtutem per quam omnia viuificat efficacem inuisibilem immobilem per omnia tamen mouentem vti-
liter tenentem fortiter. Hec autem in mira et inusitata effecta apud mortales erumpunt miracula siue prodigia vocant.
Cernitur postremo et miratur in angelis et archangelis veritatem atque experienciam vocis illius quoniam illi est cura
de nobis qui talium nos et tantorum non desinit iocundare visitacionibus instruere reuelacionibus suggestionibus
commonere sedulitate solaciari. Hec omnia contulit illis spiritibus ipse qui condidit illos vnus atque idem spiritus di-
uidens singulis prout vult. Ipse operatur in illis. Ipse dedit operari et illis sed aliter. Ardet seraphin sed igne deo
18 vel pocius igne deo. Quod precipuum est in eis amat sed non quantum deus. Lucet quo lucet cherubin et in scientia
eminet sed participio veritatis ac per hoc non ut veritas nec quantum. Sedet thronus sed insidentis beneficio. Iudicat
et ipse cum tranquillitate sed non ad mensuram modo veritatis pacis pacientis. Pax que exsuperat omnem sensum. Dominantur
dominaciones sed sub domino. Dominantur sed seruiunt pariter. Quid hoc ad summum semper et singulare quod dominum ipse preest
19 principatum et regnum. Sed reguntur et ipsi. Ita ut regere tamen non norunt si regi desierint. Precellit in potestatibus forti-
tudo sed eam debent quod fortes sunt et aliter est fortis et plus. Nec tam fortis quam ipsa fortitudo est. Virtutes pro
suo ministerio et potestatu satagunt excitare torrida torpencia hominum innouacione signorum. Virtus vero in eis
20 manens ipsa facit opera. Faciunt et ille sed in comparacione eius non faciunt. Denique tantum interest ut quod
singulariter propheta dicat ad eum: Tu es deus qui facis mirabilia. Et item de eo: Qui facis mirabilia
magna solus. Assistunt angeli et archangeli sed ille germanior nobis qui non modo adest sed inest.
Et si dicas posse inesse et angelum non inficior. Memini scriptum: Et angelus qui loquebatur in me.
Atque dicam et in hoc: inest angelus suggerens bonum non ingerens. Inest hortans ad bonum non bonum creans.
Deus sic inest ut afficiat ut infundat vel pocius ut infundatur et participetur. Ita ut non impudenter dixerim vnum
spiritum esse deum nobiscum et si non vnam personam vnam tamen substanciam habes cum eo. Qui adheret deo vnus spiritus est.
Angelus ergo cum anima, deus in anima. Ille ut contubernalis anime, deus ut vita inest. Itaque sicut anima videt
21 in oculis audit in auribus odorat in naribus in faucibus gustat tangit in toto reliquo corpore sic deus
diuersa in diuersis spiritibus operatur. Ubi tamen in aliis amatorem se exhibens in aliis agnoscentem in aliis
alia facientem. Sicut vnicuique datur manifestacio spiritus ad vtilitatem. Quis est iste tam quis in vocibus tam
longe rebus. Quando quem verbis loquitur vobis in sua redditum maiestate meos penitus et aspectus effugit
et affectus. Audi ipsum quid loquatur hominibus: Sicut exaltantur celi a terra sic exaltate sunt vie mee
a viis vestris et cogitaciones mee a cogitacionibus vestris. Dicimur amare et deus. Dicimur nosse et deus. Et
multa in hunc modum. Sed deus amat ut caritas, nouit ut veritas, sedet ut equitas, dominatur ut ma-
iestas, regit ut principium, tuetur ut salus, operatur ut virtus, reuelat ut lux, assistit ut pietas. Hec omnia
faciunt et angeli faciunt et nos sed longe inferiori modo non utique bono quod sumus sed quod participamus.
22 Nunc iam transi spiritus istos si forte cum sponsa dicere possis: Et tu paululum cum pertransissem
eos inueni quem diligit anima mea. Quis est? Non sane occurrit melius quam qui est. Hoc ipse de
se voluit videri, hoc docuit dicere Moysen ad populum ipso quidem iniungente: Qui est misit
me ad vos. Merito quidem. Nil competencius est eternitati que deus est. Si bonum si magnum si beatum si
sapientem vel quicquam tale de eo dixeris in hoc verbo instauratur quod est. Nempe hoc est ei esse quod hec omnia esse.
Si et centum talia addas non recessisti ab esse. Si ea dixeris nichil addidisti, si non dixeris nichil minuisti.
Iam si vidisti hoc tam singulare tam summum esse nonne in comparacione huius quicquid hoc non est iudicas pocius
non esse quam esse. Quid item deus? Sine quo nichil est. Tam nichil esse esse sine ipso quam nec ipse sine
se potest. Ipse sibi, ipse omnibus est, ac per hoc quodammodo solus ipse est qui suum ipsius est et omnium esse. Quid est
deus? Principium. Et hoc ipse de se responsum dedit. Multa in rebus dicuntur prima sed respectu posteriorum. Alioquin
23 si ad aliquid precedens respicias ipsum pocius principium dabis. Quamobrem si queras verum simplexque
principium inuenias oportet quod principium non habuit. A quo vniuersum cepit. Profecto ipsum vnde cepit
nam si cepit aliunde cepit. Necesse est ipse enim cepit nichil. Nisi forte quis putauit quod non erat
dare sibi potuisse ut esse inciperet aut fuisse aliquid antequam esset. Quod utrumque quia racio non consentit
constat nichil sibimet extitisse primum. Quod vero aliud primum habuit primum non fuit. Verum ergo primum
nequaquam cepit sed totum ab ipso cepit. Quid est deus? Cui secula nec accesserunt nec decesserunt
nec coeterna tamen. Quid est deus? Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ex quo omnia creabiliter non
seminaliter. Per quem omnia ne alium auctorem atque alium opificem arbitreris. In quo omnia non quasi
in loco sed quasi in virtute. Ex quo omnia tanquam vno principio auctore omnium. Per quem omnia ne alterum

indiguerit? Per quem omnia, nec tamen indiguerit locis. Ex quo omnia, non de quo. Neque enim materia Deus:
efficiens causa est, non materialis. Frustra philosophi materiam quaerunt: non eguit materia Deus. Non enim officinam
quaesivit, non artifices: ipse per se in se omnia fecit. Unde? De nichilo. Nam si de aliquo fecit, non fecit illud,
ac per hoc nec omnia. Absit ut de sua incorrupta incorruptibili quamquam substantia tam multa fecerit, etsi bona,
corruptibilia tamen. Quaeris: si in ipso omnia, ipse ubi? Nichil minus invenio. Quis capiat locus? Quaeris ubi 24
non sit? Ne hoc quidem dixerim. Quis sine Deo locus? Incomprehensibilis sit Deus est, sed non parum apprehendisti
si hoc tibi de eo compertum est, quod nusquam sit qui non clauditur loco, et nusquam non sit qui non excluditur loco.
Suo autem illo sublimi atque incomprehensibili modo sicut omnia in ipso sic ipse in omnibus. Denique sicut ait auctor:
In mundo erat. Alias vero ubi erat antequam mundus fieret, ibi est. Non est quod quaeras ulterius: erat praeter ipsum nichil;
ergo in seipso erat. Quid est Deus? Quo nichil melius cogitari potest. Si approbas, non oportet assentiaris Quid est deus 25
esse aliquid quo Deus sit et quod Deus non sit. Hoc enim sine dubio melius. Quomodo non melius Deo
si Deus non est quod dat Deo ut sit? At melius illa divinitate qua dicitur Deum esse non aliud quam Deum esse
fatemur. Non est in Deo nisi Deus. Quid? inquit, negas Deum habere divinitatem? Non, sed quod habet, hoc est.
Negas divinitatem Deum esse? Non, sed non aliam quam quae ipse est. Aut si tu aliam invenisti, admonet me Boecius.
Deus adversus illam tota me contumacia erigo. Quaternitas orbem distinat, non sinat deitatem. Deus
trinitas est, Deus tamen singula personarum. Si quartam divinitatem adicere placet, interim ego hanc quae Deus non est
persuasi michi minime adorandam. Puto quod et tu. Nempe Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.
Gloriosa vero divinitas quae sibi honorem non audeat arrogare divinum. At melius quidem hoc omnino respuimus
quam sibi honorem rapiat. Multa dicuntur esse in Deo, et quidem sane catholiceque, sed multa unum. Alioquin 26
si diversa putes, non quaternitatem habemus sed centenitatem. Verbi causa: dicimus magnum, bonum, iustum
et innumera talia; sed nisi omnia unum in Deo et cum Deo consideres, habebis multiplicem Deum. Michi vero
non deest quod cogitem melius hinc Deo tuo. Quaeris quid? Mera simplicitas vero iudicio, nam simplex
multiplicia aufert. Scio quod ad haec vulgo solet: Non multa, inquit, sed una tamen divinitate quae omnia
illa sunt Deo ut sit confitendo asserimus. Asseritis ergo etsi non multiplicem, duplicem Deum, et non ad merum
simplicem pervenisti, neque ad id quo melius cogitari non potest. Tamen non est simplex quod vel unum fuit
obnoxium formae, quam nec Virgo vel unum cognita viro. Securus loquor: ne id quidem, qui vel duplex est,
erit meus. Habeo enim meliorem. Esto quod huic divisio et multiplicia anteponam, sed plane post simplicia
sperno. Meus Deus ipse catholice est, tamen non habet hoc et illud, quam non haec et illa. Est qui est, non
quae est, purus, simplex, integer, perfectus, constans sibi, nichil de temporibus, nichil de locis, nichil de
rebus trahens in se, nichil ex se deponens in eis; non habens quod ad numerum dividat, nec quae colligat
ad unum. Unum quippe est, sed non unitum. Non partibus constat ut corpus, non affectibus distat ut anima,
non formis substat ut omne quod factum est. Sed neque formae, ut iste visum est. Magna laus vero
Deo ut se ab informitate vendicet forma una esse contentum. Hoc est dicere: Ceteris pluribus Deum non
nisi unum debere quod est. Quid cum divisio sit quae sit ipse et pro suo esse alteri divisio inclinabit?
Laus ista, ut vulgo dicitur, blasphemia valet. Cum non plures est, ullo egere quam uno habere venire a 27
Deo ut qui plures est illi tribuas. Si cor tuum usque huc ascendere potuit, Deum tuum infra quo col-
locabis? Ipse sibi forma, ipse sibi essentia est. In hoc interim gradu suspice illum, et si aliud pro eo apparet,
illum porro diem numquam vendere ne cogitatio tua solet illum, quantumque in altum proficiat, ultra est. Infra
quod haec cogitare possit altissimum quaerere ridiculum est, statuere infimum. Ultra non citra quaerendus
est. Ascende adhuc si potes ad cor altius et exaltabitur Deus. Non est formatus Deus: forma est. Non
est affectus Deus: affectio est. Non est compositus Deus: mere simplex est. Et ut liquido noveris quid
simplex dicam, idem quod unum. Tam simplex Deus quam unus est. Est autem unus, et quomodo aliud nichil. Si
dici possit, unissimus est. Unus est sol, quod non sit alter; una luna, quod aeque altera non sit. Atque id quidem
Deus, sed plus. Quid plus? Unus est etiam sibi. Et hoc vis tibi declarari? Idem est semper et uno modo. Non
sic unus sol, non sic una luna. Clamat utraque non esse se unum: sed ille motibus, illa et defectibus suis.
Deus autem non modo unus sibi, et in se unus est: nichil in se nisi se habet; non ex tempore alterationem habens,
non in substantia alteritatem. Hinc de eo Boecius: Hoc vere unum in quo nullus est numerus, nullum in eo aliud
praeter id quod est. Neque enim subiectum fieri potest: forma enim est. Compara unum huic esse omne quod unum
dici potest, et unum non erit. Trinitas est tamen Deus. Quid ergo? Destruimus quod dictum est de unitate
quia inducimus trinitatem? Non, sed statuimus unitatem. Dicimus Patrem, dicimus Filium, dicimus Spiritum sanctum 28

non tamen tres deos, sed unum. Quid sibi vult iste, ut sic loquar, absque modo numerus? Si tria, quomodo non numerus? Si unum,
ubi numerus? Sed habeo in quibus quid numerem, et quid non numerem. Substantia una est, personae tres sunt. Quid mirum,
quid vel obscurum in hoc? Nihil, si personae seorsum a substantia cogitentur. Nunc vero cum tres illae personae illa substantia
sint, et illa una substantia tres illae personae, quis non neget? Nam vere unum sunt. Aut si tu facile complicati-
onem putas, dic quid tres dicto, quid unum? Naturas? Una est. Substantias? Una est. Essentias? Una est. Deitates? Una
est. Non hoc, sed personas, inquis, in quibus, quae non sunt illa una natura, illa una essentia, illa una substantia, illa una
divinitas. Catholicus es; nimirum hoc dabis: personarum proprietates non aliud quam personas ipsas, quam non aliud quam
unum Deum, unam divinam substantiam, unam divinam naturam, unam divinam et summam maiestatem catholica fides confitetur.
Numera igitur, si potes, aut sine substantia personas quae ipsa sunt, aut sine personis proprietates quae ipsae sunt. Aut
si dividere quis conetur vel personas a substantia vel proprietates a personis, nescio quomodo Trinitatis se profiteri cultorem
29 possit, qui in tanta rerum concesserit numerositatem. Dicimus itaque tres, sed non ad praeiudicium unitatis; dicimus unum,
sed non ad confusionem Trinitatis. Neque enim nomina vacua sunt, nec absque significantia casse voces. Sabellianus
hoc quaerit, quis quomodo illud quod catholicum esse dicitur possit esse. Sufficiat ei tenere sic esse. Alioquin hoc
non novit conspicuum, nec tuam opinionem ambiguum, sed fidei persuasum. Sacramentum hoc magnum est, et quidem
venerandum, non scrutandum. Quomodo pluralitas in unitate et unitate hac aut ipsa in pluralitate? Scrutari hoc
temeritas est, credere pietas, nosse vita et vita aeterna est. Unde si operae pretium censes, o Eugeni, pervolvat
30 nunc consideratio multa, pro ea quo evidentia huius singularis unitatis fiat evidentior. Est unitas quae col-
lectiva potest dici, cum verbi causa multi lapides faciunt acervum unum. Est et unitas constitutiva, cum multa membra
unum corpus vel multae partes unumquodque totum constituunt. Est et coniugativa qua fit ut duo iam non duo sint,
sed una caro. Est et nativa qua anima et caro unus nascitur homo. Est unitas potestativa qua homo virtutis non
instabilis, non dissimilis, sed unus sibimet semper unitur. Invenimus? Est consentanea cum per caritatem multorum
hominum est cor unum et anima una. Est et votiva cum anima votis omnibus adhaerens Deo unus spiritus est. Est et
dignativa unitas qua limus noster a Dei Verbo in unam assumptus est personam. Porro haec omnia quid ad illud summum
atque ut ita dicam, unice unum, ubi unitatem consubstantialitas facit? Unum quodnis illorum si assimules, erit quo-
quomodo unum; si compares, nullo. Igitur inter omnia quae unum recte dicuntur arcem tenet unitas Trinitatis
31 qua tres personae una substantia sunt. Secundo loco illa praecellit qua econverso tres substantiae una in Christo persona sunt.
Porro hoc et quaeque alia dicta una putes, sive illius unitatis imitatione non comparatione una appellari
vera sobria quoque probat consideratio. Nec abducimur ab hac unitatis professione assertione Trinitatis cum in hac
Trinitate non recipias multiplicitatem sicut nec solitudinem in unitate. Quobrem cum dico unum, non me
Trinitatis turbat numerus, qui essentiam non multiplicat, non variat, non partitur. Rursum cum dico tria, non me ar-
guit intuitum unitatis, quae illa quaeque tria seu illos tres nec in confusionem cogit nec in singularitatem
redigit. Idem me sentire fateor et de illa unitate cum secundum ab ista inter cetera una honore dedi.
Dico in Christo verbum animam et carnem sine confusione essentiarum unam esse personam, et item absque praeiudicio personalis
unitatis in sua numerositate manere. Nec negaverim hanc ad illud quoque genus unitatis pertinere qua anima
et caro unus est homo. Decuit quippe familiaris similis quoque cum homine convenire constitutione quod pro homine
constitutum est sacramentum. Decuit et cum summa quae in Deo est et Deus est unitate congruere, ut quomodo ibi
tres personae una essentia, ita hic convenientissima quadam conexione tres essentiae sunt una persona. Vides
32 ne pulares inter utramque unitatem hanc collocari in eo utique qui constitutus est mediator Dei et hominum homo
Christus Iesus. Pulchra nimis convenientia, ut salutare sacramentum congrua quadam similitudine ambobus indicat
et salvandi videlicet et salvatori. Ita haec unitas duarum consistens media unitatum, alteri succumbens, alteri
preeminens cognoscitur; quantum superiore inferior, tantum inferiore superior. Tantum denique tam quam compositissime unionis
unum in se praefert ea persona in qua Deus et homo unus est Christus, ut si duo illa de se invicem praedices non
erraveris: Deum videlicet hominem et hominem Deum vere catholice quoque pronuntias. Non autem similiter vel carnem de
anima vel animam de carne nisi absurdissime praedicas, et non similiter anima et caro unus sit homo. Nec mirum si
non eque potens anima sit sua illa vitali et si non parum valida intentione connectere atque suis affectibus
astringere sibi carnem ut sibi divinitas hominem illum qui praedestinatus est filius Dei in virtute, loquor catholica
et fortis ad stringendum divina praedestinatio. Arctior est enim Deus longeque et unitate Deus divinitate potentior.
33 Inde est quod nec morte intercedente nullatenus intercidi haec unitas potuit, et si carne et anima ab invicem
separatis. Et fortassis hoc sentit ille qui se indignum professus est solvere corrigiam calciamenti huius.
Sed et illa tria satha de evangelio nota et fermentata in pane uno si quis ad hoc tria dixerit
pertinere, non incongrue id mihi facere videbitur. Bene ea mulier fermentavit ut nec divisione

quidni facta carnis et anime a carne vel anima verbum dividerit? Mansit et in separatione inseparabilis unitas.
Nec enim que ex parte contigit separatio potuit unitati preiudicare personali manenti in totis tribus sive coniunctis
sive disiunctis. Duobus nichilominus perseverantibus in tribus unitas personalis. Atque unus Christus una quidem persona
verbum anima et caro. Etiam mortuo homine perdurant in utero virginis ut sentio ego commixtio sed et fermen-
tatio facta est et ipsa mulier que miscuit et fermentavit. Nam fermentum non inmerito fortasse dixerim
fidem Marie. Plane beata que credidit quoniam perfecta sunt in ea que dicta sunt ei a domino. Perfecta autem non
essent si quo minus mixta verbum domini esset fructatum totum et penitus fermentatum. Fuvas nobis tam in morte
quam in vita perfectum unum atque integrum mediatorem dei et hominum cum sua deitate hominem Ihesum Christum. Ad-
vertere est in hoc admirabili fermento mixta in satorum mire et decentissime distinctione quedam 34
novum antiquum et eternum. Novum anima que de nichilo tunc creata accedit cum infusa. Antiquum carnem que
a primo usque hominem in ipsum Adam traducta cognoscitur. Eternum verbum quod ab eterno patre coeternum illi ge-
nitum indubitata veritate asseritur. Et in hiis trinis si diligenter advertas divine potentie genus quod factum
sit de nichilo aliquid. De vetusto novum eternum beatum quidem de dampnato et mortuo. Quantus hoc ad nostram sa-
lutem cumulum per omnem modum. Primo quidem quod peccato redacti in nichilum reducto quodam beneficio recreati sumus ut simus
initium aliquod creature eius. Demumque quod ex vetusta servitute in libertatem filiorum dei transtati in novitate spiritus
ambulantes. Postremo quod de potestate tenebrarum vocati ad regnum claritatis eterne in quo iam et consedere
nos fecit in Christo. Alieni sint a nobis qui Christi a nobis carnem alienare conantur nova creatam in 35
virgine et non de virgine sumptam impie asserentes. Puleare prophetica spiritus longe ante occurrit hinc sive
primo blasphemie impiorum. Egredietur inquit virga de radice Yesse et flos de radice eius ascendet.
Dixisse potuit et flos de virga sed maluit de radice ut unde virgam inde florem duxisse originem
demonstraret. Inde ergo sumpta caro unde exorta virgo nec nova in virgine que prodiit ex radice. Sfor-
te subsannaturos si adhuc perginus querere quid est deus tu quod iam totiens quesitum est tum quod diffide 36
inventum. Dico tibi pater Eugeni solus est deus qui frustra numquam queri potest nec cum inveniri non potest.
Provocat te de hoc experimentum tuum. Aut si non experto credito non michi sed sancto qui ait Bonus es
domine sperantibus in te anime querenti te. Quid ergo est deus? Quod ad universum spectat finis; quod ad electos
salus; quod ad se ipse novit. Quid est deus? Voluntas omnipotens benivolentissima virtus lumen eternum
incommutabilis ratio summa beatitudo. Creans mentes ad se participandum vivificans ad sentiendum afficiens 37
ad appetendum dilatans ad capiendum iustificans ad promerendum accendens ad zelum fecundans ad fructum
dirigens ad equitatem formans ad benivolentiam moderans ad sapientiam roborans ad virtutem visitans ad
consolationem illuminans ad cognitionem perpetuans ad inmortalitatem implens ad felicitatem circumdans ad se-
curitatem. Quid est deus? Non minus pena pravorum quam humilium gloria. Est enim rationabilis quedam equitatis
directio inmutabilis atque indeclinabilis quippe attingens ubique cui illisa omnis pravitas quod habet
necesse est. Quid ni in hac omne tumidum vel distortum impingat et conquassetur. Ve universo quod obvium
forte offenderit cedere nescia rectitudo nam et fortitudo est. Quid inquit voluntatibus tam contrarium et
adversum quam semper conari impingere semper et frustra? Ve oppositis voluntatibus sola sive perfecto aversionis
referentibus penam. Quid tam penale quam semper velle quod numquam erit et semper nolle quod numquam non erit. In e- mo
ternitatem dampnatum quod voluntas addicta huic necessitati volendi nolendi quod ut ad neutrum iam fleetur nisi per
nerse ita nisi miserie moveatur. In eternum non obtinebit quod vult et quod non vult in eternum nichilominus
sustinebit. Digne omnino ut qui ad nichil afficitur numquam quod decet ad nichil umquam quod libeat evadat.
Quis hoc facit? Rectus dominus deus noster qui et cum perverso non pervertitur. Numquam recto pravo quidem convenit. Sed
enim sibi invicem adiunguntur et si non invicem ledunt. Alleluia! Excelso altius est. Absit. Dei. Durum tibi est inquit
contra stimulum calcitrare. Hoc stimulo non est durum sed calcitranti. Est et turpium pena deus lux est 38
enim. Et quid tam inimicum obscenis flagitiosis quam lucis perfecto omnis qui male agit odit lucem.
Sed dico numquam non potuerit declinare. Lumen omnino lucet ubique et si non omnibus. Denique in tenebris
lucet et tenebre eam non comprehenderunt. Videt tenebras lux cum hoc est videre quod lucere sed non
vicissim a tenebris ipsa videtur quod tenebre eam non comprehenderunt. Et videntur ergo ut confundantur
et non vident ne consolentur. Nec modo a luce et in luce videntur a quo vel a quibus? Ab omni vi-
dente ut pre multitudine intuentium sit confusio multa. At nulla de tanta intensitate spectaculum mo-
lestior oculus suo cuique quod non est aspectus sive in celo sive in terra quem tenebrosa conscientia suffugere
magis velit minus possit. Non latent tenebre vel semetipsas. Se vident que aliud non vident. Opera
tenebrarum senserint illas. Non est quo se abscondant ab illis ne in tenebris quidem. Hic est vermis vnde 39
qui non moritur memoria preteritorum. Semel iniectus vel potius innatus per peccatum heserit firmiter nequaquam
deinceps avellendus. Nec cessat rodere conscientiam dum ea pastus esca utique inconsumptibili perpetuat.

vitam. Horreo vermem mordacem et mortem vivacem. Horreo incidere in manus mortis viventis et vite
morientis. Hec secunda mors que nunquam preterit sed semper occidit. Quis det illis semel mori et non mori-
antur? Metuunt qui dicunt montibus cadite super nos et collibus operite nos. Quid nisi mortem mortis
beneficio aut finire aut evadere volunt? Denique invocabunt mortem ait et non veniet. Inferiore id clarius
20 Constat immortalem animam esse, nec aliquid absque sua memoria vivere, ne non animam aliquid esse contingat. Itaque
durante anima durat et memoria. Sed qualis? Fedata flagitiis, horrida facinoribus, vanitate tumida, contemptu
despecta et neglecta. Que porro transierunt et non transierunt? Transierunt a manu sed non a mente. Quod factum est
factum non esse non potest. Proinde et si facere in tempore fuit, sed fecisse in sempiternum manet. Non transit cum tempore
quod tempore transit. Interim ergo necesse est cruciet quod perperam se egisse meminerit memoriter. Sopiri erit
hoc veritate vocis illius: Arguam te et statuam contra faciem tuam. Dominus locutus est, cui omne adversum et adversari
necesse est, ut sit sera querela: O custos hominum, quare me posuisti contrarium tibi et factus sum mihi-
metipsi gravis? Ita est, o Eugeni, non potest Deo esse contrarius quin et sibimet contrarie. Omnis qui arguetur
et a seipso, non est sane iam tunc quod aut veritatem dissimulet vacans aut vanis intuitum animam declinet
rebus, avulsa corporis et in sese collecta. Primo enim id valeat: sopitis conclusisque in morte sensibus,
per quos utique curiosa prodire et abire solebat in eam que preterit huius mundi figuram. Vides temporibus
nichil deesse ad confusionem, cum prodierint spectaculum facti Deo, angelis, hominibus et ipsis. O quam male male
omnes locati sunt utique oppositi torrenti huic directe equitatis et huic lumini propalate veritatis expositi.
Nove hoc est perpetuo tundi, perpetuoque contundi. Duplici contritione, ait ille, contere eos, Domine Deus noster.
21 Quid est Deus? longitudo, latitudo, sublimitas et profundum. Quid inquis? Tenemus te quaternitatem
quam abhominatus es profiteri assumere? Abhominatus sum et abhominor. Visus sum protulisse plura, sed
unum est. Unus Deus signatus est per capita nostra, non per suo statu. Divisus hic est, non ille. Voces diverse,
semite multe, sed unum per eas significatur, unus queritur. Non diversos sibi in quadratura ista composite
sunt, non dimensiones quales in corporibus intuemur, non distinctio personalis qualem in trinitate adoramus,
non numerus proprietatum quale personis ipsis inesse fatemur, et si non aliud a personis. Alioquin hoc singulum
horum in Deo quod quatuor simul, hoc quatuor ipsa quod singulum est. Nobis autem quia non possumus tum
Dei simplicitatem contendere, cum contendimus apprehendere unum, occurrit veluti quadruplicatum. Efficit hoc
speculum et enigma per quod solum interim videre datur. Cum autem videbimus faciem ad faciem, videbimus
faciem sicuti est. Licet enim iam nunc fragilis acies mentis nostre quantulumcumque vehementer intendens aliquid
replicet, dissplicet ve in sua pluralitate. Colliget se magis, adunabit, conformabit se unitati illi,
vel potius unitati illi, ut una uni facies respondeat faciei. Nempe similes ei erimus, cum videbimus eum
sicuti est. Beata visio, ad quam merito suspirabat qui ait: Exquisivit te facies mea, faciem tuam Domine
requiram. Et quia adhuc in querendo res est, ascendamus interim quadrigam istam, ut poterimus, in-
firmi et imbecilles indigentes tali vehiculo, conscendamus, si forte vel sic apprehendamus in quo apprehensi
sumus, id est huius ipsius vehiculi rationem. Neque hoc monitum habemus ab ipso auriga. Nam et primo currus
huius exhibitorem, ut studeamus comprehendere cum omnibus sanctis que sit longitudo, latitudo, sublimitas
et profundum. Comprehendere dicit, non cognoscere, ut non curiositate consistere totam curam fructum intelligamus.
Non in cognitione est fructus, sed in comprehensione. Alioquin scienti bonum et non facienti, ut ait
quidam, peccatum est ei. Et ipse Paulus alio loco: Sic currite, inquit, ut comprehendatis. Quid sit comprehendere
22 inferius declarabo. Quid igitur est Deus? Longitudo, inquis. Quid ipsa? Eternitas. Hec tam longa
ut non habeat terminum, non magis loci quam temporis. Est et latitudo. Et quid ipsa? Caritas. Quibus et ista finibus
angustetur in Deo, qui nichil odit horum que fecit? Denique solem suum oriri facit super bonos et malos
et pluit super iustos et iniustos. Ergo et inimicos includit sinus ille. Nec hoc quidem contentus vadit in
infinitum. Excedit non modo affectionem, sed et cognitionem, exclamante apostolo et dicente: Scire etiam
supereminentem scientie caritatem Christi. Quid plus dicam? Eterna est. Nisi quod hoc plus forsitan est, quia
eternitas est. Vides tantam esse latitudinem quantam et longitudinem. Ut sic videas non tantam esse sed
ipsam id esse unam quod alteram, non minus unam quam duas, nec plus duas quam unam. Deus eternitas,
Deus caritas est, longitudo sine protensione, latitudo sine distensione. In utroque pariter locales
quidem excedit angustias, sed libertate nature, non enormitate substantie. Tali modo immensus est
qui omnia fecit in mensura, et quamvis immensus, hic tamen modus et ipsa immensitas. Quid item Deus?
Sublimitas et profundum. In alto super omnia, in imo infra omnia. Liquet in deitate nostri clau-
dicare equalitatem, stare eam undique firmiter, constare immobiliter, et sublimem potentiam.

profundum sapientie eius considera. Ex quo et ista videntur, quod deus et sublimitas inattingibilis et profunditas
eque inscrutabilis cognoscitur. Paulo admirante et exclamante: O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei,
quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Libet et nos exclamare cum paulo
horum utrumque intuentes in deo et cum deo simplicissima unitate. O sapientia potens attingens usque fortiter.
O potentia sapiens disponens omnia suaviter. Res una, affectus multiplex, operationes quam diverse. Et illa una
res est longitudo propter eternitatem, latitudo propter caritatem, sublimitas propter maiestatem, profunditas propter sa-
pientiam. Nomine hec. Num ideo et arbitramur nos comprehendisse? Non ea disputatio comprehendit, sed
sanctitas, si quo modo tamen comprehendi potest quod incomprehensibile est. At nisi posset, non diceret apostolus 23
ut comprehendatis cum omnibus sanctis. Sancti igitur comprehendunt. Queris quomodo? Si sanctus es, comprehendisti
et nosti. Si non, esto, et tuo experimento scies. Sanctum facit affectio sancta, et ipsa gemina: timor domini sanctus
et sanctus amor. His perfecte affecta anima, veluti quibusdam duobus brachiis suis comprehendit, amplectitur,
stringit, tenet et ait: Tenui eum nec dimittam. Et timor quidem sublimi et profundo, amor lato longo- 22
que respondet. Quid tam timendum quam potestas cui non potes resistere, quam sapientia cui abscondi non potes? Potuit
minus timeri deus, alterutro careret. Nunc autem perfecte oportet timeas illum cui nec oculus deest omnia
videns, nec manus potens omnia. Quid item tam amabile quam amor ipse quo amas et quo amaris?
Amabilior tamen iunctus eternitati fit, que dum non excidit, foras mittit suspicionem. Ama igitur perseveranter
et longanimiter, et habes longitudinem. Dilata amorem tuum usque ad inimicos, et latitudinem tenebis.
Esto etiam in omni sollicitudine timoratus, et sublime profundumque apprehendisti. Aut si manus in ore 24
eque tuis duabus in ore vide facias hoc: si stupes, si paves, si ferves, si sustines. Stupenda plane
sublimitas maiestatis, pavenda abyssus iudiciorum, fervorem exigit caritas, eternitas perseverantiam
sustinendi. Quis stupet nisi qui contemplatur gloriam dei? Quis pavet nisi qui scrutatur profunda
sapientie? Quis fervet nisi qui meditatur caritatem dei? Quis sustinet et perseverat in amore nisi
qui emulatur eternitatem caritatis? Nempe eternitatis quandam magnitudinem perseverantia profert. Denique
sola est cui eternitas redditur, vel potius que eternitati hominem reddit, dicente domino: Qui perseveraverit
usque in finem, hic salvus erit. Et nunc adverte in quatuor istis contemplationum species quatuor. Prima
et maxima contemplatio est admiratio maiestatis. Hec requirit cor purgatum, ut a vitiis liberum
atque exoneratum peccatis facile ad superna levetur, interdum quoque vel per aliquas morulas stupore et extasi
suspensum teneat admirantem. Secunda autem necessaria est huic. Est enim intuens iudicia dei. Quo sane
pavido aspectu dum vehementius concutit intuentem, fugat vitia, fundat virtutes, initiat ad sapientiam,
humilitatem servat. Virtutum siquidem bonum quoddam ac stabile fundamentum humilitas. Nempe si nutet
illa, virtutum aggregatio non nisi ruina est. Tertia contemplatio occupatur, vel potius otiatur circa memoriam
beneficiorum, et ne dimittat ingratum, sollicitat recordantem ad amorem benefactoris. De talibus dicit propheta
loquens ad dominum: Memoriam abundantie suavitatis tue eructabunt. Eructatio gratiarum actio est. Quarta
que retro sunt obliviscens, in sola requiescit expectatione promissorum. Que cum sit meditatio eternitatis
siquidem que promittuntur eterna sunt, longanimitatem alit et perseverantie dat vigorem. Puto iam facile est
quatuor ista hec quatuor illis apostoli assignare: dum longanimitatem comprehendit meditatio promissorum,
latitudinem recordatio beneficiorum, sublimitatem contemplatio maiestatis, profundum inspectio iudiciorum.
Querendus adhuc fuerat, qui nec satis adhuc inventus est, nec queri nimis potest. Sed oratione
forte quam disputatione dignius queritur et invenitur facilius. Proinde is sit finis libri, sed non finis querendi.

Explicit liber beati Bernhardi ad Eugenium papam de consideratione

Incipit epistola eiusdem beati Bernhardi ad Eugenium papam prefatum

Auditum est in terra nostra et celebri sermone vulgatum verbum hoc quod factum est de vobis a domino.
Compresseram stilum hactenus, rem tacitus considerabam. Expectabam enim litteras vestras et pre-
veniri a vobis in benedictionibus dulcedinis. Expectabam virum fidelem qui veniret a latere
vestro, qui diceret cuncta per ordinem, quid quo vel qualiter actum esset. Expectabam si quis forte de filiis meis
rediret, qui leniret dolorem patris, qui diceret: Joseph filius tuus vivit, et ipse dominatur in terra Egypti.
Hinc est quod littere iste non sunt voluntatis sed necessitatis, et amicorum extorte precibus, quibus negare non possum
illud modicum quicquid est residuum vite mee. Quia tamen semel cepi, loquar ad dominum meum.
Iam enim filius in patrem, pater est mutatus in filium. Qui post me venit, ante me factus est. Sed
non invideo, quia quod mihi deerat in eo me habere confido, qui non solum post me sed etiam per me

venit Nam si dignaris quodammodo per evangelium te genui. Que est spes nostra et gaudium nostrum et corona
glorie Nonne vos ante deum. Denique filius sapiens gloria est patris. Amodo tu non vocaberis filius sed vocabitur
tibi nomen novum quod os domini nominavit. Hec est mutatio dextere excelsi. et multi in mutatione ista gau
debunt. Nam quemadmodum olim abram in abraham jacob in israhel et ut de tuis magis decessoribus tibi
proponam. sicut symon in cepham. saulus in paulum. sic filius meus bernardus in patrem meum eugenium. leta prorsus
et utili ut spero permutatione promotus est. Digitus dei est iste suscitans de pulvere egenum et de stercore
erigens pauperem ut sedeat cum principibus et solium glorie teneat. Superest ut facta hac mutatione tui ipsa quoque
que tibi commissa est domini sponsa mutetur in melius et iam nequaquam sarai sed sara de cetero nominetur.
Intellige que dico dabit enim tibi dominus intellectum. Si amicus sponsi es ne dixeris dilectam eius principem
meam sed principem. nil tuum in ea vendicans nisi quod pro ea si oportuerit etiam animam dare debes. Si christus te
misit estimabis te non venisse ministrari sed ministrare et ministrare non solum substantiam sed ipsam quoque animam.
Sicut prefatus sum verus successor pauli dicet cum paulo. Non quia dominamur fidei vestre sed adiutores sumus
gaudii vestri. Petri heres audiat petrum dicentem. Neque ut dominantes in clero sed forma facti gregis.
Sic enim iam non ancilla sed libera etiam et formosa speciosissimi sponsi per te in desideratos astringetur
amplexus. Alioquin per quem aliud hec tam debita libertas sperabitur. si et tu quod absit in christi here
ditate queras que tua sunt qui iam et ante didiceras non dico tua non retinere sed nec tuus esse.
Ergo fiduciam talem habet in te qualem in nullo predecessorum tuorum a multis retro temporibus visa est habuisse.
Exultat mater et ubique gloriatur in domino omnis etiam sanctorum quod specialiter illa cuius uterus te portavit et cuius ubera
tu suxisti. Quid ergo nonne mihi licet gaudere cum gaudentibus. Hinc ego non eius unus de minus letantium. Exul
tavi fateor sed cum tremore exultavi. sed in ipsa exultatione cordis mei accidit timor et tremor venerunt
super me. Ego enim etsi nomen patris deposui sed non timorem sed nec anxietatem postremo nec affectum
nec viscera patris. Considero gradum et casum vereor. considero fastigium dignitatis sed intueor subter
abyssi iacentis decursum. Attendo celsitudinem honoris et e vicino periculum reformido pro eo quod scriptum est.
Homo cum in honore esset non intellexit. Quod quidem ad causam magis quam ad tempus arbitror referendum
ut sic intelligatur dictum. Cum in honore esset non intellexit. ac si diceret. Honor absorbuit intellectum.
Et quidem elegeras abiectus esse in domo dei tui et recumbere in novissimo loco in convivio eius. Sed pla
cuit dicere ei qui te invitavit. Amice ascende superius. Itaque ascendisti in altum. noli altum sapere sed time
ne forte cogat sero miserabilem illam emittere vocem. A facie indignationis tue elevans allisisti me.
Maiorem quippe loci sortitus es sed non tutiorem. sublimiorem non securiorem. Terribilis prorsus terribilis est
locus iste. Locus in quo stas terra sancta est. locus petri est. locus principis apostolorum ubi steterunt
pedes eius. Locus illius est quem constituit dominus domus sue et principem omnis possessionis sue. Si forte decli
naveris a via domini in eodem sepultus est loco ut sit ibi contra te in testimonium. Huic tali pastori multo
commissa est ecclesia cum adhuc tenera adhuc in cunabulis esset cuius edocta magisterio et exemplo
educata omnia terrena calcaret utpote qui excusserat manus suas ab omni munere qui dicebat de
corde puro et conscientia bona. Argentum et aurum non est michi. Quis michi det antequam moriar videre
ecclesiam dei sicut in diebus antiquis quando apostoli laxabant retia in capturam non argenti vel auri sed
in capturam animarum. Quam cupio illius te hereditare vocem cuius adeptus es sedem. Pecunia inquit tua
tecum sit in perditione. O vox tonitrui. O vox magnificentie et virtutis ad cuius terrorem confundantur
et convertantur retrorsum omnes qui oderunt syon. Hoc vehementer expectat et omnis expetit a te mater
tua. Hoc filii matris tue pusilli cum maioribus desiderant. Hoc suspirant ut plantatio quam non
plantavit pater celestis tuis manibus eradicetur. Ad hoc enim constitutus es super gentes et regna ut
evellas et destruas et edifices et plantes. Multi audito hoc verbo dixerunt apud se. Iam securis
ad radicem arboris posita est. Multi dicunt in corde suo. Flores apparuerunt in terra nostra tempus putationis
advenit in quo sarmenta sterilia recidentur. ut ea que prevalent uberius fructum ferant. Confortare
et esto robustus. manus tue in cervicibus inimicorum tuorum. vendica tibi in constantia et vigore spiritus partem Vendica
quam dedit tibi super fratres tuos omnipotens pater quam et tulit de manu amorrei in gladio et arcu suo.
In omnibus tamen operibus tuis memento te esse hominem et timor eius qui aufert spiritum principum sit ante oculos
tuos. Quantorum in brevi romanorum pontificum mortes tuis oculis aspexisti. Ipsi te decessores tui tue
certissime decessionis admoneant. et modicum tempus dominationis eorum paucitatem dierum tuorum
indicet tibi. Iugi proinde meditatione inter blandimenta transeuntis glorie memorare novissima
tua. quia quibus successisti in sedem ipsos sine dubio sequeris ad mortem.

Domino et patribus reverendis cardinalibus et episcopis omnibus qui sunt de curia puer sanctitatis eorum. Parcat vobis Deus quid fecistis? Sepultum hominem revocastis ad homines, fugitantem curas et turbas curis denuo implicastis et turbis. Fecistis novissimum primum et ecce novissimus ille fit periculosior prioribus. Crucifixus mundo per vos rursum vivit mundo et qui elegerat abiectus esse in domo Dei sui ipsum vos in dominum omnium elegistis. Cur consilium inopis confudistis? Cur pauperis et mendici et compuncti corde initum intercepistis consilium? Currebat bene. Quid vobis visum est sepire vias eius adulterare semitas gressus involvere? Quasi descenderet ab Ierusalem et non magis ascenderet de Iericho sic incidit in latrones et qui se tanquam violentis quibusdam diaboli manibus carnis illecebris et gloriae saeculi potenter excusserat non tamen valuit effugere manus vestras. Num ideo Pisanam deseruit ut reciperet Romanam? Num qui in vicaria ecclesia non sustinuit vicedominatum dominatum in universa ecclesia requirebat? Quid ergo consilii seu rationis habuit defuncto summo pontifice repente irruere in hominem rusticanum latitanti iniicere manus et excussa e manibus securi et ascia vel ligone in palatium trahere levare in cathedram induere purpura accingere gladio ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis ad alligandos reges eorum in compedibus et nobiles eorum in manicis ferreis? Sic non erat inter vos sapiens et exercitatus cui ista potius convenirent? Ridiculum profecto videtur pannosum homuncionem assumi ad praesidendum principibus ad imperandum episcopis ad regna et imperia disponenda. Ridiculum an miraculum? Plane unum horum non nego non diffido potuisse fieri et etiam opus Dei qui facit mirabilia magna solus praesertim cum audiam vulgo ore multorum quia a Domino factum est istud. Sed nec ego oblitus sum iudiciorum Dei antiquorum et Scripturae plurimos recensentis ex privata seu etiam rusticana vita olim assumptos in voluntate Dei ad regendum populum eius. Nonne ut unum e pluribus memorem tali quodammodo elegit David servum suum et sustulit eum de gregibus ovium et de post fetantes accepit eum? Ita inquam ita et de nostro Eugenio in beneplacito suo potuit contigisse. Non sum securus tamen quoniam filius delicatus est et tenera verecundia eius assueta potius otio et quieti quam tractandis foris rebus, timendum quod ne non ea auctoritate qua oportuit apostolatus sui officia exsequatur. Quid putatis gerere animi nunc hominem illum qui de secreto internae contemplationis et amica solitudine cordis tanquam infans a gremio et sinu matris subito perturbatus tractum se ad medium videt et quasi ovem ad victimam ductam et tam insueta et insolita nisi Dominus supponat manum suam heu necesse est obruatur et opprimatur onere insueto et nimio quod et gigantibus ut aiunt vel ipsis quoque angelicis humeris formidabile videatur. Verumtamen quia sic factum est et sic multi dicunt a Domino factum est vestra interest carissimi quod vestris constat manibus elaboratum sedulis studiis fidelibusque obsequiis sollicite confovere. Siqua ergo consolatio in vobis siqua miseratio pietatis siqua compassionis visceris siqua vis caritatis in Domino assistite et collaborate illi in opere quo assumptus est per vos a Domino. Quaecumque vera quaecumque pudica quaecumque iusta quaecumque sancta quaecumque amabilia quaecumque bonae famae haec ei suggerite haec suadete haec agite et Deus pacis erit vobiscum.

Ad Romanos qui dissenserunt a domino papa Eugenio

Nobilibus et optimatibus atque universo populo Romano frater Bernardus declinare a malo et facere quod bonum est. Sermo mihi est ad te populo sublimis et illustris cum sim vilis et exiguae personae ac nullius pene momenti homuncio. Et quidem vereor atque onerosum mihi considerans quis quibus scribam simul et qualiter hic alius iudicare possit. Sed longe vereor periculosius apud omnes periculum quam contemptum apud Deum silentio veri taciturnitate et absconsione iustitiae. Ipse enim dicit: Annuntia populo meo scelera eorum. Erit mihi etiam in testimonium ante faciem Domini si dicere potero: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo veritatem tuam et salutare tuum dixi. Propter hoc ergo nunc non vereor quamvis verecundia reluctante pro mea ignobilitate scribere de longinquo ad populum gloriosum atque huic lingua tumultuari pro periculo atque peccato commonere Romanos si forte audiant et quiescant. Quis scit si convertantur ad preces pauperis qui non cedunt potentium minis, non omni armature fortium? Nonne adam in Babilone ad vocem pueri minoris universus ille populus qui senibus iniquis iudicibus seductus fuerat reversus est ad iudicium et sic salvatus est sanguis innoxius in die illa? Ita nunc quoque et si adolescentulus sum ego et contemptus adolescentulus dico non annorum paucitate sed meritorum potens est tamen Deus dare et voci meae vocem virtutis per quam fiat ut vos populus qui multis constat esse seductus ad iudicium redeatis. Mea ergo defensio ad eos qui in hunc ad succedendum indignabuntur ne putaverint hoc sit. Sed neque hoc satis est. Causa istud adversus communis est causa et non est distinctio pusilli et magni. Dolor nempe in capite est ac per hoc

nunc aliquid ne audiamus quidem vel gemimus partibus corporis nec a me quidem pervenit profecto usque ad me
communis omnium iniuria. Dolor maximus iste quia maximus est et quia tamen sit capitis non potest non esse et corporis
cuius membrum sum ego. Numquid non dolente capite clamat sive quia capitis fatetur incommodum. Dimittite
precibus dimittite ut plangam paululum apud vos dolorem meum, nec meum tantum sed et totius ecclesie.
Nonne ipsius vox est hodie propter vinusso mei: Caput meum doleo. Cuius namque vel nominis patronorum in toto
sit orbe qui non glorietur hoc capite quod ambo illi gloriosi principes terre alter cruce alter submisso in
cruce capite suo triumpho extulerunt, suo sanguine ornaverunt. Ad omnes itaque spectat sanctorum iniuria
apostolorum, et sicut in omnem terram exivit sonus eorum, sic lesio cordium ab omnibus usquequaque sentitur
usquequaque plangitur et dolet. Quid vobis visum est o Romani offendere principes mundi vestros autem
speciales patronos? Cur regem terre, cur dominum celi furore tam intolerabili quam irrationabili in vos pariter
provocatis, dum sacram et apostolicam sedem divinis regalibusque privilegiis singulariter sublimatam ausu
sacrilego incessere suoque minuere honore contenditis, quam vel contra omnes si oportuisset defendere de-
buistis? Sic fatui Romani non iudicantes neque quod honestum est discernentes, caput vestrum atque omnium quod
in vobis est dehonestatis, pro quo magis nec vestris ipsis cervicibus parcentes a vobis foret si necessitas exegisset.
Patres vestri urbi orbem subiugaverunt, vos urbem properatis orbi facere ~~fabulam~~ fabulam. En Petri
heres Petri sede et urbe a vobis pulsus est. En rebus et domibus suis vestris manibus spoliati
sunt cardinales atque episcopi ministri domini. O populus stulte et insipiens, o columba seducta non habens cor. Nonne
ille caput et illi oculi tui erant? Quid ergo nunc Roma nisi sine capite truncum corpus, sine oculis frons ef-
fossa, facies tenebrosa? Aperi gens misera, aperi oculos tuos et vide desolationem tuam iam iamque
imminentem. Quomodo in brevi mutatus est color optimus, facta est quasi vidua domina gentium, princeps provinciarum.
Hec initia malorum sunt, graviora timemus. Numquid non prope interitum es si persistis? Redite redite prevaricatores,
redite ad cor tuum, agnoscite iam vel sero que quanta a quibus passi vel passa sis. Recordare qua et
quo fine, per quos et in quos usus non longe ante hos dies cunctarum que in te sunt ecclesiarum
omnis ornatus et census profligatus est. Quicquid in altaribus et altarium vasis, quicquid in ipsis sacris
ymaginibus auri vel argenti reperiri tunc potuit, manibus impiorum direptum et asportatum est. Quid
ex his omnibus tu in tuis nunc marsupiis invenis? Porro domus domini irreparabiliter periit. Et
nunc quid tibi visum est iterare malitiam, innovare super te dies malos? Quid modo vel lucri amplioris
vel certioris spei arridet tibi, nisi quia in eo nonnulla tua cervicositas incurrit iniquitatem temporibus quibus tunc quidem
multi non solum de plebe sed et de clero etiam et de principibus nonnulli per orbem in schismate illo favebant
tibi. Nunc vero sicut manus tua contra omnes, sic manus omnium contra te. Immunis est a sanguine tuo nullus
omnis preter te sola et filios tuos qui in te sunt. Ve ergo nunc tibi populo infande et ve duplo,
quia ante non ab exteris nationibus, non a feritate barbarorum, non a milibus armatorum, ve tibi a fratre tuorum
et ve a domesticis et amicis, a clade intestina, a tractu proditorum, a tortoribus viscerum. Agnosce
ne iam quia non omnis pacifica quin et domestica, nec omnes amici qui videntur. Et si alias nonnunquam
sed tunc te manifestius erudiremus omnem veritate illius sermonis domini quem dixit: quoniam inimici hominis dome-
stici eius. Ve fratri a fratre in medio tui, et filiis a parentibus. Ve non a gladiis sed a lingua mendaci et
a lingua dolosa. Usque malum in malo vos alterutrum confortatis, et gladius vester eorum in mucrone stetit
mucrone periit, et ab mucrone consumamini. Congregamini oves disperse, redite ad pascua, redite ad
pastorem et episcopum animarum vestrarum, redite prevaricatores ad cor. Quod loquor non quasi hostis con-
vicians sed quasi amicus obiurgans. Sit vera amicitia nonnunquam obiurgatio, adulatio nunquam
sed ingenua et observatio. Obsecramus pro Christo reconciliamini principibus vestris, Petro loquor et Pau-
lo, quos utique in vicario et successore suo Eugenio suis sedibus et edibus effugastis. Reconciliamini
mundi orbis principibus ne forte incipiat pro eis pugnare orbis terre contra insensatos. An nescitis
quia his offensis nichil omnino valetis, his propitiis nichil omnino timetis? Non nunquam timetis sub horum
tutela mille populo credebantes te urbs inclita civitas fortium. Reconciliamini pariter illis simul et mi-
libus martirum qui quidem apud te sed contra te sunt propter grande peccatum quod fecisti in quo et persistis.
Reconciliare etiam omni ecclesie sanctorum qui ubique terrarum audito hoc verbo scandalizati sunt. Alioquin pagina
ista contra te in testimonium erit, sed et ipsi apostoli et martires tui stabunt in magna constantia adversus
eos qui se angustiaverunt et qui abstulerunt labores eorum. Sed iam fine loquendi os audiam
pertinaciam iniustitiam penitentiam periculum vitate. Non tacui, hortatus ad meliora fratres ut aut

de vestra actionis conceptione letentur, aut de ista imminenti dampnacione certi inconsolabiliter lugeamus arescentes et thabescentes pre timore et expectacione que supervenient universo orbi.

Domino venerabili Henrico Senonensium archiepiscopo frater Bernardus, et quid potest peccatoris oracio. Placuit prestancie vestre novum aliquid a nobis dictandi requirere. Gravantem pondere dignitatis, sed dignantem munere gratulantem et blandientem petentis favore et peticionis [illegible]. Timeo enim nos simul ut scedam meam episcopis et [illegible] quid simul qui non obediencia excuset. Unde dare mihi et negare compellor quod postulor: hinc tante altitudini super me est, et cedi non obedire cogit me utrobique periculum, sed in ea parte magis imminere videtur si non obediero. Hac ergo cogente, qua minus periculosum apparet, facio quod iubetis. Dat quippe ausum dignitatis ipsius dignancia, indulta familiaritas, et excusat presumpcionem auctoritas imperantis. Igitur quoniam regni celorum claves Deo auctore vobis traditas suscepistis, ac mulieris fortis illius mulieris exemplum manum cepistis mittere ad fortia, si qua vos aut egisse que non debetis aut pertulisse que non velletis audivimus, et illa agente doluimus et condoluimus hec pacienti. Inter hec autem ego recordabar illorum periculorum: Qui descendunt mare in navibus, facientes operacionem in aquis multis; ascendunt usque ad celos et descendunt usque ad abissos; anima eorum in malis thabescebat. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius, et omnis sapiencia eorum devorata est. Igitur magis quippe ad compassionem me provocat huiuscemodi cogitacio. Et ideo non indignabar ut assolet. Quantis putas periculis patet vita pontificis, cum omnino temptacio est [illegible] hominis vita super terram? Si ego latens in caverna et qui sub modio non quidem lucens sed fumigans, [illegible] est sive temptaciones, si ego latens in caverna et qui sub modio non quidem lucens, sed totum temptacionum variis quasi fatigatus impulsibus, ventorum tu impetus nec sic declinare sufficio, sed instar venti agitate arundinis huc illacque circumferor, quid positus super candelabrum? Solus tu [illegible] solus tu ipse in sic scandalo, plus tecto, plus honori atque periculo. Ita ut ipse gule et ventri et oculis [illegible], quibus ergo molestiis augetur, quibus lacessitur iniuriis qui tota et [illegible] scandalizati, sicque ut vasti oportet. Quibus ergo molestiis augetur [illegible] de aliquis defuit, foris pugne intus timores. Nuper autem vobis a nostris partibus flare cessent [illegible] cepit aura serenior. Rumoribus siquidem veracioribus intimata sunt de vobis solito leviora et non consueto [illegible] fame, sed ex ore venerabilis Meldensis episcopi. Interrogatus enim de esse vestro, vultu alacri et tamquam bene fidens unde requirebatur, puto magistrum hominem ex hoc iam consiliis se subacturum Carnotensis episcopi. Hoc ab eo vultu tam letus accepi, quam certus sum consilia viri fidelissima fore. In nullo melius poterat nobis cordis nostri propositum commendare. In nullo spem dare meliorem. In perfectus in duo [illegible] nisi fallor ambobus vivis et vos et vestra credidistis talibus consiliariis utendo, bona vobis sonabit fama et constans ubi sic Dei sacerdote sic tante civitatis decet episcopum pluribus non agi [illegible] ne consiliis absque prudencia et benivolencia non esse prefata consilia, ut omnibus [illegible] propter tu ea inimici diligant, et ad consilium soli eligant, qui et prudentes esse videantur et benivoli. Propterea dudus et imprudentis discipuli, et fratris infidele consilium refutabat, videns imprudentes non sapere que Dei sunt et malivolis vos ascendite ad diem festum hunc; ego autem non ascendam. Nec istorum malicie nec illius imprudencie se credendum putat. Cumque deinde cui se credere debeat, cui tanta sua committat dispensanda iusticia, et qui difficile inveniens cum admiracione interrogat: Quis putas fuimus est fidelis et prudens quem constituit dominus super familiam suam? Quo obrem et petro cura dudus crediturus omnium pastoribus eius studuit probare benivolenciam, si se diligeret, probavit et prudenciam qui [illegible] hominibus et putantibus ipsum esse quempiam ex prophetis; ille prudenter veritate adiutus seu potius prophetas est confessus: Tu es, inquiens, Christus filius Dei vivi. Vere non guit ab imperfectione sua, viro in multitudine hominum unum repperies in utraque gratia confirmatum; haud facile siquidem vel prudenti benivolenciam, vel fideli inesse sapienciam deprehendas. Unum autem sunt quos utrisque muneris compotes esse constiterit. Prudentes ergo cogitasti, sacerdotale omnium episcopale opus, tuaque pastoralem dignitatem non posse administrari sine consilio, sine ipsa castorum consiliorum sapiencia de se ipsa loquens: Ego sapiencia, inquit, habito in consilio. Beati in quali consilio. Nunquam in aliquo consilio et erudit, intus suis cogitacionibus. Et etiam infida consilia declinanda sunt; pos salo talibus monet. Causam tuam tracta cum amico tuo, et secretum extraneo ne revelles. Pulare quasi per alium quedam sapiente cum sit consilio nil agendum consulat, virorum tum consilium intuens paucitatem ita loquitur: Multi sint tibi amici, unus autem sit tibi consiliarius de mille. Unus inquit de mille. Veruntamen ego non dubitaverim vobis esse civitate cui de tanta civitate ~~[illegible]~~ inter ~~[illegible]~~ mortales non unum sed duos ipsos quasi ydoneos satis indulsit prudentes, benivolos et ut facile assunt compunctales ut [illegible]

debitores iure subiectionis. Horum acquiescendo consiliis nec preceps eris in sententia nec vehemens in vindicta
non in corrigendo remissior, non severior in parcendo, non pusillanimis in comptandis nec superfluus
in victu nec notabilis in vestitu, non citus ad promittendum non ad reddendum tardus nec prodigus dator.
Istorum consilium longe se faciet a vobis malum typi vetus et cupiditati novum, simoniam et matrem
eius avariciam que est ydolorum servitus. Et ut brevi omnia sermone comprehendam, si horum credideritis,
in omnibus exemplo apostoli honorificabitis ministerium vestrum. Ministerium inquam non dominium. Ipsum itaque honori-
ficabitis non vos. Nam qui querit que sua sunt, cupit honorari non ministerium. Honorificabitis autem
non cultu vestium, ministerium vestrum, non equorum fastu, non amplis edificiis, sed ornatis moribus, studiis
spiritualibus, operibus bonis. Quam multi aliter faciunt. Cernimus in nonnullis sacerdotibus vestium cultum plurimum, virtutum
aut nullum aut exiguum. Quibus ego si rememorem illud apostoli: Non in veste preciosa, vereor ne indignentur,
quod nimirum indignum ducant in se assumptam sententiam, quam prius in muliebrem sexum et ordinem prolatam fuisse
cognoverint, quasi non eodem utantur fere medici secundum regibus et plurimis hominibus, aut capiti faciant iniuria
si ipsis forcipibus capilli consistentes detondeantur, quibus et unguium fiunt secati superflua. Certe si
dedignantur pari cum mulierculis, non quidem a me sed ab apostolo, feriri sententia, dedignentur et cum ipsis eadem
involvi culpa. Despiciant iam textrinum sive pellificium, et non propriis operibus gloriam querant. Et muliebri-
ter rubricatas pelliculas quas gulas vocant, manibus candidare sacratis et sacramentis tremenda ministrantibus
respuant et apponere pectori, quod decentius ornat gemma sapientie. Pudeat et collo circumponere quod
honestius atque suavius Christi iugo submittitur. Non Christi stigmata sunt hec, que iste martyr exemplo
circumferat in corpore suo; muliebria potius esse noscuntur insignia, que utique curiose et sumptuose
ille de propria confecerit cogitatione, mulier que sit mundi, quomodo placeat viro. Verum tu sacerdos dei altissimi
cui eis hiis placere gestis? Mundo an deo? Si mundo, cur sacerdos? Si deo, cur qualis populus, talis
et sacerdos? Nam si placere vis mundo, quid tibi prodest sacerdotium? Nec enim potes duobus dominis servire. Qui
autem vult amicus esse huius mundi, inimicus deo constituitur. Propheta: Deus, inquit, dissipabit ossa eorum qui hominibus
placent; confusi sunt quoniam deus sprevit eos. Et apostolus: Si hominibus placerem, Christi servus non essem. Vo-
lens itaque placere hominibus, deo non places; si non places, non placas. Cur ergo ut dixi sacerdos, cum vos sacerdos?
quod addidi placere intendis non mundo sed deo. Cur qualis populus talis et sacerdos? Cum vero sit sacerdos
est pastor, et populus oves, dignum est ut in nullo appareat ovibus pastor dissimilis. Si inspicit mei
qui oves sum pastor meus, et ipse curvus graditur vultu gerens deorsum et totum se respiciens et solli-
citus mente terrena pabula querentis in quo distamus? Ve michi si venerit lupus, non est qui previdcat,
qui occurrat, qui eripiat. Decet ne pastorem more pecorum sensibus incubare corporis, herere infimis,
inhiare terrenis, et non potius erectum stare ut hominem, celum mente suspicere, que sursum sunt et querere
et sapere, non que super terram? Certe mi indignatur si vel nutu facere audeam, iubet ergo manum ori imponere
dicens mordicus. Qui non licean iudicare de ipsis. Ut et oculos mi claudas ut nec cernere possem quid
contradicere prohibes. Magna vero presumpcio si ovis tua sum, in ipsum pastorem lupus scemisse, vanitate
et curiositate irrevere tuos infremuero, quod ad meum forte balatum caveant bestias a quopiam occurra-
et fuerat procul. Quid faciet de me qui ovicula sum, que in pastorem tanta feritate insiliunt
et si quidem se non vult ut clament pro se, nunquid et pro me balare non licebit? Et si ego sileo ne ponere
videar in celum os meum, clamant tamen in cetera. Non in veste preciosa, clamant, aut spakit ad feminas,
ut erubescant in se reprehendi episcopus quod in fragili eorum sexu audiunt reprehendi. Cum forte nulla
timet confusio si solus ego submissius te desidero nunquam et si ego non loquar, sua eciam non loquitur
conscientia. Et si alius audacior me, non quidem de apostolo ut ego, non de ewangelio, non de propheta, non
denique quippiam ecclesiasticum, sed illud tamen gentilium ingerat: Dicite, pontifices, non quidem in sancto
sed in freno quid facit aurum? Hoc me etiam tacente, et si non curia regum, tamen penuria pauperum clamat.
Silent licet fama si non fames, fama quidem silet quia non potest nunquam odisse vos. Nam quo utique
arguet patrem a quo potius laudatur peccator in desideriis anime sue et iniquus benedicitur. Clamant
vero nudi, clamant famelici, conqueruntur et dicunt: Dicite, pontifices, in freno quid facit aurum?
Nunquid aurum a freno repellit frigus sive esuriem? Nobis fame et frigore miserabiliter laborantibus
quid conferunt tot mutatoria vel extensa in perticis vel plicata in manticis? Nostrum est quod
effunditis, nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expenditis. Et nos enim dei plasmatio, Christi
et nos sanguine redempti sumus. Vos ergo fratres nostri videte quale sit de fratrum porcione pascere
oculos vestros. Vita nostra cedit vobis in superfluas copias, nostris necessitatibus detrahitur quicquid

accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala de una prodeunt radice cupiditatis: quod et vos vanitando perditis et
nos spoliando punitis. Iuvencula graditur onusta gemmis et varia, non curatur tunica nuda caligulis.
Annuli, catherule, tintinnabula et clavate quedam corrigie multaque talia tam speciosa coloribus quam pon-
deribus pretiosa in collorum dependent circuitibus, sive a lateribus vel semicinctia miserabiles apponite.
Huc accedit quod hec omnia vel negotiationis studio vel proprio manuum operatio vos elaborastis, sed nunc iure
hereditario possidebitis, nisi forte et vos in corde vestro dixistis: hereditate possideamus sanctuarium dei. Et si pau-
peres modo quidem coram deo tamen cum corda loquuntur. Nec enim audent aperte causari adversum vos, quibus inter-
im sua vita necesse habent potius supplicare. Ceterum in futuro stabunt in magna constantia adversus eos qui se
angustiaverunt. Stante quippe pro eis patre orphanorum et iudice viduarum. Ipsis enim tunc vox erit dicentium:
Quamdiu non fecistis uni ex minimis meis, nec mihi fecistis. Vos autem recensuisse pro vobis nunc absit ut in
talibus honorificandum putetis ministerium vestrum. Videntur quidem honorificata, sed oculo qui videt in facie,
non qui videt in abscondito. Illis apparent fucata coloribus, spectabilia cultu, illis condita saporibus,
preciosa sunt tamen, illis elevata culminibus, constructa sunt tamen. Castitas, caritas, humilitas illis quidem color est,
sed non et nullus decor. Non mediocris decor qui oculos quoque delectare potest aspectus. Quid castitate decorius, (Castitas)
que mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, angelum denique de homine facit? Differt quidem inter
se homo pudicus et angelus, sed felicitate non virtute. Sed si illius castitas felicior, huius tamen fortior cognoscitur.
Sola est castitas que in hoc mortalitatis et loco et tempore statum quendam immortalis glorie representat. Sola
inter nuptiarum solemnia morem vendicat illius beate regionis, in qua neque nubent neque nubentur, presentans
quodammodo terris celestis illius conversationis experientiam. Vas interim fragile quod portamus, in quo
et crebro periclitamur, tenet et castitas, ut monet apostolus, in sanctimonia, ad instar odoriferi balsami
quo condita cadavera incorrupta fiunt. Sensus ipsa et artus continet et constringit, ne dissolvantur
et in otio ne corrumpantur in desideriis, nec in carnis voluptatibus computrescant, quemadmodum legitur de
quibusdam quod computruerunt iumenta in stercore suo. Hoc itaque tante pulchritudinis ornamentum digne de-
verum sacerdotium honorare, quod dilectum deo et hominibus facit sacerdotem. Cuius quippe memoria non in
carnis successione sed in spirituali benedictione sit, reddat quod similem in gloria sanctorum, in hac licet adhuc re-
gione dissimilitudinis constitutum. Verum in quantalibet venustate sui castitas eminere appareat, sine cari- (Caritas)
tate nec pretium habet nec meritum. Nec mirum. Quod enim absque illa bonum suscipitur? Fides? Sed nec si mon-
tes transferat. Scientia? Sed nec illa quidem que lingua loquitur angelorum. Martirium? Nec si tradidero corpus
meum ita ut ardeam. Nec absque illa quodlibet bonum suscipitur, nec cum illa quodlibet quantumlibet exiguum respuitur.
Castitas sine caritate lampas est sine oleo. Subtrahe oleum, lampas non lucet; tolle caritatem,
castitas non placet. Sed o quam pulchra est, ut sapiens clamat, casta generatio cum caritate. Cum illa
inquam caritate quam describit apostolus de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Porro puritas (puritas cordis)
cordis in duobus consistit, in querenda gloria dei et utilitate proximi, ut videlicet in omnibus actibus vel dictis
suis nihil sui querat episcopus, sed tantum aut dei honorem aut salutem proximorum aut utrumque. Sic enim (pontifex)
agens implebit non solum pontificis officium sed et ethimologiam nominis, pontem utique se faciens inter ipsum
deum et proximum. Pertingit pons iste ad deum ea fiducia qua non sua sed illius gloriam querit. Pertingit
ad proximum illa pietate qua et ipsi prodesse non sibi desiderat. Offert deo bonus mediator preces et
vota populorum, reportans illis benedictionem et gratiam. Supplicat maiestati pro excessibus delinquentium,
vindicat in pertinaces iniuriam dei. Impugnatis ingerit beneficia pietatis, contemptoribus potius severitatem
insinuat, utrasque tamen nisus placare studet indignationis furorem. Nunc quidem hominis obtendens infirmitatem,
nunc divine magnitudinem pietatis. Denique sive excedat deo, sive sobrius sit nobis, aut deo semper
quantum in ipso est prestare gestit aut nobis, non quod sibi ipsi utile est querens sed quod multis. Felix
pontifex qui bona queque transmittit, sive divina beneficia ad homines, sive vota hominum ad deum, solum
bono intuens oculo, nihil sibi retentat ex omnibus. Nec populi requirit datum vel lucrum, nec dei gloriam
usurpat sibi. Acceptum talentum non ligat in sudario, sed prestat nummulariis, a quibus et usuras
accipit non sibi sed deo. Non habet foveam ut vulpes, non tamquam volucres nidum, non loculos quos Iudas,
non denique sicut nec Maria locum in diversorio. Imitatur profecto illum qui non habebat ubi reclinaret
caput. Fecit in speculatorum tamquam vas perditum, quodque procul dubio fiet vas in honorem et non in contumeliam.
Denique perdit animam suam in hoc mundo, ut in vitam eternam custodiat eam. Hoc tanto putatis intimo

bono glari no pt variet' nisi qui gotu secris glas pfecte respuit Hec em puer valet dei vel
proximi querere lucra qui ppa no contempserit Is tm puritatis intior gla no stimulat qui
dicere pt cu dno Si ego quero glam meam gla mea nichil est Et cu aplo Michi vivere xps et
mori lucrum Et cu ppha Oblivioni datus sum tamq mortuus a corde et a ppa voluntate Ad oblivio
si teipm nescias ut proximo prosis Tu aut mortuus es a corde si iam no tibi vivere studeas sed
ei qui p te mortuus est Ille mortuus est a corde qui dicit vivo iam no ego sed mortuus a se non
tm a xpo Sequitur enim Vivit aut in me xps Morte hac que fit a corde infert caritas de qua
loquitur sponsa in canticis Vulnerata caritate ego sum Fortis ut mors dilectio Mortem in nobis non
vitam occidit sed et audacter minatur O mors ero mors tua Petm extinguit quod aie vitam corru
perat ipam et restituit innocentie Unde si prevalet morti caritas ita ut illam in congressu prime possi
tur dicatur fortis ut mors et no potius morte fortior An forte qr ipa est mors et seipa fortior
esse no pt Bona mors non vite sed mortis Bona mors et nequaquam horrenda que vitam et si adi
mit non perimit Adimit quidem sed ad tpus restituenda sine tpe duraturam sm tpe Denique mortui
estis inquit et vita vra abscondita est cu xpo in deo Cu aut xps apparuerit vita vra tunc et
vos apparebitis cu xpo in gla Libenter g careo ad tpus ut in eternum possideam Et ista sufficiat
pro eo quod scriptum est Caritas de corde puro

Sane in tanta oblivione sui necesse est cor bonum esse conscium sibi quo se in lucra securus
foris extendat cum secura intus se reliquit conscientia Quid enim prodest homini si universum
mundum lucretur aie aut sue patiatur detrimentum Sz et ordinis exigit ratio ut qui ad sui mensuram
proximum iubet diligere prius seipm diligere noverit Itaque duo sunt proprie que bonam reddunt con
scientiam penitere de malis et abstinere a malis hoc est ut verbo loquar bti gregorii et commissa
flere et flenda non committere Horum neutrum solum sufficit Nam si primum absque secundo sufficeret frustra
et david hortaretur dicens Declina a malo Et ysaias Quiescite agere perverse Et deus ipe ad cayn
peccasti quiesce Rursus si secundum p se post petm bonam sufficeret restaurare conscientiam sine causa
clamat penitens in ps Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata Et illud
vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte universa peccata mea Et in oratione dnica Di
mitte nobis debita nra sicut et nos dimittimus debitoribus nris Rursus virtutibus bene constitutus aug
scere iam seipm deserat et quotidie prodeat ut alios lucri faciat cum infirmantibus infirmetur
urat cum scandalizatis Fiat cecam si oportet inter medios medicus nichil eque formidet cum tali conscia
exemplo Iheremie et ezechielis in egiptum vel in caldeam cum transgressoribus captivari sed et cum
sancto Iob frater sit draconum et socius strucionum Cum moyse eque quam grande est deleri de libro
vite et cum aplo Anathema esse a xpo pro fratribus non timeat cum huius conscia Ipam denique si
necesse est intrare gehennam securus medias penetrans flammas leta decantet conscia Et si
ambulavero in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es Compendium si placet
thesauros regum et fastigia regnorum cum huius fiducia Nonne cuncta horum felicitas pro tanti boni
divitiis miseria reputabitur et hanc fiduciam operatur caritas de corde puro et conscia bona
Iam vero quod restat de fide non ficta et item quod contra intuere alio loco venit Fides sine opibus
mortua est Duo ista mittunt nos ad quandam fidei tripharia divisionem ut dicas fides mor
tua ficta probata Et mortuam quidem aplus diffinit eam esse que sine opibus est id est que non
operatur per dilectionem quia non habens adhuc ipam dilectionem qua vegetetur et moveatur ad opera
Fictam aut ego arbitror illam vocari fidem que suscepta quidem per caritatem vitam movere in
choat ad bonum operandum sed non perseverans deficit et moritur tamquam abortiva Eo utique sensu ficta
huius dispensationis vocata quo vasa figuli vocamus fictilia non quod vere utilia non sunt quamdiu durant
sed quia fragilia cum sunt diu minime durant De hac fidei fictione puto illos notari in evangelio
qui ad tpus credunt et in tpe temptationis recedunt Interrogo eos qui dicunt caritatem a quo semel
accipitur nequaquam ulterius recedere aut vitam de quibus dicitur Et hii radices non habent qui ad tempus
credunt et in tpe temptationis recedunt Unde et quo recedunt utique a fide ad infidelitatem
Item quero potuerunt ne in illa fide salvari aut non potuerunt Si non potuerunt que iniuria
salvatori que ve temptatori leticia ex huius recessu ubi salus non fuit Si quidem nec salva
tor zelatur nisi salutem nec malignus invidet nisi saluti Si aut potuerunt quo aut sine
caritate sunt quamdiu in illa fide sunt cum sine caritate salus esse non possit aut deserentes fide

non enim deserunt caritatem cum caritas et infidelitas simul esse non possunt. Recedunt ergo quidam a fide quod vitiis
assentiunt consequenter et a salute quia salvatorem relinquunt. Unde nos colligimus quod et a caritate
sine qua salus esse non potuit. Et hii inquit radicem non habent. Non negat eos fuisse bonum sed in bono
potius radicatos non esse causatur. Denique sequitur et ait quod ad tempus credunt. Bonum est si ultima
similia priorum. Non enim qui ceperit sed qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Non autem durant qui
in tempore temptationis recedunt. Sed si interim rapti fuissent antequam malicia mutaret corda eorum.
Vae vero praegnantibus et lactantibus in illis diebus teneros utique fetus gestantibus et de vita recti
facile in periculis ex turbationibus. Tales sunt animae tenerae adhuc in prima habentes caritatem et ob hoc
carentes fidem vivam sed fictam, unde est in temptatione deficere. Vasa figuli ait probat fornax
et homines iustos temptacio illos videlicet qui ex fide vivunt. Iustus nempe ex fide vivit, sed ex fide que
vivat. Neque enim que mortua est vitam dare potest. Demonum fides non adiuvat in quantum morte, vacua
quippe caritate mortua est. Credunt quidem et contremiscunt sed timor non est in caritate. Unde in la-
bore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur quod continere fidei nulla iam debeatur probacio sed
reprobacio. Solam itaque iustorum fidem id est vivorum vivam fornax temptacionum suscipit examinandam, sed non
omnium iusticia manet in seculum seculi. Qui sunt qui ad tempus credunt et in tempore temptacionis recedunt. Si illis
sit cuiusque fides probat tribulacio, si cuius deficiat deficiat enim cum in caritate non perseverat, probata et perfecta
ficta esse demonstratur. Cum cuius perseverat probata et perfecta censetur. Liquet ex his satis ut arbitror non
omnes qui habuerunt caritatem habere et perseveranciam in caritate. Alioquin frustra commonet discipulos dominus
Manete inquiens in dilectione mea. Aut enim si necdum diligebant non debuerat dicere manete sed
estote in dilectione mea. Aut si iam diligebant, unde non erat moneri de perseverancia quod sine ista
probari non poterant. Curet ergo quivis bonus et fidelis fide firmare non fictam caritatem de corde puro
et consciencia bona plurimum estimans animae vitam quam corporis, minus horrens carnis mortem quam fidei.

Iam de tribus que superius proposuimus sola nisi fallor tractanda restat humilitas. Hec duabus premissis humilitas
virtutibus instituta est necessaria ut absque ista nec virtutes esse videantur. Nempe ut castitas seu cari-
tas detur humilitas meretur, quia humilibus deus dat graciam, firmat acceptas quod non requiescit nisi
super quietum et humilem, et firmatas consummat. Nam virtus in infirmitate hoc est in humilitate perficitur.
Inimicam omnis gracie omnisque initium peccati debellat superbiam, illiusque expellit tyrannidem. Et quidem cum [illegible] et tamen [illegible] a ceteris virtutibus superbiam
ex aliis quibusque bonis virium magis suarum saepe soleat incrementum superbia, sola humilitas omnem propugnaculum
quoddam, turris quoque virtutum, eius fortiter resistit malicie, obviat presumpcioni. Sola denique est de qua omnium
plena virtutum Maria gloriari se putavit. Audito quippe ab angelo Ave gratia plena quasi sola
ex illa plenitudine humilitatem in se cognosceret, sola respondisse ac vidisse mecum, intuitur ingrato,
Respexit deus inquiens humilitatem ancille sue. Unus denique actor et dator virtutum Christus in quo omnes
thesauri sapiencie et sciencie sunt absconditi, in quo omnis plenitudo divinitatis habitat corporaliter. Nonne tu et
ipse de humilitate tamquam summa sue doctrine suarum que virtutum gloriatus est. Discite ait a me non quia sobrius
aut castus aut prudens aut aliquid huiusmodi, sed quia mitis sum et humilis corde. A me inquit discite non
ad doctrinas prophetarum non ad prophetarum libros ego vos mitto, sed me vobis exemplum, me formam
humilitatis exhibeo. Invideant in altitudinem quam habeo apud patrem angelus et femina, ille
potencie illa sciencie. Vos autem emulamini carismata meliora, discentes a me quod mitis sum et humilis
corde. Commodum reor indagare aliquid et de superbia, quatenus ex opposito sibi vicio virtutis decor mani-
festior appareat. Superbia est proprie excellencie appetitus. Hec in species duas dividitur in tertiam et Superbia.
vanam superbiam, que quidem aliis nominibus appellari possunt contumacia et vanitas. Quarum intellige-
ncie prior, posterior voluntatis appetitus est vicium. Nam ex illa racionis fallitur oculus, ex ista voluntatis
appetitus male afficitur. Quod melius ex singulorum diffinitionibus demonstrabimus. Certa superbia seu
contumacia est vicium quo estimans aliquis vel esse bonum quod non est, vel a se esse quod est, in se non
in deo gloriatur. Vana superbia seu vanitas est vicium quo quis tam de eo quod est quam de eo
quod non est, suis magis quam dei laudibus delectatur. His itaque premissis apponamus contra humili-
singula singulis apponentes. Humilitas est contemptus proprie excellencie. Contemptus opponitur
appetitui. Duabus quippe superbie speciebus due species humilitatis opponuntur. Contra tertiam,

ut quis de se nouit sentire humiliter contra vanam gloriam nec consentire aliter sencientibus Nempe qui de seipso
sentire humiliter nouit in neutro ipsi de se iudicium falli potest videlicet ut aut maius aliquid se putet esse quam
sit aut aliquid se esse quod sit et ideo paciens tacere quod se nouit deesse humiliter de eo quod eciam est deo
esse non desinit hoc ut de se alius aliquid senciat solet nec insolescat verum humilis illud sub magistri me
ditacione revolue Non alta sapientes sed humilibus consencientes Et illud Non ambulavi in magnis neque
in mirabilibus super me Si non humiliter senciebam sed exaltavi animam meam Et iterum Quoniam si putat esse
aliquid cum sit nichil ipse se seducit Contra hoc autem ut non aliquid se senciat esse quod se sentit esse sollicite
seipsum interrogat Quid habes quod non accepisti Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis Iterum
humanas laudes consueuit preterire contempnere cum se laudari percipit de eo quod in se nouit non esse ullatenus
acquiescens illud sibi commemorat Quam te beatificant in errore te mittunt Sed in eciam illius versiculi recordatur
Mendaces filii hominum in stateris ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum Unde
studet imitari apostolum ita de se loquentem Parco autem ne quis existimet supra id quod videt in me
aut audit aliquid ex me Cum vero laudari se conspicit de bono quod se habere forte cognoscit nichilominus
quantum in se est scuto veritatis curat aliquem iactum favoris expellere dicens Gracia dei sum id quod sum et propul
sans aliquam omnem suspicionem ait Domine Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam Arcetur in eo
si aliter egerit ne forte audiat ab ipso Recepisti mercedem tuam Et iterum Gloriam ab invicem queritis et
gloriam que est a solo deo non queritis Refugiens ergo et de hoc ad consilium apostoli probat ipse opus suum
ut sic habeat in seipso gloriam et non in altero Fidelis siquidem custos qui sibi oleum favoris sive fraude res
ervet ne in adventu sponsi lampas consciencie vacua extinguatur Non in altero inquam Nec enim tutum ar
bitratur labiis hominum committere gloriam suam archa utique sine clave et sine sera Nulli quippe omnino clause
voce volenti Non tutum plane sed stultum ibi thesaurum tuum abscondere unde resumere non valeat
cum voluerit Si ponis in ore meo iam non in tua sed in mea potestate est cum utique pro meo libitu plus
laudare te possim vel derogare tibi Gaudium vas et mediocris consciencia et secretus fidelis ydoneum
nullis patens insidiis nulli violencie cedens nulli quippe oculo vel manui accessibilis excepto
dumtaxat spiritu qui solicitatur scrutatur eciam alta dei Quicquid in ea posuero securus sum quia non perdam
servabit vivo defuncto restituet Nam quocumque vado ipsa it mecum secum ferens depositum quod servandum
accepit adest vivo mortuum quoque sequitur Ubique in aliqua gloria vel confusio inseparabilis pro qualitate
depositi Beati qui in veritate dicere potest Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre Quod non potest dicere
nisi humilis qui inxta vulgare et oculos campi sibi metuere et silvarum an soleat habere suspectas
Arrogans nempe est hoc qui semper est paratus non potest dicere arrogans et presumptor qui seipsum impudenter
ostentans passim et ubique tamquam per campum incedens totum fert in gloriam Sed aliter eciam cum male fecerit
et exultat in rebus pessimis estimat se non videri dum plures habet imitatores quam reprehensores Ceterus
supra ceterorum Quod est hic campus oculos scilicet angelorum quos sibi offendere solet multiplicata quesaciones
Non dicet ypocrita Gloria mea testimonium consciencie mee quia etsi iudicatum sum facie verbo voltu habitu ve
simulatoria illudat opinione sed non eius qui scrutatur renes et corda fallit vel evadit iudicium Siquidem
deus non irridetur Timeat ergo et iste nemoris annec lingua licet manum cessantibus animi tum ubique
se quacumque silva latebrose duplicitatis et prime calliditatis tacentis cor loquitur cogitacio consistet
pravum est cor hominis et inscrutabile ita ut nemo sciat que sunt in homine nisi spiritus hominis qui in eo
est sed nec ipse plene Nam cum apostolus dicit Michi pro minimo est ut a vobis iudicer aut ab humano die
addicat Sed nec ego meipsum iudico quare quoniam non possum aut vel ipse de me verum proferre sentenciam Cum enim
nichil michi conscius sim non tamen in hoc iustificatus sum Non ex toto credo me nec ipsi consciencie mee quippe
cum nec ipsa quidem queat me comprehendere totum nec potest iudicare de toto qui totum non audit Qui autem
iudicat me dominus est dominus inquit cuius utique scienciam non effugit sinceritas non subterfugit eciam quod propria latet
consciencia Audit deus in corde cogitantis aderat auris prophete absentis cum furtive posceret pe
cuniam et ego quantumlibet in occulto loquar cogitans aut proximum nequiter aut turpiter meipsum non verear
aurem intus absentis Tremenda prorsus auris et venerenda cui non obstat quicquid non tacet silencium
denique ait Auferte malum cogitacionum vestrarum ab oculis meis An et iram non solum deus audit et
videt archana Quales oculi qui contemplantur archanas cogitaciones non sunt colorate ut videantur
sicut nec sonant ut audiantur Solent sentiri a cogitante non audiri ab auscultante non a con
templante videri Audito tamen dominus scit cogitaciones hominum quoniam vane sunt Cur enim nesciret quas

et audit et videt. Huius propter duobus sensibus, id est visui et auditui, nemo fidem putat esse negandam.
Hoc vos scire constanter asserimus quod audivimus et vidimus. Christo quidem non erat opus ut quis
testimonium ei perhiberet de homine; ipse enim sciebat quid esset in homine. Quid cogitatis mala
in cordibus vestris? Videbat non sermonibus sed cogitationibus; audiebat non loquentes, videbat non appa-
rentes. Contremiscendo totus tuam, domine Ihesu, quotiens [illegible] possum intuitu considerans maiestatem, pristinam cum
recordor in quibus ipsique aliis contemptor contriverim. Sed et nunc cum iam a facie maiestatis fugi ad ge-
nua pietatis, quid amplius facio? Vereor ne quia aliquando contrivus contriti maiestati et nunc ingratus
pietati inveniar. Quid enim si cessant manus et non cesset pectus? Quid si os iam silet et nondum cor
quiescat? Si singuli illiciti animi mei motus singula sunt quedam in te, deus, convicia, ut puta iracun-
die in caritate, luxurie in frugalitate, turpitudinis in castitate, et innumera huiusmodi similia, que de stercoroso
lacu prurientis pectoris mei et non incessanter ebuliunt sordidates et impingentes in serenitatem per-
fulgentis vultus tui. Quid magnum feci si solos cohibeo actus, actus corrige. Si habeo atque huiusmodi quas
foris licet vacans activitatem, intus non cesso iniquitates observantes? Et quis sustinebit? Aut forte iam
non ago illa sed patior. Aguntur quidem in me sed a me non aguntur si non consentio. Sane si mei non fu-
erint dominati, tunc immaculatus ero et emundabor a delicto maximo, eo non solum si caveo sed et si
observavero me ab iniquitate mea. Mea dixerim non quam facio sed quam sustineo. Corporis gesto
mortis carnem et peccati. Sufficiat interim michi si non regnet peccatum in meo mortali corpore, si corporis
crimini non reputatur, nec quod habitat in eo peccatum si tamen non condelector, si tamen non exhibeo membra
mea arma iniquitatis. Pro hac orabit ad te, o misericors deus, omnis sanctus in tempore oportuno. Supplex
nimirum quod malum sentiat et inculpabilis sanctus dum non consentiat, supplex pro periculo, sanctus pro virtute. Sed
plane atque beatus qui condelectatur legi secundum interiorem hominem de malo quod ita inesse corpori sensit
ut nisi pariter cum corpore carere non possit. Inmo se consolatur et ait: Iam non ego operor illud sed quod
habitat in me peccatum. Delicta quis intelligit? Nam si possem dicere cum Paulo, quod quidem longe est
a me, nichil michi conscius sum, non tamen in hoc esse iustificatum oportet me gloriari. Non enim qui seipsum com-
mendat ille probatus est, sed quem deus commendat. Et applaudet michi ipsi. Et quidem dicere pro nimio
habeo quod ille lucet tamen in facie. Homo enim videt in facie, deus autem in corde. Apostolus hoc reminiscens non satis
perplexis sententiis velut conversionem humanam dici iudicio monebatur. Sed fidenter loquebatur, dico, diem
hominis non concupivi tu scis; si me ipsum non assero dicens nec me ipsum iudico. Quia nec me ipsum satis
intelligo, solus nimirum constitutus est iudex vivorum et mortuorum qui finxit sigillatim corda homi-
num, qui intelligit omnia opera eorum. Solum attendo iudicem quem et solum iustificatorem agnosco. Pater
dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Non usurpo michi vel super me sumens filii prelationem. Nec me
annumero illis de quibus ita conqueri solet: Tulerunt homines a me iudicium. Pater non iudicat quemquam
sed omne iudicium dedit filio. Et ego michi presumam quod nec ipse pater assumit? Velim nolim, ipsi
me astare necesse est. Ipsi horum que gesserim in corpore reddere rationem, cui nec verbum preter volat nec
subterfugit cogitatio sub tam equo libratore meritorum, sub tam intimo secretorum inspectore. Quis
gloriabitur castum se habere cor? Sola profecto que non solet gloriari, non novit presumere, contendere non consue-
vit, gratiam invenit in oculis pietatis humilitas. Deus namque superbis resistit, humilibus autem dat
gratiam. Non contendit iudicio, non prendit iustitia, que vere est humilis, sed dicit: Non intres in iudicium
cum servo tuo, domine. Recusat iudicium et postulat misericordiam; facilius veniam impetrare quam iustitiam ven-
dicare confidens. Novit namque divinam valere presentiam que nusquam humilitatem abhorreat. Non de-
spicit illa maiestas cor contritum et humiliatum, in nostro genere que corporis eo humilitatis assumere non
dedignata est. Nescio quo pacto familiarius se humilitati appropinquare solet divinitas. Denique illa se in-
duit ut appareret hominibus, speciem forma habitu quam gestant humiles, ipsique nobis commendans virtutis excel-
lentiam quam specialiter sui voluit honorare presentia. Vobis autem, dilectissimi, vobis precipue tanto magis ar-
bitror hanc esse necessariam quanto maior nobis sit materia suppetere superbiendi. Tenus etas, scientia, habitus
et quod maius est privatus prerogativa, cum non essent insolentie fomes, elacionis occasio, vel quecumque esse
possint et humilitatis ... quidem honores blandiuntur. Sed onera pensantibus tedio sunt et formi-
dini. Non autem omnes capiunt verbum. Multi enim non tanta fiducia et alacritate currunt ad honores si esse honores
sentirent et onera; graviter metuerent profecto nec cum tanto labore et periculo quarumlibet affectarent
infulas dignitatum. Nunc vero quia sola attenditur gloria et non pena, puerum esse clericum erubescitur

in ecclesia se quasi viles existimant et ingloriosos qui cumque in eminenciori loco non fuerint sublimati.
Scolares pueri et impuberes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promoventur ad ecclesiasticas dignitates
et de sub ferula transferuntur ad principandum presbiteris, leciores interim quod virgas evaserint quam quod me-
ruerint principatum, nec tam illis blanditur adeptio quam adeptum magisterium. Et hoc quidem in inicio,
processu vero temporis paulatim insolescentes docti sunt in brevi vendere altaria, subditorum marsupia
vacuare, ingenus minorum in hac disciplina utentes ydoneos ambicione et avaricia. Verum quibus
industria tua tibi lucra conquirere tantulum videaris, qualicumque diligencia rem possis servare tuam,
quocumque studio regnum tibi ac principatum captare curas, dictum tibi: Ve tibi cuius rex puer est et cuius
principes mane comedunt. Nec dicimus quamcumque etatem dei gratia premature sit nec secretum cum multos
videas iuniores super senes intelligere, moribus antiquare dies puericie, tempus quod etati
deest compensare virtutibus. Boni pueri qui quod etate videntur esse studeant et malicia, malicia
inquam sed non sensu, quorum in monitor commonitor apostoli: Nemo contempnat adolescenciam. Meliores hoc
indolis adolescentes inveniantur dierum malorum. Puer centum annorum maledictus est, et est e regione
senectus venerabilis non diuturna nec numero annorum computata. Bonus puer Samuel qui loquenti deo
promptus aderat auditor dicens: Loquere domine quia audit servus tuus. Hic est dicet: Paratus sum et
non sum turbatus ut custodiam mandata tua. Bonus et Jeremias qui ante sanctificatus quam natus
cum se excusaret de puericia nichilominus constitutus est super gentes et regna. Bonus et Daniel cuius
spiritum suscitavit deus ut convinceret iniqua iudicia et sanguinem innocuum liberaret. Denique cani-
ties sunt sensus hominis et etas senectutis vita immaculata. Sicubi huiuscemodi puer senior promotus
fuit, opus dei est. Hiis qui tales non sunt mirandum non imitandum. Ceterum currunt in clero passim
ab omni etate et ordine a doctis pariter et indoctis ad ecclesiasticas curas tanquam sine curis quisque vi-
cturus sit, cum ad curas pervenerit. Nec mirum de hiis qui nec dum in semetipsis correpti sunt. Videbis
quippe illos qui iam propter humeros capite sarcine submiserunt non solum non gemere tanquam sub
onere sed insuper appetere plus honorari non debent periculis qui cupiditate cecati non videntes sed
favoribus amplius quorum illis invident provocantur. O infinita sanctitas ambicio et insaciabilis avaricia.
Cum primos honorum gradus meruerint in ecclesia, meruerint etiam carnis et sanguinis que regnum dei
non possidebunt prerogativa, non ideo corda quiescunt, duplici se estuancia desiderio quo utique magis
dilatent in plura et ad celsiora sublimet. Ubi gratia eius qui sanctus fuit in quacumque ecclesia decanus
prepositus archidiaconus aut aliquid huiusmodi non contentus in una plures immo sibi quotquot valet conquirere
honores satagit tam in una quam in pluribus ecclesiis, tum omnibus si locus evenerit. Unus episcopus prefert di-
gnitatem sed iniquus sic saciabitur, sanctus episcopus archiepiscopus esse desiderat. Quo forte adepto rursum
nescio quid altius sompnians itineribus laboriosis et sumptuosis familiaritatibus Romanum statuit
frequentare palacium questuosas quasdam comparans amicicias. Si lucri spiritualis gratia
hoc faciunt laudandus est zelus sed presumpcio corrigenda. Nonnulli cum ista non possunt vertunt se
ad aliud ambiendi genus in quo nichilominus aperiunt eam qua habent dilatandi libidinem. Nam cum
presideant urbibus valde populosis et totas ut ita dicam patrias propria diocesi ambitu concludant, occa-
sione inventa ex quacumque veteri privilegio satagunt ut et vicinas sibi subiciant civitates quarum
duce quibus duo viri presules sufficiebant sub uno redigantur antistite. Rogo que hec tam odio-
sa presumpcio, quis hic tantus ardor dilatandi super terras que principandi tam effrenis cupiditas.
Certe cum primum tractus es ad cathedram flebas, refugiebas, requirebaris invitus omnino ad te
super te esse dicebas miserum clamitabas et indignum qui non esses ydoneus tam sancto ministerio talis
non sufficeres curis. Quid sic nunc verecundia depulsa formidine sponte ambis ad ampliora, immo
irruencium audacia propriis non contentus invadis aliena. Cur hoc, forte ut plures populos salves.
Sed in alienam messem tuam mittere falcem iniuriosum est, ut tue presides ecclesie. Et ecclesiarum sponso
non placet tale unum incrementum quod sit detrimentum alterius. Crudelis ambicio et incredibilis
si fidem oculi non astruerent. Vix tenet manus quin illud ad literam impleat quod legitur in propheta:
Secuerunt galaad pregnantes ad dilatandum terminos suos. Ubi est illa terrifica comminacio: Ve qui
coniungitis domum ad domum et agrum agro copulatis. Sunt qui in hiis dubitant coniungitis ne istud
metuendum est non aut cum urbes urbibus aut provincie provinciis coniungant, immo etiam si volunt

videant se imitari dnm xpm faciendo et ipi utraq; unu adducendo et ipi qo dns fis pastoris
greges ut fiat unus pastor et unu ovile. Huius rei gra no pigritatur crebro terere limina aplor
conventuri et ibi quod magis dolendu est qui sic faciat imple voluntati. no q valde romam cu-
rent. quo sine reb timet. s quia valde diligunt munera sequunt retribucões. Unde multa loquor
nec detego vulnera sed inveterata recindo. Ultima pravitas et in carnis sit faciunt. Ultima videmus et
audivimus soli. mit ut crebro loquentibus. Ultima nobis reliquerunt modii noe unde a nobis ali
quatenus possent operiri. Nimirum vo tuente orbe mult fabula soli tacebimus. Caput meum undiq; conquassa
tu est et ego sanguine cruciacq; ebullire putaverim esse tegendum quem appositio eructabit. Et
maior erit confusio voluisse celare qd celari nequerit. Bona humilitas que et in prelatis ab huius
mordacibus curis mente facit esse quietam et a maioribus penis in futuro securam reddit constantius. Ist.
viros pre aliis ab horum omni pestifera emulacione compescat. Audite porro prophetam talit etiam talibus
exhortantem. Noli inquit emulari in malignantibus neq; zelaveris facientes iniquitatem. Emulari inqs
oz aplum no gladiate i inmensum nec ultra se extendente nec audente se ut ipe fatetur comparare
quibusdam qui semetipsos commendant. sed se sibi comparante et metiente sm mensura regule quam
mensus est ei deus. Audiendo etiam qo eius ore. Nolite fraudare invicem. pnis placebit esse contentum
Sum et preceptis ad humilitate sum illud archiepo no curabit plubrit intimare. Noli altum
sapere. Difficile est et omnino inpossibile sed tanto gloriosius. Timor iam de adepta altitudine cadere
magis faciet q placere altiora. No vos ego felicem qua prestis. sed si no prodestis infelicem putate
vos ut secura prestare possitis subesse et vos sicut debetis no dedignantes. Dedignacio quippe subicien
placacionis reddit indignum. Sapientis est consilium. Quanto maior es humilia te in omnibus. Sapite vo p
ceptum. Qui maior est vestrum fiat sicut minor. Et si oportebit etiam minoribus esse subiectum maiorum inqua
quo licebit contempnere. Videat in vobis primus subditi que vobis reddere debeant intelligant q
dicitur cui honorem honorem. Omnis anima inquit potestatibus sublimioribus subdita sit. si ergo omnis ergo et vestra.
Quis vos excipit ab universitate. Si quis temptat excipere conatur decipere. Nolite eorum acquiescere
consiliis qui cum sint xpiani xpi tamen vel sequi dicti obprobrio ducunt. Ipi sunt qui vobis dicere solent
Servate vestre sedis honorem. Decebat quidem qo vobis commissa vobis cura cresceret. Nunc vo salte
in illa qua suscepistis maneat dignitate. Et vos enim vro predecessore inpotentior. si no esset
p vos no decrescat p vos. Hoc isti. xpus at aliter et iussit et gessit. Reddite ait que sunt cesaris
cesari et que sunt dei deo. Quod ore locutus est mox opere inplere curavit. Conditor cesaris ce
sari no cunctatus est reddere censum. Exemplum enim dedit vobis ut et vos ita faciatis. Quam vo dei
sacerdotibus debitam negaret reverenciam qui hanc q secularibus potestatibus exhibere curavit. Porro vos
si cesaris successori i regi sedulus in suis curis conciliis negociis ceteris q adestis. Indignum erit
vobis cuiusq; xpi vicario talit exhibere qualit ab antiquo iniit etiam ordinatum est. Et que
sunt inquit aplus a deo ordinata sunt. Videritis ergo huiuscemodi ignominie dissuasores quale
sit dei ordinacioni resistere. Valde ignominiosum servo si sit sicut dns eius aut magr eius discipulo
si sit sicut plurimi se vobis deesse putaverint cum vos xpo prefere conatis. ipo declamante ac dicente
No est servus maior dno suo nec aplus eo qui misit illum. Quod no dedignatus est magr
et dns indignum sibi iudicabit servus. bonus devotus q discipulus. Quam pulchre locutus est btus
ille centurio cuius fidei nulla par inventa est in isrl. Et ego inquit ho sum sub potestate. habens
sub me milites. No iactabat potestate qua nec sola prtulit nec priorem. Dicturus quippe. habens
sub me milites. premisit. ho sum sub potestate. prius se cognovit hominem q potentem. Agnovit
inqp hominem se homo gentilis ut in se iam inpleri oudet quod longe ante dixerat david
Sciant gentes quoniam homines sunt. Ego inquit sum homo sub potestate. Iam quemq; submiserat
suspectam no habemus iactanciam. premissa est siquidem humilitas. ne altitudo preciperet. Nec enim locum
invenit arrogancia ubi tam clarus humilitatis insigne precessit. Agnoscitis infirmitate confitetur
subiectionis. Iam et te sub te habere milites profitetur securus. Tenebat q no confusus est de subiecc
ione qo placacione meruit honorari. No erubuit super se potestatem. Et ideo dignus qui haberet

sub se milites. Ex abundantia cordis os loquitur, et nimirum quod intus ordinatas habuit affectiones foris quoque verba decenter composuit. Debitum potestatibus honorem persolvit, ut iam a subditis iuste reciperet, sciens a superioribus accipere quod impenderet inferioribus; et quia melius ipse subiectionis didicerat experimento, sua ipse moderari imperia. Forte non ignorabat quod subiecto sibi homini deus omnia subiecerit sub pedibus eius, offendenti se inferiora reddidit eius qui hominem constituit super opera manuum suarum. Superbie nimio comparatus iumentis insipientibus et similis factus est illis. Provocat et fortassis quod quamvis spiritus subditus conditori subiectam sibi possidet carnem, rebellis rebellem invenit, factus quod transgressor legis superioris sentire cepit aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis sue et captivantem se in lege peccati.

Miror quosdam in nostro ordine monasteriorum abbates hanc humilitatis regulam odiosa contentione infringere et sub humili quod peius est habitu et tonsura tam superbe sapere ut cum ne unum quidem verbulum de suis imperiis subditos pretergredi patiantur, ipsi propriis obedire contempnunt episcopis. Spoliant ecclesias ut emancipentur, redimunt se ne obediant. Non ita Christus. Ille quidem dedit vitam ne perderet obedientiam, quam isti ut careant totum suum fere suorumque victum expendunt. Unde hoc est presumptionis, o monachi? Neque enim quia prelati monachis, ideo non monachi. Nempe monachum facit professio, prelatum necessitas. Ut autem non preiudicet necessitas professioni, accedat, non succedat, prelatio monachatui. Alioquin quomodo illud implebitur: Principem te constituerunt, esto inter illos tamquam unus ex illis? Manens inter humiles superbus, inter subditos rebellis et immitis inter mansuetos, ut te putemus tamquam unum ex illis, videamus tam cohibere patrem quam exigere obedientiam; videamus tam libenter prepositis obtemperare subditum quam imperare subditis. Alioquin si semper vis obedientes habere et nunquam esse, probas te non esse tamquam unum ex illis, dum unus esse renuis ex obedientibus, a quibus dum te superbiendo segregas, quorum agger consortio pateris adulterinis [?], et si vel impudentes contempnis vel impudenter dissimulas, reputari profecto inter illos te noveris de quibus scriptum est: Alligant onera gravia et importabilia et imponunt humeris hominum, digito autem suo nolunt ea movere. Quorum ergo tibi consortium indignum indicas, delicatorum ingratorum quos veritas increpat, an obedientium monachorum quos amicos suos commendat? Ait siquidem: Vos amici mei estis si feceritis que precipio vobis. Vides igitur quale est iubere quod ipse non feceris aut nolle facere quod doceris. Deinde ut taceam illud de regula ubi a sancto Benedicto tibi precipitur ut que doces discipulis esse contraria in tuis factis indices non agenda; ut item pretermittam quod apte diffinit tertium humilitatis esse gradum ut quis pro dei amore omni obedientia se subdat maiori; in veritatis attende quod legitur: Qui enim solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum. Proinde tu doces et tenes obedientiam non minimum sed maximum Christi mandatum, et doces et solvis contineris [?]. Itaque doctor et solutor mandati minimus tu vocandus in regno celorum. Sed ergo tu putas iniuriam probatum minorem similis videri sacerdotibus, non magis indignum estimandum est minimum vocari in regno celorum. Sed multo superbius es, plus minimus quam minor vocari confunderis. Minor quippe vilitas est minorem videri quam minimum. Longe aut prestantius solis subdi episcopis quam universitati. Sed non propter me inquit hoc facio sed quero ecclesie libertatem. O libertas omni ut ita loquar servitute servilior! Parentum ab huiusmodi libertate abstineam, que me pessime addicat superbie servituti. Plus timeo dentes lupi quam virgam pastoris. Certus sum enim ego monachus et monachorum qualiscumque abbas, si mei quoque pontifices a propriis cervicibus iugum excusserim, temptaturum quod sathane mox tyrannidi meipsum subiciam. Adhuc tenens [?] in mirum circuiens [?] bestia illa que circuit querens quem devoret, elongatam custodia et statim in filio in presumptore. Multo enim non cunctatur presidere superbo qui se regem gloriatur esse super omnes filios superbie. Quamvis dabit mihi tantum in mei custodiam deputari pastores. Quanto plures sentio curam gerere mei, tanto securior exeo in pascua. Stupenda insania! Circum [?] non vereor meipsum turbas custodiendas colligere et unius super propriam gregem quero habere custodem. Et quidem subiti me de reddenda pro se ratione sollicitat. Cum autem presunt mihi, ipsi porro paulo districte pervigilant tamquam rationem pro me reddituri. Illa etsi honorat onerat; hii non tam premunt quam protegunt. Scio me legisse: Pudeat durissimum hiis qui presunt, quorum aut concedit [?] mea. Quando ergo vos, o monachi, sacerdotum gravat auctoritas, metuitis infestiores? Sed si quid patimini propter iusticiam, beati. Si [?] contempnitis, si [?] nemo pilato cui deus asstiterit iudicandus. Non haberes igitur in me potestatem nisi tibi datum esset desuper. Iam tunc pro se loquebatur et in se perficiebat quod post per apostolos clamavit in ecclesiis: Non est potestas inquit nisi a deo

et qui resistit potestati dei ordinationi resistit. Hic michi ergo respondeat dei minister cur nec suo adiutorio episcopo restitit aut dignitate si audet se praelatis suis ordinationi nescire cum Romanam praesidis potestatem episcopi super se fateatur fuisse celitus ordinatam. Verum apte indicant quid horum quid cogitet dum multo labore ac precio apostolicis acceptis privilegiis per ipsa sibi vendicant insignia pontificalia utentes et ipsi more pontificum mitra anulo atque sandaliis. Sane si attendit rerum dignitas hanc monachi abhorrent professio si ministerium solis liquet congruere pontificibus profecto esse desiderant quod videri gestiunt. Contento quod non queunt esse subiti quibus iam ipso se comparant desiderio. Quid et si nomen eis conferre privilegiorum possent auctoritas quanto putas auro redimerent ut appellarentur pontifices. Quo ista o monachi ubi timor mentis et ubi rubor frontis. Quis unquam probatorum monachorum tale aliquid aut verbo docuit aut reliquit exemplo. Non humilitatis gradibus magister ut editissent XII-cim distinguit descriptionibus. In quo queso illorum docet aut continet ut hoc fastu delectari monachus has querere dignitates debeat. Labor et latebre et voluntaria paupertas hec sunt insignia monachorum hec vitam solent nobilitare monasticam. Vestri autem oculi omne sublime vident vestri pedes omne forum circueunt vestre lingue in omnibus audiuntur curialibus vestre manus omne alienum diripiunt patrimonium. Tamen si ita oportet ut emancipati a subiectione pontificum pari cum successoribus apostolorum gloria pari cathedra hinc denique solemnium indumentorum insignibus attollamini cur non et sacros ordines celebratis et benedictos datis in populis. Multa movent dicere abusus impudentissimus presumptorum sed frenat impetum quod animus occupatus scribere me recolens longiori lectione vereor si onerosus archiepiscopo sit quia res tam manifesta est ut multitudo reprehendentium videatur impudentia obdurasse. Et si et hec ipsa quidem gratis compendium excedere metas nobis o dive donate qui me et in hoc presumptione coegistis impingere qui morem modum quam solebam in scribendo servare nescierim. Explicit epistola ad archiepiscopum Senonensem. Incipit alia epistola ad eundem Henricum archiepiscopum.

Pro nullius missus sum multociens scribere me fateor propter vos et quod statuerat non facere ob vestram odibilem duriciam sed caritas prevalebit. Volo vobis amicos vestros retinere et non dignum volo reconciliare inimicos et non patimini. Non voltis hic parem manibus ac pedibus arcessitis vestram conturbacionem sed confusionem sed deposicionem. Multiplicatur vobis accusatores defensores subtrahitis excitatis iterum in vos olim sopita discrimina provocatis adversarios patronos offenditis. Ubique apud vos pro racione voluntas totum pro imperio nichil ex timore dei. Quid de vobis non videt amici non cogitaverunt inimici. Quid benedictus hominem non dico iudicio non convictum sed nec verbo quidem auditus hoc verbum scandalizabit quot ora ad subsannandum quot corda ad succendendum movebit. Ita ne putatis iusticiam perisse de toto orbe sicut de vestro corde ut hec sic ablatum putat archiepiscopo. Sed vos forsitan plus amatis reddere et perdere quam graviter de beneficio retinere. Nolite queso nolite facere hanc rem quia qui audierint omnes mirabuntur nemo laudabit. Hec vobis mordacius audacius quam quod velletis audire sed non ad insipiencium vobis si velletis corrigere scripsi.

Ad Robertum nepotem suum qui de ordine Cisterciensi transierat ad Cluniacensem.

Satis et plus quam satis sustinui dilectissime fili Roberte si forte dei pietas et tuam per se et meam per te animam dignaretur invisere tibi scilicet inspirando salutarem compunctionem michi quoque de salute tua leticiam. Sed quia usque hunc frustratum me cerno ab expectacione mea iam non valeo tegere dolorem meum anxietatem reprimere dissimulare tristiciam. Itaque contra ius ordinis cogor revocare lesus eum qui me lesit spretus requirere contemptorem iniuriam passus iniuriatori satisfacere rogare denique a quo rogari debueram. Dolor quippe nimius non deliberat non verecundatur non consulit racionem non metuit dignitatis dispendium legi non obtemperat iudicio non acquiescit modum ignorat et ordinem. Id omnimodo et solum satagente animo quo vel careat quod se dolet habere vel habeat quod se dolet carere. Sed inquis: nec lesi quempiam nec sprevi sed spretus potius ego ac multifarie lesus tantum fugi malefactorem meum. Cui iniuriam feci si iniurias fugi? Ferventem quam referre. Recte assencio. Non ut contendam cepi hec sed ut contencionem diriman. Fugere persecucionem non est culpa fugientis sed persequentis. Non contradico. Obmitto quod factum est non requiro cur vel quo factum est culpas discucio non retracto causas non recordor iniurias. Solet enim hec magis instigare quam mitigare discordias. Solum quod michi magis est cordi loquor. Heu me miserum qui te careo qui te non video qui sine te vivo pro quo mori michi vivere est. Non ergo quero cur abieris sed quod iam non redieris queror. Non causas dissensionis sed moras causor regressus.

Veni tantum et pax erit. Redi et satisfactum est. Redi inquam redi et letus cantabo: mortuus fuerat et revixit, perierat et inventus est. Fuit certe mee culpe quod discessisti. Delicato quippe adolescentulo austerius extiterim et tenero durius nimis inhumane tractavi. Hinc enim et prius quedam adversum me quantum memini murmurare solebas, hinc et nunc sicut audivi etiam absenti derogare non cessas. Non tibi imputetur. Possem forsitan excusare et dicere: quia sic lascivi puericie motus cohibendi erant, ac rudibus annis debebant aspera illa discipline districtioris initia, scriptura attestante que ait: Percute filium tuum virga et liberabis animam eius a morte. Et rursum: Quos enim diligit corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Et illud: Utiliora sunt verbera amici quam oscula inimici. Sed fuit ut dixi mee culpe quod discessisti, ne de reatus perpetratione contendit, emendatio retardet. Atque hic vel procul dubio incipiet esse et tue, si non parcas penitenti, indulgeas confitenti. Quia potui quidem aliquantum in actionibus fuisse erga te indiscretus, sed certe non malivolus. Quod si etiam in futuro hanc ipsam indiscretionem meam suspectam habes, noveris me iam non esse qui fui, quia nec te puto fore qui fuisti. Aptatus mutatum invenies, et quem ante metuebas magistrum amplecteris socium. Itaque sive mea culpa recessisti ut tu putas et ego non excuso, sive tua ut multi putant et si ego accuso, sive mea simul et tua quod ego magis puto, ex hoc iam si redire renueris solus profecto inexcusabilis eris. Vis ab omni culpa liber? Redi. Si tua agnoscis ignosco. Ignosce et tu michi ubi mea agnosco. Alioquin aut tibi nimis indulges qui tuam culpam et agnoscis et dissimulas, aut michi nimis inimicior es cui nec satisfacienti ignoscendum putas. Iam si redire recusas, alia que occasio unde falso blandiaris conscientie tue? Quia non erit ultra quod formidare debeas de rigore districtionis mee. Neque enim formidandum est quem futurus sum puto formidolosum. Tibi adhuc absenti iam toto sinu corporis prostratus, totus astrictis visceribus humilitatem exhibeo, caritatem promitto. Et tu trepidus intrepidus veni quo te vocat humilitas, pertrahit caritas. Securus accede. Talibus puericie obsidibus effugisti severum, redi ad mansuetum. Revocat te mea lenitas quem severitas effugavit. Vide fili quam te cupiam ducere non spiritu servitutis iterum in timore, sed spiritu adoptionis filiorum in quo clamare et tu confidenter Abba pater. Tu utique tanti doloris mei non nimis apud te, sed blandimentis, precibus non terroribus agens. Alius forsitan aliter temptaret. Et quis alius non magis discuteret reatum et incuteret metum, non opponeret votum et proponeret iudicium, non argueret inobedientiam, non indignaretur apostasie quod de cucullis ad pellicias, de oleribus ad delicias, quod denique ad divitias de paupertate transieris. Sed ego novi animum tuum qui facilius possit amore flecti quam timore compelli. Denique quid necesse bis pungere non recalcitrantem, valde timidum magis cohibere, presertim satis erubescentem confundere? Cui amplius aut sua ratio magister, aut sua conscientia virga et ingenita verecundia loco discipline est. Quod si cui mirum videtur quo ergo puer verecundus, simplex, timoratus ausus fuit contra voluntatem fratrum, magistri imperium, regulare dictum suum deserere et votum et locum, noverit ergo quod et David sanctitati surreptum sit, quod sapientia Salomonis illusum, quod Sampsonis fortitudini obviatum, quod prothoplastum dolo captum expulit de paradiso felicitatis. Quid mirum quod tenero surripuit adolescentulo in loco horroris et vaste solitudinis. Hunc accedat qui nec sicut illos Babilonicos senes species decepit auri, nec sicut Giesi pecunie amor, nec honoris ambitio sicut Julianum apostatam, sed fefellit illum sanctitas, seduxit religio, pervertit auctoritas seniorum. Cluniacus quo primo quidem missus est magnus quidam prior ab ipso principe priorum, foris quidem apparens in vestimentis ovium, intrinsecus autem lupus rapax. Deceptis que custodibus estimantibus quidem ovem esse, vere admissus est solus ad solam lupus oviculam. Nec refugit ovicula lupum, que et ipsa putabat ovem. Quid plura? Attrahit, alliciat, blanditur, et novi evangelii predicator commendat crapulam, parsimoniam dampnat, voluntariam paupertatem miseriam vocat, ieiunia, vigilias, silencium manuumque laborem vocat insaniam. Econtra ociositatem contemplationem nuncupat, edacitatem, loquacitatem, curiositatem, cuncta quoque intemperancia vocat discretionem. Quando inquit delectatur deus cruciatibus nostris? Ubi precipit scriptura quemquam seipsum interficere? Qualis vero religio est fodere terram, silvam excidere, stercora comportare? Nunquid non sua veritatis est: Misericordiam volo et non sacrificium, et: Nolo mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat, et: Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur? Ut quid vero deus cibos creavit si non liceat manducare? Ut quid nobis corpora dedit si prohibeat sustentare? Denique qui sibi nequam est cui bonus est? Quis unquam sapiens carnem suam odio habuit? Talibus tandem allegationibus malecredulus puer tandem inventus seducitur, seductorem sequitur, Cluniacum ducitur,

tondet, radit, lavat, exuit rusticanos, vetustos, sordidos; induit pretiosos, novos ac nitidos; et ita in co-
ventum suscipit. Et cum quali putas honore, cum quo triumpho, cum quanta reverentia? Defertur ei super coaeta-
neos suos, et tamquam victor rediens a pugna sic laudatur peccator in desideriis animae suae. Sustollitur in altum
statum non mediocrem collocatur, ita ut multis senioribus praelatus sit adolescens. Favet, blanditur, congratulatur
ei universa sodalitas; exsultat omnis tamquam victores capta praeda, qui dividunt spolia. O bone Jesu, quam multa
facta sunt pro unius animulae perditione! Cujus ad haec quantulumcumque robustum pectus non emollesceret? Cujus vel minor
quantumvis spiritualis oculus non turbaret? Cum inter talia ad suam licet ruinam conscientiam. Quis denique
in tanta pompa vel veritatem valeat agnoscere, vel obtinere humilitatem? Mittitur interea pro eo Romam; apostolica
appellatur auctoritas; et ut papa non neget assensum, suggeritur ei in infante olim a parentibus oblatum fuisse mona-
sterio. Non fuit qui refelleret; nec enim contradictor est exspectatus. Judicatum est ex parte, abjudicata absentibus;
justificati sunt qui injuriam fecerunt; exciderunt a causa qui passi sunt; absque satisfactione reus absolvitur,
firmatur privilegio crudeli nimium demum sua absolutionis, quo reportato confirmaretur fluctuanti
male sibi conscia stabilitas, securitas dubitanti. Et hic tenor litterarum, haec judicii summa, haec totius causae diffi-
nitio: ut teneat qui tulerit, placeat qui amiserit. Interea autem perit anima pro qua Christus mortuus est,
et hoc quia Cluniacensis voluit. Fit professio super professionem; monet quod non solvatur, promittit quod non tenebit.
Et cum primum pactum irritum factum sit, in secundo geminatur praevaricatio, et sic supra modum praevaricans pejus. Veniet no.
et veniet, qui male judicata rejudicabit, illicite irritata confutabit, qui faciet judicium injuriam
patientibus, qui judicabit in justitia pauperes, et arguet in aequitate pro mansuetis terrae. Veniet, pro certo
qui per prophetam minatur in Psalmo dicens: Cum accepero tempus, ego justitias judicabo. Quid faciet de injustis
judiciis, qui ipsas quoque justitias judicabit? Veniet, inquam, veniet dies judicii, ubi plus valebunt pura
corda quam astuta verba, et conscientia bona quam marsupia plena; quando judex ille nec fallet verbis
nec flectet donis. Tuum, Domine Jesu, tribunal appello; tuo me judicio servo; tibi committo causam meam,
Domine Deus Sabaoth, qui judicas juste et probas renes et corda; cujus oculi sicut falli nolunt, ita falli
non possunt. Tu vides quae tua, vides quae quaerunt et sua. Tu nosti quibus ei visceribus in cunctis tentationibus
suis semper affuerim, quibus pro eo gemitibus aures tuae pietatis pulsaverim, qualiter ad quaeque illius
scandala, perturbationes, molestias ego urebar, torquebar, affligebar. Et nunc timeo ne frustra
putem, cum quantum contemptus sim, adolescentis per se satis ferventis et insolescentis nec corpori talia compe-
tere fomenta nec menti illa gloriae tentamenta. Itaque arbiter meus Domine Jesu, de vultu tuo judicium meum
prodeat; oculi tui videant aequitates. Videant et judicent quid potius stare debuit, an votum patris
de filio, an filii de seipso professio, cum filius ad quod magis devovit. Videat et famulus tuus legisla-
tor noster Benedictus quid regularius sit, utrum quod factum est de infantulo nesciente ipso, an quod
ipse per se postmodum sciens et prudens fecit cum jam aetatem haberet ut de se loqueretur. Siquidem dubium non sit
promissum illum fuisse, non donatum. Nec petitio, quam regula praecipit, pro eo facta fuit a parentibus, nec
manus illius cum illa petitione involuta palla altaris, ut sic offerretur coram testibus. Obicitur deinde
terra, quae cum illo dicitur data fuisse. Sed si cum terra eum receperunt, cur non cum terra retinuerunt? An forte
requirebat magis datum quam fructum, et pluris aestimata est terra quam anima? Alioquin oblatus monasterio,
quid quaerebat in saeculo? Intendendus Deo, cur expositus erat diabolo? Ovis Christi cur patens inventa est
morsibus lupi? De saeculo quippe, non de Cluniaco, te teste, Roberte, venisti Cistercium. Quaesisti, petisti,
pulsasti; sed pro tua adhuc teneritudine, te licet invito, dilatus es per biennium; quo tempore patienter
completo et absque calumnia tuus donum patribus, multis, quam si meministi, lacrimis, diu exoptatum ipse
traxisti introitum, et quem satis desideraveras ingressum obtinuisti. Post haec per annum integrum regulam
in omni patientia probatus perseverasti et sine querela conversatus, post annum sponte professus, tunc primum
saeculari veste rejecta religionis habitum suscepisti. O insensate puer, quis te fascinavit non solvere
vota tua quae distinxerunt labia tua? Nunquid non ex ore tuo justificaberis, vel ex ore tuo condemnaberis?
Quid de parentum voto sollicitus es, negligens tui, cum quidem ex ore tuo, non illius, habeas judicari, tuorum, non
illius, vota labiorum exigendus sis? Et quid tibi frustra quispiam blanditur de apostolica absolutione,
cujus conscientiam divina ligatam tenet sententia? Nemo, inquit, mittens manum suam ad aratrum, et aspiciens
retro aptus est regno Dei. Numquid et hoc persuadebunt non esse retrospicere, qui dicunt tibi Euge

euge filiole si te lactaverint peccatores ne acquiescas eis. Noli credere omni spiritui. Sint tibi multi necessarii
unus autem sit tibi consiliarius de mille. Tolle occasiones respue blandimenta adulacionibus claude
aures te interroga de te quia tu te melius nosti quam alius. Attende cor tuum discute intencionem consule
veritatem. Ipsa tibi conscientia tua dicat cur abieris cur ordinem tuum cur fratres cur locum cur me qui et tibi carne
propinquus et propinquior spiritu sum deserueris. Si ut arctius ut rectius ut perfectius viveres inde recessisti securus
esto quia non retro aspexisti sed et glorare cum apostolo dicens Que retro oblitus in ea que ante sunt extentus
sequor ad palmam glorie. Sin alias noli altum sapere sed time ut cum venia tua dixerim quicquid amplius
indulges tibi in victu vestitu quod superfluo in verbis ociosis in vagacione licenciosa et curiosa quam vel
promisisti quam apud nos tenuisti hoc procul dubio retro aspicere est. Et hec dico fili non ut te confundam sed
ut filium carissimum moneam quia etsi multos habeas in Christo pedagogos sed non multos patres. Nam si dignaris
verbo et exemplo meo in religione ego te genui nutrivi deinde lacte quod solum adhuc parvulus capere
poteras daturus et panes si expectares ut grandesceres. Sed heu quam precoce et intempestive ablactatus
es et vereor ne totum quod fovera blandimentis roboraveramque exhortacionibus oracionibus solidaveram
iam iamque evanescat pereat deficiat et lugeam miser non tam cassi laboris dampnum quam dampnate
prolis miserabilem casum. Placetne tibi quod alius glorietur de te qui nichil utique laboraverit in te.
Simile mihi contigit quod et illi meretrici apud Salomonem cui videlicet parvulus suus ab altera que suum a
se oppressum extinxerat furtim sublatus est. Tu quoque de sinu mihi et visceribus abscisus es ablatum
gemo repeto violenter avulsum. Non possum oblivisci viscera mea quorum iam parte detracta
non modica non potest non torqueri pars reliqua. Verum quo tuo commodo qua tua necessitate hec
nobis amici nostri moliti sunt quorum manus sanguine plene sunt quorum dicta mea pertransiunt gladius
quorum dentes arma et sagitte et lingua eorum gladius acutus est. Nam utique mihi si mali quo meruerim
eos offenderam quod utique mihi et consciis non sum plena pressus rependere vice. Miror tamen si
non plus talione recepi si vel unius meos tale aliquid deliquisse potui quale ab eis nunc pertuli. Nam
ut verum fatear non os de ossibus meis vel carnem de carne mea sed tulerunt mihi gaudium cordis
mei fructum spiritus mei coronam spei mee et velut in sortem videor anime mee dimidium. Et quid hoc
forte misereri sunt tui et ceco cecum ducenti indignantes ne puerum post me in suum se sub tuo ducatu.
O molesta caritas o dura necessitudo. Tantum tua diligere salutem ut in meam impingeret. Nisi me
perempto tu salvari non poteras. Et nunc ipsi te absque me salvet. Utinam et ego si moriar vel tu vivas.
Sed quid salus magis posita in cultu vestium et ciborum est opulencia quam in sobrio victu vestituque mode-
rato. Si pellicie lenes et calide si panni subtiles et preciosi si longe manice et ampla caputia
si opertorium silvestre et molle staminum sanctum faciunt quid moror et ego quod te non sequor. Sed
hec infirmantium sunt fomenta non arma pugnancium. Ecce enim qui mollibus vestiuntur in domibus regum
sunt. Vinum et simila mulsum et pinguia corpori militant non spiritui. Frixuris non anima saginatur
sed caro. Multi in egipto fratres multo tempore deo sine piscibus famulati sunt. Piper gingiber ciminum
salvia et mille hiis species salsamentorum palatum quidem delectant sed libidinem accendunt. Et
tu in talibus securitatem pones tu cum hiis tuta duces adolescenciam. Prudenter sobrieque co-
nversanti satis est ad omne condimentum sal cum fame que sola non exoptata nature est alias atque alias
de nescio quibus succis conficit permixtiones que vix et palatum reparant gula provocet
excitent appetitum. Sed quid faciet inquis qui aliud non potest. Bene scio quia delicatus es et quia hiis
assuetus modo duriora non possis. Sed quid si potes facere ut possis. Queris quo. Surge
praecinge tolle ocium excute vires move brachia complosas explica manus exercitare in aliquo
et statim senties sola te appetere que famem tollant non ut fauces demulceant. Reddet quippe
sapores rebus exercitium quos tollit inercia. Multa que respuis ociosus post laborem sumes
cum desiderio. Siquidem ocium parit fastidium exercitium famem. Fames facit miro modo dulcia tollit
que fastidium fecerat. Olus faba pultes panis quoque cibarius cum aqua quiescenti quidem fastidio sunt
sed exercitato magne videntur delicie. Sed forte tunicis dissuetis exhorres in hiemis tam
frigus quam propter estatis ardorem. Sed nunquid legisti Qui timet pruinam veniet super eum nix. Vigi-
lias times et ieiunia manuumque laborem sed hec levia sunt meditanti flammas perpetuas. Re-
cordacio denique tenebrarum exteriorum facit non horrere solitudinem si futuri cogites de verbis ociosis

discussionem. Non valde displicebit silentium. Fletus etiam et stridor dentium ante cordis oculos reducta
pares tibi reddet matta et culcitra. Denique si totum de nocte quod regula precipit beati ad psalmos vigilaveris
minus durus erit lectus quo quiete non dormias. Si tantum in die quantum professus es laboraveris durus
erit cibus quem libenter non comedas. Surge miles Christi, surge, excutere de pulvere, revertere ad prelium
unde fugisti, forcius post fugam preliaturus, gloriosius triumphaturus. Habet quidem Christus multos milites qui
fortissime ceperunt, steterunt, vicerunt, paucos autem qui de fuga conversi rursum se periculo ingesserunt
quod declinaverant, rursum fugarent hostes quos fugiebant. Et quia omne rarum preciosum, gaudeo te de illis
esse posse, qui quanto rariores tanto apparebunt gloriosiores. Alioquin si multum timidus es, cur ibi trepidas
ubi non est timor, non autem times ubi magis timendum est? An quia fugisti de acie putas te hostium manus
evasisse? Libencius te insequitur adversarius fugientem quam sustineat repugnantem, et audacius resistit a
tergo quam resistat in facie. Securus nec precinctus armis capis matutinos sopores cum illa hora Christus
resurrexit, et ignoras quia exarmatus et tu timidior et hostibus minus timendus? Sed armatorum multitudo
circumvallaverunt domum, et tu dormis? Iam ascendunt aggerem, iam dissipant sepem, iam irruunt per
posticum. Tucius est ergo tibi ut te inveniant solum quam cum aliis, nudum in lectulo quam armatum in
campo? Expergiscere, sume arma et fuge ad commilitones tuos quos fugiens deserueras, ut quem
te ab eis disiunxerat, ipse te demum timor iungat. Ponderis et asperitatis delicate miles, adversarius
instantis et circumvolantia spicula facient clipeum non esse oneri, loricam non sentire aut galeam. Et quidem
subito procedenti de umbra ad solem, de ocio ad laborem grave erit omne quod incipit. Sed postquam
ab hiis desuescere et ad illa se paululum assuescere cepit, usus tollit difficultatem, inveniet facile esse
quod impossibile ante putavit. Solent et fortissimi milites audita buccina ante congressum trepidare,
at ubi ad prelium ventum fuerit, spes victorie et timor ne vincantur reddit intrepidos. Quid vero tu trepi
das quem firma unanimitas armatorum circumvallet, cui angeli assistent a latere, quem dux belli Christus pre
ibit suos animans ad victoriam et dicens: Confidite ego vici mundum. Si Christus pro nobis quis contra nos?
Securus pugnare ubi securus es de victoria. O vere tuta pro Christo et cum Christo pugna, in qua nec vul
neratus nec prostratus nec conculcatus nec millies si fieri posset occisus fraudaberis a victoria, tantum ne
fugias. Sola causa est qua perdere possis victoriam, fuga est. Fugiendo potes illam amittere, moriendo
non potes. Et beatus si pugnando morieris, quia mortuus mox coronaberis. Ve autem tibi si declinando pugnam
perdis et victoriam simul et coronam. Quod ipse avertat a te, fili dilectissime, qui in iudicio de litteris meis
maiorem habet tibi inferre dampnationem si illarum quod absit in te reperit emendationem. Bone indolis adole
scenti Fulconi frater Bernardus peccator, sic letari in adolescencia ut in senectute non peniteat. Ad Fulconem puerum

Non miror si miraris, sed miror si non miraris. Qui postea fuit Lingonensis archidiaconus
unde michi ut ad te scriberem vellem, tamquam rusticus scolastico, monachus seculari, cum nulla hinc tibi
occasio occurrat necessaria, nulla se causa pateri ostendat. At si attenderis quod scriptum legis: Sa
pientibus et insipientibus debitor sum, et illud: Caritas non querit que sua sunt, fortassis intelliges
quicquid illa iusserit non esse presumptum. Caritas ad te obiurgandum me compulit, que tibi condolet
etiam non dolenti, que tibi miseretur licet non miserabili. Et inde magis dolet quia tu cum sis dolendus non
doles, et inde magis miseretur quia tu miser sis, miserabilis non es. Nec frustra forsitan ut compati
enti non patiens tu audias unde compatiatur. Vult te tuum sentire dolorem, ut iam inde dolere non
habeas; vult te tuam sentire miseriam, ut incipias miser non esse. O bona mater caritas, que
sive foveat infirmos, sive exerceat provectos, sive arguat inquietos, diversis diversa exhibet, sicut
filios diligit universos. Cum te arguit mitis est, cum blanditur simplex est; pie solet sevire, sine dolo opus caritatis
mulcere; patienter novit irasci, humiliter indignari. Ipsa est que hominum mater est et angelorum, non
solum que in terris sed et que in celo sunt pacificavit. Ipsa est que deum homini placans, hominem deo
reconciliavit. Ipsa est, mi Fulco, que fratres illos cum quibus olim dulces capiebas cibos, habitare facit
unius moris in domo. Hec talis tamque honorabilis mater a te se queritur offensam, reposcit lesam. Lesa
tamen non provocat, sed spreta te revocat, ostendens tibi in te esse patientem, sicut scriptum est: Caritas paciens est,
benigna est. Licet lesa, licet offensa, si conversus fueris ad illam, obviabit tibi quasi mater honorificata.
Contemptus oblita sui ruet in amplexum tuum, gaudens quod perditum est inventum, qui mortuus
fuerat vivum. Et in quo inquis lesi, in quo contempsi? Audi: in eo procul dubio quia parte quem sum

suo lacte nutriendum matrio suscepat ante tempus ablactasti et exoptum lactis dulcedine in quo
posses in salute crescere tam leniter tam celeriter exsufflasti. O puer insensate, o puer magis
sensu quam etate, quis te fascinavit a bono cepto itinere tam cito discedere. Avunculus inquies. Sic
Adam quondam uxorem, uxor serpentem ad excusandas excusationes in peccatis pretendebat. Utrique tamen
culpe dignam recepit penam. Nolo decanum accuses, nolo te per illum excuses. Inexcusabilis enim
es, illius culpa tuam non excusat. Quid namque ille fecit, numquid te rapuit, numquid vim intulit. Rogavit
non ligavit, blandiendo attraxit non violenter traxit. Quis te cogebat credere blandienti, as-
sentire attrahenti. Ille sua nondum reliquerat. Quid mirum si te quem suum erat requirebat.
Si agnum de grege, vitulum de armento quis perdit requirit et nemo causatur. Et hec quidem tanto magis omnibus
vel vitulis apud eum plures es. Ademptum si repetit quis inde miretur. Siquidem non usurpat sed
illam professionem de qua dicitur. Si quis abstulit tua ne repetas. Repetebat ergo suum qui sua
adhuc tenebat. At tu qui iam secundum professus eras, sclavem sequi debebas. Effugit ovis tremebunda
veniente lupo, abscondit se columba tremens accipitre viso, de caverula sua avis esuriens
corvo non audet ambire cato. Et tu cum videbas furem currebas cum eo. Numquid aliud quam furem
duxeris qui preciosam Christi margaritam id est animam tuam furari non dubitavit. Volebam si possem illius
errorem dissimulare ne odium et nullum fructum consequerer ex veritate. Sed non potui tacere incertum
fateor que usque ad hanc diem comperi spiritu sancto per viribus restitisse. Nam qui metum non retinet
a malo quod potest licet quandoque frustretur effectu non minus culpatur affectu. In me certe fervorem
nostrum extinguere voluit sed deo gratias non valuit. Alii quam nepoti suo cognato tuo B. multum
restitit sed quid nocuit, immo plenius profecit, moribus tamen senex avunculus a professione extitit
immunis, nepos gloriosior de temptacione. Sed heu quid te vicit qui illum vincere non potuit, aut quomodo
qui te vicit ab illo superatus est. Numquid te fortior ille, numquid prudentior. Certe qui antea utrumque
noverat, Brunonem Fulconi preferebat. At postquam ventum est ad bellum, eventus indicat, eos non
errasse iudicium. Ibi proh pudor fugit turpiter qui preferebatur, ubi fortiter vicit qui inferior credebatur.
no Sic quid de avunculi dicam malicia, qui a Christi milicia retrahit nepotes suos, ut secum trahat ad
inferos. Ita ne solet beare amicos, quos Christus vocat secum metendum maturos. Avunculus revo-
cat secum metendum acerbos. Miror si iam Christus ei non irascatur et dicat: Quociens volui congregare
nepotes tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti. Ecce relinquetur
tibi domus tua deserta. Christus dicit: Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum celorum.
Avunculus dicit: Sinite nepotes meos ut ardeant mecum. Christus dicit: Mei sunt, mecum debent sumere.
Sed oportet inquit avunculus eos mecum perire. Christus dicit: Mei sunt, ego illos redemi. Sed inquit avunculus:
Ego eos nutrivi. Cui quidem ait Christus: Illos nutristi sed pane meo non tuo, ego vero redemi non sanguine
tuo sed meo. Sic carnalis avunculus contra puerum Christum pro nepotibus certat, quos diu bonis cupit
onerare terrenis, celestibus exheredat. Christus tamen non rapinam arbitratur si suos quos fecit et rede-
mit sanguine proprio ad se venientes colligerent, maxime quod ante promiserat. Et eum qui venit ad
me non eiciam foras. Fulconem primo pulsanti letus aperuit, letus amplexibus, letum recepit.
Quem plura veterem hominem exuit, novum induit, quod quidem solo nomine extitit moribus et vita
canonicum perstitit. Fama volat, bonus odor Christi, rei novitas circumquaque diffusa pervenit ad
aures avunculi. Quid ergo faceret carnalis nutritus qui carnis quam intendebat, quam carnaliter
amabat, solacium perdebat. Et si aliis res illa fuit odor vite ad vitam, sed non illi. Quare? Quia
animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei, stultitia enim illi videtur. Nam si spiritum Christi haberet, non
tam de carne doleret quam gauderet de spiritu. Sed quia terrena non que sursum sunt sapiebat, ebrius
et tristis tale aliquid secum volvebat quod audio. Ve michi a quanta spe decidi. Sed quid dico ve scire
quomodo absque meo consilio absque mea licencia fecit. Quod meus, que lex, que iusticia, que racio,
ut quem ex utero nutriendum suscepi alius fruatur adulto. Iam caput aspersus canis heu vite
mee reliquum expendam cum merore, quia me deseruit baculus senectutis. Heu michi si hac nocte
repetit a me animam meam, que parasti cuius erunt. Promptuaria mea plena eructancia ex hoc in illud.
Oves mee fetose habundantes in gressibus suis. Boves mei crassi cum remanebunt predia prata
domus argentea vasa et aurea cum congregata sunt. Ditiores quosque ac questuosiores cum

mee honores acquisierim multis relictis et si non licebat habere spe tenebam. Quid igitur faciam
propter illum unum tot et tanta perdam? Sed quecumque sine illo possederim et amisisse me iudico cum potius
et ista retinebo et illum revocabo si potuero. Sed quod factum est auditum est. Quod factum est non potest
non fieri. Quod auditum est relatum esse non potest. Sulco canonicorum est regularis si redierit ad seculum nobilis
erit et infamis. Sed tolerabilius est hoc audire de illo quam vivere sine illo. Cedat ergo nec honestas uti-
litati pudor necessitati. Malo vero parere verecundie pueri quam ineffabili subiacere tristicie. Acquiescens
itaque consilio carnis sanguinis oblitus et legis tanquam leo paratus ad predam et sicut leena rapto ca-
tulo rapidus et rugiens sacra non veritus sanctorum irrupit habitaculum tabernaculum suum ipse abscondat
a contradictione linguarum postmodum admixtus consortio angelorum querit ac flagitat sibi reddi
nepotem suum queritur et clamat iniuste se ab illo relictum ipso reclamante et dicente. Quid agis
miser. quid furis. quid me persequeris. Non sufficit tibi quod tuam tuo quod exemplo multorum animas tuleris
si non etiam hoc ausu sacrilego rapias de manu mea. Non times iudicium futurum an contempnis tho-
rum meum. Cum hoc facis cum bellum indicis. Terribilis utique et ei qui aufert spiritum principum. Insane redi
ad cor tuum. Memorare novissima tua et non peccabis. Memorare que tua fuerit et utilitatibus
Et tu puer inquit si assenseris si acquieveris morte morieris. Memento uxoris loth de sodoma
que erat quia deo credidit sed in via mutata quia retro aspexit. Disce in evangelio quod non liceat
retrospicere ei qui semel manum ad aratrum misit. Avunculus tuus querit animam tuam qui iam perdi-
dit suam. Verba oris eius iniquitas et dolus. Noli intelligere fili mi ut male agas. noli intendere
in vanitates et insanias falsas. Ecce in via qua ambulas abscondit laqueos tendit rete.
Molliti sunt sermones eius super oleum et ipsi sunt iacula. Vide fili mi ne capiaris a labiis iniquis
et a lingua dolosa. Confige timore domini carnes tuas ne te decipiat carnalis amor. Blanditur
et sub lingua eius labor et dolor. Insidiatur ut rapiat pauperem rapere pauperem dum
attrahit eum. Cave igitur fili mi ne acquiescas carni et sanguini. Nam gladius meus devorabit
carnes. Si prece blandimenta concipere promissos promittit magna sed ego maiora. offert plura
sed ego plura. Dimittes ergo pro terrenis celestia pro temporalibus eterna. Alioquin ex te solve vota tua que
distinxerunt labia tua. Iuste cogitur ad solvendum qui non cogitur ad vovendum. Nam et si cum pul-
sares non repuli te ut intrares non compuli. Non licet ergo dimittere quod sponte promisisti non
est pietas requirere quod pro te dimisisti. En utrique verbum promoneo utrique salubriter consulo. Tu
inquit avunculum regularem ut redeas ad seculum quia si redieris seducas quem apostatam facis.
Tu regularis scilicet ne sequaris quia si illum sequeris me persequeris cui de teipso iniuriam facis. Tu
si sermonis animam tuam per quam mortuus sis carnis mee te constituis inimicum. Qui enim non colligit mecum
dispergit. quanto magis qui collectos dispergit. tu vero si ei consentis a me dissentis. quia qui non est mecum
contra me est. quanto magis qui mecum fuit si me deserit contra me est. Tu si retinueris puerulum qui
ad me venit seductor ac sacrilegus iudicaberis. Tu vero si quod edificaveras iterum destruis prevari-
catorem te constituis. ambos vos ergo meo iudicio putari ambos assistere meo tribunali alter de
propria prevaricatione alter de alterius seductione iudicabitur et unde alter iniquitate sua morietur inde
morientis sanguinis de manu alterius requiretur. Hec et huiusmodi filia utriusque te consciencia utrique ipse in-
visibiliter sed terribiliter intonabas. Huius patris monitis amborum mentes pro rite tuendo pulsabas
quis ad hec non timeret timendo resipisceret nisi qui more aspidis surde et obturantis aures suas
vocem venefici incantantis sapienter aut non audiret aut si audiret dissimularet. Sed usque iam
satis vel nimis longa protraxi epistolam dum cupiti loqui rem silencio dignam. Tunc tamen cuncti
ad veritatem ambiunt dum pudenda revelare timent. Dicam tibi cum pudore quod multis cognitum occul-
tare et si volo non valeo. Sed quare cum pudore. Utique me pudeat scribere et quod illos non
puduit facere. Si pudeat audire quod impudenter egerunt non pigeat emendare quod libenter non
audiunt. Proh dolor utrorumque illorum revocare potuit aut illum seductore timor et racio aut hunc
a prevaricatione pudor et professio. Quid plura. Verba precipitacionis continuat lingua dolosa. concepit
dolorem et peperit iniquitatem. Subiecit puer consensum. rediit canis ad vomitum. etiam non suum re-
cepit aliquid quem melius habebat amisisse. Hic lugdunum olim studio scolarum et industria sui

decanum eundem decanum nepotem suum canonicum quem bono proposito male revocavit sicut ille Fulconem
beato Augustino sic Otho Bernardo Benedicto surripuit. Quod si ordinarius ipse cum sancto suus efficeretur quam cum
perverso suus perversus efficeretur. Quia secularis senex secularem puerum religiosum ad se traheret et sic vinceret utique
quam religiosum secularis ad se traheret in quo victus est uterque. O senem infelicem o avunculum crudelem qui
iam decrepitus statim moriturus nepotis animam prius interficeret quam ut peccatorum suorum heredem a propria
sorte privavit. Sed qui sibi neque tamen bonum malunt in suis facultatibus habere successorem quam pro iniquitatibus
tibi intercessorem. Sed quid ad me de decanis ingratis uiris qui principatum meruere in ecclesiis clavem
nem sancte tenere primas cathedras in conventibus possident. Videant ipsi qualiter subditos indicent
fugitivos revocent revocatos si ita voluerint utique effugerit dispersos colligant collectos dispergant.
Quid ad me fateor aliquantulum in illos propter te mihi filios modicum meae parvitatis concessi odium tuam de
illis cupio palliare verecundia temperare culpam. Omitto ergo illos ne non tam reprehensioni quam rep
rehensori iuste indignentur nec tam de sua correptione cogitent quam in de praesumptione calumnientur.
Non ecclesiae principem sed scholarem obiurgare suscepi qui nesciat indignari non novit irasci nisi
forte et tu fili non malitia similis impingis calumniae et dicas imo quid invehis et ipse quod
ad illud de peccato meo numquam ego sum in eo causa. Et ad hoc fateor quod nudam non habeo nisi quod confessus
sum tamen de tua quam in te cerebri ingenita mansuetudine tamen de dei caritate qua et in prima epistola
contristasse me memini. Nunc zelo tantum tuus error in ipsa tua tuae miseriae compassus sum quod super
modum et morem meum de te non modo me intromiserim gravis lapsus tuus et miserabilis casus
ut si praesumpserim provocavit me. Cum cetera eorum tuorum me videas arguere tui vel brevissimas
aliquid dixisse litteras. Non quod tamen ceteros omnes sanctos putaverim aut nihil in eis reprehensione
dignum invenerim. Cur ergo in quibus singulariter me reprehendis tum et in aliis videas quod instig
forsitan reprehendere posses. Ad quod dico quod propter singularitatem erroris tui propter eminentiam peccati tui. Nam
et si plerique alii pro dolor vivunt et si inordinati et indisciplinati sunt nondum tamen ordinem aut disci
plinam professi sunt. Peccatores quidem sed non praevaricatores. Tu vero quantumlibet modeste et honeste vi
vas si caste si sobrie si omnino religiose te habeas deo tamen minus est accepta tua religio quam
nec sic dampnat voti praevaricatio. Noli ergo ne te tuis collegis compares a quibus professio separat.
Noli tecum respectum secularium de tua tibi forte paulo minori constantia blandiaris. Tu tibi dominus dicat utinam
te calidum aut frigidum invenissem. Hic audit apte quod minus deo tepidus places quam si vel quales
illi sunt frigidus esses. Illos utique deus patienter exspectat de frigore ad calorem aliquando proficere. Te
vero indignans adiecit de calore iam in teporem defecisse. Et quia tepidum te inveni incipiam te
inde te evomere ex ore meo. Et nimis quod tu ad tuum vomitum redisti quia tu omnis gratiae evomuisti.
Heu quo Christum tamen fastidis de quo scriptum est Mel et lac sub lingua eius. Mirum quod ad gu
stum tibi dulcissimum tibi nauseas. Si tu gustasti quam dulcis est dominus aut certe nondum gustasti et
sed tibi dulcissimum tibi nauseas. Si tu gustasti et dulce non sapuit. Primum
nescis quid sapit Christus. Ideo quia non appetis inexpertum aut si gustasti et dulce non sapuit sanum
non habes palatum. Ipse quippe est dei sapientia qui ait Qui manducat me adhuc esuriet et qui
bibit me adhuc sitiet. Sed quomodo esurire potest vel sitire Christum plenus quotidie saecularibus poculorum.
Non potes simul bibere calicem Christi et calicem daemoniorum. Calix daemoniorum superbia. Calix daemoniorum
detractio et invidia est. Calix daemoniorum crapula et ebrietas est. Quae cum impleverint vel mentem
vel ventrem tuum Christus in te non inveniet locum. Non mireris quod dico. In domo avunculi tui
non potes inebriari ab ubertate domus dei. Cur? Quia domus deliciarum est. Quomodo ergo?
Sicut ignis et aqua simul esse non possunt sic spirituales et carnales deliciae in eodem se non patiuntur. Ubi cra
pula ructantur inter pocula fervent. Christus vina sua dulciora super mel et favum mentis propi
nare non dignatur. Ubi curiosa ciborum diversitas ubi divitis supellectilis discolor varietas
oculos pascit et ventrem caelestis panis ieiunam deserit mentem. Heia laetae iuventutis in
adolescentia tua ut descenderet pro tua aetate temporali laetitia succedat quae te absorbeat aeterna
tristitia. Sed absit hoc adolescentulo meo. Avertat hoc deus a puero suo. Disperdat
dominus universa labia dolosa eorum qui tibi tale consilium donant qui dicunt tibi quotidie
euge euge et quaerunt animam tuam. Hi sunt cum quibus habitas quorum prava colloquia adolescent

bonos mores corrumpit Sed quidni iam non exis de medio eorum Quid facis in urbe quem clau-
stro elegeras Quid tibi cum seculo qui seculum spreveras Fines tui ceciderunt in preclaris et tu opibus
inhias terrenis Si vis habere simul hoc et illa, brevem tibi audiebit Memento fili quia recepisti bona
in vita tua Recepisti dixit non rapuisti, ne etiam de hoc tibi frustra blandiaris quod tuis contentus
aliena non rapias Quid sunt illa tua beneficia ecclesie Recte quod surgis ad vigilias vadis ad
missas horis chori nocturnis diurnisque frequentas bene facis, sic enim prebenda gratis non acci-
pies Dignum est qui altario servit altario vivat Concedit ergo tibi ut si bene deservis, de altario
vivas non autem ut de altario luxurieris ut de altario superbias ut inde compares tibi frena
aurea sellas depictas calcaria deargentata varia grisia que pellicia a collo et manibus
ornatu purpureo diversificata Denique quicquid preter necessarium victum ac simplicem vestitum de altario retines
tuum non est rapina est sacrilegium est Orabat quidam sapiens tantum victum suo tribui necessarium non
superflua Habentes ait apostolus victum et vestitum non victum ornatum Et quidam alius sanctus Si dederit
inquit mihi dominus panem ad manducandum et vestimentum quo operiar Nota quo operiar Sic ergo con-
tenti simus vestimentis quibus operiamur non quibus lasciviamus non quibus superbiamus non quibus
mulierculis vel similari vel placere studeamus Sed sic faciunt inquis cum quibus habito, si non facio
quod ceteri de singularitate notabor Propterea maxime exi de medio eorum ne aut in urbe nobiliter
vivas aut exemplo pereas aliorum Quid agis in urbe delicate miles commilitones tui quos
fugiens deseruisti pugnant et vincunt pulsant et intrant celum rapiunt regnant et tu sedens
super ambulatorem tuum indutus purpura et bisso circuis plateas vicos perambulas Hec sunt
pacis ornamenta non belli munimenta An dicis pax et non est pax purpura non propulsat li-
bidinem non superbiam non avariciam repellit sed et si qua sunt alia inimici iacula non retundunt
Denique quod magis metuis febrem non prohibet mortem non arcet Ubi sunt arma bellica ubi
scutum fidei ubi galea salutis ubi pectoris lorica Quid trepidas plures sunt nobiscum quam
cum illis Sume arma resume vires dum adhuc prelium durat assunt angeli spectatores
et protectores adest ipse deus adiutor et susceptor qui docet manus ad prelium et digitos tuos meas
ad bellum procedamus in adiutorium fratrum ne si forte sine nobis pugnent sine nobis vincant sine
nobis ingrediantur, ne iam postea cum clausa fuerit ianua sero pulsantibus nobis deintus respondeat
Amen dico vobis nescio vos Fac te quesso prius sciri fac te prius videri ne tunc nesciaris ad
gloriam sciaris autem ad penam Si te christus agnoscit in bello recognoscet in celo et sicut promisit
manifestabit tibi seipsum si tamen tu resipiscendo penitendo te talem exhibueris ut cum fiducia dicere
possis Tunc cognoscam sicut et cognitus sum Hec interim admonicionibus verecundi adolescentis
animum pulsatum esse sufficiat Iam enim etiam maioribus pro eo fortius pulsanda est pietas
Que si ad ictus nostros inverecundam eius mentem vel parum mollitam invenerit confido de ipsa quod
citius nos letificabis

Domno abbati Arnoldo frater Bernardus de clara valle spiritum compunctionis et consilii Primum te
scire volo domnum Cisterciensem necdum qui tecum intimus ad nos venit de Flandria
quo paulo ante quam nos tetigerat remeasse et ob hoc nec litteras recepisse quas ei
misisti putavi et adhuc esse tante a te presumpte novitatis ignarum Felix interim cui
tam tristes rumores vel ad tempus liceat ignorare Deinde quod te tam desperando nos renuncia-
cione mitigas ne quod semel intus se apud te firmum est frustra tibi litteras dirigendo dissua-
dendo conarer In hoc tibi obedire fortasse quidem propter venire non debui Renuo autem pro dolore
fateor non potui cum et si per eos scirem ubi te oportuit invenissem ipse potius venissem quam
litteras misissem effecturus fortasse per memetipsum quod nullis litteris possum Videbor forsitan me
aliquorum tanquam rursus fiducia ut per ore ipse pertinacie conscius ad quam utique flectendam nullam
vim nullam potentiam nullam sperans personale industria At vero ego de illius potentia non diffidens
qui dixit Omnia possibilia sunt credenti fidenter usurpans et in illa fiducia omnia possum in
eo qui me confortat Quinimmo in magna parte lapidem cordis tui obstinationem et ipse non
ignorem votum tamen nostrum sive fructuose sive frustra lateri tuo adherere Turba que me
monet adversum te frustra nescio an fructuose iactem tibi in faciem non solum verbis sed

et vultu et oculis tuis. Deinde provolutus vestigiis tenerem pedes, amplecterer genua, totusque a collo
pendens illud michi dulcissimum caput deosculare quod sub uno mecum proposito suavi iugo Christi iam
pluribus annis contritum est. Flerem quoque quantum valerem, rogarem et obsecrarem per dominum Ihesum, quatenus
parceres primo quidem eius cruci, qua utique redemit quos tu quantum in te est perimis; colligit quos
tu dispergis, perimis mecum et dispergis sive quos tecum ducis sive quos hic deseris, quibus utique et
si divisio non dispar tamen utrisque metuitur periculum. Deinde etiam nobis parceres et nobis et amicis
tuis quibus licet invitus non nisi fletum et lacrimas reliquisti. O si hoc michi licuisset, flexissem fe-
licissimum forsitan affectione quem voce non possum. Pectus quoque illud ferreum quod nec Christi timori in
hac re dumtaxat cedere acquiescit, fraterna pietas emollisset. Sed heu et hac nobis copia sub-
traxisti. O magna nostri ordinis columpna, patienter queso audi amicum vel absentem, tue penitus
discessionis impacientem, tuo medullitus et labori et periculo compatientem. O inquam magna nostri
ordinis columpna, non metuis magna ruente te mox parietum ruina secutura. At ego inquies
non ruo. Scio quod facio. Bonam conscienciam habeo. Esto, credimus tibi de te. Sed inquam de nobis quid?
iam et gravia tuo ex discessu gementes sustinemus scandala et graviora pavidi expectamus pericula.
Aut et tu quod non ignoras ista sed dissimulas. Quia ruine quo multorum faciendo ruinam te non
tueri presumis qui in hoc videlicet positus eras ut non quod tibi est utile sed magis quod aliis
nec que tua sed que Ihesu Christi sunt querere debeas. Tuo inquam secum abis qui gregi tibi commisso
omnem de se securitatem in perpetuum aufers. Quis occurret lupis nunc sevientibus? Quis consolabitur
in tribulationibus? Quis demumque leoni resistet rugienti et querenti quem devoret? Patebunt sine dubio
morsibus malignantium qui devorant plebem Christi sicut escam panis. Heu quid fiet novelle pla-
tationes que per manus tuas consite fuerant diversis in locis et locis horroris et vaste solitudinis?
Quis circumfodiet? quis impinguabit fimo? quis sepe circumdabit? quis succrescentes sollicitus erit
resecunde surculos? Aut plante profecto temptationis vento tenerrime adhuc heu facile eradicabuntur
aut inter frutecta circumcise sine provisione cum non erit qui purget suffocate nullum afferent fructum.
Que cum ita sint, iudica tu quale hoc tuum bonum erit aut si vel esse potest bonum cum tantis malis
quantulum dignos faciens te fructus penitentie confidas. Nonne hinc spinis necesse erit suffocari? Nonne
demumque si recte offers et non recte dividis peccas. Quid enim recte ne forte dividere esse dicas soli-
citudini tue consulere et filios tuos quos orphanos relinquis paterno consilio destituere? O miseros
et miserabiles et eo miserabiliores quo vivo se conspiciunt orbari patre. Atque dubitare te quoque
oportuit an te vel tibi recte consulas in eo videlicet quod absque consilio fratrum et coabbatum tuorum
absque patris et magistri tui licentia rem tam novam presumis. Illud etiam multos permaxime movet
quod pueros imbecilles et delicatos iuvenes tecum ducas. Alioquin si boni et robusti sunt, de-
solate domui fuerant necessarii. Si delicati ut dixi et imbecilles, dure ac laboriose pere-
grinationi non erunt ydonei. Sed et regendarum animarum curam nequaquam te ultra credimus velle, posse quippe
cum cognoveris esse propositum pastorale abiecisse sarcinam dumtaxat tuorum et soli deinceps vivere
tibi. Valde enim incongruum esset ut alibi presumptuose non vocatus resumeres quod alibi prohibitus
inconsulte reliquisti. Sed iam ne omnia scienti multa supervacuo ingeram, in fine et hoc tibi
polliceor si opportunitatem loquendi tecum michi dederis, daturum me operam ut incipias quod tu
inordinate et periculose aggressus es licite et ob hoc sentire peragas.

Tua michi satis comperta humilitas et instantis periculi necessitas prebet michi fiduciam
conveniendi te artius et arguendi liberius. O insensate, quis te fascinavit? Tu cito re-
cedere ab illo saluberrimo consilio in quo tibi ductum fuerat et non [?] deo solo teste convictum
est. Cogita insipiens vias tuas et converte pedes tuos in testimonia domini. Non recordaris quod
primo in maiori monasterio tue conversationis initia declinasti, secundo apud Fontinetum nec te
qualiacumque promerentes commendasti, tertio in Morimundo tua stabilitate firmasti, quarto meum [?]
inito consilio suggeste tibi ab abbate Arnoldo peregrinationi ymo vagationi ingenue abre-
nuntiasti, ipsius quod tibi considerans si non ipse licite posset abire illicitum indicasti. Quid enim
licite non dices illum recedere qui et sibi commissis lacrimabile scandalum reliquit nec coabbatum [?]
suorum licentiam expectavit. Sed quorsum inquies tendunt hec que sic retractare noluisti

ut te manifeste levitatis arguam, ut est et non est apud te evidenter ostendam, sic quod errorem tuum tan-
tandem cognoscas et erubescas. Vel sero discas ab apostolo non omni spiritui credere. Discas a Salomone mul-
tos quidem amicos habere, unum autem tibi consiliarium de mille. Discas praeceptoris tui exemplo non solum
mollibus non vestiri, sed nec in modum venti agitatae arundinis circumferri omni vento doctrinae. Discas
ex evangelio domum tuam super petram fundare. Discas et cum discipulis serpentis non oblivisci pru-
dentiam cum simplicitate columbae. Et tamen ex his quae aliis atque aliis scripturarum testimoniis an colligas
summam quantum tibi videlicet usque modo milleformis ille seductor illusit, qui cum in te bonum initium
non valuit praecidere, invidet perseverantiae. Hoc nimirum sic posse sufficere malitiae indicans, si hanc possit
auferre tibi quam solam virtutum noverat coronari. Obsecro per viscera misericordiae Christi ut nullatenus abeas,
aut vel non plus quam ad nos loco quidem oportuno venias loqui, si quo forte tantis malis quae iam
ex vestra discessione aut venisse sentimus aut ventura metuimus queat ad remedium inveniri. Ad eundem.

Si manes in caritate quam olim in te noveram aut putabam, caritatis profecto damna
sentires, quae utique sunt scandala pusillorum. Nec enim caritas caritatem offenderet aut con-
temptum eius sentiret offensa. Nam seipsam non potest negare. Nec enim in se divisa est.
Novit potius in se divisa coniungere, coniuncta dividere nescit. Porro ut dixi si manet in te, non
silet, non quiescit, non dissimulat, sed gemens et aestuans intra pueri pectus tui procul dubio suis
insinuat illud: Quis scandalizatur et ego non uror? Siquidem benigna est, pacem diligit, congaudet
unitati. Sola quippe quae illam generat, solidat et conservat utrumque, si tamen cognoscitur in vinculo
pacis. Infensa ergo nobis tam honorabili matre unitatis et pacis, quo pacto quaeso vestrum qualecumque sa-
crificium Deo fore acceptum praesumitis, cum absque illa nec martirium quidem aliquis putet esse aptius, aut
quam rogare nobis forte infensam non esse confiditis, cum in castis visceribus eius cari pignoribus tam
inhumane agendo non pepercistis nec parcitis, scindentes unitatem, rumpentes vinculum pacis. Ponendum
est ergo nunc quaecumque offensae patris et plus satis adulti vos non fratres sed fratrum multitudinem recolligatis.
Certe nisi unitatis fraternitas unitas adulterata vera parvitate quodam veluti vestrae discessionis gladio
sauciata conqueritur, quae plangens miserabiliter dicat: Filii matris meae pugnaverunt contra me. Et nato
Christi cum non est cum illa, contra illam est. Putas sine gemitu tam misero filiae gemitum pia possit mater
caritas audire? Ideo et ipsa matre lacrimis ingens suas aut de nobis: Filios enutrivi et exalta-
vi, ipsi autem spreverunt me. Caritas ipse Deus est. Pax nostra Christus qui fecit utraque unum in unitate,
unitas maiorem commendat. Cum ergo caritas pax et unitas irrita cognoscitur, quid habet in regno
Christi et Dei? Sed forsitan dicas: Abbas meus abduxit nos et scandalum praecepit; non inobedientes esse
debuimus. Talis quidem nisi forte oblitus sis, quod quadam die commutato mecum iam conspirati
scandali consilio ac diligenti mutua collatione discusso inter nos convenerit, in quo si permanu-
sisses, de te illud non incongrue diceretur: Beatus qui non abiit in consilio impiorum. Sed esto. Debuisti
obedire, fili, patri magistro ipsi discipulus, licuit etiam abbati monachos suos ducere quo libuerit
et docere quod voluit, sed quamdiu vixit. Nunc vero mortuo illo quem vel audire doctorem vel
sequi ducem cogimini quo adhuc tam grave scandalum emendare coeperimus. Ecce iam prohibet
non dico me sed verum Deum per os beatissime benigne vos revocantem audire. Nunc enim numquid qui ce-
cidit non resurget aut qui aversus est non revertetur? Sed et ille moriens meruit ne vos per
casum temptetis resurgere post aversionem. Nunc iam studeas Dei reversione. Ita nec etiam defuncto
vere est vos obedire et obedire contra caritatem et obedire in vestrorum ipsorum salutis periculo. Sed arbi-
tror quod nequaquam firmius seu tenacius esse dicas vinculum abbatum ad subditos quam coniugum
ad corpora quorum ipse quippe Deus copula et non nisi inviolabili ligavit sacramento. Loquente
salvatore: Quod Deus coniunxit homo non separet. Apostolo autem asserente solutam esse mulierem a
lege viri mortuo illo, tu te abbatis existimes defuncti lege teneri? Et hoc contra legem quae
sanctior est, legem videlicet caritatis. Et hoc dixi non quod putem vos vel vivienti in hoc paruisse debere,
aut vel dicendam obedientiam se sic paruisse, alioquin qualis est debitum illa sua declinantes
aut in obligationes adducet Deus cum operantibus iniquitatem. At nec forte quis abbatum etiam in
malo obedientiam adeo maledictam liberam esse contendat, cum alibi apertius filius non portabit

iniquitatem patris et pater non portabit iniquitatem filii. Ex his ergo liquido apparet mala imperantibus non
esse parendum, presertim dum divinis obtemperans imperiis, in quo hominibus invenitur inobediens, deo plane
qui omne quod preceperam agit, ut dicat: inobediente te complebis? Valde autem perversum est te profiteri
obedientem in quo nosceris superiorem propter inferiorem, id est divinam propter humanam solvere obedientiam. Quid enim
quod iubet homo prohibet deus, et ego audiam hominem surdus deo? Non sic apostoli clamant quippe dicentes:
Melius est obedire deo quam hominibus. Hinc dominus in evangelio phariseos increpans: Quare et vos, inquit,
transgredimini mandatum dei propter traditiones vestras? Et per ysaiam: Sine causa autem colunt me, aut
mandata et doctrinas hominum tenentes. Et ad protoplastum: Pro eo quod obedisti voci uxoris tue plus quam
mee, maledicta terra in opere tuo. Igitur facere malum quolibet iubente constat non esse obedientiam.
Sane hoc advertendum quod quedam sunt pura bona, quedam pura mala, et in his nullam deberi hominibus
obedientiam, quoniam nec illa omittenda sunt etiam cum illa prohibentur, nec ista vel cum iubentur committenda.
Porro inter hec sunt media quedam, que pro modo, loco, tempore vel persona et mala possunt esse et bona. Et in
his lex posita est obedientie, tamquam in ligno scientie boni et mali quod erat in medio paradisi. In his
profecto fas non est nostrum sensum sententie preferre magistrorum. In his omnino prelatorum nec iussio nec prohi-
bitio contempnenda. Videamus ne forte tale fuit quod arguimus in vobis, et ob hoc forsitan argui non de-
bent. Quod evidentius elucebit si premisse divisionis exempla subiecero. Fides, spes, caritas et
cetera huiusmodi pura sunt bona, que male non possunt vel iuberi vel teneri, sed non possunt vel prohiberi vel
non teneri. Pura mala sunt furtum, adulterium et cetera talia, que utique nec bene vel precipi vel permitti
possunt, nec male prohiberi vel non fieri. Adversus huiusmodi non est lex. Nullius quippe prohibitio valet ob-
viare preceptis, nullius iussio preiudicare prohibitis. Sunt deinde denique media, que quod per se nec bona
esse noscuntur nec mala, possunt tum iuberi et bene possunt et male vel iuberi vel prohiberi, sed male nulla-
tenus in his a subditis obediri. Ex his sunt ut exempli gratia ponam ieiunia, vigilie, lectio
et quecumque talia. Sciendum vero quia media quedam imperiorum plerumque bonorum seu malorum transeunt vicem,
ut coniugium, cum et fieri liceat et non fieri, factum iam solvi non licet. Quod ergo ante imperans medium
esse liquebat, in iam coniugatis puri boni vim obtinet. Item proprie possidere seculari quidem homini
medium est, quoniam et non possidere licet; monacho vero, cui possidere non licet, purum malum est. Videsne si-
iam verum factum cui potissimum membro divisionis conveniat? Si puris malis deputandum, vituperabile;
si puris ac tandem bonis, probabile; si vero mediis collocandum, inter ea que excusari forsitan possunt propter
obedientiam. Mora vero penitus non potest que non sit per obedientiam. Nam mortuo iam abbate, si quod in-
iunxit quod non debuit, nequaquam esse parendum superior patefecit disputatio. Et si res iam per se
satis elucescat, tamen propter quosdam qui querunt occasionem ubi ratio non suppeditat, clarius faciet bre-
vius et ita clarum ut omnis dubietatis umbra dispereat, quod nec purum nec medium bonum, sed plane
purum fuit malum sic obedisse sicut in monasterium reliquisse. Et quod taceo de mortuo, qui suo
et solum iam iudicem habet deum, et vere nec suo domino aut stat aut cadit, ne forte indignans et multo
indignans dicat deus: Sustulerunt homines a me iudicium. Tamen ad correctionem viventium non quidem quod
gessit, sed quod iussit discutio: utrum videlicet illa iussio vim habere debuit, qua in scandalum multorum
ei fuit obsequendum. Et pretermittendo quod sequi simpliciter nequivit, quasi suspicantes mali, male licet presci-
entes, secuti sunt, putantes illum episcopi Lingonensis et abbatis Cistercii non utique debitor erat licentia
proficisci; quod utique nonnullos de illo comitatu se credidisse incredibile non est. Verum hec illos non
tangit reprehensio, dummodo ubi comperit sine mora regrediatur, et adversus illos cum primo pro illis
sermo est nobis, qui scientes et prudentes miserunt manum in ignem, qui conscii presumptionis
secuti sunt presumptorem, non audientes apostolum prohibentem et denuntiantem ut se ab omni fratre
ambulante inordinate subtraherent, contempnentes et ipsius domini vocem dicentis: Qui non colligit
mecum dispergit. Vos, inquam, aperte sicut et specialiter notat illud apud Ieremiam quod cum dolore quod
reminiscor obprobrium: Hec est, inquit, gens que non audivit vocem dei sui. Dei enim ipse vox est
ista, hostem suum ipsos designans ex officio et tamquam digito demonstrans, ut simplices ab eius
impio declinent consortio: Qui non est mecum dispergit. Ac si dicat: In hoc mecum iam te non
esse intelligas, si sequeris dispersorem. Ideo ergo clamante: Qui non colligit mecum dispergit, sequi
vos oportuit dispersorem? Ideo, inquam, vos invitatis ad colligendum homines, potius ad dispergendum
obsequium debebatis? Regulas contempnebat, subditos exponebat, socios conturbabat, et vos videbatis

furorem cedebat cum eo Sicut de mortuo statueram sed compulsus sum fateor aliquantum pergredi. Qui non potuit improbari obediendo si non rerpba monstraret et misso. Porro misso et accedo homines cum prout dictum non fuerit improbabile visum est. Verum sive altum vel approbari vel respui, liquet tamen hunc quemodi missionem non fuisse obtemperandi. Ideo quippe operante contra. Item maiorum institutis morem non esse preponenda actionibus privata non presumere impia quis dubitat. Nam quod regula sancti Benedicti hoc licenciam posse quidem abbate cistercien ad medium deducere qui utique superior illo quantum pater filio quantum magister discipulo quantum denique abbas facti commisso monacho. Unde se a nobis propter ipsum quantum fuisse contemptum Possent et episcopum cuius intellegis quia non sunt separati consensu irrecusabilis est contemptus tam ad ipsos et de ipsis dominus dicat Qui vos spernit me spernit. Et quid hinc possem ambobus opponi et anteponi Romani pontificis tamquam maior auctoritas cuius quippe nos aiunt permittentes fuisse licencia quem etiam ipsa suo quidem loco erit discucienda. Illis porro preferatur cuius omnino fas non sit auctoritati contradicere. Iste siquidem ille pontifex qui per proprium sanguinem solus et semel introivit in sancta eterna redempcione inventa terrifica voce denunciat in ewangelio ne quis unum de pusillis eius audeat scandalizare. Vobis autem unique donet scandalum si non velit procepit malum facilis assequatur vena culpa pro qua grave dampnum non oritur. Quod vero quod dubium non est plurimus scandalizatus quis apte non videbat quam liberavit liberam missionem domine pertulisti. Que quidem unde quis nisi amens dicere studeat bonum esse aut bene sic posse quantum dignitatis hanc preripiente. Quod autem nec bonum est nec bene fieri potest, procul dubio malum est. Unde consequitur adulter quiter verum in multorum usurpatum scandalum ac per hoc et contra dei mandatum non procul bonum aut medium sed procul omnia sunt mala que quidem et procul bonum tamen et medium. Ibi sic potest. Quo ergo vel abbatis missio vel pape permissio licitum facere valuit quod prius sicut irrefutabiliter probatum est malum sunt cum superius intellecto allegatum sit ea que sunt sunt id est pure mala ut mihi iniste iuberi sic nec licite posse fieri. Vides quam vanis excusacionibus de liberam obediencia ubi in deum convincitur facta transgressio. Iter timendi in arbitrio quod ad illud domine visus de sibi intentato scandalo perhibendorum refugias ut quo nichil pendebat diceres Sinite ceca sunt et duces cecorum. Ita ut vera tibi scandala non esse timenda persistimes. Vides nempe quam vel simile liceat in hac parte proprio Nam si compares personas ille pharisei superbi hic pauperes Christi vitam tamen causam esse demonstrant. Cuius si quod superius propositum est nos non solum divinis liberam sed et quibus privata protulisse impia. Hoc solum ad placacionem sed perficiat quod vere illi et novitati insolite et insolenti presumpcio in. Non tamen nec ordinis unumquisque sed et omnium nostrum consuetudo et institucio reclamare videtur. Quod et vos ergo non invito timentes nec satis de propria causa confidentes remorsas ac remordentes consciencias apostolica conati estis delinire licencia. O frivolum satis remedium quod non est aliud nisi more protoplastorum cauteriatis consciencie vestre perizomata videlicet ad velamentum non ad medicamentum applicare. Inquirit licenciam quesivimus et impetravimus. Utinam non licenciam quereretis sed consilium id est non ut liceret sed an liceret. Unde tamen querebatis licenciam ut liceret quod non licebat facere. Itaque volebatis quod non licebat sed quod non licebat malum erat mala igitur erat intencio que in malum tendebat nisi hoc tale forte fuisse dicatur quod absque licencia quod non licet liceat aut sicut licencia fieret. Verum id iam superius invincibili conclusum est racione. Non enim dominus ubi ait Nolite contempnere unum ex hiis pusillis qui in me credunt addit enim nisi cum licencia aut dicens Qui scandalizaverit unum de pusillis meis et cetera denunciavit subiungens sine licencia. Constat itaque ubi veritas et vitas noua in causa non est nec licite scandalum quodlibet a quolibet posse committi nec iuste pape nec cuiusque consentiri. Immo tamen patrandi mali quendam putastis esse licenciam. Sed ad quid. An ut quanto licencius tanto securius et quo securius eo et periculosius perageretis. Mira cautela et stupenda prudencia. Malum quod iam corde conceperat opere tam tanti fiaut adimplere licenciam. Concepit dolorem sed non peperit iniquitatem donec iniquo papa conceptum perhibuisset assensum. Quo licencia quo re solum compendio mali. Nunquam ideo vel malum esse desisit aut vel in novitate processit. Quis vero malum esse neget assensum prebere malo quod tamen summum fecisse pontificem nequaquam crediderim nisi aut circumventum mendacio aut importunitate victum. Ceterum aliter quomodo vobis licencia seminandi videlicet scandala scismata suscitandi amicos contristandi fratres conturbandi pacem et confundendi unitatem, pro quod insuper contempnendi episcopum

Et hoc quia veritate nomine non habeo dicere tu rei gestus satis indicet. Perfectos nempe plangimus perfectum
non eximimus. Si ergo talibus et tam gravibus dare malis assensum, cohibere obsequium, impendere adiutorium
tu in obedienciam nominas, modestiam nuncupas, appellas mansuetudinem. Tu michi conaris pessima vicia
virtutum palliare nominibus. An autem putas hoc sine iniuria virtutum facere? Dum pro virtutibus facis iniuriam
vanissimam presumpcionem, turpissimam lenitatem, crudelissimam dissensionem obediencie modestie mansuetudinis nominibus
velas et velatis sordibus sacra illa vocabula maculas. Absit ego umquam emuler obedienciam. Talem michi
numquam libeat modestiam vel pocius molestiam imitari. Sic numquam crudelis mansuetudo longe fiat a me. Plus siquidem
obediencia omni est contemptu detestabilior. Plus quam modestia ulli omnino modo contendit ulterius dicam an atra
si vera scripta et utique competencia despexerim contra. Crudelis denique est illa mansuetudo que ceca auditu
illo hominum aures occupat. Volo tu certe ipsam ut et in modo cohibeas cum tam paciens sis ut a quolibet
et quod non licet perpetrari non contendas liceat et me obsecro paulo minus fiducialiter agere tecum. Alioquin male
ulterius michi de te si quod memini solebis soli michi indignans putamus si tua convenio consciencia. Volens an
invitus perfectus es? Si pro voluntate iam non pro obediencia. Si autem invitus susceptum videris habuisse imperium
cui obsequium gravabaris, ubi non suspirias, ubi dissuasio nostra? Vero tu ut hic pacie dares vel capes
[illegible] nichil dissuades traxi te passus non solum preter voluntatem tuam sed et contra conscienciam. O paciencia
omni digna impaciencia. Non possum fateor non irasci huic contenciosissime paciencie. Videbas dispergentem et
sequebaris. Scandala dictantem audiebas et obsequebaris. Vera paciencia est pati vel agere contra quod libeat
sed non preter quod liceat. Miror vero quomodo eorum audiebas aperte clamantem tali quidem celitus emisso tonitruo Ve
illi per quem scandalum venit. Non tu autem dicis sed et sanguis ipsius clamore nichilominus vehementi licet surdis
tribulis insurgebat. Clamor eius eius effusio, effusus quippe pro dispersis filiis dei ut eos congregaret.
Domini iuste fremebat in dispersores. Dicit [illegible] dispersores qui non novit nisi vel colligere. Magnus eius
clamor et vehemens qui corpora de sepulcris et animas ab inferis excitavit. Etiam celos quam tuba illa
convocat? [illegible] quippe que in terra sonuit sanguis ille et utroque non valuit rumpere surditatem. Vox nempe
illa in virtute, vox illa in magnificencia. Et quid clamat? Congregat deus et dispergentes mittit eius et
tam disperge illos in virtute tua et depone eos protector meus domine. Sanguis christi est super Adam
sanguis christi est qui proprijs congregatis adversus impios dispersores quasi tuba exaltat vocem suam. Animadverte
aut si dispersores disperge qui dispersis colligendis effusus est. Et si eius vocem tu non audis audiet
cor de cuius latere manavit. Quis namque ipsum non audiret qui Abel sanguinem audiebat. Sed quid ad me
[illegible] michi prelatus non erat. Non est discipulus super magistrum, docendus non docturus
magister ille vidit cum conducere michi prelatus non erat. Non est discipulus super magistrum docendus non docturus
inquit ille vidit tu contradicere michi prelatus non erat. Non est discipulus super magistrum docendus non docturus

iudicio peior inventa est homicidio. Hoc non ignoras quo non trepidas, quia si trepidas quo non [illegible] festinas. Alioquin quale fiet ad illud tribunal horrifice conscientie portas ubi iudex teste non indiget, ubi vitas discutit intentiones, ubi inquisitio culparum pertingit ad abdita cordis, ubi denique denique scrutissimo et rectissimo merito divinus ille investigat intuitus, et ad subitum illum solis iustitie fulgorem animarum corporalis singula tecta sive bona sive mala evomunt que celabant. Ibi fracta faciens et compari pena punientur. Ibi fures et conscios fore plenum sunt conceptum simul ibi pariter subibunt et qui lactant peccatores. Rege igitur iam dicere: quid ad me, ille viderit, tange picem et dic non sum inquinatus ab ea. Absconde ignem in sinu tuo et te lactato non aduri. Pone denique portionem tuam cum adulteris et nichil quasi tua interesse putato. Non ita opinaris. Redarguit enim scriptum non solum quia ipse immundus sit, sed quia sicut scriptum est immundorum: quia inquiens vir pollutus labiis ego sum et in medio populi immunda labia habentis ego habito. Redarguit autem se dicens non quia cum malis habitaret, sed quia mala non redarguit. Sic namque ait: Ve mihi quia tacui. Cum vos ipse malum facere acquiesceret, quod se in aliis non redarguisse redarguit. Idem etiam Dauid. Nonne alienam contagione peccati se senserat inquinari posse cum diceret: Cum hominibus operantibus iniquitatem et non communicabo cum electis eorum. Denique et orat dicens: Ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce servo tuo. Viri et malorum quorum nolunt participare malum student declinare consortium. Ait enim: Non sedi cum consilio vanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo. Huic versiculo coniunxit et subsequens: Odivi ecclesiam malignantium et cum impiis non sedebo. Audi denique et sapientis consilium: Fili mi, aut si te lactaverint peccatores ne acquiescas eis. Tu ergo adversus hec atque alia in hunc modum innumera testimonia veritatis putasti cum pia obediendum. O odiosa perversitas: obedientie titulus quod se militat veritati adversus veritatem accingitur. Feliciorem ego dixerim fratrem [illegible] inobedientem cui cito resipiscenti ab errore et recedenti ergo tunc tale contigit non corruptam obedientiam quam potiorem inveniret et dulciorem sive humorem inobedientie cepit. Iam iam quoque degustat fructum bonum huius consilii, quod toti collegit suis fratrum corda gravi scandalo concutientibus, ipse interim fixus in proposito et ordine sine querela consistet. Unde ego si optio detur, pigram potius elegerim inobedientiam tamen ipsius contrariam quam horum studiosam obedientiam cum scandalo. Estimo enim quod melius agit iste sic inobediens abbati sed non caritate servando unitatem in vinculo pacis quam illi qui obtemperant homini veri ut veri servant unitati. Fiet et ad hoc addiderim: expedit magis cuilibet sola vivere homini peccati tam obedientia quam reliquis omnibus pietatis bonis et votis proprie professionis, si quidem ut cetera taceam duo precipua nobis in monasteriis conversantibus tradunt: subiectio abbati et stabilitas in loco, et ita observanda quod neutrum prestat alterum nec alterutrum sibi vindicet. Ut ubi gratia sit te stabilem in loco exhibeas, ut abbati subiectionem non contempnas, sic obedias subditus abbati ut stabilitatem non omittas. Porro si detestari in loco hic permanentem qui abbatis forte subdi contempnat imperiis, miratus si reprehenderis obedientiam que nobis locum deserendi vitium vel causa prestitit vel occasio prebuit, cum in professione regulari sic promittatur stabilitas ut de subiectione abbati exhibenda nulla penitus mentio fiat. Sed queris forsitan inquiens mihi: Quid ergo tu de stabilitate tua facis, qui apud Cistercium firmasti et nunc alibi habitas? Ad quod respondeo: Ego quidem Cisterciensis monachus ibidem professus ab abbate meo ubi nunc habito missus sum, sed missus in pace, missus sine scandalo sive discordia, missus iuxta consuetudinem et communem institutionem. Quamdiu ergo in eadem qua missus sum pace persevero, quamdiu in unitate sto, omnibus privata non prefero, quietus et subiectus in quo positus sum permaneo, securus dico constantiam quod promisi firmiter teneo. Teneo enim stabilitatis promissionis votum qui unanimitatis non rumpo vinculum et pacis firmamentum non desero. Et si corpus absentaverit obedientia, sed spiritum ibidem ipse tenet [illegible] concors devoto et in nullo dissimilis conversatio. Tu vero dic aut quod quidem deus avertat, alias inquietus vivere legibus, alias moribus conversari, dimisse desinere observancias, adinvenire nova, contencas usurpare consuetudines, transgressor professionis inquietus promisse stabilitatis iam non me tene confido. Dico ergo abbati per omnia obtemperandum sed salva professione. Tum tu professus secundum regulam sancti Benedicti ubi promisisti obedientiam promisisti et stabilitatem. Tu obediens quidem stabilis autem non fueris. Quod offendens in uno factus es omnium reus. Sed omnium et ipsius obedientie. Vides itaque pondo tue obedientie. Quomodo nempe stabilitatis transgressionem sufficit excusare que nec sibi quidem valet patrocinari.

Item notum est solempniter ac regulariter profiteri quemque in presentia abbatis. In presentia ergo sed non et ad nutum ipsius fit cuiusque professio, testis proinde adhibetur abbas non dictator professionis, adiutor non fraudator adimpletionis, index non auctor prevaricationis. Quid ergo? Pono in manu abbatis petitionem absque ulla exceptione coram deo et sanctis eius propria manu et ore firmatam. Audies ex regula scilicet quod aliter facio et a deo me esse dampnandum quem irrideo. Si abbas meus aut etiam angelus de celo contraria iusserint libere recusabo huiusmodi obedienciam que me transgressorem voti et periurum faciat nominis dei mei. Scio enim me iuxta scripture veritatem ex ore meo vel condempnandum vel iustificandum. Et est os quod mentitur occidit animam, et quia deo valet tamen. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et quia unusquisque onus suum portabit et unusquisque pro se rationem reddet. Alioquin qua fronte psallam mendax in conspectu dei illud de psalmo: Reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea. Videat denique abbas meus quid sibi faciendum putet de eo quod ex regula specialiter ad ipsum dirigitur, ut putes regula in omnibus eo fruetur. Et item quod velit precipit et nemo contempnit, ut omnes sic per omnia magistram sequantur regulam nec ab ea temere declinet a quoquam. Ego sic ipsum sequi decrevi semper et ubique ingruens ut nequaquam a regule quam teste ipso iuravi et statuta custodire devium a magistro. Porro iam breviter questioni que a latere nobis surgere posse videtur, et sic iam nimis finiamus epistolam. Videor nempe contraloqui rei quam facio. Queritur etenim a me prius si hos dampno qui abbatis sui non solum consensu sed et iussu suum monasterium deseruerunt, quo pacto illos et retineam qui de aliis monasteriis fracto stabilitatis voto et contempto seniorum imperio ad nostrum ordinem venerunt. Ad quod quidem breviter respondeo sed periculosa. Vereor namque displicere quibusdam quod dicturus sum. Verum magis metuo veritatem puto ne tacendo veritatem, illud versiculum non vere cantem: Iusticiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi. Hac ergo illos ratione suscepimus quia non putamus esse malum si vota labiorum que in locis suis poterit quidem promittere sed nequaquam persolvere, deo qui ubique est ubicumque poterit reddat, et solius rupte stabilitatis dampna reliquorum regularium preceptorum integra observacione compenset. Si cui displicet hoc et murmurat adversus hominem querentem salutem suam, videbit pro eo salutis auctor. Nonne oculus tuus nequam est quia ille bonus? Quisquis es qui saluti invides aliene, parcito vel tue. An nescis quia invidia dyaboli mors intravit in orbem terrarum? Attende itaque tibi. Si enim ubi invidia ibi mors, profecto non potest simul et invidere et vivere. Quid molestus es fratri tuo qui satagit quemadmodum que protulerunt de labiis suis non faciat irrita? Sed querat ho ubi et quo persolvat quod pollicitus est deo. Quid tu pro his fortasse si aliquem pecunie tibi eo debitorem teneres, circuire coges mare et aridam donec usque ad novissimum quadrantem debitum redderet vinusti. Quid ergo meruit de te deus tuus qui non vis ut ipse a suo quod suum est debitore recipiat? Immo vim inferens duos tibi reddis infensos, deum et dominum, servum obsequio et deum gra- sum studeat conaris. Tu quare illud potius non imitaris, et ipse videlicet persolvendo quod debes? Putasne et tuum non requirat debitum? An potius propter hoc magis irritaris, inspice deum et dicas in corde tuo: Non requiret. Quid inquis? Dominus ergo dampnas qui sibi non faciunt? Non. Sed audi quod et de ipsis sentencia, et noli frustra calumpniari. Quid me vis odiosum facere multis in libris eorum qui sub mea professione non mecum consentientes more tu aut sancte vivunt aut beate defuncti sunt? Non ignoro quod reliquit sibi deus septem milia virorum qui non curvaverunt genua sua ante baal. Ausculta ergo, emule calumpniator, dixi cur de aliis monasteriis ad nos venientes recipere consuevimus. Numquid non venientes dampnavi? Porro illos non istos accuso. Illi sunt mordi quos accusare nec volo nec valeo. Quibus acceptis, si quis ceterorum ad regule cupiat transire puritatem sed propter scandalum non audeat aut etiam ob certe corporis infirmitatem, puto quod non peccat, dum tu in suo studeat loco sobrie et iuste et pie conversari. Nam si qua ex more monasterii minus forte districte quam regula constituisse videtur observare compellitur, excusabit hoc forsitan aut illa caritas qua cunctatur ingruere ad melius propter scandalum, iuxta illud: Caritas operit multitudinem peccatorum; aut illa humilitas qua conscius infirmitatis se reputat imperfectum. Utique et de ipsa scriptum est: Deus humilibus dat graciam. Multa quidem tibi temere locutus sum cum multis opus non habeas, quippe cui sit et ingenium velox ad intelligendum quod dicitur et voluntas agilis ad eligendum quod utilius suadetur. Sed licet specialiter quedam aliquid non tamen tam multa propter te scribenda putavi, hec itaque quibus deus providet fore necessaria. Te autem ut meum iam olim familiarissimum paucis et cum omni

fiducia moveo, ne tam dimicans animas desiderantium te in tue equidem anime horrendum periculum, tua cooptatione suspendas. Et tua quorum quam nisi fallor quin certum sit et mors et vita in manu tua est. Arbitram enim quemque fecerit tu aut nolueris illos esse facturos. Alioquin aperte sententia illius quia innota omnium abbatum uxorum non contempnenda sinam, que multo presserit in vos qui redierit vivet qui non redierit morietur. Ad eundem

Ad eund

Et si tu oblitus tui, sed ego non. Siquidem diligo te et quantum diligo tantum doleo. Porro dilectio facit ut doleam. Dolor autem ut non obliviscar. Heu heu miseram, triste quam meditor. Mirabor quid te impediret ut quemadmodum promiseras non venires. Non enim credere potuimus te tuum pactum et illud pactum leviter prevaricari, nisi grandi quo causa, precipue quem in etate minori fidelem satis veracem quam comperimus. Nec me fefellit opinio. Bona enim grandis generis quam causa est que te detinet. Ea siquidem ipsa vicit fortissimum David, decepit sapientissimum Salomonem, Caudam tu et nunquam qui cadit non adiciet ut resurgat. O quam multa et quam varia habeo tibi dicere, sed ea scribere longum est. Hoc quo breviter intimo. Si qua mei antiqui amoris adhuc in te scintilla vivit, si tibi quoque evadendi a miserrima illa captivitate tua spes ulla remansit, si denique cassam flammam ve non vis esse fiduciam qua te in tali quo conversatione tua multarum fratrum animarum in orationibus et amicicia mee congregationis commisere, Claravalle ne differas. Et tu tunc liber compos tui es ut te a crudelia illa bestia que tua quotidie omnia simul cum sanguine anime tue effundere satagit, vel ad tempus audeas absentare. Alioquin quo hoc iam nomine te a mea fraterni familiaritate precisus opportunum nec potius ultra nisi frustra blandiri de societate bonorum qui invigi perfecto te indicas corpore consilio quorum acquiescere recusas consilio. Certe si venire non pigritaris, confido te per Dei misericordiam, prius quam discedas a nobis, solvendum a morte compede quo teneris.

Ad Brunonem

Dilectissimo Brunoni viro illustri et dilecto suo frater B. abbas de Claravalle salutem et quicquid potest pro. Eiusque dudum bonis mee morte utrique grata cepimus noticiam. Quo puto vos mee peritie fuisse parvitatis oblitum et ob hoc non timide tanquam ad ignotum sed fidentissime scribo ad vos. Quoque volo ut ad notum et familiarem meum Arnoldus abbas Moribundensis in genere totius nostri ordinis scandalum, suum nuper monasterium satis inordinate deseruit. Quippe qui nec coabbatum suorum in tam scrupuloso facto coaptavit consilium, nec ipsius cui preprimia debebat suggestionem abbatis scilicet Cistercien licentiam vel assensum. Sed cum homo esset sub potestate suis et ipse sub se milites potestatis impaciens superioris alienum quod iugum agnam cervice superbus abiecit, fui aut superior in subiectos retinuit. Siquidem de magna multitudine monachorum quos inventus magis et ardam tamen congregaverat non Christo sed sibi, paucos admodum licet quam simpliciores ac remissiores relictis desolaverit meliores quosque ac perfectiores sui ordinis paucos assumpsit. Inter quos tres quorum maxime nos ablacione turbavit, ausus est etiam seducere et secum ducere statuit. Euuardum videlicet fratrem meum et Adam quem hic nostis nobile quam illum puerum Conradum quem et pridem non sine scandalo tulerat de Colonia. Quos tu si operam dare volueris vestra confidimus posse revocari industria. Nam de ipsius Arnaldi revocatione, quia iam de pluribus eius inflexibilis animi obstinaciam probavimus, cessi laborare vos volumus. Audimus enim Ewardum et Adam et nonnullos eius consorcii fratres in vestris adhuc partibus demorari. Quod si verum est, oramus eos per vos interim si digna conventione flectere precibus, verbum commonere et columbina eorum simplicitate prudentia instruere serpentina ne putent obedientiam inobedientiam adherere, ne licite se sequi posse confidat illiate vagantem, ne seducant deserere professionis ordinem propter inordinatum hominem, cum ipsum quoque angelum de celo si aliud eis evangelizaverit, dubitare non oporteat apostolica auctoritate anathema dicere et ab ipso docente apostolo se ab omni fratre inquiete ambulante debere subtrahere. Cum nos quoque doceat non superbe sapere, nec sperare in incerto divitiarum dominus omnibus abrenunciante probatum sibi Christus vendicet disciplinam. Ad eundem

ad eund

Querens a me consilium vir illustris et karissime volentibus te promoveri ad episcopatum, acquiescere debeas, quis hoc mortalium diffinire presumat. Deus forsitan vocat, quis audet dissuadere? forte non vocat, quis appropinquare consulat? Utrum vero Dei vocatio sit, quis scire potest, excepto spiritu qui scrutatur etiam alta Dei, vel si cui forte revelavit ipse? Magis quam dubium reddit consilium illa in litteris tuis humilis sed terribilis confessio, qua vitam tuam tam graviter et ut credo non nisi veraciter accusas. Nec enim negandum est huiusmodi vitam esse indignam tam sacri dignitate ministerii. Et rursum non inmito electione times. Ita et nos ipsum metuimus si ob malum conscientie de quisso

sue talento non satis lucri nisi quod alio forte negociante quem si minus copiose minus tamen periculose suncti ficare valebis horreo fateor. Sic enim tibi ut michi loqui debeo quod sentio horreo michi considerans unde quo vocaris, presertim cum nullum intervenerit probationis tempus per quod utrumque huiusmodi periculosissimus transitus fiat. Et quidem rectus ordo requirit ut primo tuam deinde alienas curare studeas conscientias. Primus quidem pietatis gradus est, de quo scriptum est: Miserere anime tue placens deo. Ab hoc autem ad infinitum proinde recto iam tramite caritas ordinata procedit, quippe que ad sui quisque mensuram amare precipit. Ceterum si in huiusmodi modum quo te hactenus ipse amasti et tibi committendas amaturus es, malo quidem ego tibi non committi quam sic diligi. Si autem prius te diligere didicisses et me forsitan securus amares. Sed quid si sciat tibi deus accelerare gratiam et multiplicare misericordiam et sit ad restituendam innocentiam efficacior velox clementia quam diuturna penitentia. Beatus siquidem cui non imputabit dominus peccatum. Nam quis accusabit adversus electum dei? Deus qui iustificat, quis est qui condempnat? Hoc salutis compendium sensit ille latro conversus est uno eodemque die simul et confessus latrocinia et introductus in gloriam. Item quidem contentus ponte crucis ad transmeandum de regione dissimilitudinis in terram viventium et de luto fecis in paradisum voluptatis. Hoc subitum pietatis venie donum percepit illa felix peccatrix tum repente ubi superabundaverant delicta superabundare cepit et gratia absque multo penitentie labore dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. In brevi meruit accipere caritatis latitudinem que ut scriptum est operit multitudinem peccatorum. Hec et ille paraliticus in curatione duplici ac celerrime atque potentissime bonitatis persensit beneficium prius mente quam carne curatus. Sed aliud est celerem adipisci veniam peccatorum et aliud de ipsis sceleribus ad insulas mox promoveri dignitatum. Video tamen Matheum de theloneo ad apostolatus culmen assumptum. Sed hoc me rursus conturbat quod non prius audierit cum ceteris coapostolis: Ite in orbem universum predicate evangelium omni creature, quam egerit primum multo tempore ac labore sequendo dominum quocumque iret permanens cum eo in temptationibus suis. Sed et hoc si occurrat de Ambrosio quod de tribunalibus ad sacerdotium raptus fuit, non me valde confortat cum a puero nimirum in mundo duxerit vitam et sic etsi fuga et latebris multis quod dissimulatione multis declinare conatus sit. Sed de Saulo quod fuerit repente doctor gentium mirabiliter adducatur, hoc exempli vacuat similitudinem quod ille conversus sit quia ignorans ipso teste peccavit manens in incredulitate. Quamquam si tale quippiam quisquam bene et utiliter factum fuisse agnoscit, de quo dici valeat: Hec est mutatio dextere excelsi, non tamen exemplum quam miraculum afferre debebit. Hec interim a me ad id quod queritis suspensione rursus sufficiat. Neque enim possum unde certus non sum certam proferre sententiam. Sic coniungere debet querenti rem ubi non sit. Sermo a sapiente sicut a sapiente querendus est. Numquid enim de luto limpidum quippiam haurire potest? Unum tamen est quod amico absque periculo et nequaquam sine fructu impendere possum, meum videlicet pro hac re orationis ad deum qualecumque suffragium. Deo ergo relinquentes sicut quod ignoramus secretum consilii ipsius supplici devotione et devota supplicatione precamur ut in vobis et de vobis operetur quod et se deceat et vobis expediat. Habetis tamen dominum Norbertum quem melius puto de talibus interrogare potest. Nam tanto vir ille in divinis aperiendis misteriis vobis promptior quanto deo propior esse dinoscitur.

Ad eundem Brunonem Coloniensem archiepiscopum

Dignationis vestre suscepi scripta devotus et ad iuncta sollicitus fui et si profui vos probabitis, sed de hoc satis. Porro in eadem caritate audio que scribitis: si tamen qui vocatur ad ministerium constat eligi et ad regnum. Perfecto servus est Coloniensis archiepiscopus. Nam si et Saule in regno et Iudas in sacerdocio legitur elegisse non alius quam ipse deus, et non potest solvi scriptura que hoc asserit, timeat necesse est et Coloniensis archiepiscopus. Si vero quod verum est et illa sua hodie viget, quod non multos nobiles non multos potentes non multos sapientes elegit deus, numquid non triplice quoque hic timendi causa Coloniensis et archiepiscopus? Quanto ergo in alto positus non altum sapere sed timere. Si huiuslibet consentiens: Principem inquit te constituerunt, esto in illis tamquam unus ex illis. Et item: Quanto maior es humilia te in omnibus. Sapiens est qui hoc consulit, quippe autem dissentiens ab ipsa sapientia que ait: Qui maior est vestrum fiat sicut minor. Alioquin iudicium durissimum his qui presunt. Timeat prelatus servus qui sciens voluntatem domini sui et non faciens digne vapulabit multis. Timeat qui cognoscunt litteratus quia sciens voluntatem domini sui et non faciens digne vapulabit multis. Timeat nobilis quia iudex omnium non est acceptor personarum. Iste perfecto necessarius timor. Funiculus triplex difficile rumpitur. Durus me videor quia non blandior quod metuo ne vero amico cupio invenire sapienti. Sic michi contingat semper beare amicos ipse corrigendo salubriter.

non adulando fallaciter. Ad illud me provocat qui dicit: Virtus homo qui sibi est pavidus alibi... venorat
qui ait ipse meus qui te deificavit in eadem [illegible] **Ad Guigonem Carthusiensem**

Inter patres reverendissimum et mihi amicos carissimum Guigonem priorem Carthusiensium, ceterosque sanctos
qui cum eo sunt, frater Bernardus salutem. Etiam sanctitatis vestre litteras tam letus accepi quam avidus et olim desideraveram.
Legi eas, et quas volvebam in ore litteras scintillas sentiebam in pectore, quibus et concaluit
cor meum intra me, tamquam de illo igne quem Dominus misit in terram. O quantus in illis meditationibus ardescit
ignis, ex quibus huiusmodi evolant scintille. Ita illa succensa et succendens salutatio sic michi, ut verum
fatear, accepta fuit et est, que non ab homine sed certissime ab illo qui mandat salutes Iacob descendere vi-
detur. Non me sane arbitror salutatum in via, non in transitu, non veluti ex occasione ut assolet consuetudinis;
sed plane ex visceribus, ut sentio, caritatis prodiit tam grata et inopinata benedictio. Benedicti vos
a Domino, qui me in benedictionibus dulcedinis tante prevenire curastis, ut daretur puero vestro vobis primum scri-
bentibus fiducia rescribendi, cum ad vos iam pridem gestienti scribere non presumerem. Verebar nimirum sanctam
quam in Domino habetis importunis scriptitationibus infestare quietem, atque illud iuge silentium a seculo
susurrium cum Deo ne ad modicum interrumperem, neve ingererem auribus secretis penitus occupatis supernis e-
loquiis. Timebam omnino molestus fieri vel Moysi in monte vel Helye in deserto, aut certe excubanti in templo
Samueli, si divinis intentissimos ordinibus aliquatenus avocare temptassem. Clamat Samuel: Loquere Domine,
quia audit servus tuus; et ego me audire presumerem? Timebam michi ne si et David elongantis se et fugientis
manentisque in solitudine importunum mysterium inquietare presumerem, et diceret: Recede modo, non audio
te modo; audiam potius quam dulcius ausculto, audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem
in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui convertuntur ad cor. Aut certe illud: Declinate a me maligni,
et scrutabor mandata Dei mei. Numquid enim ego, ne tam temerarius essem ut inter sponsi brachia suaviter
quiescentem auderem suscitare dilectam quamdiu ipsa vellet, putarem illico me auditurum ab illo: Noli michi
molestus esse; Ego dilecto meo et dilectus meus michi, qui pascitur inter lilia. Verum quod non audeo ego, audet
caritas, et cum omni fiducia pulsat ad ostium amici, nequaquam putans pati se repulsam debere, que caritatis
matrem se novit, nec veretur vestrum etsi gratissimum parumper inquietare otium propter suum negotium. Ipsa
perfecto ipsa et cum voluit facit sobrios vobis, adeo ut nunc ducentes indignum me nonmodo sustinere loquentem
sed tacentem insuper benigne provocare. Amplector benignitatem dignationis, admiror, laudo et veneror pu-
ritatem qua de vestris profectibus quos putatis tanta in Domino consolatione gratulamini. Glorior et ego plurimum
tanto testimonio, et fructo dei tam grata quam gratuita admodum familiaritate delector. Hec iam gloria mea,
hoc gaudium meum, hee delicie cordis mei, quia non frustra levaveram oculos meos in montes unde
quippe iam non mediocre venit auxilium michi. Stillaverunt nimirum iam nobis stillaverunt montes dulcedinem,
et adhuc spero quia stillabunt, quousque valles nostre habundabunt frumento. Festivus erit michi dies ille
iocundus et memoriale sempiternum in quo virum illum videre ac suscipere merui, per quem factum est ut in cordibus
vestris ego recipererer. Et quidem iam ante receperatis, ut apparet in litteris vestris, sed me arcius ut comperi
et familiarius tunc ille retulit vobis de me quedam que etsi non probavit, putavit tamen. Fidelis quippe
et religiosus, absit ut aliter loqueretur quam crederet. Et recordor in me expertus quod ait Salvator: Qui recipit
iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Mercedem quippe iusti dicimus, quod iustus reputor non ob
aliud nisi quod iustum accepi. Nam si qua superaddita sunt ea iustus non tam veritate rei quam ex puta-
te sum locutus est. Audistis credidistis consultastis scripsistis, et me non parum letificastis, non solum quod quendam
locum gratie et locum non mediocrem apud vestram merui sanctitatem, sed et quod vobis utique non parva ex
parte puritatis animos innotuit. Paucis pro eo agnovistis cuius spiritus estis. Gaudeo proinde michi gaudeo
et vobis, mee utilitati et vestre sinceritati. Illa quidem vera et sincera est caritas et omnino de corde
puro et conscientia bona et fide non ficta iudicanda procedere, qua proximi bonum eque ut nostrum diligimus.
Nam qui magis aut certe solum diligit suum convincitur non caste diligere bonum, quod utique propter se dili-
git non propter ipsum. Et sic talis non potest obedire propheta qui ait: Confitemini Domino quoniam bonus. Confitetur quidem
quia fortasse bonus est sibi, non autem quia bonus est in se. Qua propter noverit in se dirigi illud ab eodem
propheta opprobrium: Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Est qui confitetur Domino quoniam potens est, et est qui
confitetur quoniam dives est, et est qui confitetur quoniam simpliciter bonus est. Primus servus est et timet; se-
cundus mercenarius est et cupit; tertius filius est et defert patri. Itaque et qui timet et qui cupit

utrique pro se agunt. Sola que in filio est caritas non querit que sua sunt. Quobrem puto de illa
dictum: Lex domini immaculata convertens animas, quod sola videlicet sit que ab amore sui et mundi avertere
possit animam et in deum dirigere. Nec timor quippe nec amor privatus convertit animam. Mutant nonnumquam
vultum vel actum, affectum numquam. Facit quidem et servus nonnumquam opus dei, sed quia non sponte in sua
adhuc duricia permanere convincitur. Facit et mercenarius, sed quia non gratis, propria trahi cupiditate convin-
citur. Porro ubi proprietas ibi singularitas, ubi autem singularitas ibi angulus, ubi vero angulus ibi sine
dubio sordes sive rubigo. Sit itaque servo sua lex timor ipse quo constringitur. Sit mercenario sua
cupiditas qua et ipse artatur cum ab ipsa temptatur abstractus et illectus. Sed harum nulla aut
sine macula aut animas convertere potest. Caritas vero convertit animas quas facit et voluntarias. Porro in eo
eam dixerim immaculatam quod nil sibi de suo retinere consuevit. Cui nempe de proprio nichil est totum pro-
fecto quod habet dei est. Quod autem dei est immundum esse non potest. Lex ergo domini immaculata caritas
est que non quod sibi utile est querit sed quod multis. Lex autem domini dicitur sive quod eam nullus sine dono
eius possideat. Nec absurdum videatur quod dixi et deum vivere ex lege non tamen alia dixerim quam caritate.
Quid vero in summa et beata illa trinitate summam et ineffabilem illam conservat unitatem nisi caritas.
Lex est ergo et lex domini caritas que trinitatem et unitatem quodammodo cohibet et colligat in vinculo
pacis. Nemo tamen me estimet caritatem hic accipere qualitatem vel aliquod accidens. Alioquin in deo dicerem
quod absit esse aliquid quod deus non esset, sed substanciam illam divinam quod utique nec novum nec insolitum
est dicente Iohanne: Deus caritas est. Dicitur ergo recte caritas deus et dei donum. Itaque caritas dat
caritatem, substantiva accidentalem. Ubi dantem significat nomen est substancie, ubi donum qualitatis. Hec est lex
eterna creatrix et gubernatrix universitatis. Siquidem in pondere et mensura et numero per eam facta sunt universa
et nichil sine lege relinquitur, cum ipsa quoque lex omnium sine lege non sit, non tamen alia quam seipsa, qua et
si seipsam non creavit, regit tamen. Ceterum servus et mercenarius habent legem non a domino, sed quam ipsi sibi fe-
cerunt. Ille deum non amando, iste plus aliud amando. Habent inquam legem non domini sed suam, illi tamen que
domini est subiectam. Et quidem suam sibi quisque legem facere potuerunt, non tamen eam incommutabili eterne
legis ordini subducere potuerunt. Tunc autem dixerim quemque sibi fecisse suam legem, cum communi et eterne
legi propriam pretulit voluntatem, perverse utique volens suum imitari creatorem, ut sicut ipse sibi lex suique iuris
est, ita is quoque seipsum regeret et legem sibi suam faceret voluntatem. Grave itaque et importabile iugum super
omnes filios adam heu inclinans et incurvans cervices nostras adeo ut vita nostra inferno appropinquavit. In-
felix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, quo utique sic premor ut nisi quia dominus ad-
iuvit me paulominus habitasset in inferno anima mea. Sub hoc onere gravatus gemebat qui dicebat:
Quare posuisti me contrarium tibi et factus sum michimetipsi gravis. Ubi dixit factus sum michimetipsi gravis
ostendit quod lex ipse sibi esset nec alius hoc quam ipse sibi fecisset. Quod autem deo loquens premisit posuisti
me contrarium tibi, dei se tamen non effugisse legem indicavit. Hoc quippe ad eternam iustamque dei legem per-
tinuit ut qui a deo noluit suaviter regi, penaliter a seipso regeretur, quique sponte iugum suave et onus
leve caritatis abiecerat, proprie voluntatis onus importabile pateretur invitus. Miro itaque modo eterna lex
fugitivum suum et posuit contrarium et retinuit subditum, dum videlicet nec iusticie pro meritis legem evasit nec
tamen cum deo in sua luce in sua gloria in sua quiete requie remansit, subiectus potestati et submotus
felicitati. Domine deus meus cur non tollis peccatum meum et quare non aufers iniquitatem meam ut ab-
iecta gravi sarcina proprie voluntatis sub levi onere caritatis respirem. Nec iam servili timore co-
hercear nec mercenaria cupiditate illiciar, sed agar spiritu tuo, spiritu libertatis, quo aguntur filii tui
qui testimonium reddat spiritui meo quod et ego unus sim ex filiis, dum eadem michi lex fuerit que et tibi
et sicut tu es ita et ipse sim in hoc mundo. Hii siquidem qui hoc faciunt nec servi aut mercenarii sunt
sed filii. Itaque nec filii sunt sine lege, nisi forte aliquis aliter senciat propter hoc quod scriptum est: Iusto non
est lex posita. Sed sciendum quod alia lex promulgata a spiritu servitutis in timore, alia a spiritu libertatis data
in suavitate. Nec sub illa coguntur esse filii nec sine ista patiuntur. Vis audire quod iusto non
est lex posita? Non accepistis ait spiritum servitutis iterum in timore. Vis audire quod sine lege caritatis
non sunt? Sed accepistis inquit spiritum adopcionis filiorum. Denique audi iustum utrumque de se fatentem
et quod non sit sub lege nec tamen sit sine lege: Factus sum inquit hiis qui sub lege erant tanquam sine
lege essem, cum sine lege dei non essem sed in lege Christi. Unde apte non dicitur: Iusti non habent

legem aut iniusti sunt sine lege. Sed iustis non est lex posita hoc est tanquam invitis imposita sed volun-
tariis eo liberalius data quo suaviter inspirata. Unde et pulchre Dominus: Tollite iugum meum ait super vos
ac si dicat: Non impono invitis sed vos tollite si vultis alioquin non requiem sed laborem invenietis ani-
mabus vestris. Bona itaque lex caritas et suavis que non solum leviter suaviterque portatur sed etiam servorum
et mercenariorum leges portabiles ac leves reddit quas utique non destruit sed facit ut impleantur
dicente Domino: Non veni solvere legem sed adimplere. Illam temperat, istam ordinat, utramque levigat. Nunquam
erit caritas sine timore sed casto, nunquam sine cupiditate sed ordinata. Implet ergo caritas legem servi
cum infundit devotionem, implet et mercenarii cum ordinat cupiditatem. Porro timor permixta devo-
tio ipsum non annullat sed castigat. Penam tantum tollit sine qua esse non potuit dum fuit servilis. Et
manet in seculum seculi castus et filialis. Nam quod legitur: Perfecta caritas foras mittit timorem, pena
intelligenda est que servili ut diximus nunquam deest timori, illo scilicet genere locutionis quo sepe causa
ponitur pro effectu. Denique cupiditas tunc recte a superveniente caritate ordinatur cum mala quidem penitus
respuuntur, bonis vero meliora preferuntur, nec bona nisi propter meliora appetuntur. Quod cum plene per Dei
gratiam assecutum fuerit, diliget corpus et universa corporis bona tantum propter animam, animam propter Deum, Deum propter
seipsum. Verumtamen quia carnales sumus et de carnis concupiscentia nascimur, necesse est cupiditas vel amor
noster a carne incipiat, que si recto ordine dirigitur quibusdam suis gradibus duce gratia proficiens spiritu
tandem consummabitur, quia non prius quod spirituale est sed quod animale, carnale, deinde quod spirituale
et prius necesse est portemus imaginem terrestris deinde celestis. Imprimis ergo diligit seipsum homo propter
se. Caro quippe est et nil sapere valet preter se. Cumque se videt per se non posse subsistere, Deum quasi
sibi necessarium incipit per fidem inquirere et diligere. Diligit itaque in secundo gradu Deum sed propter se,
non propter ipsum. At ubi cum ipsum cepit occasione proprie necessitatis colere et frequentare cogitando legendo
orando obediendo, quadam huiusmodi familiaritate paulatim Deus innotescit consequenter et dulcescit,
et sic gustato quam suavis est Dominus transit ad tertium gradum ut diligat Deum non iam propter se sed propter
ipsum. Sane in hoc gradu statur et nescio si a quoquam hominum quartus in hac vita apprehenditur, ut se
scilicet homo diligat tantum propter Deum. Asserat hoc si qui experti sunt: michi fateor impossibile videtur. Erit
autem procul dubio cum introductus fuerit servus bonus et fidelis in gaudium Domini sui et inebriatus ab uber-
tate domus Dei. Cum enim ebrius miro quodammodo oblitus sui et a se penitus velut deficiens perget in
Deum et deinceps adherens ei unus spiritus erit. Arbitror hoc prophetam sensisse cum diceret: Introibo in
potentias Domini, Domine memorabor iustitie tue solius. Sciebat profecto cum iniret in spirituales pote-
ntias Domini omnino se exutum infirmitatibus carnis utpote nil de carne habere cogitare, sed totus
in spiritu memoraret iustitie Dei solius. Tunc pro certo singula Christi membra dicere poterunt de se quod Paulus
aiebat de capite: Et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non novimus. Nemo ibi se cognoscat
secundum carnem, quia caro et sanguis regnum Dei non possidebunt. Non quod carnis illic substantia futura non sit,
sed quod carnalis omnis necessitudo sit defutura, carnisque amor amore spiritus absorbendus, et in-
firme que nunc sunt humane affectiones in divinas quasdam potentias habeant commutari. Tunc sage-
na caritatis que nunc tracta per hoc mare magnum et spatiosum ex omni genere piscium congregare
non desinit, cum perducta ad littus fuerit, malos foras mittens, bonos solum retinebit. Siquidem
in hac vita ex omni genere piscium intra sinum sue latitudinis caritatis rete concludit, ubi se pro tempore
omnibus conformans, omnium que in se sive prospera sive adversa traiciens suaque quodammodo faciens, non solum
gaudere cum gaudentibus sed etiam flere cum flentibus consuevit. Sed cum pervenerit ad littus, velut ma-
los pisces omne quod triste patitur foras mittens, sola que placere et iocunda esse poterunt reti-
nebit. Numquid enim tunc ubi verbi gratia Paulus aut infirmabitur cum infirmis aut uretur pro scandalizatis,
ubi scandala et infirmitas procul erunt? Aut certe lugebit eos qui ante non egerunt penitentiam, ubi
certum est nec peccantem fore nec qui peniteat? Quod qui peccet non erit. Absit autem eos velut eos
qui ignibus eternis cum diabolo et angelis eius deputandi sunt plangat et defleat in illa civitate
quam fluminis impetus letificat, cuius diligit Dominus portas super omnia tabernacula Iacob, quia
in tabernaculis etsi quando gaudetur de victoria, laboratur tamen in pugna et plerumque periclitatur
de vita. In illa autem patria nulla prorsus admittitur adversitas, quemadmodum de illa cantatur: Sicut

letancium omnium habitatio est in te. Et vere sola leticia sempiterna erit eis. Denique quo mitior recordabitur ubi memorabitur iusticie dei solius. Porro ubi iam non erit miserie locus aut misericordie tempus, nullus esse poterit miseracionis affectus. Longum quidem adhuc tecum facere sermonem desiderabili ad vos colloquendi desiderio pulsor fratres mei carissimi et desideratissimi, sed tria que sunt finem inducunt. Primum quidem quod maxime vereor ne fiam onerosus vobis; secundum quod pudet loquacitatis; tercium quod domesticis urgeor curis. In fine precor misereamini mei, et si congaudetis in bonis de me que auditis, eius quesso compatimini malis. Credidit fortassis qui vobis ea narravit aliqua parva et de parvis grandia estimavit, vestra autem sinceritas facile credidit quod libenter audivit. Gratulor quidem de caritate que omnia credit, sed confundor pro veritate que omnia novit. Volo vos credere de me magis quam alteri qui tantum videt in facie. Nemo quippe scit que sunt in homine nisi spiritus hominis qui in eo est. Dico vobis, ego qui de me loquor non ex coniectura sed ex sciencia, non sum talis qualis putor vel dicor. Dico quidem tam securus fateor quam certus experior, ita ut nil malim vestris oracionibus specialiter obtinere quam ut talis fiam qualem me vestre predicant.

Ad Carthusienses

Amantissimo domino et reverentissimo patri G. priori Carthusiensium et sanctis fratribus adherentibus ei, frater B. monachus id quod est. Primum quod accedens ad partes illas non adieci pervenire ad vos videre facies vestras, rememorare inquietates et necessitates meas; et si vobis forsan satisfacere possum, michi fateor non possum. Irascor occupacionibus meis quibus factum est non ut neglexerim sed ut nequiverim. Hoc frequenter pacior et ideo frequenter irascor. Dignus utinam cui omnis sanctus condoleat, alioquin duplex miser sum si nec miserabilis sum. Ego vero fraterne pietati locum me ostendo, non merito misericordie mei non quia dignus sed quia inops et pauper sum. Ego iusticia meritum querit, misericordia miseriam intuetur. Vera misericordia non iudicat sed afficit, non intuetur discussione occasione contenta. Non enim expectat racionem ubi affectus trahit. Lugebat Samuel Saul miserans non deliberatus, fundebat lacrimas David filio patricide etsi non profuturas, pias tamen. Ita et vos misereamini mei, non quia merui sed quia egeo, misereamini tanquam miseri consecuti a domino ut sine timore a tumultibus liberati servatis et felices quos abscondit in tabernaculo suo in die malorum in umbra alarum suarum sperantes donec transeat iniquitas. Verum ego infelix pauper et nudus homo natus ad laborem, implumis avicula pene omni tempore nidulo exulans vento exposita et turbini, turbatus sum et motus sum sicut ebrius et omnis consciencia mea devorata est. Miseremini pro me etsi nil michi certe sit afferti.

Ad Honorium papam

Summo pontifici Honorio frater quidam professione monachus conversacione peccator. Receptum titulus est. Aiunt apud vos plus valere pauperis precem quam potentis vultum, de qua vestra singulari dignacione tam sancta opinio facit me dignitatis celsitudine non vereri quominus audeam loqui ad vos id presertim quod caritas suggerit de causa domini domini Cathalaunensis cuius quantum in me est nec valeo nec debeo dissimulare periculum videns iminere iam iam quam eminentem sentimus nos qui vicini sumus. Pacem vero in eodem ecclesie cernimus mox esse turbatam, si electionem illustris illius viri magistri Alberici, quem utique tam clerus quam plebs pari voto et voce convenerat et convenientur, vestre pietatis assensu impetrare nequiverit clamare. Et si nunc querent aut curant sua, nemo quem homine sane fidei et doctrine hactenus extitisse in diebus patrum et quamvis prudentem esse et speramus in domo dei si tamen ipse elegit eum fore vas in honorem et utilem futurum non solum illi sed et omni Gallicane ecclesie. Vestre iam discrecionis est iudicare an multo flagitetur a nobis facienda dispensacio, unde tantis periculis sperari recompensacio.

Summo pontifici Honorio frater B. salutem et si quid potest peccatoris oracio. Timido ad vos timore scribam, nominis ipse que in vobis timeo. Sed ut audeam vestra caritas facit. Quippe que nuper et nobis pro causa domini rogati suscepti facere precem. Sed quid potissimum precari debeam pene dubito. Nam sicut impetrare aliquid vel pro se vel pro alio adversus iusticiam iniquum est, sic pro iusticia multum laborare apud iusticie amatorem superfluum. Verum et si nos quid oremus sicut oportet nescimus, confidimus tamen quod vestra benignitas presertim inter religiosorum oracioni esse non poterit. Et quod sit vestre prudencie sollicitata quam discussio quid iactura sit ego nescio; sed dico quod audivi et frequenter audio, quia videlicet longo et molestissimo tempore fratres Dunonenses causa possidere ea de quibus adversus eum causantur Lingonenses, ita ut hii qui vident antiquiores de vicinis mirentur et indignentur novam abhominantes calumpniam.

Ad Aimericum cancellarium

Viro illustri H. apostolice sedis cancellario, B. Que retro sunt oblivisci et ad ea que ante
sunt apostolum sequi. Non latet amicos nostros quod me familiari affectu diligitis, et tante in-
felicitatis fructu incidenti, si solus frater volueris monachis Divionensibus ob antiquam
illius ecclesie religionem nichil carissimum sit. Sentiat si placet quod non sit amor otiosus, sive vester
ad nos sive noster ad illos. Salva tamen in omnibus iusticia, contra quam nec amicum quidem respicere fas est.

Omnem totum me debeo vobis. Parum est ut digne nichil videar recompensasse. Ad Americum
vel dimidium benivolentie quam erga nostram humilitatem habere vos audio. Gaudeo quidem de gratia,
sed temperat fateor pro tanto favore letitiam, quod cuius nichil favorem non opus sed opinio
acquisierit. Pudet nimirum gratiam ... cum sentio in me venerari vel diligi non quidem quod sum
sed quod putor. Neque enim ego tunc diligor cum sic diligor, sed nescio quid in me pro me quod non
sum ego. Immo ut verius loquar non nescio. Novi verissime scio quod nichil. Nichil enim procul dubio
est quidquid putatur et non est. Porro cum amatur quod non est sed putatur esse, non amor vel amans
nichil est sed quod amatur. Mirandum quod id quod nichil est amari potest. Hinc plane sentimus et
unde quo venimus, quid perdimus, quid invenimus: adherendo ei qui est et beatus est, et nos esse et
esse beati poteramus; adherendo autem duobus non solum per cognitionem sed per amorem. Nam quidam quod si
hoc Adam cum cognovisset Deum non sicut Deum glorificaverit aut gratias egerit sed evanuerit
in cogitationibus suis. Merito quidem proinde obscuratum est insipiens cor eorum, quia cum veritatem cognovissent
scierunt et contempserunt, iure receperunt penam ut nec cognoscerent. Heu sic adherendo veritati per
cognitionem sed ab illa deficiendo per amorem, amando scilicet pro illa vanitatem, vanitati similis factus
est. Et quid vanius quam diligere vanitatem? Et quid iniquius quam contempnere veritatem? Merito vero iusticia
quam contemptoribus subtraxit et ipsam cognitionem. Merito mihi iusticia est ut iam de eius gloria gloriari
non possit qui cognitam non glorificavit. Itaque appetitus vanitatis est contemptus veritatis, causa nostre
cecitatis. Et quia non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum. Ex hac
ergo cecitate descendit quod plerumque pro eo quod est amamus vel approbamus quod non est, cum diu sumus
in hoc corpore peregrinantes a Domino qui summe est. Et quid est homo, o Deus, nisi quod innotuisti ei? Itaque
si notitia Dei causa est ut homo aliquid sit, ignorantia facit ut nichil sit. Sed qui vocat ea que non sunt
tamquam ea que sunt, miseratus quodammodo redactos in nichil, manna illud absconditum de quo apostolus:
Et vita nostra nunc abscondita est cum Christo in Deo, quia necdum contemplari possumus per speciem vel ple-
nius amplecti per amorem, dedit interim nobis sapere per fidem et querere per desiderium. Per que utique
duo, ad esse de non esse secundo reducti, fieri incipiamus initium aliquod creature eius, tendentes quoque in
virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi. Quod procul dubio erit cum iusticia convertetur in iudicium,
hoc est fides in intellectum, iusticia videlicet que ex fide est in iudicium plene cognitionis, et item
desiderium peregrinationis in plenitudinem commutabitur dilectionis. Sed cum adhuc absentes initiat
fides et desiderium, presentes perfecto consummat intellectus et amor. Sicut autem fides ducit ad plenam
cognitionem, sic desiderium ad perfectam dilectionem. Et sicut dicitur: Nisi credideritis non intelligetis, sic
dicitur eque non absurde potest: Si non desideraveritis non amabitis perfecte. Intellectus ergo est fructus fidei,
perfecta caritas desiderii. Interim iustus ex fide vivit, nam beatus ex intellectu. Interim iustus
desiderat ad Deum sicut cervus ad fontes aquarum, nam beatus haurit iam in gaudio de fontibus
salvatoris. Hoc enim delectatur in plenitudine caritatis. Hinc ergo fortasse quasi duobus anime brachiis,
intellectu videlicet et amore, id est cognitione et dilectione veritatis, amplectitur et comprehenditur cum omnibus
sanctis longitudo latitudo sublimitas et profundum. Hec est eternitas caritas virtus et sapientia et
hec omnia Christus. Eternitas est quia hec est vita eterna ut cognoscant te verum Deum et quem misisti Ihesum Christum.
Caritas est quia Deus est; Deus enim caritas est. Et Dei virtus et Dei sapientia. Sed quando hec erunt? Quando
videbimus sicuti est, quando amabimus eum prout est. Nam expectatio creature revelationem filiorum Dei
expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens. De qua verbi vanitate inest et nobis
et velle laudari cum simus vituperabiles, et nolle laudare quos scimus esse laudabiles. Sed et
hoc vanum est quod nostra plerumque ignorantia tacetur quod est, et predicatur quod non est. Unde ad ista
dicimus: Vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate

ad americum

in ipsum laudantur mendacia delectantur inaniter. ut et vani sint qui laudant et mendaces qui laudantur. alii adulantur et ficti sunt alii utrique perinde gloriantur et vani sunt. Solus sapiens qui cum apostolo dicit: Parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me aut audit aliquid ex me. Hoc interim vobis nimis festine exaravi potius quam dictavi ac fortasse loquacius quam debui, si ordo vacuus non potui prout sapui. Sed ut inde sumat epistola finem unde sumpsit exordium, nolo vos de me mittere famae nimis credulum esse, quae ut optime nostis saepe in sua solet utrobique falli sua et de laude videlicet et de vituperatione. Probate si placet et estimate quantus amor vel favor vester et iustas et cosit amplius amico gratias quo pro minus moderatus ut cum laus de benignitate merito non de mendacio vulgi processerit et si magis honoris magis quam conferat et oneris. Est etiam quod magis gratulabundus sum faciat esse nimis quam videlicet in rebus dei strenue sincere quam ut aiunt pro vita vitae vestrae. Hoc ut semper de vobis vere dicatur semper in vobis vere inveniatur.

Pauperi Christo pauper abbas paupertatis consequi premium.

Pauperi quod est regnum caelorum, laudarem vos et iure laudarem, si non me revocaret illa sua sententia: neminem laudaveris in vita sua. Siquidem rem laude dignam egistis, sed ei laus ascribenda est a quo accepistis et velle et perficere quod multo laudaret. Deum ergo per vos et in vobis operantem glorificamus, qui tamen ad hoc in vobis voluit glorificari ubi et vos redderet gloriosos. Deus nimirum cum sit mirabilis in maiestate sua etiam in sanctis suis gloriosus apparere dignatur, ne solus habeat gloriam. Ipse nempe licet sibi sufficiens ad omnem magnificentiam querit tamen gloriam et in sanctis non ut augeat sibi sed ut suis communicet. Homines autem qui sunt eius si nobis non facile innotescunt, nisi cum ipse revelare dignabitur. Denique sunt de quibus scriptum est: In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. Et quia vobis ipsa sua non congruat melius modo cognoscimus. Scriptum quippe est: Quem diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Flagellatum in deo et emendatum et alium suscipere quam unum esse ex filiis porro correctionis vestrae clarum satis insigne tenemus. Ipsam nunc paupertatem vestram ho-bilis vere titulum paupertatis quam ipse deus ore commendavit prophetico: Ego sum vir ait videns paupertatem. Super omnes regios thiaridos hic vos titulus amplius nobilitat et reddit illustrem. Ideo me ex scriptura commemorasse superius non esse laudandum hominem in vita sua. Unde quo me possum cohibere a laude illius qui post aurum non abiit abire iam desiit et sperare contempsit in pecunie thesauris. De quali nimirum viro scriptura sic loquitur: Quis est hic et laudabimus eum. fecit enim mirabilia in vita sua. Sed fortasse non est quis laudandus homo in vita sua que temptatio est super terram nec ideo tamen laudandus non est ad mortuum peccato vivit deo. Vana quidem laus et seductoria qua laudatur peccator in desideriis anime sue in quo qui me beatificat in errorem inducit. Sed non ideo predicanda et multum commendanda non erit illius vita qui dicit: vivo ego iam non ego, vivit vero in me Christus. Cum ergo laudatur homo in quo iam vivit non ipse sed Christus, non in sua laudatur sed in Christi vita ac per hoc non laudatur contra sententiam que prohibet hominem laudari in vita sua. Cur denique dignus meis laudibus non erit quem sine quam nominis deus laude dignatur dicente David: pauper et inops laudabunt nomen tuum. Laudatus Iob quia sua patienter amisit et non laudabitur qui ea libenter dimisit et liberaliter distribuit. Non expectavit mortem qui iam nec dare nec retinere in sua potestate haberet quod utrumque illi faciunt quorum videlicet testamentum non nisi in mortuis confirmatur. Sed adhuc inter spem vite metum quam mortis potius vivens libenter quam dispersit et dedit pauperibus et iustitia eius manet in seculum seculi. Nunquam et pecunia mansura sibi erat in seculum seculi. Qui dicat: nunc bono recompensatio iustitiae pro pecunia, qui pro eo quod tenere non poterat id restitutum est quod feliciter maneat in eternum. Melior est enim incomparabiliter iustitia quam pecunia, cum illa ditet et repleat archam, hec animam. Denique sacerdotes dei induuntur iustitia multo utique decentius et decentius quam auro vel serico. Sed gratias deo qui iam harum rerum in vobis gloriosa transitione gloriosum est operatus contemptum. Sed de anime periculo salubriter in vobis incussit metum. O mira erga vos divina clementia. Mortem intentavit ne inferret. Formidare vos voluit quam sentire vos voluit opprimi. Cum hoc fecit quid effecit nisi ne vestra vobis essent cariora quam vos. Inter medullas arcium

seviebat acuta febris et tardante sudore truce cruciatu vehemens in dies ingravescebat. Cumque iam fere
membris frigescentibus calor molestissimus introrsum se colligens exhausta longa inedia viscera depasceret,
pallide interim mortis ante oculos tristis versabatur imago, et ecce tamquam de supernis vox emissa dormientis
insonuit: Ego sum, ego sum qui deleo non te sed iniquitates tuas. Mox ut dei sacerdos et pauper moreretur sua omnia
pauperibus erogavit; cepere subito de intimis desperati iam sudoris inopinati fontes erumpere, sicque anime
parit et corporis suo ordine salus utraque procedens liquido monstravit in vobis adimpletum quod in scriptura
pollicetur deus: Ego occidam et ego vivere faciam, percutiam et ego sanabo, et non est qui de manu mea pos-
sit eruere. Percussit carnem ut animam sanaret; occidit avaritiam ut iustitie viveret. Sic vivificato et sanato quod
sperandum est ius ut iam non sit qui vos de manu dei possit eruere. Sed tu evangelicum illud observare non
negligas: Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Quod videlicet ideo
premonet prius pater, quia non vult ut contingat, quia non vult mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat.
Et merito. Que enim utilitas in sanguine peccatoris? Non enim infernus confitebitur deo, neque mors laudabit
eum, sed nos qui vivimus benedicimus domino. Et dicat: Non moriar sed vivam et narrabo opera domini. Et illud: Impul-
sus eversus sum ut caderem, et dominus suscepit me. ¶ Ad magistrum Gislebertum [?] Lundoniensem episcopum

Longe satis processit sermo quem fecisti et magnam dedit suavitatis odorem ad quoscumque pervenit
pervenire. Extincta est avaricia, cum non suave redoleat caritas, neque cum dulce non sapiat. Quis
hoc cognoscat omnis quia vere sapiens sis qui sapientem hoste maiorum contemsisti? Hoc est tuo
et sacerdotio dignum et nomine. Tali perfecto decebat specialem tuam philosophiam claruisse testimonio. Hec potissima
illa tua studia fine complevit. Vera illa et indubitata sapientia est que turpia lucra contempnit,
indignum sibi indicat eadem que ydolorum servitute contubernio fieri. Non magnum fuit magistrum Gislebertum
episcopum fieri, sed episcopum pauperem vivere id plane permagnificum. Nec enim tanto nomini quicquam augere glorie
potuit sublimitas dignitatis, auxit autem plurimum humilitas paupertatis. Pauperem esse non aio sive
virtus patientie est, sponte appetere laus sapientie est. Laudatur denique et amicabilis paupertas qui pauper animo
non abiit qui vero et abiecit plus inde inhibitur, nisi quod vigil vates invitandi immune ducit si sapiens
sapienter agit. Et ille sapiens qui in cunctis hominum modi sapientum libros et studiis ludens omnem quod stu-
duit et potuit divina quodammodo renovare et renovare scriptura. Quod enim dispersisti dedisti pauperibus
sed pecuniam. Quod vero pecunia est ad illam quam pro ea commutasti iustitiam? Iustitia inquit eius manet in seculum
seculi; non ita et pecunia. Questuosum sane honestum quod est commercium illam que perit pro illa dare que
permanet. Sic semper tibi negotiari detur bone et omni laude prosequende magister. Superest ut laudabile
principium condignum consequatur finem, et cauda hostie capiti coniungatur. Benedictionem tuam libenter
accepimus, presertim quod tanta tue hominis persone fuit cumulata iocunditate. Latorem epistole et si per se ipso
satis commendabile tamen etiam pro me vestre magnificentie cupio commendatum. Et si quid mentis pro
sua honestate et religiositate carissimum. ¶ Ad Hugonem Rothomagensem archiepiscopum

Si dici malitia invalescat non prevalet. Et turbat non perturbet. Mirabiles elationes
maris sed mirabilior in altis dominus. Benigne si non dissimulas egit tecum usque adhuc
superna misericordia pater illustris. Promoda namque dispensatione non prius perfectus es malis
quam sociatus bonis, quorum consortio et exemplo bonus fieres, et sic postmodum inter malos vel laudem.
Illud tante felicitatis est quiete et securitatis, hoc tante virtutis quiete et difficultatis. Quale neque
istud tangere picem et non inquinari eo? Ea in igne sine lesione versari et in tenebris absque caligine
palpabant quondam tenebras egyptii; cum tamen de populo dei scriptura dicat: Ubicumque israel erat lux
erat. Erat David verus israelita, et ideo tante se dicebat non in cedar, sed cum habitantibus cedar. Tamquam
qui semper habitaret in lumine licet ipse fuit cum habitantibus cedar corporalis habitatio. Unde et arguit
quosdam non veros israelitas quod commixti inter gentes didicerunt opera eorum, et factum est illis in scandalum.
Dico ergo sufficiebat tibi apud claustrum custodire innocentiam sicut scriptum est: Cum viro innocente
innocens eris. Porro apud Rothomagum opus est patientia quemadmodum docet apostolus: Servum dei inquiens non
oportet litigare sed magis patientem esse ad omnes. Nec solum patientem qui nolit vinci a malo, sed
et pacificum qui vincat in bono malum. Alterum ut malos portes, alterum ut et quos sustines sanes. In patientia
tua possides animam tuam, sed fac etiam pacificus ut et commissos tibi possideas. Que tanta gloria quam
dicere posse: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Esto ergo patiens quia es cum malis, esto paci-
ficus quia preses malis. Sit caritas zelum sed adhibeat pro tempore modum lenitatis. Consilium inquam quod

remissa intermissa tamen plerumque plus prestat vigor iusticie semper fervidus sed numquam preceps. Sicut non omne quod licet statim etiam expedit. Hoc melius in corpore nosti. Ideo quod supersedeo orari pro me instanter postulo quia incessanter peto. Ad Guidonem lausanensem episcopum

Manum vestram misistis ad fortia, opus est fortitudine. Speculator domui israel facti estis, opus est prudencia. Sapientibus et insipientibus debitor estis, opus est iusticia. Postremo temperancia maxime opus est, ne qui aliis predicat, ipse quod absit reprobus fiat. Ad arducionem gebennensem electum

Audiens electionem tuam esse factam, quam tanto cleri plebisque consensu fuisse celebratam accepi, congratularer gratie eius, ne dicam meritis tuis, qui ne nos plus quam oportet blandiamur, non ex operibus iusticie que fecisti, sed secundum suam misericordiam hoc fecit tibi. Si secus quod absit sapis, erit consolatio tua in ruinam. Et aut cognoscas graciam, vide ne in vacuum accepias. Bonas fac de cetero vias tuas et studia tua in ministerium sanctum. Si vite sanctitas non precessit, sequatur saltem. Tunc vero fatebimur te preventum in benedictionibus dulcedinis; tibi de bonis meliora sperantes, exultabimusque et letabimur quod fidelis servus et prudens constitutus sit super familiam domini, futurusque ex hoc filius felix et potens super omnia bona patris constituendus. Alioquin si te altiorem quam meliorem esse delectat, non premium sed precipitium expectamus. Optamus et oramus ne hoc contingat pati; si opus est admias manus apponere et pro modo exiguo posse iuvare ad id potius quod decet et expedit. Ad eundem

Prebet audaciam caritas ut fiducialiter loquar tibi. Cathedra carissime qua nuper sortitus es honorem multorum expetit meritorum, que in te aut nulla aut non quantum satis est precessisse dolemus. Siquidem et facta tua et studia tua preterita in nullo prorsus visa sunt episcopali convenire officio. Quid tamen? Non potest deus de lapidibus hoc suscitare filium abrahe? Non potest deus facere ut que prius debuerant precessisse bona vel subsequantur? Quod utique et libenter acciperemus si contingat. Nescio enim quo plus placeret. Diceremus nempe quia a subita hec mutatio dextere excelsi quam si vite prioris merita suffragarentur: a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Sic paulus ex persecutore doctor gentium factus est; sic ambrosius de palacio assumptus est; iste ad episcopatum, ille est sic matheus de theloneo vocatus ad apostolatum; sic alios quamplures novimus de vita et habitu seculari utiliter convertisse promotos. Denique ubi superhabundaverunt delicta videtur superhabundare et gratia. Et tu igitur carissime hortis atque monitoribus bonas facito deinceps vias tuas et studia; sicut vir lumbos tuos accinge, timore animatus exemplis; patiencia tua antiqua sopiant et delicta iuventutis tue deleat vestitura correptio. Pauperitas quidem commissa tua honorificabis aut gravitate morum, maturitate consilii imitari curato in honorificando ministerium tuum. Hec sunt que officium episcopale maxime nobilitant et ornant. Omnia fac cum consilio, sed consiliorum actuum honestate. Hoc sit que officium episcopale maxime nobilitat et ornat. Bonos in consilio, bonos in obsequio, bonos habeas comites tuorum aut quorumlibet honorum; bonos in consilio, bonos in obsequio, bonos habeas contubernales, qui vite et honestatis tue et custodes sint et testes. In hoc enim te bonum probabis si testimonium a bonis habueris. Commendati pietati vestre pauperes fratres nostri qui circa vos sunt alpenses, illi de bono monte et illi de alta tumba, in hiis experiemur quanta vobis de nobis cura sit. Ad Stephanum melden episcopum

Stephano meldensi ecclesie dei gratia strenuo ministro, humiles fratres de claravalle salutem et orationes. Ex quo dudum si recolitis mentis eius in christo humiles fratres vos fraternitati dignanter sociastis, nosque vos orationibus humiliter commendastis, semper soliciti fuimus ut debuimus aliquid scire de esse vestro et eventus vestros crebro sciscitari studuimus a quibus potuimus, desiderantes iugiter et orantes vos prosperari in dei opere ad quod assumptus fueratis et gressus vestros dirigi in semita mandatorum eius. Benedictus itaque deus qui non amovit orationem nostram et misericordiam suam a vobis. Letificates itaque nos per hunc venerabilem fratrem nostrum, cuius profecto non minus verbis quam vestris credimus oculis, de vestra sospitate et prosperitate et pace per vos ecclesie reddita congratulamur, ipsi non vestram esse quod et vos semper vobis sed damus gloriam deo, scientes quod estis et quod potestis. Si quod absit aliter sapitis et vires sentire in nobis amicabiliter admonemus ne esse et posse incipiatis, verendum esse ne convertatur pax vestra in perturbacionem, quod absit, nimis vel viribus quippiam horum ascribatis, et prosperitas in adversitatem. Sic nimirum illo iuste iudicante qui ut humilibus graciam dare ita superbis resistere solet. Nec enim facienti pacem convenit, qui et non plenum ad sedes suas sed etiam ad prospero prorsus in psalmo legitur: iniquos factores pacem sed et iniquos malum per prophetam describit. Ad hugonem comitem campanie militem templi factum

Si causa dei factus es ex comite miles et pauper ex divite, in hoc profecto tibi ut iustum est congratulamur et in te deum glorificamus, scientes quia hec est mutatio dextere excelsi.

Veterum qui tua iocunda praesentia nobis nescio quo dei est subtracta iudicio ut ne interdum quidem videre te valeamus sine quo nunquam si fieri posset esse vellemus hoc equanimiter fateor non portamus. Quando enim possumus oblivisci antiqui amoris et beneficiorum que domui nostre tam largiter contulisti. Utinam ipse pro cuius amore fecisti meritum non obliviscatur deus. Ita nos quantum in nobis est minime prorsus ingrati inveniamur habundantie suavitatis tue mente retinemus et si liceret opere monstraremus. Ut quam libenter adessem corpori tuo pater et anime prodessemus si datum fuisset ut sic fuissemus. Quod non est restat ut quem presentem habere non possumus pro absente semper oremus. ¶ Ad abbatem sancti Nicasii Remensem.

Quanto tibi affectu condoleam scit ille qui nostros omnium dolores in suo corpore tulit. Quam libenter tibi si scirem consulerem si possem succurrerem tam efficiat ipse ut ipse qui omnia scit et omnia potest in cunctis meis necessitatibus consulat et succurrat. Si frater Drogo de sua discessione me consuluisset absit ut consentirem si post discessionem ad nos divertisset absit ut susciperem. Denique quod solum potui ad abbatem qui eum suscepit vestris mox sicut scitis pro eo litteras misi. Et nunc super hoc quid tibi ultra possim facere prorsus ignoro. Iam vero quantum ad te pertinet optime meo novit sanctitas tua perfectos solere viros non solum in spe gaudere sed et gloriari in tribulationibus consolante eos scriptura et sic loquente. Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio. Et iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Et per multas tribulationes oportet nos introire in regnum celorum. Et omnes qui pie volunt vivere in Christo persecutionem patiuntur. Nec ideo tamen his non multo magis quos in anxietate positos videmus animas nostras compatimur quibus itaque dum consolationem ignoramus defectum metuimus. Quidni sicut sanctis et electis tribulatio operatur patientiam patientia probationem probatio spem spes autem non confundit. Sic reprobis tribulatio parit contra pusillanimitatem pusillanimitas perturbationem perturbatio desperationem et illa interimit. Ne ergo te tanta procella que decurrit demergat tempestas aque neque te tam tremende abyssi absorbeat profundum neque urgeat super te tam inexplebilis puteus os suum sollicite studeat humilis prudentia tua non vinci a malo sed vincere in bono malum. Vinces autem spem tuam in deo fortiter figendo et rei finem longanimiter opperiendo. Et si quidem ille respuit sive ob tuum timorem sive ob sui laborem bene sin autem bonum est tibi humiliari sub potenti manu dei et nequaquam velle resistere superne dispositioni quia si ex deo est non poterit dissolvi. Consultius est potius tibi tue licet iuste indignationis stimulos illa reprimere sua quam quendam scitorum in simili facto causam pertulisse. Si quidem instigantibus eum quibusdam fratribus atque instigatoribus cum suum in suum contemptum ab alio susceptum etiam fugitivum non requireret. Nequaquam inquit. Utcumque enim est si bonus est meus est fraudulenter tibi et non fideliter consulo si idipsum a me ipse non perago. Nam tu unus inter non solum religione professus sed et carne germanus. Minatur me invito et susceptus sit et detineatur. Doleo quidem sed sileo orans et pro illis ut velint ablatum reddere et pro illo ut velit sponte redire. Mihi vero sufficiens ei vindictam qui statuetur est iudicium iniuriam patientibus et arguet in equitate pro mansuetis terre. Sufficiunt hec ore tuo et non spiritu commonemus non omni spiritui credere et ne cito moveatur certa pro incertis deserere. Sciens diabolum soli semper perseverantie insidiari quam solam novit virtutem coronari tuumque est esse in ea vocatione qua vocatus est simpliciter perseverare quam sub specie cuiusdam melioris boni id quidem quod iam incepit amittere nec ad id quod presumit fortassis sufficere. ¶ Ad Drogonem monachum.

Quam non dimisso tui iam dudum non mediocri fueram affectus amore nunc apparet dilexisse Drogo ut ante quidem totum pulcrum totum erat amabile quod cernebam sed ego nescio quid aliud de te super id quod videbam aut audiebam ex te apprehendere dignum veneratione presenseram Nunc forte celestis sponsi tui nunc arctius castis te amplexibus impressisti iam tue vocem audieras dicentis ad pudicissimam turturem suam amicam tuam. Tota pulcra es amica mea tota pulcra absque eo quod intrinsecus latet. Quando fecisti quis hoc crederet. Sanctum ac religiosissimum tota civitas personabat ita ut nichil tibi addi posse crederet ex omnibus bonis et tu velut e stabulis prorumpens monasterium tamquam stabulum deserens iam arctius Christi sarcinam tollens nove rursum discipline observantiis submittere non erubescis. Iste nunc frater vere probamus esse illam sanctorum suam. Sed consummatus fuit homo tunc incipit. Initium ergo tue consummationis est quod nunc cepisti et in quo arbitrabar te non comprehendisse iam comprehenderas. Nemo quippe perfectus qui perfectior esse non appetit et in eo quisque perfectiorem se probat quo ad maiorem tendit perfectionem. Gaudete carissime quia tuus invidia mortis intravit in orbem terrarum arcum suum tetendit et paravit illum et quasi pulsus de corde tuo intus perstitit animus foris semet quantum potuit. Et aptius loquar. Nescis quia pharisei scandalisati sunt in hoc verbo. Sed memento non omnium scandalum magnopere curandum nostri tuorum dominum dicentem. Sinite illos ceci sunt duces cecorum. Melius est enim ut scandalum oriatur quam veritas relinquatur. Memento qui natus fuerit

in ruinam et in resurrectionem multorum et non miretur si tibi quoque aliis odor mortis in mortem. Si maledictos intonaverint
si anathemata intorserint spicula, audi Ysaac pro te iudicantem: Qui maledixerit tibi sit ille maledictus et
qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Sed et tu muro inexpugnabili conscientie tue circumvallatus denique vide
et dic: Si consistant adversum me castra non timebit cor meum. Si exurgat adversum me prelium in hoc ego sperabo.
Non enim confunderis cum sic loqueris. Confido autem in domino quod si ad primos ictus fortiter steteris et nec minis
eorum terreris nec blandimentis, cito conteret sathanam sub pedibus tuis et tui videbunt recti et letabuntur
et omnis iniquitas oppilabit os suum. Ad magistrum Hugonem Fitcen

Carissimo fratri et coabbati suo Hugoni frater B. Sincerissime debitum dilectionis affectum. Habitum istum
iuste ut aiunt conservatum cum nos pro dei amore apud vestrum comitem causamque tueri suscepimus
de vestra confidentes caritate vos patrocinio committimus pro vobis ut fideliter speramus terre principi celi domino
cooperante reconciliandum patrie uxori filiis rebus et amicis suis restituendum. Hoc autem satagendo et eger
de manu peccatoris liberabitur et oppressoris ipsius incolis saluti consuletur. Vobis quoque non mediocre officium
ascribetur si officium implendo pacificorum vobis inter filios sedem in celesti collocabitur. Epistolam illam quam
ad me iam olim scribere satis vestra dignata est non me sicut vos scripsisse audivi incendio tradidisse sed
penes me adhuc servare noveritis. Quid enim hoc livoris ymo furoris fuisset opus utile et laudabile
ubi nil nisi quod fame fidei quod doctrine saluberrime quod edificationis spiritualis potest deprehendi temerario
dampnare incendio, excepto quod inter amicos concordie vitanda nulla debet esse meticulosa cum sit periculosa palpacio,
quod hoc me fateor movit quod illam inter vos iam ante habitam de sacramentis collacionem in presentio predicti opus
culi defendere et obstruere conatus estis. In qua utique collacione si me sumus sine bene meministis. An sane
congruat ecclesiastico vos videtis. Vestre autem ingenue humilitatis est non erubescere corrigi si aliquid aliquando
aliter sapuistis. Ad comitem Theobaldum

Duo vobis commendamus in homine isto quem videtis, paupertatem et religionem, ut si unum non compatimini
alterum in eo veneremini quo ullatenus id ei negare possitis propter quod vos ad tanto labore delegit
requirere curavit. Itaque etsi non propter ipsum certe propter nos ei succurrite quia quantum vos illi sua paupertas
tantum ymo amplius nobis illum unitum facit sua eque religiositas. Denique de multis quos ea de causa iam
ad vos misimus nullum fuisse recolimus de quo magis deo placere sciamus quam si huic benefeceritis. Ad eundem

Timeo vos gravari in tam crebris supplicationibus meis. Sed in hac importunitate urget me Christi
caritas et amicorum necessitas. Hunc itaque et senem ut videtis et de domo ut nos scimus religiosa ad
vos missum non remitti vacuum supplicamus et insuper ut nostris litteris ad avunculum vestrum regem iturum munire dignemini
rogamus. Vellem omnes fratres dei si fieri posset vos fieri debitores qui per mammona iniquitatis quique vos
recipiant in eterna tabernacula. Ad Ludovicum regem Francorum

Eximio regi Francorum Ludovico salutem sospitatem et pacem in Christo Ihesu. Rex celi et terre regnum vobis
in terra donavit donaturus et in celo si id quod accepistis iuste et sapienter administrare studueritis.
Hoc est quod vobis optamus et pro vobis oramus ut et hic fideliter et illic feliciter regnetis.
Ceterum vos quonam consilio eisdem nostris pro vobis orationibus quas si recolitis olim tam humiliter requisistis
modo tam acriter repugnastis. Qua enim iam fiducia manus pro vobis levare presumimus ad sponsum ecclesie que
ita et sine causa ut putamus ausu inconsulto contristastis. Gravem siquidem adversum vos apud eundem sponsum
et dominum suum querimoniam deponit, dum quem acceperat defensorem sustinet oppugnatorem. Attenditis iam
cui contra hoc infensum vos redditis, non utique episcopo Parisiensi sed domino paradisi et quidem terribili et ei qui aufert
spiritum principum. Ipse quippe est qui ad episcopos dixit: Qui vos spernit me spernit. Hec itaque vobis et pro vobis
audacter quidem sed amanter intimare curavimus, monentes et rogantes per illam invicem amicitiam nostram et frater-
nitatem cui vos nostris sociastis sed nunc ipsam gravius lesistis, quatenus a tanto malo citius desistatis. Alioquin
si non meruerimus exaudiri sed contempnimur et nos et fratres et amici nostri et qui cotidie oramus pro vobis
et filiis vestris et regno, contra hoc iam noveritis parvitatem nostram in quibus valuit non posse deesse ecclesie
dei et ministro eius venerabili. Amicum enim audire et dei sacerdoti obedire necesse est. Ad Honorium papam

Summo pontifici Honorio Bernardus et si digni iudicamur filius Cysteraciensis [illegible] de
Claravalle. Quos venerandissimo domino quod benignissimo patri degentes in monasteriis adque nos
nostra peccata compulerunt non cessamus orare pro vobis et pro commissa vobis dei ecclesia congaudentes
et sponse domini super terram fido custode et sponsi amico super labore tam fructuoso. Fidenter proinde atque
fideliter suggerimus que in regno nostro eidem matri nostre dolentes cernimus qui vicini sumus. Rex
Ludovicus non tam episcopos quam in episcopis iusticiam persequitur et zelum pietatis cultum habitumque ipsius religionis. Quod
vestre quoque prudentia scitatis ut quo eo facile advertere potest quod qui ante in habitu actu quoque seculari honorati sunt
sublimes iudicati fideles habiti familiares modo inimici facti sunt digne pro sacerdotio consultores
et pro omnia honorificates ministerium suum. Hinc gravibus contumeliis et iniuriis Parisiensis episcopi innocentia

pulsata est sed non cassata quia dominus supposuit manum suam cum utraque apposuit hinc et nunc dominum H. Benonien
constantiam concutere et labefactare conatur. Ut metropolitano quod absit everso facile prout volunt cursitent
in suffraganeos. Postremo quis ambigit non aliud eum quam oppugnare religionem quam nunc ex parte sui regni de
structorem sue cone pronunciat mutam et alter Herodes Christum non iam in cunabulis habet suspectum sed in caelis
moriet exaltatum. Hoc aliud sane credimus cum hic adversus archiepiscopum nisi quod spiritum in ipso sicut in Christo labo
rat extinguere. Denique si fallere de hiis que attestamur falli ne putamur nunc ciuis inveniet exanimatoris dis
cussio situd et quod deberent optamus et suppliciter oramus de vultu tuo pater sanctissime iudicium procedat. De quo
perfecto confidimus quod custodias innocentiam et videas equitatem alioquin rebus cunctis in regnis perdita atque po
tentia non plane est aliud quam tradere hominem in manum inimicorum eius.

Ad Americum cancellarium

O
vinosque durat illa sentencia domini qui pie voluit vivere in Christo persecutionem patietur quisque relinquitur vigra
peccatorum super sortem iustorum dominus dedit ut stare incipiat iusti adversus eos qui se angustiaverunt dominus
iam ferat tantaque inter celum terram quam discordia ut exultantibus angelis super emendacionem peccatorum
malorum filii adam fremat et tabescant. Quasi non passus ille pacificans in sanguine suo que in terra sunt
et que in celo aut in ipso deus non fuit mundum reconcilians sibi laudabat quondam archiepiscopus in desideriis anime
sue et in sterili vita et statu benedicebat. At nunc sub pannis infancie ihesu querit simonia et inter nascentes
virtutes emortuorum vel cadavera vitiorum scrutatur curiosa malicia. Videtis et nunc stare ihesum in signum cui
contradicitur. Per ipsum vos obsecro per ipso supplico vobis hic respicite et videte illum venenum et videte illi misericordiam
state pro ipso nunc in defensione archiepiscopi cui quoque et vos astare habetis in examinatione veritatis.

Ad Alanum Lincolniensem episcopum

U
irorum venerabilium episcopo R. velle honorari magister in Christo quam in seculo. Philippus iam volens perficere iter limina
compendium me invenit et cito pervenit quo volebat. Transfretavit in brevem hoc mare magnum et
spaciosum et prospere navigans attigit iam litus optatum atque ad portum tandem salutis applicuit. Sta
tes sunt iam pedes eius in atriis urbium et que audierat in effrata invento in campis silve libenter adorat
in loco ubi steterunt pedes eius. Ingressus est statim civitatem sortitus est cum illis hereditatem quibus in uto
dicitur. Iam non estis hospites et advene sed estis cives sanctorum et domestici dei. Cum quibus intrans et conciens
tamquam unus e sanctis conlatur et ipse cum ceteris dicens. Conversacio nostra in celis est. Sanus est ergo non curiosus tamen
inspector sed devotus habitator et eius conscriptus urbium habent trene hinc tamen alcubie nos sima coniuge
que sunt cum filiis sed libere illius que sursum est mater nostra. Et si vultis scire Martinallus est ipa e
urbium et que in celis est tota mentis devocione et conversacionis mutacione et cogitacione quadam spiritu so
ciata. Habet requiem illius sicut promittit in sterilem stille elegit eam in habitacionem sibi quod apud eam sit et si nobis
visio certe expectacio vere pacis illius utique de qua dicitur pax dei que exuperat omnem intellectum. Vero sibi fuit
bonum et si desuper accepit in mundo cum duplicato facere cupit immo se fecisse confidit. Sicut vos sapiunt
non ignorare siquidem quod filius utique sapiens sit gloria patris. Rogat autem privatum vestram. Rogamus et nos
cum illo et pro illo quatenus de prebenda sua quod ipse suis creditoribus constituit immobiliter stare faciatis ne
in aliquo fraudatus quod absit debiti pronunciator pacti inveniatur et ita nunquam contriti cordis quod offert
quotidie non recipiat. Dum fiat quispiam habeat aliquid usus eum. Hoc pro Philippo. Reliqua sed pauca
pro nobis ipso quidem intimante uno inspirante deo adiicienda putavi. Michi hortari vos in caritate
presumentes ne gloriam mundi qui stante aspiciat et vere stante annullat. Ne plus vobis aut pro vobis vestra
diligatis et sic vos et vestra perdatis ne blandiens prosperitas sui nobis sive abscondat ne loti
temporalis luctum vobis eternum et operiat que parit et parat que operit ne mors longe esse putetur et
praecipet improvidum et vita diu longa expectatur cito deficiat male consuetum sicut scriptum est. Cum dixerint
pax et securitas tunc subitaneus supervenit interitus tamquam in utero habentis et non effugient.

Ad Renaldum Salisburiensem

P
langis dilectissime fili R. super multis tribulacionibus tuis pro quibus querimoniis me quoque excitas
ad plangendum. Nec enim te dolente possum non dolere nec nisi molestus et amorum tuas mole
stias et anxietates audire. Vere quia licet ipsa mala que te invenisse causaris et ego pre
deramus et tibi sic recordaris predixeram puto te levius portare debere et michi unde parce
potes molestum non esse. Satis namque et plus quam satis crucior te carendo te non videndo te dulcissimo
michi solacio non fruendo ita ut pene peniteat me quod te elongaverim a me. Et licet caritas hec
coget quacumque tamen necessitate quo te non videam nisi plango te tamquam amissum. Cur ergo super hoc et ve
lut quodam tue pusillanimitatis baculo me precellis qui michi debueras esse baculus sustentacionis.
Tristiciamque super tristiciam ingeris et cruciatum cruciatibus addis. Et si michi prius est illas tuas angustias
dissimulare tibi tamen durum est sic affecto tuctas indicare. Quis enim inter est satis solatium ampli
placare et absencia filii sanaata patris vistea generationibus torquere doloribus. Animus meum tibi partitus
sum ut filio ut nepoti ut fideli coadiutori meo. Vide quod te oportebat patuaz portare patuaz

Si enim sic portas ut me non alleves, immo premas, sed magis tu quid gravaris si ego non sum gravatus. Hec autem
omnis cura est et infirmarum. Nam que sane sunt portari non indiget, ac per hoc nec onus sunt. Quoscumque igitur
de tuis inveneris tristes pusillanimes murmurosos, ipsorum te priorem, ipsorum te noveris abbatem. Consolando ergo
hortando increpando agis opus tuum, portas onus tuum, et portando sanas quos sanandos portas. Si quis
vero ita sanus est ut magis iuvet te quam iuvetur a te, hunc te non patrem sed parem, comitem non abbatem agno-
scas. Quid ergo causaris te a quorum qui tecum sunt magis gravari consortio quam suum solatio? Tu solus omnium indi-
gatus eris solacium, tamquam omnibus sanior, omnibus fortior, qui omnibus sufficias per dei gratiam, et solaciari et
a nemine omnino indigeas confortari. Denique inquantum gravaris intantum lucraris, inquantum iuvaris intan-
tum tua tibi premia minuis. Elige ergo quos eligas: an qui gravando iuvant, an qui iuvando gravant. Hii
tibi promotores, illi fraudatores meritorum consistunt. Nam qui socii laborum, procul dubio et mercedis participes
erunt. Sciens ergo te missum iuvare, non iuvari, illius te agnosce vicarium qui venit ministrare, non ministra-
ri. Plura tibi ad tuam consolationem scribere volebam, sed non sunt necessaria. Nam quid opus est superfluis verbis
mortuam cartam implere, ubi viva prius loquitur. Ipso siquidem presente puto quod ita tibi sufficiat et adeo
pectora spiritus tuus recepit, ita ut iam consolationem scriptorum non requiras. Tu interim licet verborum
illius solacio relevari. In quo et per quem meum quoque spiritum, quem tibi in tuis litteris mitti postulasti, si quo
tamen mitti potuit, missum esse non dubita. Cum quippe et hunc nosti idem meum consilium eadem sollicitudinis
Sperabam tardissime ergo propterea me pro te sollicitudinis / esse voluntas. Ad eundem
remedium, si tua te non indicaret necessariam incommoda. Unde et in alia epistola me meminimus ad te
sic mitti certa scripsisse. Et si magis michi prius est, ullas tuas angustias dissimulare, tibi tamen
durum est, sic affecto curas indicare. Sed ecce unde meas in curas contendit leniri, inde fateor
amplius gravari me sentio. Nam ante quidem sola que te insolescente preparam aut dolebam aut
metuebam, nunc autem quid umquam mali evenire potest quod ego non metuam, immo in tota tuum omnium que
ego non timui, quamvis contra pericula neris, eo quippe suspectus omnia, quo metus de omnibus verum sepe de falsis
tristiciam cogor contrahere. Res siquidem quia semel afficiat caritas, si minor esse non sinit, metuit quod
nescit. Solet quod non oportet solicitatur plus quam voluit, et unde voluit compatitur noles, invitus[?] moritur.
Et quia vides fili nec meam meticulositatem industriam nec tuam propriam prudenciam in hac parte prodesse
michi, iam quaeso noli celare que circa te aguntur, ne unde te michi putas parcere magis affligas.
Ad abbatem sancti Iohannis Carnotensem.

De ea de quibus meam curasti consulere parvitatem,
prius quidem non rescribere statueram, non quod dubitaverim quid rescribere deberem, sed quia viro consilii
consilium dare aut presumptuosum iudicabam aut superfluum. Porro cogitans quod plerique in cunctis pene
pene contingere sapientibus solet, in rebus videlicet dubiis plus alieno stare quam proprio credere iudicio, et quod aliorum
facile ambigua queque elucidant, in suis consueverunt scrupulosius hesitare, statui non ut arbitror
stulto et simpliciter pandere quod visum est, non preiudicans sanius sapienti. Significasti mihi, nisi fallor, per
virum religiosum fratrem abbatem sancti N. suggeri tibi a cogitationibus tuis deserere patriam domumque cui
Deo auctore prees, et pergere in Ierusalem, vacare deinceps Deo et tibi. Et quidem tendentibus ad perfectionem patriam
relinquere fortassis expedit, dicente Deo: Exi de terra tua et de cognatione tua. Sed qua ratione curam
tibi creditam animarum deponere debeas omnino non video. Quid enim? Blanditur deposito fasce libertas.
Sed caritas non querit que sua sunt. Forte quietis provocat et ocii gustata suavior, sed evacuatur dispendio
pacis. Libenter careo quantolibet etiam spirituali questu qui non possit acquiri nisi cum scandalo. Ubi enim scan-
dalum, ibi procul dubio caritatis est detrimentum. Ubi autem damnum caritatis, miror quod vel qualis possit
spiritualis comparari sperari lucri. Denique si propriam queris quietem, quam pretulerit utilitati quibus iam veniret
dicere potest: Michi vivere Christus est et mori lucrum. Ubi erit quod idem dicit apostolus: Nemo sibi vivit
et nemo sibi moritur? Et non quod michi utile est, sed quod multis? Et qui vivit iam non sibi vivat, sed ei qui
pro omnibus mortuus est. Sed dicis: Unde ergo michi tantum desiderium, si ex Deo non est? Pace tua dixerim
quod sentio. Aque furtive dulciores sunt, et huiuscemodi omni ut ita loquar absinthio amariorem
dulcedinem ab angelo sathane sub pretextu angeli lucis scienti cordi tuo infundi non dubitat quisquis
eius astucias non ignorat. Et revera quis alius possit scandalorum esse suggestor, dissidii auctor, tur-
bator unitatis et pacis, virtutis adversarius, caritatis emulus, hostis antiquus, gravis inimicus et inimicus crucis
Christi diabolus? Siquidem is cuius invidia mors intravit in orbem terrarum, etiam nunc bonis que te facere
videt invidet. Et cum sit mendax ab inicio, mentitur et nunc meliora pollicens que non videt, quando
namque vitas fidelissime illi sue obviaret: Alligatus es uxori, noli querere solucionem. Aut quando caritas
scandalum suadet, que ad omne scandalum vim prohibet? Ille ergo magis ille nequissimus et caritati per livorem et
per mendacium veritati contrarius, falsum mel cum vero felle permiscens, dum promittit dubia pro certis.

dimittit etiam vel perfidis non ut conferat quod frustra speras sed ut auferat quod fructuose tenes. Timeat et quisqualiter omnibus curam pastoris suscipiat dum non erit qui eripiat et inclusis pastore horrendo illo maledicto subiaceat: Ve illi per quem scandalum venit. Hec consilio de sapientia tibi a deo data quod nullus maligni versutiis abduci vel seduci potes, sepe incepti boni cum inire malum et eque cum deserere bonum. Ad Simonem abbatem

Persecucionem quam propter iusticiam pateris per litteras tuas non sine passione cognovimus. Licet vero consolacio de promissione regni tibi sufficiat, tu nos quod verum est et consolacionem quam possumus et consilium quod intelligimus sanum fideliter exhibemus. Cuius enim sui amoenitate videat Petrum de mediis fluctibus bracchia tendentem sine dolore, audiat columbam Christi non cantantem sed gementem tamquam que dicat: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena. Cuius neque sine lacrimis lacrimas ipsius Christi de limo profundi etiam nunc levantis oculos suos in montes unde veniat auxilium sibi respiciat. Unum tu nos ad quos pro humilitate tua respicere te dicis montes non sumus, sed et ipsi de convalle lacrimarum laboriosis conatibus eminentes adhuc renitentes mundi insidias ac infernalis malicie violenciam recondamus auxilium meum a domino qui fecit celum et terram. Omnis quippe qui pie volunt vivere in Christo persecucionem patiuntur, ita ut cum eis numquam desit pie velle, non semper eis adsit et perficere pro bona voluntate. Sic enim in priorum est patribus bonorum propositis assidue reluctari, sic enim pietate non est propter multitudinem adversancium eminus iusta et sancta desideria paucorum plerumque non perfici. Sic Aaron sceleratis tumultuantis populi contra voluntatem suam clamoribus cessit. Sic Samuel eidem populo inordinate regem petenti contra Saulem unxit. Sic David cum vellet construere templum propter institucionem tamen bella multorum quia vir bellicosus erat prohibitus est facere quod sancte proposuit. Hanc formam tibi pater reverende consulimus ut tu sapienti consilio non prudicemus quantum ad tempus proposita tua tibi quod constitucionum rigorem sic temperes ut infirmiorum salutem non negligas. Invitandi quippe sunt ad arctiorem vitam non cogendi quibus utique semel in ordine illo Cluniacensi (?) professe consensisti. Illis autem qui altius vivere desiderant aut condescendere infirmioribus quantum sine peccato potest suadendum est, aut ibidem tenere quod ceperunt permittendum si absque discordia et scandalo fieri potest, aut certe a congregacione liberos dimitti fratribus quod aliis secundum corpus propositum vinctibus sociari oportet.

Ad sanctimonialem quandam de monasterio sancte Marie Turonensi (?)

Relatum est michi te quod arctioris vite desiderio tuum monasterium velle deserere, quam etiam dissuadentibus tibi atque omnino prohibentibus spiritali matri tue sive sororibus cum acquiescere nolles, placuisset tandem meum super hoc consilium eligere ut quicquid ego laudaverim id tibi credas competere. Debueras quidem doctiorem ad hoc consilium eligere. Quia tu sic tibi visum est quod hunc michi rectum videtur non celo. Hoc itaque tuum desiderium cognito cognitum habui cogitans atque rogitans quo quidem spiritu conceperis facile iudicare non audeo. Potest namque in hac re zelum dei habere ut accusabilis sit intencio tua, sed quod secundum statum tuum talis voluntas impleatur omnino non video. Cur namque non est sapere sperare ut opulenciam vel urbis frequenciam ut pinguia fugias et delicias? An non mea in prudencia tutior erit in heremo ubi in pace cum paucis aut sola consistens soli placeam cui me probavi? Nequaquam. Nam volenti perperam agere et desertum habundanciam habet et nemorum umbras et silencium solitudo. Malum quippe quod nemo videt nec arguit. Ubi autem non videtur reprehensor securius accedit temptator. Licencia perpetratur iniquitas. In conventu vero bona si qua facias nemo prohibet. Malum autem facere si vis non licet. Mox etenim a pluribus comperitur, arguitur, emendatur. Sicut econtrario bonum cum viderint omnes imitantur, venerantur, mirantur. Vides ergo filia quod et tua multa maior in conventu gloria sequitur et tutior culparum correptio quam ibi sunt et quibus de bonis exemplum prebeas et quas de malis offendas. Denique ut parabola evangelica particione omnes tibi auferam tue excusacionis errores, aut de fatuis virginibus una es si tu virgo es aut de prudentibus. Si de fatuis, congregacio tibi necessaria est. Si de prudentibus, tu congregacioni. Nam si sapiens et probata es, religio certe que illo in loco noviter innovata nunc ubique laudatur multum tua dissensione infirmabitur ut timeo. Dicet quippe quod bona cum sis bonum ordinem nequaquam deseruisses. At si fatua cognita es et receptis, dicemus quod quia cum bonis male vivere non licet, bonas mala non ferens queris ubi vivere liceat ut vis. Et multo non ante ordinis emendacionem numquam ut aiunt in locuta es. At ubi religio crevit sancior subito facta fervore repentino cogitare cepisti de heremo. Agnosco filia agnosco et tu mecum agnoscas serpentinum virus fraudulentum dolum vulpecule astuciam. In nemore lupus habitat. Si sola ovicula umbras nemorum penetras, preda vis esse lupo. Quin audi me filia, audi fidele consilium bene precantis [illegible] sancta sis: noli te separare a grege ne quis rapiat et non sit qui eripiat. Sancta es? Stude tuo exemplo tue socias acquirere sanctitati. Peccatrix? Noli addere peccata peccatis, sed age penitenciam ubi es, ne discedens cum tamen quidem periculo ut ostensum est et sororibus scandalum relinquas et multorum in te provoces detrahencium linguas.

Ad Ermengardem quondam comitissam Britannie

Dilecte in Christo filie sue et quondam comitisse nunc humili Christi famule R. pium sancte dilectionis affectum. Utinam sicut certam me putem ita et mentem tibi meam expandere possem, et si legere posses in corde meo quod ibi de amore tuo suo digito deus scribere dignatus est. Certe agnosceres

qua ulla lingua vel penna sufficiat exprimere quod in intimis meis medullis Dei spiritus imprimere potuit. Et nunc quidem presens sum spiritu licet corpore absens, sed nec mihi nec tibi est unde appareat. Est tamen penes te unde possis de me utrumque convincere et si nondum cognoscere quod dico. Intra quoque cor tuum et inspice meum et intuentium in te hunc amoris erga te quantum tibi erga me inesse sentis, ne si vos quidem minus te vobis amplius amare presumpseris, eo te nobis preferre puteris quo et vincere nos caritate putaveris. Certum tue modestie est id potius sentire de nobis ut qui te afficit me ita diligere et eligere ad consilium tue salutis, eque afficit et me in obsequium tue dilectionis. Tu quoque videris quid me tecum retinueris, ego ut verum fatear nusquam abs te absque te recedo. Hec tibi interim de via breviter in transitu scribere volui, sperans me maiori ocio maiora missurum si Deus annuerit.

Recepi delicias cordis mei pacem tuam letus sum quia tu leta mutuatis me quam admodum animo reddit incolumem. Tua indoctissimus alacritas. Hec mihi porro leticia non est de carne et sanguine cum humilis quoque sublimi quoque ingenua ignobilis pauper quoque divite vivas, fratre destituta filii patrie quam solacio sine dubio quoque quod in te alacritatis natum est de spiritu sancto, quippe iam dudum a timore Dei concipiens parturisti tandem spiritum salutis. Foras utique mittente caritate timorem. O quam liberius ista presens colloquerer quam scribo absens. Crede mihi irascor occupacionibus quibus frequenter impediri videor ut te non videam, et delector occasionibus quibus vel interdum compelli videor ut te videam. Rara quidem hec mihi datur oportunitas sed rara fateor est mihi vel ipsa gracior. Est enim sane melius videre te vel nonnumquam quam numquam. Spero me in proximo venturum ad te, iam nunc prelibans gaudium proxime plene quam futurum. ¶ Ad beatricem noblem

Novit tue devotionis studium, tue erga nos dilectionis affectum. O bona domina quid tibi et nobis unde tanta tibi sollicitudo de nobis? Si filii si nepotes si vel aliqua cognacionis propinquitatis linea tibi coniuncti essemus tua crebra beneficia frequentes salutaciones innumera denique tui amoris insignia que quotidie experimur non tam nobis miranda viderentur quam pro debito suscipienda. Nunc autem cum quem tu duxisti non ante te cognoscimus non mirum si miramur. Sed mirum si satis mirari possumus. Quis enim notorum vel cognatorum nostrorum curam habet de nobis? Quis umquam de nostra salute interrogat? Quis umquam non dico sollicitus sed et memor noster est in seculo? Amicis et propinquis vicinis nostris facti sumus tamquam vas perditum. Sola nos oblivisci non potes. Inquiris de esse status sanitatis nostre, de via qua nuper egimus, de monachis quos ad aliud locum transtulimus. De quibus primum breviter videtur quia de terra deserta et loco horroris et vaste solitudinis inducti sunt in habundanciam rerum eorum et amicorum in terram denique fertilem et locum amene habitacionis. Letos itaque et in pace reliquimus leti nos et in pace reversi sumus. Preter quod ego paucis diebus sed non parva febre urgente ita ut mori timerem aggravatus fui. Sed rursum Deo miserante cito convalui ita ut nunc fortiorem sanioremque me senciam post viam factam quam ante inceptam. ¶ Ad hildebertum Thuronensem episcopum

Magno sacerdoti et excelso in verbo glorie H. Dei gracia Turonensium archiepiscopo B. In spiritu ambulare et spiritualiter omnia examinare. Ut verbis vos propheticis alloquar consolacio abscondita est in oculis quia mors dividit inter fratres. Cruda enim iuxta nostram hystoriam videtur bestia percussisse cum morte et cum inferno fecisse pactum. Iste enim corpus domini, iste Innocencius positus est in ruinam et in resurrectionem multorum. Nam qui Dei sunt libenter iunguntur ei, qui autem ex adverso stat aut antichristi est aut antichristus. Cernitur abhominacio stare in loco sancto quem ut obtineat incendit ignis sanctuarium Dei. Persequitur Innocencium et cum eo omnem innocenciam. Effugit ille nimirum a facie leonis sicut dicit propheta: Leo rugiet quis non timebit? Effugit secundum preceptum domini dicentis: Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Fugit et in hoc vere se virum apostolicum probans quod apostolica sese forma insignivit. Nec enim Paulus erubuit in sporta dimitti per murum et sic effugere manus querencium animam suam. Effugit autem non parcens vite sue sed dans locum ire, non ut morte evaderet sed ut vitam acquireret. Merito etiam Innocencio concedit ipsius vicem que per eadem vestigia gradiente cernitur. Nec sane ociosa fuga Innocencii. Laborat quidem sed honestatur in laboribus suis. Pulsus urbe ab orbe suscipitur. A finibus terre occurritur cum panibus fugienti et si furor Semei necdum ex toto quiescit maledicere velit nolit Petrus qui videt et irascitur magnificatur in conspectu regum. Portat coronam glorie. Numquid non omnes principes cognoverunt quia ipse est vere Dei electus? Francorum Anglorum Hispanorum et postremo Romanorum rex Innocencium in papam recipit et recognoscit singularem episcopum animarum suarum. Solus adhuc ignorat Achitophel suum iam patefactum et dissipatum consilium. Frustra molitur miser super populum Dei malignare consilium et cogitare adversus sanctos, sanctis firmissime adherentibus et contempnentibus curvare genu ante Baal. Nulla fraude prevalebit parricida obtinere regnum super Israel et super civitatem sanctam que est ecclesia Dei viventis columpna fidei et firmamentum veritatis. Funiculus triplex difficile rumpitur. Electio meliorum approbacio plurium et quod hiis efficacius est morum attestacio Innocencium apud omnes commendat summum confirmant pontificem. Ad quod sane et vestra paternitas expectatur sicut pluvia in vellus vel sera sina. Non improbamus tarditatem que gravitatem redolet levitatis abolet notam. Nam et Maria

ne statim timet angelo salutante sed cogitans qualis esset illa salutacio. Et Apostolus precepit nemini cito manum imponere. Dico ego autem notus pontifici ne quid minus dico ut et familiaris notus non plus sepe quam oportet sepe. Pudet fateor quod serpens vetustissimus nova audacia velut despectis inferioribus ecclesie robur peti- mur ausus est attemptare et tantam ecclesie columpnam concutere ausus. Confidimus autem quod et si concutit non decipit quia amicus sponsi stat et gaudet ad vocem sponsi, vocem exultacionis et salutis, vocem veritatis et pacis.

¶ Ad Guidonem legatum

Arnaldus de Brixia cujus conversacio mel et doctrina venenum, cui caput columbe cauda scorpionis est, quem Brixia evomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abhominatur, Ytalia non vult recipere, fertur esse vobiscum. Videte queso ne vestra auctoritate plus noceat. Nam cum et artem habeat et voluntatem nocendi, si accesserit favor vester, erit funiculus triplex qui difficile rumpitur, super modum ut credo nociturus. Et unum estimo de duobus, si tamen verum est quod vobiscum hominem habeatis: aut minus sit notum vobis esse illum, aut vos, quod est credibilius, de ejus correctione confidere. Et utinam id non frustra.

¶ Ad dominum papam Innocencium

Insolencia clericorum cujus mater est negligencia episcoporum ubique terrarum turbat et molestat ecclesiam. Dant episcopi sancta canibus et margaritas porcis, et illi conversi conculcant eos. Et merito: quales fovent, tales et sustinent. Quos ditant ecclesie bonis, non corrigunt eorum mala, malos quoque gravati portant. Alienis nimirum bonis locupletantur clerici, comedunt fructus terre absque pecunia et prodit quasi ex adipe iniquitas eorum, quos propter hodie quam respicit illa nota scriptura: Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. Mens quippe assueta deliciis nec consulta discipline sterilis seculo multas contrahit sordes. Porro inveteratam rubiginem si temptes abradere, nec summis saltem digitis contingi patitur. Sed sicut scriptum est: Incrassatus est dilectus et recalcitravit. Insurrexerunt testes iniqui, homines quos delectat vita secundum aliena vota negligere sua. Supplicat puer vester pro eo cujus in hac discordia, si non fallor, culpa tota est, quod culpas redarguit clericorum hic pro episcopo. In reliquo pro me satisfaciat dignacionis scripta vestre, quibus me venire ad vos cum inbecilles possetis rogare dignatissime maluistis. Novit prudencia vestra ad me ante nativitatem beate Marie minime pervenisse. Itaque non dico juga boum aut villam emi aut uxorem duxi, sed plane, si et vos ignoratis, parvulos lactare me fateor, et ideo quomodo sine gravi scandalo ac periculo ipsorum venire possim non video.

¶ Ad Burch. de port. [illegible] ordine

Dissimulare non valeo tristiciam cordis mei nec paciar ultra latere te unicantum que pacior, Burcharde carissime. Memor antique mee promissionis propositum habui et desiderium magnum transire per vos, revisere quos diligit anima mea, itineris mei solacium, laboribus levamen petens, remedium postulare. Et culpis meis exigentibus factum est non ut nollem sed ut non possem. Porro siquidem hec agnosco culparum non culpa. Certus sis, homo Dei, minime prefixus amici fuisse iniurias, non pigricia, non negligencia, sed tamen obstitisse plane non negligenda et causa Dei. Nichilominus tamen vermis iste continue rodit me et dolor meus in conspectu meo semper. Et alia quidem satis tribulor, sed ut verum fatear in ullo eque vivat labores itineris, caloris incommoda, curarum anxietates. Cetera aperiam volens amico, tua sic interest compati mihi. Hoc est portare meam quod pacior ut ego relevarer, ego tuas quoque pro te scilicet quibus et oraciones supplex flagito.

¶ Ad papam Innocencium pro eodem

Dilectum Deo et hominibus R. de portis preter mandato vocacione vestra cogi ad opus et onus episcopale audivimus. Probabilis res ac digna plane viro apostolatu ponere in luce lucernam absconditam, ne sibi soli vivat qui et alios ad vitam trahere possit. Usque nunc latet et ardet tibi quoque et lucet. Tenet si placet super candelabrum ut sit lucerna ardens et lucens. Sed sane ubi non prevalet vis ventorum, ne forte quod absit extinguatur. Siquidem insolencia Longobardorum et inquietudo eorum cum non est venerata aut cum magis quam vobis? Vobis melius nostis quam sit ille episcopatus dissipatus quam Comus episcopatus perculsus. Quomodo pristinum factorum minime vivis corporis fractum quietis et heremi assuetum in populo barbaro tumultuoso perculso? Cui potest convenire tante sanctitati et tante puritati tante simplicitati et tante dolositati? Reservetur si placet cogitacioni loco atque alterius populo, cui sic prosit ut presit, et festinacione non pereat fructus que potuit dare in tempore suo.

¶ Ad eundem Innocencium pro clericis Aurelianensibus

Usquequo viscera illa Aurelianensis ecclesie inclausisse viscera pulsant patris orphanorum et judicis viduarum? Que pre jacet in pulvere, jam olim urbs nobilis ista, non solum viduata viro sed et caris orbata pignoribus. Proh dolor non est qui sublevet eam. Nusquam et filios non dimittit cum matre misera gementes post vos, illos dico qui amissis capitibus suis, rebus et domibus, refugium solum invenere diffugium. Quid tardat intrepida manus ullis hactenus vel negata oppressis vel remissa presumptoribus? Quid tardat eripere de manu fortium et reddere retribucionem superbis? Et si tardat, non delinquat usque quo oportet magis dilatum auxilium tandem venire validius et subvenire perfectius. Illa sit si placet honeste tarditatis recompensacio, ut et qui apostolica paciencia superbe abusi sunt nichil inde in fine lucrentur, et qui in verbo vestro pacienter passi sunt, minime eos quoque sue pigeat paciencie. Iustum quin veram nomi et erga afflictos compassionem et contra superbos indignacionem oportune importune instare nobis pro magistro admonicionem et sociis ejus, et expellere vos adversus oppressores et calumpniatores eorum. Hunc autem sufficiat memorasse, verum est operari cito quod revera sufficiat.

¶ Ad eundem super intercessione magistri Thome prioris sancti Victoris

Amantissimo patri et domino Innocentio summo pontifici B. minimum id quod est et quod potest in domino. Fera pessima que devoravit ioseph canum inimicorum importunitate non ferens ad vestre defensionis auxilium confugisse in quatenus miseriam devenit amentia ut vaga et profuga et tremens super terram illuc potissimum fugam tendit ubi plus timere oportuit. Excellentissime tu summe equitatis sedem putas esse speluncam latronum aut cubile leonum. In silva adhuc recente cruore ore rabido ac ferali spumans et masticans fugis ad sinum matris. patris audes apparere conspectibus. Cum si primas petit negada ei non est. Cum si audiam accipiat si placet illam qualem moyses indulsit populo ante conflatile curvati genu vel prophetas formati ysraelite vel mathatias demonibus ymolanti vel certe ut nobis de viris aliquid proponas quam beato petro ananias et zaphira meruerit quam denique audiam dedit negociantibus in templo salvator. Cum ignorans quorundam peccata precede ad iudicium. Nonne vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Clamat et spiritus vestre matris que novissime diebus istis tua crudelitas dedit cum ceteris animabus interfectorum voce valida sub altari clamans ac flagitans vindictam eo quod iniustaque violentia ipsius sanguis effusus est super terram. Et nunc inquit ego occidi eum non utique tu sed tui quia propter te an et pro te. Videat deus et iudicet. Et excusabilis tu es cuius dentes arma et sagitte cuius lingua gladius acutus. Unde nec iudei populi de morte culpandi sunt quippe et ipsi manus continere tanti ob illicitas exactiones quas ob occasione archidiaconatus in presbiteros nunc iam ut consuevat usurpare licet beati utique thome obviante zelo atque industria utpote iusticie armatoris ac defensoris oderat illum et mortem ei iam ipso odio homicidia imitari solebat. Multa se audivisse nunc prohibent quibus dicendum non est. Postremo nepotes eius ut impias manus in sanctum dei mittent quid aliud unquam adiutus eum habuerit ipse certe dicat si potest. Ergo iste qui causa qui incentor qui et omnium pene suspicio est concitat et dictator facinoris. Et is unquam impune ferat. qui utique nimia impudentia de vestra apostolica auctoritate presumit quanta putamus impunitas ista in ecclesia parturiret pernicies. Unum e duobus fore necesse est ut vel eos quos nobiles sive potentes secundum hoc seculum admitti deinceps ad honores ecclesiasticos aut passim ad omne illicitum permitti libere clericos parare abuti officiis ne forte si quispiam zelo dei accensus prohibere temptaverit ferro illico militari venis iusticie trucidetur. Atque ita quid spirituali gladio quid censure ecclesiastice quid propriae legi et discipline quid reverentie sacerdotali quid denique divino timori relinquitur. Si metu potentie secularis nullus iam audeat contra insolencias clericorum. Et quid cum insolencia quid ne dignum in ecclesia esse potest quam ut ob quamlibet ecclesiasticas vendicet dignitates senitate morum non morum probitate. Quapropter domine pater quod ut videtis proprie decernendum in honorem quod ecclesie prosit ut salus facta hoc tempore per vos tussiudat aliquid ut videtis proprie decernendum et cognoscat quanto altum non solum quod fuit presumptum sed et qualiter ultum. Alioquin si scepat in posteros et cognoscat quanto altum non solum quod fuit presumptum sed et qualiter ultum. Alioquin si scepat venenum nec sequatur potest et antidotum multos quod absit licet perimere. Ad henricum cancellarium

Domino karissimo h. venerabili sancte et romane ecclesie diacono cardinali simul b. parisiensis quod domino et amico suaviter in veritate probatur quod dico non quia de sinceritate vestre dilectionis dubitem sed ne contingat ut dubitetur. Contingat autem procul dubio si zelum illud nunc modo quod absit dissimulacione comperatur. Porro dissimulacionis id indicium argumentum incontusabile fore nemo si non recipe per indiciis quacumque occasione contigerit qui dimidium anime mee nepotum suorum manibus crudeli ambitione periit. Sola cum tantum pro reliquia reservata. Ad episcopos et cardinales curie romane

Vos scitis si dignum ducatis recordari qualiter vobiscum in tempore malo conversatus sum egrediens et regrediens et pergens ad imperium regis persistens et permanens vobiscum in tribulacionibus meis. Ita ut consumptis pene viribus corporis vix post reddita celitus pacem ecclesie reparare potuerim et hoc recolo non glorians aut improperans sed efflagitans monens et reposcens debitum vestre miseracionis affectum. Urget necessitas onus reposte debitores. Ego vero si feci quod facere debui aut aliud me quod eo quod simul nichilum reputo iuxta sermonem domini. Nichil si feci quod oportuit aut quod faciendum fuit inquiens quam servum inutilem reputo iuxta sermonem domini. Virtutem si feci quod oportuit aut quod faciendum fuit nequius meum vapulans. Et ecce redeunt a vobis tribulacionem et dolorem inveni et nomen domini invocavi sed non profuit invocavi et veni et non valuit. Siquidem duo fortes vestri e. lugdunensis archiepiscopus et cluniacensis abbas hii confidentes in virtute sua et in multitudine diviciarum suarum gloriantes adversum me appropinquaverunt et steterunt. Et non adversum me tantum sed adversum magna multitudine fratrum dei adversum nos quod adversum servos canonicorum dei et equitate et honestate denique imposuerunt honorem super capita nostra quem perpepulerunt et bonum honorem et mali videntur. Cum in ordine primo super ordinarie videat deus et iudicet audiat et romana curia videat et doleat misceat et attingat ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum. Cum eum placet tibi domine inde omnipotens tantam constituta vindicem in tua urbe in mea placet nunquid tibi quod dum superbit impius incendit pauper et illetanta constituta vindicem in tua urbe in mea placet nunquid tibi quod dum superbit impius incendit pauper. Dignum ne tibi videtur pauper qui pro tuo servicio cum non habet consumam que effunderet sanguinem non pepercit. Dignum ne tibi videtur pauper qui pro tuo servicio cum non habet consumam que effunderet sanguinem non pepercit tua pro suum pace et invictus non curans nec recipe in parte complacationis quod habuisti consortes labore. Et invenit gratiam in oculis vestris. Eripite egenum de manu fortiorum eius et pauperem a diripientibus eum. Alioquin ego quidem ut potero laborabo in gemitu meo et erunt michi lacrime mee panes die ac nocte vobis legens illud versiculum. Qui tollit ab amico misericordiam timorem domini derelinquit. Et illud ad animam

mei necessarii recesserunt a me. Illi etiam qui iuxta me erant de longe steterunt et vim faciebant qui quaerebant
animam meam. Inter crebra mala quae his diebus videntur accidere occasione electionum dominus de caelo prospexit super
matrem nostram super lugubri ecclesiam qui decedenti pie memoriae patri archiepiscopo virum optimum R. decanum in omni pace
substituit. Peto domine ut quia a suis concorditer est electus valitus promotus vitae conservatus a vobis honoris
sui officii et plenitudinem consequatur. quod utique audere me facit non nimia conscientia sed debiti. Dico non solum
quo ipse a me illa etiam iure metropolitico exigit sed quin hoc potius sum ut testimonium perhibeam veritati.

Patriarchalibus scriptis saepius visitatus ingratus iam videbor — Ad patriarcham Ierosolimorum.
si non rescripsero ac si saluto eum qui me salutavit quid amplius feci. Tu enim me praevenisti in be-
nedictionibus dulcedinis tu me prior dignatus es tuis transmarinis epistolis visitare. Tu in primas hu-
militatis caritatis et praeripuisti partes. Quid condignum iam referam? nichil mihi denique reliquisti quod pari
quodam rependerem vice qui etiam de thesauro scelorum nichil imputare curasti id est de ligno domini. Quid tibi debeo ne
omittere quod possum qui quod debeo minime possum affectu saltem voluntate et appio rescribendo dumtaxat
atque resalutando cordis solum interim per tot utique spatia terrae et maris licet quondam aut si unquam accepto tempus
me nequaquam diligere verbo seu lingua sed opere et veritate. Ad alium thomam de sancto audomaro post transgressionem suam

Carissimo filio suo Th. B. in spiritu timoris ambulare. Tu quidem promissionis veniendi ad religionem
facis agnoscens debitum tuae promissionis et dilatae reatum solutionis non diffidens sed volo te non
solum quod sed et tuae promissionis cogitare. Nam ego nichil mihi usurpo ex eo quod me coram et non inde pro-
missum ipse meum recolis. Sentis pudore timens exprobratum tibi iri a me super frustratoria dilatione qui testis
acceptus sum et non dominus voti vidi et gavisus sum et hoc oro ut gaudium meum plenum sit quod non erit nisi cum
fuerit impleta promissio. Terminum posuisti quem non oportuit transgredi transgressus es. Quid ad me? tuo domino stas
aut cadis. Michi sane dictum est per imminenti periculo non prorsus non nimis age tecum sed monitus id quod quis aequo
admisceris animo. Si me audieris bene si non ego non iudico quemquam. Est qui quaerat et iudicet. Qui enim
iudicat nos dominus est. Et hinc tibi plus timendum arbitror ac dolendum quod non homini sed deo mentitus es.
Et si ego tuae ut vis verecundiae parco coram hominibus nam illa quae coram deo est impudentia impunita re-
linquitur. Quid quaeso verius est verecundari ad diem hominis et vultum dei non vereri. Nam vultus domini super
facientes mala. Tu ergo plus times opprobria quam tormenta et qui trepidas ad linguam carnis contempnis
gladium qui devorat carnes. Haec ne est illa morum pulcherrima compositio qua informari te scribis sub
huius apprehensione cuius studio et amore sic ferveas ut non verearis sancto proposito praeiudicium facere. Sed quid te
quod maioriale virtus quae laus disciplinae quis sit profectus vel cuius fructus trepidare timore ubi non
est timor et timorem domini delinquere? [illegible] illum et hinc confusionem quam utique sicut haud facile
nisi qui a modo confusione est apprehendit. Falleris fili falleris si putas te invenire apud mundi magistros quam
soli Christi discipuli id est mundi contemptores dei munere assecuti. Haec enim hanc lectionem docet sed unctio non lit-
terae sed spiritus non eruditos sed operatos in mandatis domini. Seminate inquit vobis ad iustitiam metite spem vitae
illuminate vobis lumen scientiae. Vides quia non recte prodit ad lumen scientiae nisi iustitiae germen praecedat ad quam
et quo formetur granum vitae et non palea gloriae. Quid ergo nondum tibi ad iustitiam seminasti nondum spei
manipulos messuisti et veram te praesumis scientiam scire. Nisi forte pro vera supponit illa quae inflat et
stultos reddit apprehendentes argentum tuum non in panibus et labores tuos non in saturitate. Obsecro redi
ad cor et adverte hunc animum tuum quem tu tibi indulsisti et iura dei non esse animi placabilem domino sed dis-
cordiae seminarium irae fomitem initium apostasiae quae spiritum extinguat gratiam intercludat teporem af-
ferat illum qui deo solet vomitum provocare. Heu heu videris mihi eo spiritu ambulare sicut et unus cognomi-
nis tuus ille alter thomas olim sancti proposito qui cum se sub nostro ordine et nostrae domini toto desiderio
devovisset coepit indutiari et ita paulatim refrigescente devotione subita et horrenda morte praereptus sub-
de medio est sclavus et plancator et duplo filius gehennae quod ab eo si potest sit avertat miserator et
misericors dominus. Testatur epistola quam ad eum frustra scripsi nisi quod meam protinus animam liberavi denuntians quod
in me fuit quae oportuit sed cito beatus foret si me audisset. Dissimulavit. Modo ego sum a sanguine eius
mundus. Hoc non sufficiat mihi quia et si sum in facto isto securus de me illa tamen quae non quaerit quae sua sunt caritas
urget me lugere illum qui securus non potuit quoniam male securus vixit. O iudicia dei abyssus multa. O terri-
bilis in consiliis deus super filios hominum. Spiritum donavit quae erat demo ablaturus ut esset super modum
peremptus petrum et gratiam subministravit ut sudaret delictum quod tamen non fuit culpa dantis sed accedentis praevari-
cationem tui iniuriis arbitrii erat quod male liber liberum habuit contristari spiritum contempnere gratiam nec ma-
turare effectum suggestionum dei ut posset dicere gratia dei in me vacua non fuit. Tu si sapis illius insipientia
proderit tibi et lavabis manus tuas in sanguine peccatoris et curabis cito absolvere te a laqueo periculi et
me a timore. Ego enim aut servus factor aut professionem tuam et consecrationem meam quam carissime fovis et in

ut patrio te amplector affectu. Excepto ad omnem recordationem tui animam meam transiberat gladius iste timoris tanto acrius quanto te magis timendum considero. Scio nempe ubi de talibus legerim. Cum dixerint pax et securitas tunc subitaneus eis superveniet interitus tamquam in utero habenti et non effugient. Multa ad presens iam me parcenda tedium respice tamquam multa scripturus que o si cognovisses et tu. Dixisse ergo scripto [illegible] te amari tui ex alto non falli, ex alto non falle inesse cognoscis.

¶ Ad dominum papam ex persona Albpois (?) episcopi

Voluntas cordis mei et desiderium satis inquietum adeundi et videndi desiderabilem beatitudinis vestre presentiam scio et cognoscendi cetera que circa vos sunt, necnon et qualiter vestra se habeant nobis vicissim diligentia intimandi, iam diutius incitans me admovet atque indesinenter sollicitat. Verum tunc ac dierum malicia et pro instancia mea quotidiana circa nonnulla necessitatis vestre causa impeditus votis satisfacere non potui usque adhuc sed nec diu posse. Sed quod semper instinctum et propositum numquam ex toto omittendum fuit quia ex eo adimplere non potuit, fuit ergo consilium per hunc virum h. familiarem circa archidiaconum nostrum saltem aliquatenus consolari conceptum et iam olim desiderium circa ea revelare quam pacior. Nec enim fidelior tamen re illo ad manum esse potuit sive in perferendo ad vos que nos illi iniunximus sive in referendo ad nos si qua vestre dignationi placuit remandare. Itaque de beneplacito vestro de statu curie ac vestre persone sospitate et si quod blandimus animi securior a divina clementia [illegible] forte speravit circa adversum scismaticorum partem sed inefficacem rabiem desudanti de his omnibus plenius instrui cupimus et supplicamus. Porro manum circa notariam ecclesiam tam in vestro quam in francorum regno noveritis forte in fide pacificamque in unitate devotam, in vestra obedienciam promptam ad finem. Nequaquam nos [illegible] non capue non ipsius rome tunc deo sic in dicate amissio sicientes circa statum non armis estimari sed virtutibus ipsius quippe non aliter cognoscimus vocatos illas in presenti si consistant adversum me castra non timebit cor meum si consurgat adversum me prelium in hoc ego sperabo. Propterea et nos quod de cetera simus non timebimus dum turbabitur terra et transferentur montes in cor maris. Glorietur tyrannus siculus quantum vult, glorietur in malicia qui potens est in iniquitate. Verum autem virtus in infirmitate perficitur. Cum quo insultat pauli magistro discat esse potentior, discat e ratione et absolone quod prosperitas stultorum occidit eos. Discat quod stultum firma radice cum vidit statim maledixit pulchritudini eius. Video cum sancto david sese in utroque consolatur et hostium videlicet casu et liberatione sui. Dicit siquidem: hii in curribus et hii in equis, nos autem in nomine domini magnificabimur. Ipsi obligati sunt et ceciderunt, nos autem surreximus et erecti sumus. Hec pauca vobis consolandi gratia de quibus certus sum fidei attestatione intimandum esse putavi ad relevandum vel ex aliqua parte eam que vestra viscera incessanter affligit ¶ sollicitudo omnium ecclesiarum.

¶ Ad Aimericum cancellarium

Si vobis contendere velim ad beneficia quibus me obruistis idem erit ac si impetum sagittis festucis diruere nisi quod hoc loco videbitur illud solius facta factis compensari oportet. Verum id quod multum est ad me. Nec unde sufficiam pauper et modicus. Sed rebus pauper et viribus non voluntate. Equabo ego beneficia vestra que factis non possum desideriis dumtaxat et affectibus habundo. Et certe verus beneficus amplius non requirit. Nec enim beneficus qui non et benivolus nominatur et beneficus. Denique benivolentie fructus est beneficium. Nisi quis forte beneficum putet qui in spe fructus aut timore dimiserit. Sed quis non videat hoc relictum, illud venditum, neutrum datum. Oportet autem beneficium ut vere beneficium sit esse gratuitum. Quanti itaque rependi quicquid gratuitum ab accipiente non potest. Satis si gratum habuerit quod gratis accepit. Et hec benivolentia contra de benivolentia dantis in animo accipientis. Beneficio quidem intuemur hac me fateor locuplete

nō

hanc de corde pleno digna perfecto offero remuneracionem meo benefactori. Hac devotione [illegible] sed sicut laudes factori omnium pro salute mei benefactoris.

¶ Ad Evurum occupatorem Valentine

Tibi vir illustrissime et si non scribo tamen opto. Optare quis prohibet affectum? Nec leges imperant nec principes dominantur. Liber est et maxime si spiritu ducatur quia ubi spiritus ibi libertas. Inde est sane et ausus meus iste de presenti quo ad tuam magnitudinem presumo scribere tamquam ad magnum peccator, nec iussus a te nec rogatus nec invitatus. Sed quod si caritas iubet. Aliquis aliter fortassis accipiat. Ego virum nobilem quod in me est in vera caritate decrevi hiis literis sive ipsius commonere salutis optatam a sopore revocare ad cor, provocare ad graciam. Quis scit si convertatur et ignoscat deus et relinquat post se benedictionem. Immo quis nescit quas et quantas iam divicias sue bonitatis et longanimitatis thesaurizavit super eum [illegible] et inspirator bonus. Denique misericors parat expectat dissimulat quia usque adhuc factus sicut homo non audiens et non habens in ore suo redargutiones [illegible] ferre patiens ignoscere. Sed tu dum usque. Cum magis o bone vir quousque dissimulas quousque eo temporis? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. An ignoras quia benignitas dei ad penitentiam te adducit? At secundum autem tu duriciam tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire. An non

secundum duriciam quidem sed secundum verecundiam. Unde refert secundum peccatis verecundia corporis vestimentis mutata salutis totius
ignara honoris et honestatis. Hec plane illa quam sapiens loquitur confusio adducens peccatum. Ita ne verendum est
hominem vinci a deo et pro brevi ducit humiliari sub potenti manu altissimi. Non ita vero gloriosus ille david
Tibi soli peccavi inquit et malum coram te feci ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Egregium nō
victorie genus dum cedit maiestati et auctoritati matris ecclesie non reluctanti summus honor et gloria. Ubi pravitas
non pudet inquinari et ablui pudet est pudor inepta sapientie adducens gloriam. Si videlicet peccare pudeat sibi
non pudeat vel peccasse et ita vel sera glorie non carebit reducente minimorum pudore quem culpa fugaverat. Beatum
tenet habundans locum quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Honorabile tegumentum
de quo legitur Confessio et pulchritudo in conspectu eius. Omnis ut tenuat vide in vestitu deaurato et dicas
tibi Confessionem et decorem induisti amictus lumine sicut vestimento. Revertere sunamitis revertere ut intueamur
te. Consurge consurge induere fortitudine indue vestimento salutis. Surge qui dormis et exurge a mortuis
et illuminabit te christus. A mortuo tanquam qui non est perit confessio. Usquequo obliviscere te in finem usquequo dormis
in morte decus nobilium fidelium fletus. Videbimus cum morte tuum perituram cum honore tuum sequestris cum
salute tua rebellis. Quid illos egregios mores actusque tuos tam dissimili progenie cortu consumaci. Quo
etas ista quam in ima uberi quieste orbat omni prestitorum dierum tuorum penas luit nec diluunt culpas. Cur
perhorrendum veri tam canicies solita veneratione fraudatur. sola sine honore marcessit quam vel maxime
decuit honorari. Miserere anime tue placens deo. Etenim qui hominibus placent confusi sunt quoniam deus sprevit eos.
Breves dies hominis sunt semi mors in ianuis est. Mobilem habes proximus modicum tempus. Cum hiis qui
dicunt tibi euge. Sit etiam pro minimo tibi iudicari ab ipsis aut ab humano die qui angelos iudicaturum
iam iamque es putandus qui ad tribunal terrificum christi ipso iam oportet preparare iudico. Illi stilo conformare
illius curie affectare favorem formidare repulsam. Quid illorum sua contumelia quorum vel laude
probatusque nec vituperatione reprobus inveniens. Denique filii hominum mendaces filii hominum in stateris ut
decipiant in vanitate sunt in idipsum. Propterea qui te beatificant in errorem inducunt. Dantes verba inania
reportantes vana. Sed atque illa sed verba amplius et decipitis de vanitate in idipsum. Sed tu magis decipis
illa minus. Das quippe quod utroque pluris est. et das ingratus das invenitis. Denique tua vel te dili-
gunt immo nec te nec tua sed que sua sunt querunt. Tua quo ad potuerunt venabuntur adulacionibus
vanis et plus mollitis sunt sermones eorum super oleum et ipsi sunt iacula. Et id dicebat david Oleum
autem peccatoris non impinguet caput meum. Ab hiis laudatur peccator in desideriis anime sue et iniquus benedicitur.
Ab hiis ergo cave non ego sed sapiens docet. fili aut si te lactaverint peccatores non acquiescas eis. Attende
de pocius illa qui iudicat in equitate pro mansuetis terre quos tua non pastoralis diligencia pascat
si scilicet plurimum potencia quam non haberes super eos ullam nisi data esset tibi desuper. Ubi haec est hora vestra
et potestas tenebrarum. Attende autem iudicium grave hiis qui presunt et potentes potenter tormenta paciuntur.
Hoc si paucis caves in negligis incidis et horrendum est incidere in manus dei viventis. Vivat hoc vivus
et verus deus qui non vult mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat. Plura adhuc loqui ferret
amicus sed non fert forte auditus nec placent omnibus recta et salubria quia sunt amara non sapiunt. Ponam
itaque digitum super os meum donec sciam ista qualiter acceptentur. placebo autem si potero non stilo
neque lingua sed opere et veritate. Ad Baldewinum Abbatem Reatini monasterij

Epistola quam misisti affectum tuum redolet movet meum et doleo quod ut moneor non possum rescribere.
Nec immoror in excusandis occupationibus sciens quod scienti me loquor. Nosti meum sub qua
sarcina gemo et gemitus meus a te non est absconditus. Tu vero pro schedule brevitate affectum
ne estimes quem nulla sui pluralitate complicare possit ordo et nulla quibus occupationibus fiat ut parum
scribam sed non ut parum diligam. Actum sane occludat vel impediat actus sed nunquam affectum. Sicut mater
unicum amat filium ita diligebam te adherentem lateri meo placentem cordi meo. Diligam et absentem
ne solacium meum propter te et non te videar dilexisse. Eras pernecessarius mihi atque hinc per maiorem claret
quam sincere te diligam hodie nempe non te caruissem si quesissem que mea sunt. Nunc autem videns quod
spretis utilitatibus meis tuis compendiis non invidi ponens te utique ibi unde aliquid superponatur super
omnia bona domini tui. Tu autem tanquam fidelis servus et prudens conservis tuis celeste triticum
mensurare absque invidia et absque desidia erogare et noli frustra assumere excusationem quasi
de tua novitate aut de imperitia quam putas forte vel simulas. Nam nec sterilis verecundia grata
est nec humilitas preter voluntatem laudabilis. Officium ergo tuum attende pelle timorem considera officium

age ut magister nouus es sed debitor. Et quidem te nouis debitorem ex quo te alligasti. Nunc nouitas eo excusabit apud conditorem sapientia lucrorum. Nunc prima tua vacua perire potest feneratori. Et non sum iniquus ad ista sufficies quasi non denario tua accepta non sit eo quod habes non eo quod non habes. De solo tibi credito talento vide tibi parata securus de reliquo. Et multum accepisti da multum quod si modicum est et id tribue. Item qui in modico fidelis non est nec in maiori. Totum da quia totum repetendus es usque ad nouissimum quadrantem sed sane quod habes non quod non habes. Memento et vocis tue vocem dare virtutis. Et nunc illud magis ut opera tua verbis concordent immo verba operibus ut cures videlicet prius facere quam docere. Pulcherrimus ordo et saluberrimus ut onus quod portandum imponis prior portes et ex te discas qualiter oporteat alios moderari. Alioquin subsannabit te sapiens utpote pigrum illum cui labor sit manum porrigere ad os. Arguet te apostolus dicens: Tu qui alios doces teipsum non doces. Sed et notaberis vicio phariseorum
nota ordo qui alligant onera grauia et importabilia in humeros hominum digito autem suo nolunt ea mouere. Enimuero quando virgo et efficax exemplum est operis facile faciens suadibile quod dicis dum monstrat factibile quod suadetur. Ergo in hiis duobus mandatis verbi scilicet atque exempli summam tui officii ad conscientie securitatem pendere intellige. Tu tamen si sapis iunge et tertium studium orationis ad complementum utique tue illius repetitionis in euangelio de pascendo omnibus. In hoc noueris illius trinitatis sacramentum in nullo frustratum a te si pascis verbo pascas exemplo pascas et sanctarum fructu orationum. Manent itaque tria hec verbum exemplum oratio maior autem hiis oratio est. Nam et si ut dictum est vocis virtus sit opus et operi tamen et voci gratiam efficaciamque promeretur oratio. Heu auellor arripior non licet ultra. Illud tamen breuiter admonitus sis ut quantocius potes grauem me curis solue cura et quod hoc debet qui mihi alia questus es volui a quo non sperabas te pertulisse non negligas manifestius apud te eum augit me sollicitat. ¶ Ad episcopum et ad clerum Cremon.

Legimus si erraverit quis ex vobis a veritate et conuerterit quis eum, scire debet quia qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue saluabit animam eius a morte et operit multitudinem peccatorum. Errat autem Ethelinus uester. errat cum dubium est. Et dimittitis eum solus sic non errabit. quantos trahet post se suo exemplo inuenimus illustrissimus. Nec omnes sequaces sed omnes qui poterunt eum reuocare nec reuocabunt eodem errore implicati inuoluuntur. Mundus ego sum a sanguine eius. Et ei per epistolam et vobis nunc dico quia rem illicitam presumit. Nec clericus est pugnare armis militaribus nec subdiaconum uxorem ducere. Annunciate peccatori opus eius ne ille in peccato suo moriatur, sanguinem vero eius de manu vestra requirat qui suo eum redemit sanguine precioso. Ecce de celo clamat virgo ista currunt et non est qui subleuet eam que usque in luto adhuc iacet. Tollite margaritam, leuate splendidissimam atque preciosissimam gemmam de sterquilinio leuate eam antequam porcorum vel spurcorum spiritum pedibus conculcetur etiam non sit quo vas non in honorem sed in contumeliam. ¶ Ad abbatem sancti Albini

Et si facie ignotus es mihi sed non fama, nec parum aut vile quid tamen gratulor me tenere munus illius. Nam talis fateor per eam insinuatus est es meo pectori ut licet in multis occupata tui semper suauissima recordacio tui mi dulcissime frater facile me plenum quod qui ex omnibus venderet sibi ita ut in eam libenter inmorer et suauiter requiescam. Ceterum quo modicum plus accepto eo audius suspiro plenam. Sed quando istud aut si quando istud. Utique etsi non ante perfecto in ciuitate dei nostri. Sed tu non habemus hic manentem ciuitatem sed illam inquirimus ibi ubi videbimus nos et gaudebit cor nostrum. Interim vero et delectabor et letabor interius in hiis que dicta sunt mihi. Sperans et exoptans quod reliquum est de visione comparari in die bona ut gaudium meum plenum sit. Adde obsecro ad ea bona que absque te et de te nobis assidue veniunt. Tuas tuorum quoque pro nobis orationes precarissime et desideratissime. ¶ Ad Ierosolimorum regem

Audierunt homines quod locum gratie habeam apud vos et multi perfectum volunt petunt se vestre excellentie per me commendari. Inter quos est iste iuuenis consanguineus meus [illegible] ut aiunt strenuus in armis, suauis in moribus. Et gaudeo quod ad tempus elegit militare deo quam magis quam seculo. Itaque facite mecum verum et bene sit huic propter me sicut ceteris omnibus propinquis meis sunt qui per me vobis innotescunt innotescere potuerunt. Decreto cauete ne voluptas carnis et gloria temporalis impediat vobis iter regni celestis. Nam quid prodest paucis diebus regnare super terram et regno celorum eterno priuari? Sed confido in domino de vobis quod melius facietis. Et si verum est testimonium quod nobis perhibet karissimus auunculus meus Andreas cum multum credimus et hic et melius deo miserante regnabitis. Peregrinis egenis et maxime inclusis curam impendite quia talibus hostiis promeretur deus. Scribite nobis frequentius quia et vobis non obest et nobis prodest si esse verum et bona studia ceterius plenius quod nouerimus. ¶ Ad Rogerium regem Sicilie

Longe late q[ue] spatiis dilatata est magnificencia vestra sup[er] terram ceterum gl[ori]a vestra quos fines non attingit
sed audite consiliu[m] diligent[er] vos studete quod in vobis est haut ip[s]am gl[ori]am refer[r]e ad
illu[m] a quo est si non vultis eam perdere aut certe perdi ab ea. hoc aut[em] sic fiet si int[er] eos
quos regie magnificencie celebris opinio euocat de longinquo districcionis oculu[m] aperit[is] manu[m] q[ue]
extendit[is] non tam cupidis q[uam] egenis. Et re[vera] b[ea]t[u]s qui intelligit non sup[er] cupidu[m] sed sup[er] egenum et
pauperem illu[m] in[quam] pauperem qui invitus petit et verecunde accipit et accipiens glorificat patrem
suu[m] qui in celis est. Sic aut[em] ita deo sua gl[ori]a de v[est]ris muneribus ex ore genciu[m] fideliu[m] resignabit[ur]
uberiori p[ro]culdubio rivo fluat vobis nec[ess]e est ille fons gl[ori]e qui diligentes se diligit et glorifi
cat glorificantes se ut qui seminat in b[e]n[e]dictionib[us] de b[e]n[e]dictionib[us] et metat. Ex hiis ergo obsecro vos
ponite oculos v[est]ros sup[er] latorem p[rese]nciu[m] que p[ro]p[ter] deum ad v[est]ram regiam p[rese]nciam non cupiditas traxit
sed coegit necessitas. necessitas dico non sua sed suorum multorum videlicet a quib[us] missus est fr[atr]um dei
fideliu[m] audite paciunt[ur] q[uo]d paciuntur audite et compatimini quia si compatimini et conregnabitis
Licet contempnentib[us] regi est regnare cu[m] talib[us] ipsorum enim est regnu[m] celorum qui contempserunt vitam
mundi. facite vobis illos amicos de mamona iniquitatis ut cu[m] defeceritis a terreno regno recipiant
vos in suu[m] regnu[m] eternu[m] Ad eundem

Habetis quod petistis fecistis q[uo]d p[ro]misistis. Hospites quos in verbo n[ost]ro exposuimus et insinuauimus peregrinari regia sunt liberalitate suscepti. Re
creastis enim eos panib[us] composuistis eos in refrigeriu[m] contulistis eos sup[er] excelsam terram ut
comederent fructus agrorum ut sugerent mel de petra oleu[m] q[ue] de saxo durissimo. butiru[m] de armento
et lac de ovib[us] et ficus cu[m] medulla tritici et sanguine[m] uve biberent meracissimu[m]. Et licet terrena
sint s[ed] celestia merent[ur]. Sic itur ad astra. Talib[us] hostiis p[ro]meretur deus. Istorum est regnu[m] celorum
qui regi tue in terra vincturu[m] reddere poterunt pro h[is] terrenis vitam et gl[ori]am sempiterna[m]. Christinus
ad vos ingreditur Crimone olim inclitis p[er] dies multos indumenta convertiz nunc aut[em] p[re]mit multorum
quib[us] alior[um] letamenu[m] in x[rist]o sed egentiu[m] in seculo. Capiat[ur] et ipse munificenciam manu[m] regis ut
augeat[ur] nu[mer]us amicorum qui ipsum recipiat in eterna tabernacula. Quod illi feceritis mihi feceritis quia
quod illi deest a me exigitur. At q[uia] marsupiu[m] meum minus sufficiens est. ad v[est]r[u]m quod aliquanto
grossius esse liquet. pauperem x[rist]i merito destinare curavi. Ad papam Innocentium

Dominum verum v[est]re gl[ori]e commendamus non tam de cetis sed re[vera] p[ro] actis vi[vi]. Itaq[ue] tam
sterane q[uam] seruiri simul de sua erga vos fideli devocione sincera dilectione voluntate se
dita atq[ue] obedientissima honoretur. qui vas est in honorem sentiat q[uo]d in vobis est
non frustra se honorifice ministeriu[m] suu[m] non frustra polle[re] h[ab]ere moribus quib[us] honoret[ur] deus
honoret[ur] etiam quos denique decorant summum sacerdotem Ad eundem papam

Vir illustris Salamantinus quondam episcopus rediens ab urbe non pigritatus est dicere ad puerum meum
et auxiliu[m] flagitare ab homunculo non despexit. Quo audito recordatus sum p[ro]phete dicentis
Montes et colles coram deo humiliabunt[ur] et erunt prava in directa et aspera in vias pla
nas. Sic vos laude nostis alta comprimere sedare tumencia et enormia redigere in mensura[m]. Dum
tu cu[m] tragedie sive hystoriam in aurib[us] meis homo seratum exposuisset. laudabam in[ter]ea invictu[m]
exprobram. sed dico vobis compassus sum indicato. Sic quippe illa tota sua lacrimosa oracione con
clusit. Itaq[ue] in calce ipsius dicet cu[m] p[ro]ph[et]a. Exaltatus aut[em] humiliatus sum et conturbatus. et quia al
levans allisisti me. Unde meditaret iusticie v[est]re et virilis animi quos sciebam cepi tu[m] p[er]
cogitare diuicias misericordiu[m] v[est]rarum quas in pluribus expertus sum et dixi. Quis scit si convertat[ur]
et ignoscat deus et relinquat post se b[e]n[e]dictionem. Certe iniquum in omnib[us] et p[ro] omnia instructus est
et emulari et ignoscere. et debellare sup[er]bos et parcere mitibus subiectis. nisi q[uo]d ingreditur sequens etiam
consueverit maiore sup[er]exaltare iudicio. Et acquievit solita illa mea p[re]sumpcione. loqui ad d[omi]n[u]m meum
cu[m] sim pulvis et cinis. et ministrabat materiam spei. p[rese]nti fiduciam. pietati racionem q[uo]d adulterat hole
non ut assolet d[omi]n[u]m in furore. cu[m] indignacione recede[re] et repete[re] natale solu[m]. moliri scandala
temptare seditiones. sed dedit locum ire et induit serpi[n] mansuetudinis. et declinavit ad mores
Cluniacen[ses] et inclinavit se humilem genib[us] humilem pedib[us] commend[ans] an[imu]m potentib[us] deo. Si hic telis
statuit adhuc vos dimicare et vigoris mur[um] oppositum sibi talib[us] ut iactat pietatis machinis
labefactare conabit[ur]. Confidit aut[em] q[uo]d respiciatis in oracionem humilem. nec sp[re]ueritis p[re]cem eorum et
vincet pietas que tremunt p[ro]tectos. Ego q[ue] scriens cu[m] talib[us] tendo manus flecto genua. supplico
p[ro] supplici. audacter p[ro]mittens debere misero suam p[ro]desse humilitatem. cu[m] adeo sua insolencia nocuit
nec decesse virtutem vinci a viciis in retribucione. Item ad eundem Innocentium papam

Scribo vobis frequentissime vilis homuncio et in hanc impellor audaciam precibus amicorum. Fateor audax sum, sed non mendax. Non suspicetur dominus meus more puerili inventum in me blandiciam in omnibus que ad ipsum scripserim. Volo amicis gerere morem, non tamen in meam mortem. Nec ignoro ubi legerim: Os quod mentitur occidit animam. Fidelitatem proinde nego importunitate non pocius ipsa inveniat veniam. Certe non timeo. Amicus est dominus Autissiodorensis episcopus et pauperibus quibus nescio. Habet quam committet ... non falsitate fidelem per ... ipsius afferimus confusionem absolucionem ... filii sumus unigeniti pro quos solita presumpcione loquor qui estis vos. Confidimus quod non repellet filios pater, sed voluntatem timencium se faciet et deprecationem eorum exaudiet et letos faciet eos.

Ad eundem Innocentium papam

Tribulacio et angustia invenerunt me. Commota est et contremuit terra in motibus hominum in corporibus pauperum simul quod vinculis et carceribus. Ipsa religio venit in opprobrium et contemptum probro ducitur. Apud nos saltem mentem facere pacis nisi si fides nisi si innocencia tuta est. Amator innocencie et pietatis cultor comes Theobaldus pene traditus est in manus inimicorum suorum. Impulsus est ut caderet et dominus suscepit eum et gaudet quod iusticia et vera obediencia in causa sit, apostolo acquiescens qui ait: Si quid patimini propter iusticiam beati. Et in ewangelio: Beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam. Ve nobis hec omnia presentire sed minime precavere potuimus.

Ad tres Episcopos pro Abbate Laciniacensi

Vobis audeo loqui quicquid in buccam venit. Nam et si oportuit sustinere modicum quid insipiencie mee, gerat michi proculdubio morem benivolencia vestra que sapientibus et insipientibus debitrix est. Et hoc dico non quia cogitem precipitare verbum quod ad rem non pertinet aut levitati uti intendam aut ingratis delectet, presertim apud vos qui videmini columpne esse. Sed quod huiusmodi ob loquitur et vitas dolore urgente intus secus caritatis impaciens prorupit in medium. Mei enim dico vobis pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quod zelaverunt ut videtur confusione. Adducitur ubique cornua impiis et exarmatur iusticie zelus et non est qui faciat bonum, non dico velit sed possit. Superbi inique agunt usquequaque et nemo audet mutire contra. Et utinam vel innocencia tuta esset et iusticia ipsa sibimet sufficeret defensionem. Dominus predicavit abbas Laciniacensis an quis bonus monachus et melior abbas quod bone opinionis et melioris est vite. Cum qua domus eius prius et decoravit religione et bonis temporalibus ampliavit et honorum ... immo cumulavit. Cum sanguis iste de manu requiritur? Si crimine acceptum est deo ... et hominibus tollatur et castigatur. Negari enim non potest hoc illud esse celo et terra clamantibus testibus, si eius est hospitale benignum sobrium castum humilem deadit mundo ab mundis sine ...

Ad iiii^or episcopos Albericum Ostiensem, Stephanum Penestrinum, Igmarum Tusculanensem et Heymericum cancellarium

Quantum malum scisma in ecclesia sit et quod sit detestandum et omnimodis devitandum sciendum quondam ostendit famosa et horrenda mors virorum illorum quos ob istiusmodi pestem terra deglutiens vivos infernum suscepit ad inferos. Ostendit et illa persecucio ... sive ... temeritas quos ... iam tempora experta sunt inter regnum et sacerdocium dividentes plaga pene incurabili et castigacione crudeli. Ostendit et illa que nuper adhuc post multas et multiplicatas ecclesie vexaciones et vastaciones tandem deo miserante finem accepit rabies leonina. Unde proinde salvator in ewangelio: Ve mundo a scandalis; ve homini illi per quem scandalum venit. Ve nobis qui nimis plangere que pertulimus, dolere que sentimus, tremere que expectamus. Et quod peius est ad tantum malum huiusmodi ... res devenerunt ut nec rei humiliari velint nec iudices misereri. Dicimus iniquis: nolite inique agere, et delinquentibus: nolite exaltare cornu, et non audiunt nos, quia vanus compassionis est. Supplicamus hiis quorum est peccata arguere, peccantes corripere, ne calamum quassatum conterat et linum fumigans non extinguat, sed magis in spiritu lenitatis ... contendunt naves Tharsis. Sed denunciamus filiis cum apostolo ut obediant patribus per omnia, quia ... et patribus loquimur ne ad indignacionem filios provocent in nos pocius eorum indignacionem provocamus. Nec delinquentes satisfacere nec rectores seu correctores condescendere ullatenus acquiescunt. Domine fiunt scissure ... in dulcia trahentes ... necdum recenti ecclesie plage ... et rursum scindere parant. Rursus corpus Christi affigere cruci, rursus vestimenta dividere ... atque ipsam quod in ipso est tunicam inconsutilem ... frustra dirumpere satagunt. Si qua in vobis sunt viscera pietatis, tantum vos opponite malis, ne in illa perpetue terra scissura fiat in qua solet sicut optime nostis scissure alie resarciri.

Ad Ludovicum regem Francorum

Scit deus quantum vos ex quo novi diligo et vestrum honorem volui. Scitis vos quanto labore quanta sollicitudine toto anno preterito quesierim pacem vestre intendens una cum aliis vestris fidelibus. Timeo autem ne sine causa laboraverimus in vobis. Vos namque ut manifestum est a bono et sano consilio quod acceperatis nimium cito ut mihi quam leviter resilistis et ad mala priora que ...

non immerito spectasse vos plangebatis adhuc recentibus illis plagis rursus ut audio nescio quo dya-
bolico consilio festinatis. A quo enim nisi a dyabolo processit hoc consilium dyabolicum per quod fit ut incendiis incendia
homicidiis homicidia addantur. Clamor denuo pauperum et gemitus compeditorum et sanguis interfectorum auribus
pulsaret pii patris orphanorum et iudicis viduarum. Plaudit inimicus hostis, hostis antiquus ille inimicus generis oblectatur
qui ipse homicida est ab initio. Et volente fuisse summe occasionis de comite Theobaldo ad concussiones concussio-
nes in pectus cum vir ille pacificus se dicat et hoc omnibus desideratur veniendi ad conveniendum que inter vos ante-
rius quando facta est pax et firmum iudicium dilecturum nomine vestrorum corporis sed qui mediatores inter vos extiterunt per
omnia satisfacere velit ut si pharaonicus forte ab ipsis argui potest quod non conspicimus continuo ad honorem
vestrum convenire non curet. Verum vos nec verba pacis recipitis nec pacta vestra tenetis nec sanis consiliis acquiescitis
sed nescio quo dei iudicio omnia vobis vertuntur in perversum ut pro vera honorem et honore pro vera ducatis tuta timeatis
timenda contempnatis. Et quod olim scriptum est et glosatum regi David Ioab legitur exprobrasse: diligitis eos qui vos oderunt
et odio habetis illos qui vos diligere volunt. Neque enim qui vos instigant potenciam vestram contra maliciam adversus non
merito querunt in hoc honorem vestrum sed suum commodum, immo nec suum commodum sed diabolicam voluntatem ut vestri quod
absit potencia conceptui furoris habeant effectum quem de posse suo adimplere viribus non confidunt inimici corone
vestre regni manifestissimi turbatores. Aut quicquid vobis de regno vestro de anima et corona facere placeat nos
certe filii matris ecclesie iniurias contemptum et contumeliam omnino dissimulare non possumus que illi post illa que in eam
iam pertulisse inrecuperabiliter plangimus iterum de novo parari iterum partim imminere sentimus. Profecto stabimus et
pugnabimus usque ad mortem si ita oportuerit pro matre nostra armis quibus licet non scutis et gladiis sed precibus
fletibus que ad deum. Et ego quidem qui me memini post quotidianas preces quas pro pace et salute vestra atque regno
coram deo supplex ipso teste fundebam, etiam apud sedem apostolicam litteris et nuntiis tam vivam egisse fateor usque
pene ad ipsius conscientie lesionem et ipsius summi pontificis iniuriam quod diffiteri non debeo contra me indignationem.
Ego inquam assiduus vester que innovare non cessatis quotidie excessibus provocatus. Dico vobis: incipio penitere
super insipientia mea potius qua plus iusto vestre adolescentie hucusque favi et decreto pro mea cognatione non [illegible]
vitati. Non taceo quod cum cognatis vestris fedus et societatem inire satagitis qui in necem hominum combustionem
domorum destructionem ecclesiarum dissipationem pauperum raptoribus et predonibus. Sicut deus adiecit nuper illud propheticum: si vi-
debas furem currebas cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas. Qui non satis per vos mala facere valeatis
non silebo quod illicitum illud maledictum quod iuramentum inconsulte usurpatum a nobis contra Bituricensem con-
pro quo heu tot et tanta mala iam imminuto provenerunt nunc ita tandem corrigitis ut ipsi omnibus apud Cathalaunum
pastorem proprium non sinatis. Insuper et frater vester cum quibusdam militibus sagittariis balistariis quasi domos episcopales q-
[illegible] et predas infestandas et vos certe in huiusmodi nephandos usus profligandas audacter nimium exponatis.
Dico vobis non erit diu inultum si hoc ita facere pergitis. Et ideo domine mi rex amicabiliter moneo vos et fi-
deliter consulo vobis ut cito ab hac malicia desistatis si forte iam pacientis manum diminute regis exemplo
prima et humilitate prevenire possitis. Dure loquor quia dura vobis formido sed memento te a sapiente
dictum meliora sunt verbera amici quam fraudulenta oscula inimici. | Ad eundem scilicet Ludovicum francorum regem

Ad hoc vos deus in sublimitate posuit ut tanto maiori sue ecclesie utilitati vivatis quanto in ea
eminenciori auctoritate prestatis. Alioquin deponet ille presumptuosos potentes de sede qui pro accepta pote-
state in eventu fuerint suis utilitatibus defuisse. Multa sustinet sponsa Christi dampna in episcopatu
Meter et si nos amplius honorem quia viciniores sumus tu et vos arbitror non latere. Enim quatinus
lupus illud ovile Christi cum insidiis cum manifestis assultibus quotidie molitur irrumpere et dispergere oves Christi
sanguine congregatas. Idem quia non ab heri et nudiustercius sed ex quo adhuc fuit lupicellus non cessat illu-
d innocentem gregem quibus potest viribus infestare et vastare rapinis incendiis homicidiis. Ego itaque quod in me
est demonstro lupum instigo canes iam quid intersit vestra vos videritis. Meum non est docere doctores.

Filio karissimo Iohanni frater B. in spiritu ambulare et timore domini non delinquere. | Ad Ioh. Abbatem
Dicere non possum in quanta amaritudine anime mee et tristicia cordis mei scribam ad te Iohannes
karissime pro eo quod me vides in tot supplicationibus meis proficere nichil quia non capit in te sermo meus.
Scripsi semel et denuo nisi fallor et de cogentibus peticionibus meis in nullo adhuc video nisi labor meus.
Certe tuo iacto semen. Deum omnipotentem deprecans ut non veniat ad me vacuum sed prosperetur et faciat ad quod
illud mitto. Letificabis nos tandem aliquando de fructu tue obediencie et salutis. Si audieris me, immo si exaudierit
me deus lucratus sum filium meum. Si non convertam me denuo ad arma consueta orationes et lacrimas
non quidem contra te sed pro te. Lugeo et lugebo et anxia traham suspiria ex meis visceribus pro meis visceribus.
Quis det te michi fratrem meum sugentem ubera matris mee. Quis revocet te michi in illam quietem
animi concordiam morum societatem spiritus sanctitatem conscientie in qua te aliquando tenui et possedi. Et ne quod
ego me detinentum in aliquo [illegible] illud filii esse non dubites quod tibi a nescio quo vel quibus

falsiloquus persuasum audivit, quia ego vel cogitarem sine rore et medico a regimine fratrum arctiorum quod te compelleret,
non est hoc verum. Sed audire potuisti de hac re pauca quod verum. Hoc et si voluisse non licuisset, et si licuisset, ut de ipsa
conscientia loquar, ego velle tales voluisse et vitasse. Si ergo totum fuit quod audivit cor tuum, veritate comperta quid restat
nisi ut resipiscas, redeas ad te, redeas ad nos, et arguas nisi super teipsum levitatis et credulitatis reatu. Si enim
tantum potuit una maledicta suspicio ad te alienandum et precipitandum, quanto magis nunc absoluta certitudo valere debet
ad erigendum et revocandum te. Turpe est te falsitate posse seduci, et veritate revocari non posse. Licet sane veniam
acquievisse ad tempus palliate falsitati. Numquid deprehense iam et nudate acquiesces adhuc? Immo etiam non velle
vasti quantum confusionis habet. Quamobrem vaste et noli peccare; si vis nos vel Deum potius non vastit. Non quod sur-
reptum est tibi, imputationem magis quam indignationem meretur. Nimirum hoc est navigans sicut et omne hominum genus in hoc
mari magno et spatioso manibus, ubi reptilia quorum non est numerus, dum se iactet in eo assiduus non impelli ventis
nec iactari fluctibus, nonne te naufragasse mireris periculum in fluctibus fratribus incidisse? Tu vero dico et vitasti. Decepti
fuisti et spiritus mendax in ore pseudoprophetarum supplantavit te. Sed ecce evanuit falsitas luce veritatis orbata.
Si adhuc quod absit perges in tua obstinatione persistere, ego te interim non iudico. Est qui querat et iudicet. Ego
aut parco tibi dissimulans et differens interim in virga venire ad te. Potius in via et spiritu mansuetudinis allicere
te nobis curabo si potero. Nam id michi sentio familiare esse et tibi persuadibilius fore non dubito. Illud sane
anagnoscam (?) super te gladium non curabor qui in intimo meo pectore iacet reconditus, continui utique cordi meo
et crebrius ad deum gemitus pro te, donec venias. Quod si omnes hec tam pie fecerint, eius sum diuturnitas tua et
et crebrius ad Deum gemitus pro te, donec venias... ego sic tu dete videris
tot impenitentes frustraneis ictus nec possit quoque dicere anima tua ex voluntate caritate. Ego sic tu de te videris.
Nam non solum iam vitas sed et caritas liberabit vos. Sed quid dixi quo inser quo liberabor effusus visceribus
filio pereunte non quiescet affectus et si non sequatur effectus, non sedabitur dolor, non cessabit lacrime. Exhibebo
tibi quidem vivens alterius Samuele, tu vivas non alterius Saule. Nil. Rogabo te, rogabo pro te ut venias. Veni, veni
... Quamdiu vivero alteri Samuelem, ... et in morte non separemur. Ad Conradum regem Romanorum.
pius quam moriamur, ut qui dileximus nos in vita, et in morte non separemur.

Nec dulcius nec amabilius, sed nec arctius omnino regnum sacerdotiumque coniungi seu complantari invicem po-
tuerunt, ut in persona Dei ambo hec pariter convenirent, utpote qui factus est nobis ex utraque tribu secundum
carnem summus et sacerdos et rex. Non solum autem, sed et commiscuit ea nichilominus ac confederavit in suo
corpore quod est populus christianus, ipsum caput illius, ita ut hoc genus hominum Apostoli voce genus electum, regale sacer-
dotium appelletur. Et in alia quoque scriptura, quotquot sunt predestinati ad vitam, nonne omnes reges et sacerdotes nominantur?
Ergo que Deus coniunxit, homo non separet. Magis autem quod divina sanxit auctoritas, humana studeat adimplere
voluntas, et iungant se animis qui iuncti sunt institutis. Invicem se foveant, invicem se defendant, invicem onera
sua portent. Ait sapiens: Frater fratrem adiuvans, ambo consolabuntur. Quod si se alterutrum, quod absit, corroserint
et momorderint, nonne ambo desolabuntur? Non veniat anima mea in consilium illorum qui dicunt vel imperio
pacem et libertatem ecclesiarum vel ecclesiis prosperitatem et exaltationem imperii nocituram. Non enim utriusque institutor Deus
in destructionem ea coniunxit, sed in edificationem. Si hoc scitis, quousque vos quoque communem contumeliam quoque dissimulatis?
Nonne ut apostolica sedes, ita et caput imperii Roma est? Ut ergo de ecclesia taceam, numquid honor regi
est truncum in manibus tenere imperium? Et quidem ignoro quid vobis super hoc consulant sapientes vestri et principes
regni. Sed ego in insipientia mea loquens quod sentio non tacebo. Ecclesia Dei ab exortu suo usque ad tem-
pus ... Denique audite quid ipsa de se loquitur in psalmo: Sepius
expugnaverunt me a iuventute mea, etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricaverunt
peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam. Certus esto, o rex, quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem
iustorum. Non est abbreviata manus Domini, nec facta impotens ad salvandum. Liberabit absque dubio hoc tempore
sponsam suam quam suo sanguine redemit, eamque suo spiritu dotavit, donis exornavit celestibus, ditavit nichilominus
et terrenis. Liberabit, inquam, liberabit; sed si in manu alterius, viderint regni principes, id ne honor regis et regni
utilitas sit, non est utique. Quamobrem accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime, et restituat sibi Cesar
que Cesaris sunt et que sunt Dei Deo. Utrumque interesse Cesaris constat, et propriam tueri coronam et ecclesiam de-
fensare. Alterum regi, alterum convenit advocato. Victoria, sicut in Domino confidimus, pre manibus est. Superbia
et arrogantia Romanorum plus quam fortitudo est. Quid enim? Numquid quispiam tam magnus vel potens, sive im-
perator aut rex fuerit, reverentiam istam imperio pariter et sacerdotio presumpsit? Sed populus hic tumultuosus et ma-
ledictus qui nescit metiri vires, cogitare finem, considerare processum, in insipientia sua et in furore suo ausus
est hoc tam grande sacrilegium attemptare. Absit ut vel ad momentum stare possit ante faciem regis popularis
temeritas. Factus sum insipiens, qui cum sim vilis ignobilisque persona, tamquam aliquis magnus magnis
consiliis tante magnitudinis tanteque sapientie me ingessi et de re magna. Sed quo ignobilior atque
abiectior, tanto liberior sum ad loquendum quod caritas suggerit. Unde et adhuc addo cum insipientia
mea: Si quis aliud quam locutus sum vobis, quod non credimus, suadere conabitur, is profecto aut non diligit
regem aut parum intelligit quid deceat regiam maiestatem, aut certe que sua sunt querit, et non valde
que vel Dei vel regis sunt curare convincitur. Ad Colonienses post reditum suum.

In adventu karissimi fratris et coabbatis nostri B. de grandisilva consolatus et delectatus sum in hiis que dicta sunt
nobis ab illo de constancia et de sinceritate fidei vestre in deum, de perseverancia dilectionis et devotionis in
nos, zelo et odio adversus hereticos, ita ut quisque vestrum merito dicere possit: Nonne qui oderunt te domine oderam
et super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Gratias agimus deo quia non fuit oci-
osus adventus meus ad vos et mora quamvis brevis apud vos sed non infructuosa, veritate minus per nos manifesta
manifestata, at non solum in sermone sed eciam in virtute. deprehensi sunt lupi qui veniebant ad vos in vestimentis ovium
devorabant plebem meam sicut escam panis, sicut oves occisionis. deprehense vulpes que demoliebantur precio-
sissimam vineam domini, civitatem virtutum. deprehense sed non comprehense. Propterea dilectissimi persequimini et comprehendite
eos et nolite desistere donec penitus depereant et diffugiant de cunctis finibus vestris, quia non est tutum dormire
vicinis serpentibus. sedent in insidiis cum divitibus in occultis ut interficiant innocentes. fures sunt et latrones quales
in evangelio dominus notat, subversi sunt et parati ad subvertendum, plane maculatores fame vestre, corruptores fidei
vestre. corrumpunt bonos mores colloquia prava, perstrinxi talium sermo sicut dicit beatus apostolus serpit ut cancer.
Deus dabit michi ut habeam oportunitatem semel adhuc veniendi ad vos. Nam voluntatem habeo si quo
possim in voluntate dei, sed et videre vos laborem non reputaturus quamvis corpore infirmus et debilis pro vestra
cohortatione et salute. Interim autem sic state in domino karissimi sicut recepistis et accepistis a nobis. Obedite
episcopo vestro et prepositis vestris, insignes estote hac diligencia hospitalitatis quia per hanc nulla placuerunt deo.
Abraham pater noster pro studio sancto quod in suscipiendis peregrinis habere solitus erat angelos hospites suscipere
meruit. Similiter et loth nepos eius pro simili devotione et pia consuetudine de corporis susceptione consultavit.
Et vos itaque simili forma non angelos sed dominum angelorum suscipite in peregrinis, pascite in egenis, operite
in nudis, visitate in languentibus, redimite in captivis. talibus hostiis promeretur deus qui in iudicio dicturus
est: Quod uni ex minimis meis fecistis michi fecistis.

Dilectissimo domino et patri R. B. oculo prudentie pectus offendiculum parare. Consulit admiranda laudabilis
et laudanda mirabilis tua prudentia care pater, que eo facile adducit, quoque atque cum solercia
nondum prevaluit infatuare. Quorum prefectam simul tu quanto senior tanto perspicacior, multorum fal-
laces astucias in decipiendo te studiosius invigilancium prudenter preodisti et in osculis corporum venenatos
aculeos satis acute perimisti. Iusticia tua sine temperancia cognoscetur, tibi te cognitas superacue perdocere
animi tui fortitudinem multiplici varios quoque impetu admoto, inmota non mediocrit admiror. Quamvis cum
syrene dulces cantilenarum promerent modulos, quamvis equus fallax ad salutem se offerret tibi portandum,
quamvis lupus ovina sub pelle tibi devorando dentes exacuet, non tu tamen equus et lupus vigorem mentis
emolliunt, rapuit et devoravit. Circa quod questione geminum perculsum monere non potuisti. Et licet iuno
secreto dolore tangeretur cor meum, tu inmotus tuam simul tenuisti. amicos habere voles non ab aliis hic
Ut eciam ego alliceam verba dulcia sepe mandam scripta mouentia, diversi exempla monentum proposui,
sed dum totiens te verbis laus exemplis rogaverim monuerim monstraverim ut stilo delicto melius
vivere debeas et meliore vita securius vivas. Amor quid te dulcedinis apud te, quid amaritudinis
apud nos, vel alliciendo capiat vel captum teneat ne venias ad nos frequenter et multa cogitatio intra
satis intendes utrique. Preterea satis ydoneam more tue non invenit occasionem colligi diligenter et
apud me tractatam collectas. Cuiusmodi dulcedinis partes videlicet esse veritate primatum convenientiam do-
mesticorum familiaritatem, soli quoque natalis placitaque mansione. Stabit in te sub discessu tuo tunc quamvis
luctu esse non sunt in ea qui non ea que ihesu christi sed sua querunt. Non tulit oblivio mihi quanta per industriam
tua suscepit commoda, quanta declinat incommoda, quo vigilante tua solicitudine tuus floret in temporibus,
quo dampna frequenter illata frequenter instaurant, instaurata confirmant diligentia tua. Cadentemque ta-
buriam sustentando refecisti, vetustis formam recipientibus et augmentum pluribus quoque collatis. eciam adornasti.
Quam taliter dilexisti sed invitus deseres, putas enim laborem tuum cassari vel tua te mercede privari
si delicta quam per antiquitatis diligendo sanctificasti edificando dilexisti in eterna pegma fine tue vite for-
naris. Video tibi tendere decipulam, invitando te non ut melius facias claustris quam liber sed ut more vinculo
mee vel adversitati vel prosperitati preterperis adversitate complando prosperitati congaudebo maxime cum loca
non sanctificet homo sed ubique fidelis placitus deo fiat et superne clemencie perficiat intuitu. Adiaces adam
cecidisse de paradyso, loth stetisse in sodomis. novatissos quoque prius abbatem claravallensis et alios viros dege-
ntes in cenobiis prodesse magis operantes in stilo quam manentes in claustro. habundant arma tua quibus
te mane volente defendas. Nec tamen opus est defensione tibi. Sunt enim qui venire volente retrahant.
Pontificum vehemens amor et sublimium virorum dilectionis intime complexione te sibi fortiter constringunt
quorum consilio paratam peregrinatione numquam mutabis. alienos indigenis non preferes. aliene manui

no mancipaberis / domesticorum pietate quibus vtique eos vehementer augeris et elevant ad te respicientibus vestitis induuntur cor
tum clamore paupertatis corporis si te non revocavi cum te metum absente plurimum conturbari / insuper soli natalis dulcedo
prevalens est tibi causa manendi / filiis israel non magis clausa fuit egiptus quam tibi que licet regina tellus quo
minus egipto manere volebat eo magis rothomago manere cupis. vagi tibi videntur et inutiles nomine inta
biles qui loca locis inprudenter mutant / Eiusdem pater metuis apud nos invenire pharaonem suos nutriente
alienos opprimendo peremtet / putas ut non audias tua dulcia sed tua tibi pecuniam surripere moliantur quos consancto
marsupio te mittat ad abbaciam construendam vel nomine constructam / Ne tibi donat in medium ut suos tantis
sumptibus admittat consiliis et diligentius corporis saluti provideat alienos at sub incuria negligendo duris et
gravibus opponat laboribus ut cotidie cotidiana ministrantibus et pondera portantibus suos inutiles et contemptibiles
contra apostolum in dictam parte proveniat et edificando syon in sanguinibus suos incorporet sic ymo dolosos
et sapientes ut faciant mala entendiis cuius abusione proficiant / Edificant syon in sanguinibus cum regimine
eccle qui suscipit ductus amore vel odio magis eo voluntate quam veritate singula quoque celebrat vel obse
crat ductus amore vel odio peccantes consensu innuat fomento confortat non parare volentes / Alter talis pastoris
nequicia crescit in sanguinibus scilicet ecclesia dum mali non corriguntur boni provocantur ut peccent / Absit ab ordine
nostro ut parentes periculosi sit in monasterio patrie nostre frequentatur / neglecta iniquitate qui suos induat
et pessima committentes excusando tegant et tegendo excusent / et vicem persequatur vindictam alienis
vel nulla levia peccantibus imponat et aggravat peccata eius quibus non solum publice notam perversitatis infligat
verum nec bonus absque disciplina sit. frigore calore fame labore flagris affligat / Quis bonum infra
claustrum stare si iniusta prudencia si iniusta virtute si invalida / quantis expensis prius quanto labore filiorum
scientia perquiratur / comprimendo novit et multa multos expendisse et diu quesisse ut invenisse vel inutilitate
videmus scientia namque si sola fuit quam florum decore vel odore sine fructu gaudet inventor / si vero caritate
comitata. fructus ubertate plurimum cumulat / Sed tunc neque sola neque iuncta caritati ablatum consumate
beatitudinis tollit errore / Verbi gratia errore caret et metu / si sola fuit inferet inflacionis egritudinem
tanto maiorem quanto minus dolor sentitur egritudinis / Cupiditate ceratus abutitur scientia multo labore
studendi perquisita dum perita vitam proponens honestati non solum tradit animum libidini possidendi si ex
fide neglecta pena per eum non aspecta sagacitur fallens et sagaciter falli peramens verorum beatitudinis iniu
rio multiplicat diuicias si erit miser dum prosperatur / mala desperata levius consequendo / et eo profecto
miserior cum peccanti nulla prospera succedunt dura vapulando vindicta / Sed aut scientia legem dei non subita
patenter mutat deo / atque contagio latenter languescit vniversum pre genus humanum tanto gravior certe
dolore languidi quam Hec scientia perdit mentis oculos et adiecit animum stulticie dum peritibus nimius intentus
mala vel bona ventura divinare non permittit vel preparare non dimittit / Hanc inflacionis egritudinem
sanat in moribus non in vestibus vera non palliata caritas que iuncta scientie suaviter in alio disponit omnia
virtutis in locis iniquitatis dulcis preparans humile mancipium / Eruditum sine operante sanit in prosperitate
fortem reddit in adversitate deliciis illicientibus contempnendis dissimulacionis subministrando regno
furoris humanam prestendo tyrannice sementi prudentie vires administrando / Set tunc abiunctus inicior hec fallit[2]
multos ubi non solum quid oporteat orare nesciendo sed etiam cum se non debeat dampnose committendo Ego
principio etiam cognoscit errorem suum deinceps humilis ovicula dum cui commissa est lupi non pastoris pa
ciendo sentit officium nequicie sue crimini sanguine subiectorum molientis expugnare / Intuetur deus
peccante cayphan / iudeos persequentes flagellante pilatum / ad ultimum lavante manus actu sceleris
excusacione blanda purificante / Scaurum luctuose plango nostram miseriam qua scientia scelaris valentis actu
simulacre spiritualis non prevalet evacuare / Imprudencia quam non minor est plangenda nostra miseria dum
videmus oleum fieri virus / Oleum fit virus dum societatis humane dulcedo sumit voluntatis consensione
prudenter quesita porrecto beneficio prius adulta perfecto studio et adiuncta consuetudine solidique co
firmata. nequiter insolescit atque tam benivolentie quam beneficii deleta vel neglecta memoria studiis inutilis
et consuetudinis cessans vel sublato officio tollit amicicie calorem qui vero calor caritatis non solum mo-
cent in alto frigescit sed etiam odor fumi prebentis maltum letaliter amarescit ut accedat amicus
nocendi peritiam qui debuit exercere innuendi peccaciam / Primarius quam gratia amicus que se parat pronubus
alter in hostes inminentum contra prudenciam hostes invadendo fit se inimicitiis detinendo / Quamodmodum siquis
hostium se metuens incursum se et sua muro circumsepiat et adhibeat tamen vigilanciam quos potiatur
propium suavitate securus et ipso confidentia inimicitiis minus intento murus et porta cedat mine
irruentibus tamen illecti modico pane taceant ymo dentes excaciant incommissi custodie sue
quid prodent illi diligenter prudisse diligenciam custodie vigilantis adhibuisse / Nunc meam gemendo

questio 3a
no.

plangit homines inter prudentiam mox et amiciciam qui dum privatis hostibus et amicis amicus esse debuit corruptus quorum modo machinatur hostibus ingressum et vires ministrando nescientis amici vitam sitientes absorbet pro dolor similis amici factus est amico ~~factus~~ inimicus vas quod dormiebat securum in amici gremio lapsus inde pallentem corruit in aqua paleis obtecta paleas aqua tegit dum negocii periculosi lenitas obtinet principium ut inspicientibus blandiatur facilitas perficiendis operibus difficultas leviori amore mutatur vires detrahuntur amici quibus innitebatur amicus et ipsius confidere necessitudo monuit. Amicis raptum aquarum tormento ipsa libertate si totas operiens vires vinci possit habundet ei ne diu temptet evadere evadendi labor vacuus vincendi labor inevitabilis valida. Captivatum enim dolore subiectionis iniuste languescat aliquando et licet captivitate sit maior deficiat tamen captivati magnitudinis et qui vitam emoritur non quia magnus in se non consistat sed impeditus magna facere desistat. Huius captivitatis infortunio perdita ubi docet animum in prosperitate virtute abusum non prosperitate sed bestiale lascivias habuisse et sub eo maiorem ignotam captivitate constitisse. Nam si nosset aliquando quid esset quo nichil est preclarius nichil sublimius in tantum si posset oportunitatem suam sic casibus humanis estimaret se superiorem non se neglecto quereret in alio et si quesieret amicum talem in qua tantum est dignitate conservaret equalis non subito qui fortis est in tantum posset soli Catoni subesset. Homini dubium sub prosperitatis actu si tanta cura honestatis inesset et cura bonorum quanto studio sequebatur voluptatem et animo corrupto desideria carnis implebat non in id calamitatis miser devenisset ut metu malorum preteritum pari suo se regendum submitteret sed eo magnitudinis processisset ut deo regente meliorem partem sui melior pars inferiorem regeret et ageret causas et bonus omnia sua duceret in se posita. Sed pauci sunt qui volunt animum et per egregiorum actuum gloriam immortales et eternum sic contendat. Quod facile possent si se non negligens sed fortune committens vel mercede submittens virtutis viam iniret aliquando ad gloriam ut studio audacia fortune negligencia timore et ignavia penitus expugnans clarus potens et pollens ageret et haberet cuncta neque subderetur. Animi divicias decus libertatem et gloriam in sua non in aliena potestate constituens. Sed ego miror, miror plurimum pleraque hominum effeminatorum inercia debitam corporis gaudiis luxu et ignavia vite sue tempus consumere. Admiror eorum perversitatem qui temporalia bona prelatam facere magnas divitias absque sufficientia cupiditatis appetitu corde vide vel exemplis legere non valentes. Sed bona longo tempore laboriosa acquisita brevi facilique elabi. Ubi gloria hominis gaudia que flos feni pertransient ipse mobilis homo cito senescit et dum tempore virtutibus iuventuti et ingenio succedunt tunc debilitas senectutis et oblivio preciose libidinis usum perditum deplorat quum dilapso per voluptates animo videt se sine prelatione facinoris monimento vite sue dies peragere. Sed lucrum inanis neque enim iam marcescenti senio postquam reduire florida iuventus nunc que facere contempsit iuvenis adimplet senex. Hac etate docet experiencia quanto animo non virtute non tempus sed magis industriam defuisse. Sed non tu licet in suggillacione patrum mea per servo tamen actum magnum licet et honestas predicatur. Igitur puer ego et animus meus a talibus miseriis et periculis tamen quiesceret sicut ab corporis morbis dissenciebam sic a sclavum consorcio conversacionem meam habendam procul dubio decrevi metuens etati mee ne imbecillius capta teneretur licet aliquando talia persus aspirarent. Sed honores fugiens non anglicos sed humano incertum sum collegio. Secutus est me frater meus quem plango morte preventum tantum me deseruisse. Cuius decor probitas et ingenium spes et solacium quo nulli maiorem leticiam sibi afferebant habita eo maiorem tristiciam sibi intulerunt perdita. Sed tu ei et eum in hiis cooperante deo dum eam conservare possum mea sancta licet imperfecta mea prudencia licet micta mea vacuo licet aliquantum minus expedita nisi nos captivos haberet egiptus filii israel sub pharaone invocare se nunc non poterat. Unumquemque servabat omnes pro christum. Dicite queso quibus inest cor humanum non saxeum quid occisoribus fratris mei facere debeam si prevaleam dicite si proditoribus et proditoribus meis debeam me committere vel commissum manere. Cogitet pater de filio frater de fratre occiso et quod faceret michi factus consulat. Deo scit diu mansero qua vel qualiter frater meus tunc sit illac ego et taliter tuis dic. Miror pater cur eum non detinuisti vel fugientem non persecutus es qui tibi mea non satis acerbum dolorem intulissem absencia quo tu et ad quos illum fugere passus ad aquilonem ad olla succensam ad eos qui eum ut credo beati lamberti glorie fecerunt consortem quem eius penne non pertulerunt fuisse consorte. Sed te beati lamberti delectat gloria non deterreat angustia mortuum es quanto pro deo acerbius tanto tibi felicius. Sed cum pena finitur illa felicitas fine non clauditur. Felix qui deo vivit et in deo moritur. Hac felicitate dum primo homini servare non potuit Lotharingia aut Colonia auferre non potuit multo minus aufert Normannia multo minus confert Burgundia.

¶ Ad Oggerium canonicum regularem

Indignaris forsitan vel ut copiosius dicam miraris quod pro longiori epistola quam a nobis sperabas tam brevem cartulam recepisti. Sed memento mei viri sapientis omnia sub celo tempus habent et tempus quidem loquendi et tempus esse tacendi. Quum autem suum tempus silencium habebit si hos etiam sacros dies pro me mea verbum confabulacionem causa quod ipsa tanto occupacior quanto laboriosior. Dum non quidem putes aliud pro leviter dico palea que volui sed absentibus inter est nobis invicem diligenter dictare quo vel petimus admiror vel petimus. Tu non absens digito dictito scriptito mutus quod quod prius legas rogo ubi oculi ubi silencium queres. Sed licet inquies omnia facere potes in silencio claustri si quod sentencia hoc videas quantum enim tumultus est in inter dictacium ubi multitudo perstrepit diversorum ordinum varietas et diversitas sermonum conveniunt ubi sepe resipuit quod

Annius

acrit et requirit quod continet ubi cuius pulcra secundum litteram quod consequentiam mox suadet quid planum propter intelligentiam quid utile ad conscientiam quid denique cui vel post vel ante ponat intentissime attendit. Multaque alia que a doctis in huiusmodi curiose observantur. Et tu in his me dicis esse expertem. Tu hoc etiam si lingua silet silentium notabis. Verumtamen non solum temporis sed nec mee professionis est huic rei operam dare quam postulas. Nec possibilitatis implere quod optas. Siquidem vel monachi quod esse videor vel peccatoris quod sum officium non est docere sed lugere. Indoctus quoque quod et vere me fateor esse si presumat docere quod nescit nichil indoctius agit. Docere itaque nec indocto est nec presumptuoso nec monacho in ausu nec penitenti in affectu. Sed et propter hoc elongavi fugiens et mansi in solitudine et cum propheta proposui custodire vias meas ut non delinquam in lingua mea quia iuxta eundem prophetam vir linguosus non dirigetur super terram. Et secundum aliam scripturam mors et vita in manibus lingue. Silentium autem dicente ysaia cultus iustitie est. Et bonum est ut docet Ieremias expectare salutare dei cum silentio. Adhuc ergo iustitie cultum ad hac omnium virtutum matrem nutricem custodem ne penitus videar negare quod petisti et te et quicumque tui similes proficere cupiunt in virtutibus invito et provoco et si non verbo doctile tamen mei silentii exemplo ut vel silendo doceam te silere qui loquendo compellis me docere quod nescio. Sed quid ego facio? Miror si non rides quod ego qui multiloquium tanto opere damnare videor in tam multa verba tam loquaciter iam progredior. Et dum cupio tibi commendare silentium per multiloquium pugno. Dicturum me michi de cuius questione et prima consolari desiderabas quantum ex fructibus eius presentimus novus digne deo consultum. Dignos quoque penitentie facere fructus. **Ad henricum regem anglorum**

Henrico illustri anglorum regi B. Celorum regi de terreno fideliter et humiliter obedire. In terra vestra tenet preda domini mei atque vestri et illa preda pro qua maluit mori quam tenere illam. Ego eam sequi disposui et mittere de mea militia qui in manu valida si vobis non displicet requirant recipiant reducant. Et nunc huius rei gratia premisi hos quos videtis certos exploratores qui se rei indagent sagaciter remittentque fideliter. Assistite eis tanquam nuntiis domini vestri et in ipsis feudum vestrum definite. Ipse vos ad honorem suum ad salutem vestram ad patrie salutem prosperitate et pace letum vos et incolumem perducat.

Super fratre turbato et turbante fratres. In bonum ac placidum finem. **Centesima**

Super fratre turbato et turbante fratres et contemplatione ingruit breve tibi sed fidele damus consilium. Diaboli studium est turbare in domo dei et querere quem devoret. Hinc econtra vigilantie inquantum potes numquam dare locum dyabolo. Instituto igitur ille acrius insistit quo a grege infirmam separet oviculam quam eo licentius rapiat quo iam non sit qui eripiat. Tanto enim tibi quantum in te est resistendum est ne de manu tua possit eam eruere ne quis dicat inimicus prevalui adversus eum. Itaque aggredere fratrem omni officio caritatis videlicet blanditiis salutaribus monitis secretis increpationibus publicis exhortationibus divinis etiam et uberum orationibus quod quidem efficacius esse solet tuis ad dominum pro eo fratrum quoque puris orationibus. Et si iam hec omnia fecisti vel perfecisti ad apostoli confugiendum est consilium dicentis Auferte malum ex vobis. Auferatur ergo malus ne malos generet. Neque enim potest arbor mala fructus nisi malos facere. Auferatur autem dico sed non quo ipse voluerit videlicet tanquam ex tua licentia cum male secura conscientia ex congregationis communi confessionis dementatus subiectionis sui iuris esse sua permittatur vivere lege sed abscidatur ut ovis morbida a grege ut putridum membrum a corpore qui iam communi se proposito nominat a te sit tanquam ethnicus et publicanus. Et ne timeas esse contra caritatem scrupulum scandalum multorum recompensantis pace quippe qui sua forte malicia fratrum cohabitantium turbare facile poterat unanimitatem consolet te illa salomonis sententia. Que deus neglegit nemo corrigere potest. Et illa salvatoris: Omnis plantatio quam non plantavit pater meus eradicabitur. Et illa beati Iohannis evangeliste de scismaticis: A nobis exierunt sed non erant ex nobis. Et rursum apud apostolum: Infidelis si discedit discedat. Alioquin non est relinquenda virga peccatorum super sortem iustorum ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Melius est enim ut pereat unus quam unitas. **Item Centesima**

Etsi facie ignotus etsi corpore remotus a nobis amicus tamen es. Et amicitia notitia iam nobis et putem te facit. Hanc tibi te nesciente comparavit non caro et sanguis sed spiritus dei. Cum ob fratrem tuum etiam nobis societate et spirituali caritate coniunxit ac proinde cum te quoque si dignum te iudicas et si non sapis contempnens corporalia amicitia quos vitas beatos clamat et reges perhibeat celorum quia beatitudinem non inviderem tibi nec enim comitata tibi nobis minuitur nec mea parvitate tua perstringitur si et tu regnaveris. Verumtamen vos invidia potest esse ubi sortium magnitudini consortium multitudo nil detrahit. Volo te esse amicum pauperum magis autem imitatorem. Ille gradus proficientium est hic perfectorum. Amicitia pauperum regum amicos constituit amor paupertatis reges. Regnum denique celorum pauperum est. Et est regie potestatis beare pro voluntate amicos. Facite inquit vobis amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Vides quam magna dignitas sancta paupertas sit ut non modo patronum ipsa deus non querat sed et ferat indigentibus. Quale est hoc. Absque intuitu cuiuspiam angelorum vel hominum sola divine gratie consideratione attende per temetipsum ad vultum glorie capescere summa verorum attingere tanta magnificentie culmine. Verum qualibus ista tu tibi impedias rebus vitam sine dissimulatione attendas ne vix vapor est ad modicum parens

quos etiam felicitatis aditum intercludit, quod perennis luminis intus septam claritatem abscondit, quod summe putat
dignitatis honore. Quousque tu tantae gloriae praefers faenum, quod hodie est et cras in clibanum mittitur? Carnem dico et eius
gloriam. Siquidem omnis caro faenum et omnis gloria eius quasi flos agri. Si sapis, si habes cor, si tecum est lumen oculorum
tuorum, desine iam ea sequi, quae et assequi miserum est. Beatus qui post illa non abiit, quae possessa onerant,
amata inquinant, amissa cruciant. Num non ea facilius cum honore spernis quam cum dolore perdis? Num non ea prudentius
Christi cedis amori quam morti? Est in insidiis praedo, cuius manibus nec te nec tua potes subducere. Non poterit
praeveniri, quia tamquam fur in nocte ita veniet. Nihil intulisti in hunc mundum, haud dubium quia nec quicquam auferes.
Dormies somnum tuum et nihil invenies in manibus tuis. Et nosti quia non est in docendo te superfluo laborandum,
orandum potius ut quod iam tibi nosse datum est, detur et implere. Vale. Ad magistrum Galterum de Calvo Monte.

Saepe, amice dulcissime, tui subeunte memoria doleo super te, ob carissime cogitans in quorum illud tuae in-
iuventutis decus et ingenii acumen, scientiae et eruditionis ornatum, quodque his omnibus excellentius est in
christiano tuos illos mores ingenuos, quam lambis studiis atteras, cum tu de tantis muneribus non auctori
Christo, sed rebus destinas transitoriis. Et si quod avertat Deus mors improvisa surripiens ista convoluerit, heu subito
cuncta velut ad impulsum maris et furentis venti tamquam faenum velociter arescent, et quemadmodum olera herbarum
cito decident. Quid tecum tolles de omni labore tuo quo operatus es sub sole? Quid retribues Deo pro
omnibus quae retribuit tibi? Quid, inquam, lucri pro tot tibi creditis talentis referes creditori? Quod si vacua manu ve-
nerit ille donorum suorum exactor, quid? actor si importunus exactor veniet. Veniet enim, veniet ad requirendum illi quod
suum est cum usura. Cum nempe assentit omnis quod te in tua patria praeclaris favoribus nobilitate videre generis
clarum, corpus aptum, forma elegans, ingenium velox, eruditionis utilitas et honestas morum. Gloriosa quidem
sunt, sed ei a quo sunt. Si tibi usurpas, est qui quaerat et iudicet. Esto tu liceat tibi interim ascribere nomini
tuo et gloriari in laude tua et vocari ab hominibus rabbi et facere tibi nomen grande, quale habent super terram.
Quid tibi post mortem de his omnibus nisi sola fortassis memoria relinquetur? et hoc quod solidi super terram scriptum
est. Dormierunt somnum suum et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Quod si hic est finis omnium la-
borum tuorum, ut pace tua dixerim, quid habes amplius iumento? Siquidem et de tuo palefrido ad mortem
fuit. Prohibet quia bonus fuit. Sic vide quid tibi ante tribunal illud terribile respondendum sit de eo quod accepis in
vano animam tuam, et animam quidem, si tu rememoraris, nil egisse amplius de immortali et rationali spiritu tuo quam quodvis
pecus de suo, cum brutis utique spiritus non vivat nisi quamdiu vivificat, et uno eodem quoque momento et vivificare pariter
desinat et vivere. Quid, quaeso, dignum te iudicabis, qui factus ad imaginem factoris tamen in te maiestatis
non defendis dignitatem? et tu homo cum esses in honore tuo non intelliges. comparatus iumentis insipientibus
et similis factus es illis. Dum nil spirituale videlicet et aeternum elaboramus, sed instar beluini spiritus qui ut a
corpore dissolvitur, solis fuit contentus corporalibus aut temporalibus bonis. Evangelici illius surdus auditor con-
silii: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Scriptum est autem quod non ascendet in montem
Domini nisi qui non accepit in vano animam suam, sed nec is quidem nisi etiam fuit innocens manibus et mundo corde.
Videas tu an de tuis hoc operibus simul et cogitationibus praesumere audeas. Sin autem, attende quid inertiae
iniquitas, si sola inutilitas sufficit ad damnationem. Et revera securim non evadet spina vel tribulus, ubi securis
infructuosae arbori posita videbitur. Nec parcet pungenti qui minatur et sterili. Pergit vae illi, de quo
diceret: Exspectavi ut faceret uvas et fecit labruscas. Sed novi ego quam liquido et copiose hic me quoque tacente
cogitare sufficias. Matrem vero demitto amore nectum posse abire quod iam contempsere noveris. Et quod ego
ad hoc indebo tibi ut matrem deseras. Sed inhumanum videtur, ut cum ipsa maneas. Sed nec ipsi expedit, ut sit sibi
hoc causa perditionis. Forte ut inde similiter militet et Christo? Sed nemo potest duobus dominis servire. Mater tua vo-
luntatem tuam, ac pro hoc et suae ipsius saluti. Elige ergo tu e duobus quod vis, aut unius videlicet satisfacere voluntati
aut utriusque saluti. Verum si multum eam diligis, desere potius ipsam propter ipsam, ne si Christum deseras ut ma-
neas cum ipsa, propter te pereat et ipsa. Alioquin male meruit de te quae te peperit, si propter te perit. Quomodo enim
non perit quae ipsum quem peperit perimit? Et haec dixerim ut tuo aliquo carnali condescendam, copulam quoque
affectui. Ceterum fidelis sermo et omni acceptione dignus, etsi impium est contemnere matrem, contemnere
tamen propter Christum piissimum est. Nam qui dixit: Honora patrem tuum et matrem, ipse eadem dixit: Qui amat patrem
aut matrem plus quam me, non est me dignus. Ad Romanum romanae curiae subdiaconum.

Bernardus abbas Claraevallis Romano suo. Benefecisti, karissime, tu nobis per litteras et renovas dulcem
memoriam et excusans molestissimam moram timens quod desperancio te cordibus nulla potuit surripe-
re quaeque oblivio tuae dilectionis. Sed te tu fateor paene oblitum esse putamus prius quam illas litteras
videremus. Nunc itaque rumpe moras. Fac quod scripsisti. Et si valeat stilus exprimere affectum, efficacius opere
stilum testificetur. Quid tardas ipsum quem iam dudum concepisti spiritum parturire salutis? Nil mortalibus vel
morte certius, nil incertius hora mortis. Siquidem tamquam fur in nocte ita veniet. Vae praegnantibus in illa
die, si supervenerit et invenerit hunc tam salutiferi partum. Heu perfodiet domum, scandit gemine contiguet

Cum enim dixerint pax et securitas tunc repentinus superveniet eis interitus sicut dolor in utero habenti et non effugient.
Volo te mortem et si non effugere certe vel non timere. Iustus preventus morte et si non cavet tamen non pavet. Denique si
morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Quid enim quid et iustis sit securius, quippe cum mors ut putatur est egressio
vite ita introitus melioris. Bona mors si peccato moriaris ut iustitie vivas. Que mors nature est previat ut se-
quatur illa secunda in hac vita quamdiu durat comparat ei illa que semper durat. Dum vivis in carne morere mundo
ut post mortem carnis deo vivere incipias. Quid enim si consideret mors sacratum corporis dum te subinde excubet
leticia. Quod quia beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus ut iam requiescant a laboribus suis. Non solum
autem sed et succedit iocunditas de novitate ac de eternitate securitas. Bona proinde mors iusti propter requiem
melior propter novitatem optima propter securitatem. Econtra mors peccatorum pessima. Et audi unde pessima. Mala
siquidem est in amissione mundi, peior in separatione carnis, pessima in vermis igneis quod duplici contritione. Er-
go festina quoniam recede, moriatur anima tua morte iustorum quo fiant et novissima tua horum similia. Quod quia
pretiosa est in conspectu domini mors sanctorum eius. Fuge queso. In via peccatorum ne steteris. Quo vivere potes ubi
mori non audes cum parentibus occurrere fugientes paratos nos esse confidito. Ad magistrum [illegible]
Dilecto suo A. B. salutem et non in via. Quid mirum si inter prospera fluctuas et adversa qui necdum statuisti
super petram pedes tuos, et si inveniris et statuas custodire iudicia iustitie domini. Quid horum te separare po-
terit a caritate Christi. Quod si scires quid dicam. O quam magna multitudo dulcedinis quam preparasti diligentibus te.
Sed tu forte qui ut audivi prophetas legis, putas intelligere que legis. Nam si intelligeres, sentires utique secundum prophetie
lectionis esse mysterium quem videlicet si apprehendere cupis, citius illud sequendo quam legendo consequi potes. Quid
queris verbum in verbo quod iam caro factum est, presto est oculis. Iam enim de latibulo prophetarum egressus est ad
oculos piscatorum, iam de monte umbroso et condenso tamquam sponsus de thalamo suo prosilivit in campum
[illegible] iam qui habet aures audiendi audiat illum clamantem in templo. Qui sitit veniat ad me et bibat. Et
venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Tu ergo times deficere ubi se vitas
reficere te promittit. Certe si tantum te delectat tenebrosa aqua de nubibus aeris, quanto iocundius haurias
de sincerissimis fontibus salvatoris. Quod si semel paululum quid ex adipe frumenti unde saciat illum degu-
stares, quam libenter suas crustas rodendas litatoribus indoctis relinqueres. Quod si te unquam in stola pietatis sub
[illegible] sodalem. Quod si non liceat purificatum plus tu pectoris vasculum suppone unctioni que
docet de omnibus. Quod quia libens partirer tibi panes quos utique adhuc fumigantes quasi modo de furno recen-
tes tractos de celesti largitate cribro prophetas suis parvulis frangit. Utinam si qua in quoque guttam de
pluvia voluntaria quam segregavit hereditati sue stillare dignetur in dulcedine sua pauperi deus, nos tam tibi
possem refundere et rursum a te vicissim recipere sentires. Experto crede: aliquid plus invenies in silvis quam
in libris. Ligna et lapides docebunt te quod a magistris audire non possis. An non putas posse te sugere
mel de petra oleumque de saxo durissimo. An non montes stillant dulcedinem et colles fluunt lac et mel
et valles habundant frumento. Multis occurrentibus non dicendis tibi vix me teneo. Sed quia non lectionem sed orationem
petis adaperiat deus cor tuum in lege sua et in preceptis suis. Ad Thomam prepositum de Beverlaco
Thome dilecto filio suo G. B. quod filio. Quid opus est verbis. Fervens spiritus et vehemens desiderium
aperit sola lingua non sufficit loqui. Nobis effectum tuum et reliqua membra plus nobis melius
innotescet et nos cognosces. Iam dudum alternatim tenemur alterutrum debitores. Ego fidelis cure
et tu humilis obedientie prebet utrumque si placet opus non calamus. Volo te et tibi usurpare et in me placere
illam urgentem vocem. Opera que dedit mihi pater ut faciam ipsa testimonium perhibent de me. [illegible] sic
[illegible] filii spiritus testimonium perhibet spiritui nostro quod filii dei sumus et nos cum [illegible] ex operibus mortuus lar-
gitur opera vite. Non ex foliis neque ex floribus sed ex fructu arbor bona mala ve demonstratur. Denique a fru-
ctibus eorum cognoscetis eos. Opera ergo et non verba distinguunt inter filios dei et filios diffidentie. Operibus proinde
desiderium et aperit tuum et corporis nostrum. Despondamus pariter tua quecumque optata ymo promissa quecumque
Cur tanto vel in ea saniem expetimus de carne et sanguine aut perficere ex te cupimus aut prodesse tibi
Nobilitas sanguinis [illegible] corporis forma elegans iuvenilis decor prediva palacia immensa supellex
insule quoque dignitatum adde et mundi sapias. De mundo sunt hec et mundus quod suum est diligit. Sed quia iustitia non solum
enim non semper ut pote qui non semper erit, verum nec diu quidem. Dum siquidem ista in te mundus habere non poterit. Et
te quippe ipsum in bonum non habitum. Nam breves dies hominis sunt. Quibus quidem tu plus [illegible]
plus emittit quam ipsa perfuerat. Quid te sine delectat amorem meorum finibus. Nos vero te non tua dili-
gimus. Tua sunt a quo sunt. Tu tue promissionis memor tui nobis copiam [illegible] non neges amantibus te
sincere et amaturus perhennius. Prorsus siquidem nos amantes in vita nostra in morte quoque non erimus separati.
Nam ea que in te vel potius tibi appetimus non humus corporis sunt non humus temporis [illegible] quod nec cum corpore
deficiunt nec cum tempore pereunt. Quinimmo potius corpore delectatur post tempora durat. Vel simile habet cum super
eminentis horum ve similibus que utique insunt tibi non ex corpore sed ex mundo. Quid horum enim vel non prorsus

mortem vel non invenit. At non ista optima pars est quae non auferetur in aeternum? Quod istud nec oculus vidit nec auris
audivit et in cor hominis non ascendit. Cum homo est et secundum hominem ambulat et qui videlicet ut manifestius dicam carni acqui-
escit et sanguini quid illud sit penitus nescit, quia caro et sanguis non revelabunt quod solus revelat deus per spiritum suum.
Qualis ergo homo ad hoc secretum nequaquam admittitur, siquidem non percipit ea quae sunt spiritus dei. Beati qui audiunt: Vos
autem dixi amicos quia omnia quaecumque audivi a patre meo nota feci vobis. O stulte neque quid solos tuos sic soles be-
are amicos ut eos facias nimios consequi et indignos consiliis beatorum. Plane cum quis qui amicus vult esse huius
mundi inimicus dei constituitur. Et si servus nescit quid faciat dominus eius, quanto minus inimicus. Porro autem amicus sponsi
stat et gaudio gaudet propter vocem sponsi. Unde et loquitur: Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est.
Amicus utique minime excluditur a consilio auctoris dei qui non spiritum huius mundi accepit sed spiritum qui ex deo est,
ut sciat quae a deo donata sunt sibi. Confiteor tibi pater quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti
ea parvulis. Ita pater quia sic fuit placitum coram te. Non quia sit meritum vel ab ipsis. Omnes enim peccaverunt et egent gloria
tua ut gratis mittas spiritum filii tui clamantem in cordibus filiorum adoptionis: Abba pater. Hoc quippe spiritu
qui aguntur hi filii sunt, nec prorsus penitus arcendi a consilio. Habent nempe in se manentem spiritum qui scrutatur
etiam profunda dei. Denique quid ignoret quos unctio docet de omnibus? Ve vobis filii huius saeculi a vestra insi-
piente prudentia ignorantes spiritum salutare nec participantes consilium quod solus pater soli eructuat filio, quo
cepto tunc filius voluit revelare. Quis cognovit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit? Nemo quidem sed
rarus soli sane qui vacat dicere potuit: Unigenitus qui est in sinu patris ipse enarravit nobis. Ve mundo
a strepitu. Clamat in plateis idem unigenitus tamquam magni consilii angelus: Qui habet aures audiendi audiat, et qui
dignos non invenit sibi quibus prius committit archanum loquitur parabolas turbis ut videntes non videant et au-
dientes non intelligant. Ceterum amici secreto audiunt: Vobis datum est nosse mysterium regni dei. Quibus et lo-
quitur: Nolite timere pusillus grex quia complacuit patri meo dare vobis regnum. Qui sunt hi? Utique quos praescivit et prae-
destinavit conformes fieri imaginis filii sui ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Magnum secretum quod innotuit apostolo:
Novit dominus qui sunt eius. Sed quod notum erat dei manifestum est hominibus, nec alios dignatur tanti participatione
mysterii nisi eos ipsos quos suos praescivit et praedestinavit. Nam quos praedestinavit hos et vocavit. Quis enim sane
nisi vocatus ad deum accedat? Apostolus: Quos autem vocavit hos et iustificavit. Oritur quippe sol non ille qui quoti-
die oritur super bonos et malos, sed quidam solis ad consilium vocatis speciali promissione promittitur: Vobis inquit
qui timetis dominum orietur sol iustitiae. Manentibus quidem in tenebris filiis diffidentiae, evadit in nova hac luce
lucis filius de potestate tenebrarum. Si tu vero fidenter dicere potes: Particeps ego sum omnium timentium te. Vides quia
praecedit timor ut sequatur iustificatio. Forsan ergo timore vocamur, amore iustificamur. Denique iustus
ex fide vivit, illa procul dubio quae operatur per dilectionem. Studeat itaque in sua vocatione peccator quod timeat
et accedens ad solem iustitiae videat illuminatus quod diligat. Quando illud est? Misericordia domini ab aeterno et usque in
aeternum super timentes eum. Ab aeterno et usque in aeternum propter beatificationem: altera carens principio, altera nesciens finem.
Siquidem quos ab aeterno praedestinat in aeternum beatificat, intercedente sane media vocatione una cum iustificatione
dumtaxat in adultis. Sic ad ortum solis iustitiae sacramentum absconditum a saeculis praedestinatis et beatificandis e-
mergere quodammodo incipit ex abysso aeternitatis. Dum quisque vocatus per timorem, iustificatus per amorem praesumit
se quoque de numero esse beatorum, sciens nimirum quia quos iustificavit illos et magnificavit. Quid enim? audit se
vocari cum timore, sentit iustificari cum amore perfunditur, et de magnificatione diffidet? Initiatur,
proficit, de sola consummatione desperabit? Nempe si initium sapientiae timor dei in quo dicta est esse nostra
vocatio, quid nisi provectus est in sapientia amor dei, ubi utique qui ex fide est ex quo et nostra est iustificatio?
Quid item nisi consummatio in sapientia est ipsa quam in fine speramus de divina illa et deifica visione glo-
rificatio? Sic abyssus abyssum invocat cum in voce cataractarum suarum immensa illa aeternitas et aeterna immensitas
eius sapientiae non est numerus cor hominis pravum et inscrutabile mira sua bonitate et potentia educit in
admirabile lumen suum. Verbi gratia ponamus hominem in saeculo, sed adhuc et sub carnis amore retentum et cu-
terrestris hominis imaginem portet incubantem terrenis nil de caelestibus cogitantem, quis hunc non videat
horrendis confusum tenebris nisi qui in eadem umbra mortis sedent? Quippe cui adhuc nullum suae salutis
signum illuxerit, cui necdum in aliquo intima testatur inspiratio an boni de se quippiam teneat etiam praede-
stinatio. At vero si superna eum miseratio dignatur quandoque respicere, immiserit quoque spiritum compunctionis quo in-
gemiscat et resipiscat, mutet vitam, domet carnem, amet proximum, clamet ad dominum, proponat quod de cetero
vivere deo non saeculo, superni luminis gratuita visitatione et subita mutatione dexterae excelsi cognoscat se natum
quidem non iam irae sed gratiae filium. Quippe qui primum erga se divinae bonitatis comperit affectum quod sic utique
hactenus intimum latuerat ut non solum nesciret utrum nam dignus foret amore an odio. Unde eius odium
magis et non amorem propria conversatio testaretur. Erant enim tenebrae adhuc super faciem abyssi. Nonne ibi
videtur quia de abysso profundissima ac tenebrosissima horrendae ignorantiae in alia quoque quaedam transit abyssum
et regionem amoenam et lucidam claritatis aeternae, et tunc demum quia divisit deus lucem a tenebris cum
peccator sole illucescente iustitiae abiectis operibus tenebrarum induitur arma lucis. Et ille qui per vitam

et conscia propria tamen vnica filium gehenne deputaverat ardoribus sempiternis ad tanta visitatis se oriens ex alto dignatur
respirans gloriam et incipit presumere in spe glorie filiorum dei quam iam in ipso eterno revelata facie contemplans
nono in lumine speculatur et dicit Signatum est super nos lumen vultus tui domine dedisti letitiam in corde meo. Quid domine
quid est homo quia innotuisti ei aut filius hominis quia reputas eum. Iam scio o bone pater vermis vilissimus et odio
dignissimus sempiterno tamen confidit amari qui se sentit amare, ymo quia amari se presentit, non redamare
confunditur. Iam apparet in lumine tuo o inaccessibilis lux quid boni perceperis etiam in malis consistenti mi-
semper manet homunculum amat. Proinde non immerito quia amatus est si non nullo amat sine fine qui sine principio
se cognoscit amatum. Prodit in lucem ad miserorum consolationem magnum consilium quod ab eterno latuit in sinu eternitatis
quod videlicet nolit deus mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat. Habes ergo hoc loco arcanum indicium spiritus
iustificantem cum consistit et dicit Consilium meum iustificationis tue. Prius itaque iustificatio tua et dum consilii
revelatio est et quedam ad futuram gloriam preparatio. Aut certe predestinatio ipsa potius preparatio est, iustificatio autem
magis iam appropinquatio. Denique ait Agite penitentiam appropinquabit enim regnum celorum. Audi et de predestina-
tione quod ipsa sit preparatio. Percipite inquit regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Nemo itaque se amari
diffidat qui iam amat. Libenter dei amor quem prevenit subsequitur. Nam quos redamare pigebit
quos amavit. Habes eum dilectionis pignus habes spiritum, habes et testem fidelem ihesum et hunc crucifixum. O geminum
ipsum quam firmissimum dei erga nos amoris argumentum. Christus moritur et meretur amari, spiritus afficit et facit amari.
Ille facit cur amet, iste ut amet. Ille multam suam dilectionem in nobis commendat, iste condit. In illo
cernimus quod amemus, ab isto sumimus unde amemus. Caritatis ergo ab illo occasio, ab isto affectio. Quanta
confusio dei filium ingratis oculis cernere morientem, quod quidem facile contingit si desit spiritus. Nunc autem quia
caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, amati amamus, amantes amplius
meremur amari. Si enim cum adhuc inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis
reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Quid enim cum qui proprio filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum
non etiam omnia donaturus cum ipso est nobis. Quia ergo geminum teneas nostre salutis indicium, geminam sanguinis
et spiritus effusionem, neutra sine altera prodest. Nam nec spiritus datur nisi credentibus in crucifixum, nec fides
valet si non operatur per dilectionem. Dilectio autem donum spiritus est. Ceterum si secundum hominem christum loquor factus est
non solum in animam viventem sed etiam in spiritum vivificantem, quo uno videlicet moriens, quo altero mortuos suscitans.
Quid nil prodesse putes quod in ipso moritur absque eo quod vivificat. Denique ipse ait Caro non prodest quicquam,
spiritus est qui vivificat. Quomodo est autem vivificat nisi iustificat. Cum enim mors anime peccatum sit, anima quippe
que peccaverit ipsa morietur, vita eius sine dubio iustitia est, quia iustus ex fide vivit. Iustus autem quis est nisi
qui amanti se deo vicem rependit amoris, quod non fit nisi revelante spiritu per fidem homini eternum dei propo-
situm super sua salute futura. Que sane revelatio non est aliud quam infusio gratie spiritualis per quam dum facta
carnis mortificantur homo ad regnum preparatur quod caro et sanguis non possidebit. Hic itaque est illud sacrum
secretum quod consilium quod a patre filius in spiritu sancto accipiens suos quos novit per eundem spiritum iustificando communicat
et communicando iustificat, cum ad id quisque accipit in sui iustificatione ut incipiat et ipse cognoscere sicut et
cognitus est, cum videlicet datur et ipsi presentire aliquid de sua ipsius futura beatitudine, que quemadmodum ab eterno latuit
in predestinante plenius appariturum in beatificante, de qua tum iam percepta sumet ex parte notitiam, interim
quidem gloriatur in spe nondum tamen in securitate. Miserandi qui ad tam iocundum iustorum consilium nullum
adhuc tenent sue vocationis testimonium. Domine quis credidit auditui nostro. O utinam saperent et intelligerent,
verum nisi crediderint non intelligent. Sed habetis et vos o infelices seculi male securi amatores vestrum se-
orsum a iustis consilium. Squama squame coniungitur et non est spiraculum in vobis. Habetis inquam et vos o impii
coniurationem adversus consilium, sed plane adversus dominum et adversus christum eius. Etenim si dicente scriptura pietas
cultus dei, profecto quisquis plus amat mundum quam deum impius atque ydolatra esse convincitur, colens et serviens po-
tius creature quam creatori. Verum tamen sanctis atque impiis sunt adesse quibus quam consilium magnum pauloque inter
utrosque chaos firmatum est. Nam quo iustus longe se facit a consiliis malignantium, ita non resurgunt ideo
impii in iudicio neque peccatores in consilio iustorum. Est quippe iustorum consilium pluvia voluntaria quam segre-
gavit deus hereditati sue. Est consilium velut secretum descendens nimirum sicut pluvia in vellus. Est fons signatus cui
non communicat alienus. Est sol iustitie qui timentibus deum tantum oritur. Porro ceteros adulteros propria in sua sordi-
te et cecitate remanentes iustorum scilicet lucis et ymbris expertes infecundos ac tenebrosos confusos
et aversos subsannat et notat. Hec est iniquitas generatio que non audit vocem dei sui. [illegible]
cum david audiam quid loquatur in me dominus deus. Utique foris sunt in vanitate et insanias falsas intuiti
optimum quam non requirunt auditum. Filii hominum usquequo gravi corde, utquid diligitis vanitatem et queritis mendacium,
surdi ad vocem vitatis ignorantes consilium cogitantis cogitationes pacis, sed et loquentis pacem in plebe sua
et super sanctos suos et in eos qui convertuntur ad ipsum. Iam vos inquit mundi estis propter sermonem quem locutus
sum vobis. Ergo qui hunc sermonem non audiunt immundi sunt. Ceterum tu o bone si huic voci dei tui dul-
ciori super mel et favum si preparas aurem interiorem fuge exteriorem ut expedito et vacante
intus sensu dicas et tu cum samuele Loquere domine quia audit servus tuus. Vox hec non sonat in foro

sed nec audit in publico. Secretum consilium secretum querit et auditum. Auditui gaudium dabit pito et leticiam, si sobria
aure perceperis. Abrahe precipitur exire de terra et cognacione sua ut videre et possidere mereretur terram viventium.
Jacob relicto fratre et patre Jordanem transit in baculo et excipitur Rachelis amplexibus. Joseph dominatur Egipto
mercacione furtiva patri sublatus et patrie. Filia iubetur ut concupiscat rex decorem eius et oblivisci populum
suum et domum patris. Puer Ihesus inter cognatos et notos a parentibus queritur nec tamen invenitur. Fuge fratres tuos et tu
si tuam vis invenire salutem. Fuge inquam de medio Babilonis, fuge a facie gladii aquilonis. Parati sumus
cum panibus occurrere fugienti. Abbatem tuum ne nomines non renuo interim propter obsequium. Obsequium dico non quod
exigam sed quod exhibeam. Sic filius hominis non venit ministrari sed ministrare et animam suam dare redempcionem pro mul-
tis. Tu si dignum iudicas accipe condiscipulum quem magistrum eligis. Unus sit ambobus magister Christus et ipse
sit epistole finis, qui est ad iusticiam omni credenti. Ad illustrem iuvenem Gaufridum et socios eorum

Dilectis filiis Gaufrido et sociis eius B. spiritum consilii et fortitudinis. Rumor qui insonuit edifi-
cat multos, immo universam letificat civitatem dei, ita ut letentur celi et exultet terra et omnis
lingua glorificet dominum de vestra conversione. Terra mota est quia celi distillaverunt a facie dei Sinai
pluentes istis diebus solito habundancius pluviam voluntariam quam segregavit deus hereditati sue. Non appa-
rebit ulterius in vobis vacua crux Christi quemadmodum in multis filiis diffidencie qui tardantes converti ad dominum
de die in diem improvisa morte subtracti in puncto descendunt ad inferos. Denuo refloruit et mittit quasi de
novo lignum in quo pependit dominus glorie qui mortuus est et non tantum pro gente sed ut filios dei qui dis-
persi erant congregaret in unum. Ipse colligit vos qui diligit vos tamquam viscera sua, tamquam fructum preciosissi-
mum sue tamquam dignissimas recompensaciones effusi sanguinis sui. Si ergo gaudent angeli super uno peccatore penitenciam
agente, quid in tam multis et illis peccatoribus qui quanto illustriores videbantur in seculo sciencia, genere, iuventute
tanto pluribus erant perdicionis exemplum. Legeram: non multos nobiles, non multos sapientes, non multos
potentes elegit deus. At nunc preter regulam mira potencia dei talium conversa multitudo. Vilescit gloria presens,
iuventutis flos conculcatur, non reputatur generositas, sapiencia mundi stulticia iudicatur. Non acquiescitur carni
et sanguini, parentum et carorum renunciatur affectibus, favores honores et dignitates reputantur ut stercora ut
Christus lucrifiat. Laudarem vos si vobis hoc attribuisse vos cognoscerem. Certum digitus dei est iste,
immutacio plane dextere excelsi. Datum optimum et donum perfectum nec dubium quin descendens a patre luminum.
Ideo in ipso omne proinde iure reponimus qui facit mirabilia solus, qui fecit ne in vobis ociosa iam
esset ea que apud se est copiosa redempcio. Quid ergo opus est facto dilectissimi nisi ut satagatur
quo laudabile propositum dignum consequatur effectum. Studete proinde perseverancie que sola virtutum coronatur.
Non inveniatur apud vos est et non, ut sitis filii patris vestri qui est in celis, apud quem utique non est trans-
mutacio nec vicissitudinis obumbracio. Vos quoque fratres in eandem ymaginem transformamini a claritate in
claritatem tamquam a domini spiritu, cavete omni vigilancia ne ipsi inveniamini leves et instabiles. Fluctuantes
scriptum est enim: vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Et rursum: Ve ingredienti terram duabus
viis. Et ego quantissimum quantum congratulor vobis, tantum gratulor et mihi qui ut accepi dignus haberi
sum inter eligi consilii huius et consilium do et auxilium spondeo si videor utilis, aut certe si dignus
iudicor non recuso laborem, non deero pro viribus, devotus suppono humeros et si iam fessos sarcine huic
si illa celitus imponatur, letus et obviis manibus excipio cives sanctorum et domesticos dei quos libens iuxta
mandatum propheticum occurro cum panibus fugientibus a facie gladii, aquam fero sicientibus. Ad parentes eiusdem Gaufridi

Si filium vestrum deus facit et suum quid vos perditis aut ipse quid perdit. Infidi consolatoria
fit de divite dicior, de nobili generosior, clarior de illustri, et quod hiis omnibus magis est, sanctus
de peccatore. Oportet autem eum preparari regno quod sibi paratum est ab origine mundi. Alioquin dei gratia mo-
dicum tempus quod vivit hic maneat nobiscum donec abrasa spurcicia vite secularis ac terreno detersus
pulvere celesti mansioni fiat ydoneus. Si diligitis eum gaudebitis utique quia vadit ad patrem et talem
patrem. Ipse quidem vadit ad deum sed vos non perditis eum quinpocius multos per eum acquiritis vobis filios.
Quotquot sumus de Claravalle ipsum in fratrem vos in parentes suscipimus. Sed fortassis metuitis corpori
eius vite asperitatem quem nimis tenerum nostis esse ac delicatum. Verum de huiusmodi timore dicitur: Ibi tre-
pidaverunt timore ubi non erat timor. Confidite consolamini, ego ero illi in patrem et ipse erit mihi in filium
quousque de manibus meis excipiat eum pater misericordiarum et deus tocius consolacionis. Nolite ergo lugere, nolite flere
quia Gaufridus vester festinat ad gaudium non ad luctum. Ego ero illi pater, ego mater, ego frater, ego soror,
ego faciam ei prava in directa et aspera in vias planas. Ego ei omnia sic temperabo et sic dispensabo
ut spiritus proficiat et corpus non deficiat. Denique serviet domino in leticia et exultacione et cantabit in viis
domini quoniam magna est gloria domini. Ex persona Helie monachi ad parentes suos

Sola causa qua liceat parentibus non obedire deus est. Ipse enim dixit: Qui amat patrem aut matrem
plus quam me non est me dignus. Si me vere ut boni ut pii parentes diligitis, si verum si fidelem
erga filium pietatem habetis, quid me patri omnium deo placere satagentem inquietatis et ab eius
servicio cum servire regnare est retrahere attemptatis? Vere nunc cognosco quia inimici hominis domestici eius.
In hoc vobis obedire non debeo, in hoc vos non agnosco parentes sed hostes. Si diligeretis me gauderetis

vtique quia vado ad patrem meum atque patrem vestrum immo vniuersorum. Alioquin quid michi et vobis? Quid a vobis habeo
nisi peccatum et miseriam? Hoc solum quod gesto corruptibile corpus de vestro me habere fateor et agnosco. Non sufficit
vobis quod me in hac seculi miseria miserum miseri induxistis, quod in peccato vos peccatores peccatorem genuistis,
quod in peccato natum de peccato nutristis, nisi invidendo michi misericordiam qua consecutus sum ab eo qui non vult
mortem peccatoris filium insuper gehenne faciatis? O durum patrem, o sevam matrem, o parentes crudeles et im-
pios, immo non parentes sed peremptores, quorum dolor salus pignoris, quorum consolacio mors filii est, qui me
malunt perire cum eis quam regnare sine eis. Qui me nunc ad naufragium unde tandem nudus evasi, nunc
ad ignem unde vix semiustus exivi, nunc ad latrones a quibus semivivus relictus sum, sed miserante Samari-
tano iam aliquatenus convalui, revocare conantur, et militem Christi ipso iam rapto celo triumphantem, quod
non in me glorior sed in eo qui vicit mundum, ab ipso introitu glorie tanquam canem ad vomitum, tanquam suem ad lutum tanquam
ad seculum reducere volunt. Mira abusio. Domus ardet, ignis instat a tergo, et fugientem prohibent egredi,
evadenti suadent regredi, et hoc ab hiis qui in medio positi sunt et obstinatissima dementia et de-
mentissima obstinacione fugere periculum nolunt. Proh furor! Si vos contempnitis mortem vestram, cur etiam appetitis
meam? Si vos modo negligitis salutem vestram, quid iuvat etiam persequi meam? Quare vos potius non sequimini
me fugientem ut non ardeatis? An hoc est verum quod etiam lenamine si me etiam perimatis, et hoc solum timetis
ne soli pereatis? Ardens ardentibus quod solacium prestare poterit? Que miseris consolacio dampnatis socios habere
sue dampnacionis? Quod ne remedium morientibus alios videre morientes? Non hoc nimirum persuadebat dives ille
qui in tormentis desperatus de sua liberacione rogabat mittari fratribus suis ne ipsi venirent in eundem locum
tormentorum, timens procul dubio quod suorum dampnatum augeri suum. Quid ergo? Ibo et consolabor lugentem matrem
meam mei ad tempus visitacione, ut in eternum lugeam et me et ipsam sine consolacione? Ibo magis et satisfaciam
patri meo nascenti pro mei ad tempus absencia consolandum, et ipse de eius presencia ut pro modico et quamvis
Christe et vtrumque pro alterutro inconsolabili desolatur estimacione, dum potius exemplo apostoli non acquiescentes carni
et sanguini vocem audiam dominum iubentem: Dimittite mortuos sepelire mortuos suos. Et cantabo ad dominum:
Renuit consolari anima mea, et cetera. Mens a viris non comprimi. Hoc tu scis. Quid enim si mens tradere
nequit consolari anima mea. Et cetera. Renuit consolari, et terrena adulatur promissor blanditur consolacio carnis
non in pretereunte celestis quod hereditas preclara est michi. Et terrena non sapuit, et cuius desperanti fastidio
gustato spiritu vere est despicere carnem, affectanti celestia, terrena non sapuerint, et cuius desperanti fastidio
sunt transitoria. Desinite igitur parentes mei desinite et vos frustra plorando affligere et me gemitibus revocando
inquietare, ne si adiecerit ultra nuncios mittere pro me, plus me elongare cogatis. Nam ab dimittitis
inquietare, ne si adiecerit ultra nuncios mittere pro me, plus me elongare cogatis. Sed requies mea in seculum seculi. Hic habitabo quoniam elegi eam. Ibi
Claravalle in perpetuum non dimittam. Hic requies mea in seculum seculi. Hic habitabo quoniam elegi eam. Ibi
pro meis atque pro vestris peccatis iugiter orabo, ibi precibus assiduis quod et vos cupitis impetrabo si potero,
vt qui eius amore hoc modico tempore ab invicem separamur in alio seculo simul felici et inseparabili societate
in eius amore vivamus per omnia secula seculorum. Amen. Ad Gaufridum Lexoviensem
Doleo super te fili mi Gaufride, doleo super te. Et merito. Quis enim non doleat florem iuventutis tue quem le-
tantibus angelis deo illibatum obtuleras, in odorem suavitatis, nunc a demonibus conculcari, viciorum
spurcicie et seculi sordibus inquinari? Quomodo qui vocatus eras a deo, revocante diabolo sequeris, et
quem Christus trahere ceperat post se, repente pedem ab ipso introitu glorie retraxisti? In te comprobari nunc
cerno veritatem sermonis domini quem dixit: Inimici hominis domestici eius. Amici tui et proximi tui adversum te appropinquaverunt
et steterunt, revocaverunt te in fauces leonis et in portis mortis iterum collocaverunt te. Collocaverunt
te in obscuris sicut mortuos seculi, et iam parum est ut descendas in ventrem inferi. Iam te deglutire
festinat ac rugientibus preparatis ad escam tradere devorandum. Redite quesumus, redite prius quam demergaris
unde ulterius non emergas, prius quam te absorbeat profundum et urgeat super te puteus os suum, prius quam
ligatis manibus et pedibus proiciaris in tenebras exteriores, ubi est fletus et stridor dencium, prius quam de-
trudaris in locum tenebrosum et opertum mortis caligine. Erubesce forte redire qui ad horam cessisti.
Erubesce fugam et non post fugam redire in prelium et rursum pugnare. Necdum finis pugne, necdum ab
invicem dimicantes acies discesserunt. Adhuc victoria pre manibus est. Si vis, nolumus vincere sine te, nec
tua tibi invidemus glorie porcionem. Leti occurremus tibi, gaudentes complexibus. Dicamus: Epulari et gau-
dere oportet, quia hic filius noster mortuus fuerat et revixit, perierat et inventus est. Ad Zophiam virginem
Bernhardus abbas Zophie virgini virginitatis servare titulum, apprehendere fructum. Fallax gloria
et vana est pulchritudo, mulier timens deum ipsa laudabitur. Condelector filia glorie virtutis tue
qua fallacem mundi gloriam respuisse narraris, ipsa quidem digne respuit. Sed nulli alii sapi-
entes in eius estimacione decipiuntur, tu vere laudaris que non falleris. Flos feni est ad modicum pa-
rens, ipse eius qualiscumque status nonne plus anxietatis quam iocunditatis habet? Dum pendicias dum defendis
dum invides dum suspicaris, dum semper ambis que non habes, et nullis adeptis acquirendi tepescit ardor,
que requies in gloria tua, si qua tamen est? Perit iocunditas non reditura et manet anxietas non relictura.
Certum videas eciam quam plurimos non apprehendere contempnere paucos. Cur hoc? Profecto quia virtutes nullorum
est ubi paucorum, paucorum magis paucorum perfectum nobilium. Denique non multos nobiles sed ignobilia

mundi elegit deus. Proinde benedicta tu in nobilibus pro gloria certantibus, actis de contemptu glorie gloriosius sublimaris
et sublimius glorificaris. Insignior plane atque illustrior quam de parentibus sanguinis eris quam quod orta de magnis. Illud namque
dei munere tuum est, illud tuorum. Porro quod tuum est, tanto carius est quanto magis. Nam si in viris virtus rara est,
quanto magis in femina fragili et nobili. Denique mulierem fortem quis inveniet? multo magis quod forte et no-
bile. Immo quia deus est acceptor personarum, nescio tu quo pacto virtus in nobili plus placet. Nam forte
quia plus claret. Siquidem ignobilis nobilis cum claret gloria non facile liquet utrum quia noluit an quia non possit
habere. Laudo facta de necessitate virtute, sed plus illa quam elegit libertas non induxit necessitas. Electe ergo recte quia
spem non habent per verorum fugacium atque fallacium velut brevem quia gloria tu spei que non confundit intenderis tue magis-
ter quod breve quod et momentaneum tribulationis tue supra modum in sublimitate operatur pondus glorie reservato.
Cui si comparabuntur filie belial ille que contento collo fracte incedunt, circumornate et nubile
ut similitudo templi. Tu dic: Regnum meum non est de hoc mundo. Tu dic: Ornamentum a t a u b e patris tu de
gloria mea abscondita est cum christo in deo. Cum autem christus apparuerit vita mea tunc et ego apparebo cum ipso in gloria
Quippe et si gloriam omnem potes tu quasi ingenue potes sperne tamen in deo. Omitte sine corona qua tibi deus preparat
meritum. Vides repromissiones que te in posterum manent quam felix sponsa admittenda ex revelata facie spe-
culari gloriam sponsi tui, quam te possibilitatem est gloriam non habere maculam neque rugam aut aliquid huiusmodi quam eius con-
ceptum amplexibus ponet levam sub capite tuo et dextera illius amplexabitur te. Vides locum nominatum quem
virginitatis prerogativa singularem a filiis et filiabus in regno est procul dubio sortitura. Vides et canticum illud
nobilium quod virgo cum virginibus singulari melle dulci quasi modulatione cantitura letabis in ipso et letificabis
nobilium quod virgo cum virginibus ... et sequetis agnum quocumque ierit. Illud sequimur ut oculus vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascendit quod tibi preparatum est et ante preparari orasti. Illud ergo pretermitto que in futuro reposita
sunt tibi premia tua loquor ea que de presentis spiritus ... tenes sponsi premia arras sponsalicias
benedictionibus dulcedinis in quibus te prevenit que et sub securitate atque quod deest completurum apparatus ille unde
incedunt veniat summo decore spectabilis ipsis quasi angelis admirandis ornatus et preferat. Siquidem sunt ille habent
filie babilonis quibus vera gloria in confusione est, induuntur purpura et bysso et splendide contra pannosa iacent,
fulget moribus morbis sordet. Econtra tu foris pannosa intus speciosa resplendes. Si divinis aspectibus non
fulget. Intus est quod delectat quia intus est quod delectat. Nisi forte tu dubites habitare christum per fidem in corde
tuo. Denique omnis gloria eius filie regis ab intus. Laudare filia syon et exulta filia iherusalem quia concupivit rex
decorem tuum. Si tu confessionem et decorem induis amicta lumine sicut vestimento. Nempe confessio et pulcritudo ...
decore tuum sed tu confessionem ... in quem desiderant angeli prospicere. Audis cum places amica vide
eius tuus sponsa fortis pro filiis ... amara amica confessor si affectas decorem. Confessioni ... decor ... pulc-
places confessionem ob qua amarus amica confessor si affectas decorem. ... decor ... pulc-
tudo habes utrumque confessorum et decorem induisti et confessio et pulcritudo in conspectu eius. Revera ubi confessio ibi pulcritudo
ibi decor. Si peccata sunt in confessione lavantur, si bona opera confessione commendantur. Cum mala tua confiteris, sacrificium
ficium est deo spiritus contribulatus. Cum dei beneficia immolas deo solvens laudes. Bonorum autem ornatum confessio
que et peccatores purgat et iustum reddit purgatorem. Absque confessione iustus iudicatur ingratus et peccator
mortuus reputatur. Confessio igitur peccatoris est vita iusti gloria et venia peccatori et iusti meritis decet. Denique
rectos decet collaudatio. Tenta et purpura et cetera sunt decore habent quamquam illic applices corpus quo
ponitur. Sponsam suam non deponit. Tenet denique tollit cum tollitur ipsum. Porro decor qui cum veste induitur et
cum veste deponitur vestis procul dubio est non vestiti. Tu ergo noli emulari in vanitatibus et medicatibus
pulcritudinem alienam ubi perdiderit suam. Natino quippe et intuo se probat decorem mutabis quam tanto studio
et precio de binis et variis speciebus emis que potest figuere modi foris et confinge satagit unde oculis inspicere
cum appareat formose. Indignum tibi videatur formam a pellibus minum et operibus vermium mutuari. Tua tibi
sufficiat. Ille est verus proprius quasi cuiusque rei decor qui nulla indigere materia possit inesse. O quam decenti rubore
genas suffundit virgineas ingenuus gemina pudor nec inferior insigne decoris disciplina prefert. O quam co-
positum reddit omne puellaris corporis statum ... et mentis habitum disciplina cuncta submittit, ponit sup-
tilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam, gulam frenat, iram sedat, format
incessum. Talibus decet purpurare veste distinguit margaritis. Istius modi induta varietate virginitas tua gloria
mundo non preferetur angelice. Angelus habet virginitatem sed non carnem. Hanc felicior in hac parte optimus et opta-
bilis nulla ornatus iste qui et angelis possit esse invidiosus habet, adulta et aliud decoris profecto tanto magis
tibi tutius quanto et proprius. Vides nempe auro et argento lapidibus preciosis et omni denique cultu regio non
tam ornatas quam oneratas. Vides longas post se trahentes fimbrias ipsas quasi preciosissimas et densis
pulveris nubes excitantes in aera. Non te moveat. Ille illa vel in morte deponent. Te tua sanctitas
non relinquet. Non sunt sua que portant. Cum intierint non sument omnia nec descendet cum eis gloria eorum. Cumque
tibi sunt mundus illius ... retinebit. Ceterum vanis vanas splendor alias seducturus. Altius tuus ille ornatus
non sit transisse tibi ut decor maneat. Propterea tuus quia tuus nullis facile aut cedit iniuriis aut periculis
adhuc ... nulla furis calliditas nihil furentis violentias pro hoc abrumens vadit ut vetustate corrumpitur.

nec consentiunt et tu in morte vivit. Nimirum anime vita est non corporis, et ob hoc sicut cum anima de corpore abit non obit
cum corpore. Porro anime non licet quid faciat etiam qui corpus occidunt. ¶ Ad alteram sanctimonialem

Magnum mihi est gaudium quod te ad verum et perfectum gaudium velle tendere comperi, quod non est de terra sed de
celo, et non de hac convalle plorationis sed de illa quam fluminis impetus letificat civitatem dei. Et revera
illud verum et solum est gaudium quod non de creatura sed de creatore concipitur, et quod cum possederis nemo tollet
a te; cui comparata omnis aliunde iocunditas meror est, omnis suavitas dolor est, omne dulce amarum, omne decorum
fedum, omne postremo quodcumque aliud delectare possit molestum. Denique tu mihi testis es in hac re. Interroga
teipsam, tu tibi familiarius confiteberis. Nonne hoc ipsum clamat in corde tuo spiritus sanctus? Annon tibi plus iam ab ipso quam
a me longe verius persuasum est? Cum enim tu foris iuvencula formosa, ingenua sis, fragili et tenera et
etate vinces sexum, spectabilem forma et generositate contempnis, nisi cuncta que sensibus corporis subiacent, in illorum
iam tibi comparatione vilescunt que te intus et confortant ut vincas et delectant ut perferas. Nec inmerito.
Modica transitoria terrena sunt que despicis, magna eterna celestia sunt que appetis. Plus dicam ut verius dicam,
tenebras deseris et lucem ingrederis, de profundo fluctuum emergis ad portum, de misera servitute in felicem
libertatem respiras, de morte denique transis ad vitam. Siquidem usque modo tuam non dei voluntatem, tuam vivens non
dei legem, vivens mortua eras; vivens modo mortua deo, sive ut verius loquar, nunc modo vives nec deo
volens quippe sub habitu et nomine religionis ad instar virginum de seculo gaudere, sola deum ante voluntate repulsa
non ad valens quod stulte volebas, non tu quidem mundum sed te mundus reiciebat. Summa ergo repelleris et a seculo repul-
sa, inter duas ut dicitur sellas corruebas. Nec deo itaque vivebas quia nolebas, nec seculo quia non poteras, aliud quidem
volens aliud coacta, sed tu utrique mortua. Hic est coniugem eorum qui vovent et non solvunt, qui aliud foris
ostentant et intus aliud appetunt. At vero nunc per dei misericordiam incipis revivescere non peccato sed iusticie, non seculo
sed Christo, sciens quia et seculo vivere mors est et in Christo etiam mori vita. Beati nempe mortui qui in domino mo-
riuntur. Abolebit iam ut votum tuum invitum, ut cassam professionem causabimur. Abolebit iam ut corporis integritas
animi corruptione infirmabitur, ut morum pravitate virginitatis titulus obscurabitur. Abolebit iam ut falsum nomen, ut
vacuum velamen portabis. Utique cum habitus norma et sanctimonialis vocata es, que pro sanctitate nonnisi
tamen non sancte conversata es; cum velum in capite ferebat, veneranda et sub velo petulans oculus prohibebat in-
pudicitiam; caput superbum gerebas velatum sed elatum; sub signo verecundie sermo resonabat inverecundus; risus
inmoderatior, incessus lascivior, vestitus ornatior, ut in pileate magis quam velate conveniunt. Sed ecce iam
vetera Christo auctore transierunt et nova sibi incipiunt omnia, dum cultum exteriorem interiore commutas et magis vita
quam veste appetis fore ornata. Facis quod debes, immo quod iam olim fecisse debueras. Nam olim iam non ignoras
quod spiritus qui spirat ubi vult spirat ita et quando vult, incendium spirabat; et idcirco forsitan quod tu ... egisti quo-
que spiritus qui spirat ubi vult. Conceptum sic flammate spiritus quo nunc recalescit spiritus dominus cor tuum intus te et in meditationibus tuis
exardescit ignis. Quod restat nisi ut te illi suadeo nouverit ignem qui non
conardescente igne tuum iam contigit ... quod restat nisi ut te illi suadeam novisse ignem qui non
possit extingui donec consumat. Porro idem spiritus in te carnales ne forte ab istis prefocata quod absit
incepto sancto desiderio in flammas coniungat insidie gehennales. ¶ Pro Heboracensi intruso ad papam Eugenium

Quam turpia illa sunt de vobis audire, in quibus glorificetur deus, letificetur universitas virorum et animarum vestra
letificetur. Sunt et que audita tristitiam universorum de quibus qui officium legationis nimium videbat et
ambitiose aspirare et inpudenter sperare. Sicut possit facti sumus letantes. Non autem nobis domine, sed et omnes
qui diligunt nomen tuum, gavisi sunt gaudio magno. Porro visis litteris quas Rutheneum ecclesie desti-
nastis, cor meum repletum est gaudio omnis meus et lingua mea exultatione. Sed atque hec digna sunt
viro apostolico, summam sedem nobilitant. Decet plane orbis episcopum. Video et flecto genua mea ad ipsum, vinci
humoris mei primatus auctorem, ut det vobis sic sapere et sic agere sicut in evellendo plantando in destruendo
et edificando. Siquidem in ruina et in resurrectione multorum ascendistis hanc cathedram. Evacuant que noxie stant,
erigat digna, ponat securim ad radicem sterilium plantationum, purgent fructifere ut fructum plus af-
ferat. Presidente nequam, humili erigendo deponat superbi de sede et exaltent humiles. Esurientes impleat
bonis et divites dimittat inanes. Super nepte exultatione vindictam et ita factum est in tanta emendatio pauperis
episcopi. Age ergo, inardescat iam sanctus hic pietatis zelus et ad misericordiam illam terram transmarina, quia venit tempus
miserendi eius. Vinea domini sabaoth est, vinea electa, vinea speciosissima, sed heu in desertum pene redacta,
quia singularis ferus depascit eam. Cur dicunt inter gentes ubi est deus eorum, ubi quem posuit custodem in vineis,
ubi manus putantis, ubi sarculus evolentis? Quousque sarculo sarriendo inutile occupat terram suffocare fructus
et ecce tempus putationis advenit. Et quidem locus pacis eius in quo speravit quod se purgare debet suo purgatione
sed amputatione opus esse testatur. Exstat denique ipsius littera ad apostolice sedis legatum, in quibus manifeste manu
festa asserit intrusorem electionem negat. Ita ergo que sibi paravit defensorem accusatorem sustinet. ¶ Ad magistrum
¶ Pro Hamundo de castello qui pro episcopo ... fuerat

Tibi duo et hunc magistro. Et sic tunc eiecte de ... presbytero cardinali. B. Non declinare ad dexteram vel sinistram. Iniuriam facio vobis si aliquis a vobis
ita diligi credat ut cum eis per eius errores diligatur. Quisquis enim sic aliquem diligit, nondum novit quemadmodum
quemadmodum oporteat eum diligere. Talis namque dilectio terrena est, alias diabolica ac noxia eque

diligenti atque dilecto exhibuerit alii de aliis prout voluit, ego adhuc de vobis estimare non possum, nisi quod communi victum est, quod ad lineam pertinet equitatis. Cuncta prius iudicat et postea probat. Ego de potione utrum dulcis sit an amara ante gustum non iudicabo. Ad Ianuenses

Ianuensibus, suis consulibus, cum consiliariis et civibus universis, Bernardus pacem et salutem et vitam eternam. Adventus noster ad vos anno preterito non fuit otiosus, etiam paulo plus in veritate probavimus, a qua et missi fueramus. Honorifice nos et suscepistis et tenuistis, porro quod apud vos fuimus, reliquimus, digne nobis sed super nostre humilitatis modum. Profecto ut non inveniret se non ingratos sinum vice reponebat qui pro et qui in eo fuit. Deus nos enim unde illum recompensemus venerationis cultum sed obsequium sed affectum plenum amoris et gratie non quo nos delectemur faciamus sed vicem devotionis collecturum. Numquid ille dies festivos sed paucos in eternum non obliviscar tui plebs devota honorabilis gens civitas illustris. Vespere et mane et meridie non utique proprie narrabam et annuntiabam, et erat tanta audiendi aviditas quanta audiendi civitas. Portabam verbum pacis, cumque invenissem filios pacis requievit super eos pax mea. Seminavi plane seminare semine non meum sed dei et cadens in terra bona semen bonum fecit fructum centuplum et tempestivum. Hinc ea celeritas quia magna necessitas nec tarditatem passa sum nec difficultatem. Una pene die et seminavi et metere et reportare cum exultatione manipulos pacis. Hec quippe messis quam messui, quandoquidem captivis corpore ditis et incarceratis evadendi atque repatriandi leta reportavimus spe, metum hostibus incussimus scismaticis gloriam ecclesie et orbi letitiam. Et nunc quid restat karissimi nisi ut admoneam de perseverantia que sola meretur viris gloriam coronam virtutibus. Preterea absque perseverantia nec qui pugnat victoriam nec palmam victor consequitur. Vigor virium virtutum consummatio est. Nutrix ad meritum mediatrix ad premium. Soror est patientie, constantie filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem sed nec beneficium gratiam nec laudem fortitudo perstabit. Denique non qui cepit sed qui perseveravit usque in finem, hic salvus erit. Saul cum esset parvulus in oculis suis, rex est super Israel constitutus. Non perseveravit in humilitate, et regnum amisit et vitam. Si cautela Sapsonis si Salomonis devotio perseverantiam retinuisset, nec iste profecto privaretur sapientia, nec ille viribus. Hanc sicut honestatis insigne hanc totius probitatis unicam fidam que custodem custodiri a vobis summe hortor et precor. Custodite diligenter quod libenter audistis. Memento scriptum quod metuebat Herodes Iohannem et libenter eum audiebat. Sed beatus fuerit si audita libenter eque suasset. Denique non qui audiunt, sed beati magis qui audiunt et custodiunt verbum dei. Servate proinde vos pacem, fratribus Pisanis fidem, domino pape fidelitatem, regi vestro honorem. Hec enim expedit, hec decet, hec iustitia exigit. Audivimus venisse ad vos nuntios domini Rogerii, sed quid attulerint, quid ve retulerint nos nescimus. Verum ego in hoc illud poete ut verum fatear: Et timeo Danaos et dona ferentes. Si quis forte in vobis quod deus avertat, venum tam fedam committere deprehenditur, continuo contendite vos manum ad eum. Et licet propter noverte et iudicate hostem nominis vestri eminum proditorem et venditorem, cuius honoris et honestatis. Si quis susurro nostri repleto dica velle sed assimules vite ingrata seminare et pacem turbare velle reperiatur, quemadmodum ille discordie ipse est amator et auctor, sunt rigido tesure remedio tam obmittere. Eo quippe pessime quo interne pesti hostilis gladiis vastat agros domos que spoliat, pia ac consilia corrumpit, bonos mores et modicum fructum totam massam corrumpit. Venite plantate negotiamini ut antiqua mala non solum iterate sed etiam de instis laboribus vestris acquirere et delere possitis. Scriptum quippe est, redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Plura dicerem, sed vivus sit vobis loquela et ora manda sit vobis. Ad Pisanos

Pisanis universis consulibus cum consiliariis et civibus, Bernardus pacem et vitam eternam. Visitavit vobis deus et meminit fidelis sui et pie compassionis et consolationis et honoris que sponse filii eius in tempore malo et in diebus afflictionis sue exhibuistis et exhibetis. Et quidem hec iam impletur ex parte et ceterum huiusmodi non nullis capitis structura digna plane retributio celi iam compensatur effectu. Iam prout merit ceteri actitat deus propitiam quem elegit in hereditatem sibi et omnis propitium acceptabilem, spectatorem bonorum operum assumere Pisa in locum Rome et de cunctis urbibus terre ad apostolice sedis culmen eligitur. Nec fortuito sive humano consilio contingit istud consilio, sed celesti providentia et dei benigno favore fit, qui diligentes se diligit, qui dixit Christo suo Innocentio, Pisis in habita et ego benedicens benedicam ei. Hic habita quoniam elegi eam. Me auctore tyranni Siculi malicie Pisana constantia non cedit nec minis concutitur nec donis corrumpitur nec circumvenitur dolis. O Pisani, magnificavit dominus facere vobiscum, facti sumus letantes. Que civitas non invidet? Serva depositum urbis fidelis, agnosce gratiam, studeque prorogative ne inveniaris ingrata. Honora tuum et omnium patrem, honora principes qui in te sunt et iudices terre, quorum te presentia reddit illustrem gloriosam famosam. Alioquin si ignoras te o pulcherrima inter civitates, egredere post greges sodalium tuorum, pasce hedos tuos. Sapientibus satis dictum est. Ad nuntios apud Mediolanenses

Carissimis fratribus de Mediolano nuper conversis ad deum, Bernardus in spiritu consilii et fortitudinis quod bene ceptum est digno exitu consummare. Benedictus deus qui fecit vobis vel cito in regni gloriam largitur gratiam pro eo quod vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, qui secundum illud ecclesia in gloria abutere

querunt et gloriam que a solo deo est nolunt, plane in hoc despicietis ipsi de vanitate in idipsum. Vos autem non sic.
ab hoc vos opprobrio liberavit nunc divina misericordia ut essetis christi bonus odor deo in omni loco ipsi ad gloriam
angelis ad leticiam hominibus ad exemplum. Si enim gaudium est in celo super uno peccatore penitentiam agente quanto
magis super tot et talibus viris et de tali urbe conversis. Et ego fratres tanta leticia provocatus sum et vocatus a vobis
per karissimos fratres Othonem et Ambrosium quos ad hoc ipsum direxistis decreveram simul cum ipsis venire ad vos. Se-
tero melius existimans non in articulo temporis neque in transitu vos videre distuli usque ad reditum meum. Speramus quippe
adquisitum deo auxiliante per vos reddendum consilium et auxilium quod secundum deum poterimus vestro sancto proposito profuturum.
Si semen bonum iactum in terram bonam fructum attulisse videtur. Ad Petrum Papiensem episcopum
ipsius est gloria qui dedit semen serenti fecunditate tue semen incrementum. Unde in hiis nos capimus
Ego sane gloriam meam alteri non dabo nullo vero scrupulosi usurpabo tibi profecto locus dum gratis animus
et non ego testimonium dum fidele sapientiam prestabat parvulis, non ego laudat de bona conversatione hec magis non
et non ego testimonium domini fidele ... calamus scribe velociter scribentis. Ergo magis quod afferunt boni
calamus fateor et nihil ... lingua mea calamus scribe velociter scribentis ... quod afferat bonum
... precor pedes evangelizantium bona. Multum per omnem modum ... filius sit patris sui qui in celis est et
gloriam quam defert patri nequaquam asserit sicut aliena. Ita si filius et heres. Deinde vero quam pro eorum salute
sua mercede arbitratur quippe quos tamquam seipsos diligit. Tuo vero quod labor laborum ipsorum sibi penitus
pene non potuit unus quisque enim mercedem accipiet secundum proprium laborem. Ego labia mea non prohibui tu ape-
ruisti et viscera. Tu prius duo plus recepturus qui plus laborasti. Certus sum enim quod non vacat et quod sitienti
tulisti aquam et cum panibus occurristi fugientibus. Non enim vacat officio humanitatis non hortamenta salutis
quibus quod vere viscera in illis pauperibus refovisti. Ambo tamen collaboratores ambo coadiutores dei sumus
ambo pariter speremus fructum in refectione ... donec misericordia tua deserere nunquam ab
Amantissimo patri et domino Innocentio summo pontifici frater B. ... Ad Innocentium papam pro
Mediolanensibus quod est Cremonensium induruerit et prosperitas eorum perdit eos. Mediolanensium ...
et confidens eorum ... quibus spem suam ponentes meam frustraverunt
et laborem meum evacuaverunt. Abibam tristis tamen non mediocriter ... parte consolatus, ut et si frustrabat
tribulacionem pro suo habundent et consolatores per ipsum ... accepi optatas litteras sentiens delicias cordis mei
... successibus ... plegenti ... tristior sum
... de vestra ... voluntate ... fateor ... et eo plus ... dico ...
... quo ... erit vobis ... temptati ...
... est ... laborum ...
et eque forsitan periculosum. Alioquin quam tanto ... legit ...
... edificatum est ... destrui potest ... est draconum et ...
o infelicem illum episcopum qui ... dentibus dissilare prudenti ...
... faciet ... angustie sit ei undique ...
... et omnem feritate ... ut dignum est ... mediolanensi cathedra
... esse ... sine ... malignus persuadet suggestione temptavit
cum vos de eius fidelitate dubitatis ... lingua perfida in suo ... prosequitur. Parce pater
se magis ... infideles qui ... parce novelle plantationi, parce denique populo
benigne parce fideli tuo parce ... adhuc structure ... tam incorrectas ... pie do-
... tue ... fructum in ... et non in memo-
... tres ... ad huc a fideli
... tres ... et hoc anno si quo forte circumfossa humo
... mediolanensium ... consule
... adhibito ... fimo lacrimarum ... et fructum ... ¶Ad eundem
Si tristia semper accidunt quibus sustinenti sunt prospera ... et fructum eliceret queat
quibus non contemperet sed rerum cuncta gubernatrix sapientia ... vicissitudine eo moderatur
... ut nec adversa ... nec leta dissolvat ... et ista
electis cursum vite temporalis alternat ut nec adversa frangant nec leta dissolvant ... est in
... illis ... tolerabiliora reddantur. Benedictus per omnia deus ... nunc visa est in
gaudium ... oleum pro vino ... raptores ... sacerdote dum
... quod hominem non possit ...
... cum honore remittitur ... in mea ... implenda
per eo satisfaciet ad ... suam ... merito agi cum nunc
si venit ad pedes vestre maiestatis quod et proposuit ... supplicans ... debita satisfactione ... ut ...
non quod velimus ... esse ... et penitent ... acquievisse amplius ¶Ad Lotharium imperatorem
satisfaciat super vires pacis sue non ... et peniteat ...
Lothario dei gratia Romano imperatori augusto B. si quid potest peccatoris oratio. Benedictus deus qui
vos elegit et erexit cornu salutis ad laudem et gloriam nominis sui et reparandum imperii decus
ad subveniendum ecclesie sue in tempore malo ... ad operandum etiam nunc salutem in medio terre. Ipsius
est enim opus quod corona glorie vestre ita in dies ampliatur et sublimatur. Inimicos vestros ac ...
m

in omni decore et magnificencia apud deum et homines / ipsius profecto inmensi operis et vite fuit quod iter satis laboriosum et
meticulosum pro pace regni et ecclesie libertate susceptum in tanta prosperitate peregisti / Rome siquidem imperialis cul-
minis plenitudine gloriosissime assecutus / id quod magis fuit in maximum non magna ut animi fidei quam magnitudo
claris eminuit. Quia si ante tabillam positum tota tremuit et gemuit / quibus putas horror hostium cordium invasit
haud ut cepit rex predo in magnitudine brachii sui / habuit insuper honestatis cause immo dupliciter provocat
veritatis non est mirum / hortatur ad pugnam est tibi securo deo advocata ecclesie atroci ab ecclesie infestatione sic quamquam-
ticorum rabiem. Est cesaris propterea vendicare coronam ab usurpatore siculo ut eum constat indubitanter sobolem petri
in ipso pro occupasse civitatem. Hic pauldum orbis qui in sicilia se regem facit contradicat cesari. Hic at utrumque incubit
cesari restitucionem sed cesaris que sunt cesari et que sunt dei deo. Sicut apud tullium res dei minuit. Tu cesar nichil
ibi incuret. Verum est ne in maiorum neglectu impedimentum sit maiorum / hoc est quod dico ecclesia sancti Zangulfi
gemit iniuste quam ut dicitur in illa civitate oppressit / et aiunt vestre prudencie nescio qua fraude subreptum ut suo
propter iusticiam submovere parati me in tuetu patres obmaret / Obsecro et consulo consulatur agi noxiam renovan-
tes dari locum iusticie antequam ecclesia illa funditus destruatur / pauper sum ego fidelis tamen vester et si videor importunus
Mirror cuius intuitu vel consilio vigilanciae vestre subrepi potest. Sed fortassis inde est. Item ad eundem
Merentur ut homines digni etc duplici honore et gracia gracia a vobis audiuntur. Pisanos dico qui primi et
soli intimi adhuc exercere vexillum adversus rapacem imperii [illegible] in eos regna intendunt ibi-
gnatos qui populum strenuum et devotum numquam occasione offendere ausi sunt. Hoc tempore quo acuti in
multis nullibi sunt. Concurrat oppugnare tirannum ultra iustum dominum suum et imperiale defensare coronam
ut eum conveniretisse assequentur Hinc genti quod olim de sancto Samuele dicebatur. Cum enim queso in omnibus civitatibus
sit pisa fidelis in gravibus et in grandibus et pergens ad imperium regni. Nonne hii sunt qui imperii regium illud venien-
ac potentissimum hoste ab obsidione neapolis fugaverunt. Nonne hii sunt qui etiam quod pene incredibile dictu
est in uno impetu suo expugnaverunt Amalfiam et rebellem et salarnum atque tramitas civitates utique opulen-
tissimas et munitissimas omnibus quod que ante hoc tempus erant usque ad hoc tempus ut aiunt inexpugnabiles / quam
dignum quod eorum complemento vote et iusticia fiat ut fidelium tuorum intervenit salute dum hoc accidunt / ab omni
hoste secura consistet tamen per periura summi pontificis que iam dudum conclusit presertim apud se fuabat et fuat
tamen per furtum imperatoris pro quo et ipsi tunc temporis confiliabat. Factum est autem per gratiam ut gratia qui offendunt et
qui fiunt [illegible] Sed vos fortassis adhuc ista nesciebatis. Sed ego munc quamvis res est nota vobis
immo decet et oportet mutare vos et urbem et animum ut vivi regnis magis favoribus et immunitatibus honor-
a vestra parte decreto audiat et recipiat. Puto nunc sit. O quantum meritum pisam quantum adhuc mereri puto.
Satis est dictum sapienti. Ad Hubertum Igmoten abbatem qui abbatiam suam dimiserat.
Parcat tibi omnipotens deus quod voluisti facere. Cunctus te credebat ad tantum prorumpere malum. Honestum tantum
perditum bonis. Quomodo potuit arbor bona pessimum hunc quod se prodere fructum. O quam terribilis deus in
iudiciis super filios hominum. Non miror quod dyabolus istud potuit sed quod deus permisit. Quippe cum iam tot
annis pure sic ciriosus et devote fuisti. Quid faciet de me utique pigro et negligente servo quod fideles
similiter sic vel ad tempus tradidit in arcam inimicorum eius. Quid queso vovens immo quid non pietatis et
sufuga tua de qua filii lugent adversarii ridet. Miror quod te non terruit Arnaldi abbatis exemplum
cum plus prompto digno sed parendo sine ut bene meministi in brevi est vindicata. Equidem ille quale
tunc sit ut bene novi ego / sunt ceterorum / tu nullam umquam cum aut monachi tui erant inobedientes impii
aut contra pugnos in operibus aut viciam forte tibi tamen sic rebus infesti / aut certe modica et non sufficiens
substancia inde quibus relinquere cogeris quos vel regere vel pascere non sufficeres. Vide ne et te tangat vox
illa dei qua odio habuerit me gratis. Quid enim debuit tibi facere et non fecit. Vineam tibi plantavit electam
et sparsissimam. Sepe eam cinxit votive continentie / torcular distruxisse disciplinae fodit in ea et
edificavit se paupertatis turrim ad celos usque pertingentem te cultorem et custodem constituit / honestavit
te in laboribus tuis et complebunt illos si permittis. Sed tu proh nephas destruis maceriam eius et vacc-
mis optimus plenam exponis omnibus qui pretergrediuntur viam. Heu quis prohibebit aprum de silva ut non
contineret et singularem ferum ne depascat eam. Quid vero si in hac morte te bene preparare putas quod quod
adme superfisti ut in tanto scandalo et in anathemate dum prope mori velle non timeas. Deinde si
ita necesse non erat non potuit considerari insi cum utilitatibus vilis ecclesie detineor ut illa misere quam
exponis non liceat subvenire. Obsecro te per eum qui pro nobis crucifixus est ut fratres afflictos amplius trac-
paratis et tristiciam super tristiciam addere desistatis quod ut verum fatear sic per hac ecclesie generali gravem quam sese
sura afflictus sum ut tedeat animam vite mee. / Ad monachos Alpenses
Bonus pater noster atque noster auctore deo ad altiorem gradum assumptus est / faciat ego hinc quod [illegible]
elevatus est sol et luna stetit in ordine suo. Sol est ille per quem Alpensis aggregatio illustratur
ubi videbitur tamquam luna per solem. Elevato itaque illo stemus nos in ordine nostro quamquam eligerim
abiecti esse in domo dei nostri magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ordo noster abiectio est humili-
tas et voluntaria paupertas est / obediencia pax gaudium in spiritu sancto. Ordo noster est esse sub magistro sub
Abbate sub regula sub disciplina. Ordo noster est studere silencio exerceri ieiuniis vigiliis orationibus

ope manuum. et super omnia excellentiorem viam tenere que est caritas. Porro in hymnis omnibus proficere de die in die
et in ipsis perseverare usque ad ultimum diem. et hec quidem assidue actitare confidimus. Ceterum unum opus fecistis
et omnes mirantur. quod cum sancti essetis non reputantes rapinam sanctitatem alienam participare curastis ut essetis
sanctiores. impletum est quod legitur in ewangelio. Cum feceritis omnia que mandata fuerint vobis dicite quia inutiles servi
sumus. Inutiles vos reputatis et humiles inventi estis. Recta facere et inutile se reputare apud paucos invenitur.
Et ideo multi admirantur. Hic merito presulis vos de illustribus reddit illustriores. Amatores de sanctis et de vestra
divulgatus est sermo iste. replevit omnia odore suavitatis. Hec utique me mirifice perfert. Cetera protracte(?) ieiunijs
et anticipatis vigiliis. omnia denique corporalis exercitacio tanquam vere pietas que ad omnia valet. Dilecto simul
colligit vos multitudo cisterciensium quam alacri vultu portant et angelica celsitudo noverit. Sequuntur illi spes
omnipotenti deo placere super omnia fraterna societate et confederatione ut dicat propheta glutino bonum est. Et propter
aliud dicere quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Itaque frater fratrem adiuvat ambo consolabuntur. Accedit
circa hoc factum humilitatem redolere que quam accepta sit divine maiestati docet ille qui dicit Superbis deus
resistit. humilibus autem dat gratiam. Audivit et ipse humilitatis magister premonitum(?) dicentis. Discite a me quia mitis
sum et humilis corde. Quid dicam de meo pusillo grege Claravallensi cui specialiter adhesistis. Quanto vos
sibi et humilis corde ... Non potest dici verbo quam mutua caritate mihi vos et vos specialius in ipso inhabitare
et quam speciali complectatur affectu. Non potest dici verbo quam mutua caritate mihi vos et vos specialius in ipso inhabitare
operatur. Superest fratres ut in vocato sancto spiritu maturetis vobis eligere priorem. Nam si me expectaretis verbor
ne adveniat ut differatur in longum et illa dilacio esset periculosa. sed vocatis ad vos fratrem meum Gerardum
et priorem Claravallensem qui et in hoc sicut in aliis impleat vicem meam ut consilio eius vel forte illorum
priorem Claravallensem. qui si venire non poterit, talem personam eligatis de qua et deus laudetur et vos
quos ipse per se misit si venire non poterit. Salutes
salutes. Mei estote memores fratres. Ad suos Claravallenses
Carissimis fratribus Claravallensibus monachis conversis novitiis frater Bernardus gaudere in domino semper. Ex vobis ipsis perpen-
dite quid patiar ego. Si vobis molesta est absentia mea nemo dubitet mihi esse molestiorem.
Non enim par jactura vel causa gravaminis est me uno carere vobis et me vobis omnibus destitui.
Necesse est affligi curis quot vos estis et ad singulos quosque vestrum dolere absentiam timere pericula.
Duplex cordi meo ista non deficit afflictio donec visceribus meis ego reddar. quod quidem et vos sentire pro me
non ambigo. sed ego unus sum vobis. quo vero multiplex incubuit tristitie racio utpote pro omnibus
vobis ut solum cruciat quod absque vobis vel ad tempus vivere cogor sed quibus et regnare mihi esset. mihi
reputo servitutem. sed etiam quia versari compellor in hiis que animarum quiete omnino perturbant et meo proposito
minus fortasse congruunt. Sed scietis more mee que mee non est voluntatis sed ecclesiastice necessitatis non oportet
indignari sed compati. Spero autem quod non erit longa. vos orate ut non sint infructuosa detinenda quia
intererit forte contingent emolumenta reputetur. quia deus in causa est qui cum sit benignus et omnia possit
facile dampna restituet non solum integre sed etiam cumulate. Interea bono animo simus. deum habemus nobiscum
in quo et vobis presentes simus quantislibet terrarum spaciis dimisi a vobis videamur. Quicumque in vobis bene
officiosum servum exhibuerit humilem timoratum studiosum lectionibus orationibus vigilem sectatorem caritatis solitum
non me putet absentem. sed illa quo spiritu ei presens non sit cum quo est in cor unum et anima una. Sed quod
aut susurro quod absit consistit inter vos aut bilinguis aut murmurans aut contumax et impaciens dis-
cipline aut inquietus et vagus et qui comedere panem ociosum non erubescat. huic etiam si corpore presens
essem longe esset ab eo anima mea. eo quod ipse longe a se fecerit deum. vicior(?) non locorum distantia. Interim
fratres dum venio servite domino in timore. quatenus de manu inimicorum vestrorum liberati serviatis illi. Servite in spe
quia fidelis est in promissis. Servite ex debito quia nichil est quod mittit(?). Nam et si ceterum taceam hoc solo
certe non indigno vitam vendicat nostram quod pro ea posuit suam. Nemo ergo sibi vivat sed ei qui pro se mortuus
est. Cui enim iustius vivam quam ei qui si non moreretur ego non viverem. Cui commodius quam promittenti vitam
eternam. Cui magis ex necessitate quam flammas perpetuas comminanti. Sed servio voluntarie quia caritas libertate
donat. Hinc provoco vos carissimi mei servite in illa caritate que timorem pellit. labores non sentit. meritum
non intuetur. premium non requirit et tamen non plus omnibus urget. Nullus terror sic sollicitat. nulla premia sic
invitant. nulla iusticia sic exigit. Ipsa vos michi inseparabiliter iungat. ipsa me vobis iungit. reputetur
unitas. nulla iusticia sic exigit. Ipsa vos michi inseparabiliter iungat. ipsa me vobis iungit. reputetur
honoris maxime quibus oratis. Karissimi et desideratissimi fratres. Item ad eosdem Claravallenses
Tristis est anima mea usque dum revertar et non vult consolari usque ad vos. Que enim mihi consolacio
in tempore malo et in loco peregrinacionis mee. Nonne vos in domino. Ubique quidem deserit me quicumque
vero dulcis meorum vivit sed quanto memoria dulcior tanto absentia molestior. Heu mihi quia
incolatus meus non solum prolongatus est sed et cumulatus. Et vere mihi propheta. Super dolorem vulnerum meorum
addiderunt qui me a vobis vel aliquo tempore separant. Hic que communis ipsum quam molestum patitur quidem quod dum
in hoc corpore peregrinamur a domino. Hinc accedit et specialiter quod pene impacientem me reddit ut ero
sumus in hoc corpore peregrinamur a domino hinc accedit et speciale quod pene impacientem me reddit ut eo
sine vobis. longa molestia est et tediosa expectacio vanitati huic occupati omnia terram dum ma-
gis vivere sine vobis. Longa molestia est et tediosa expectatio ... seculari corporis horrido crudelitati mortis vinculis servus quam peccatorum necdum absolui
ne subitum seculari corporis horrido crudeli mortis vinculis. sed quam peccatorum necdum absolutum
et tanto tempore non esse cum christo. Ceterum adiunxit autem omnia unum ut remedium qualecumque erat et vere datum

de super pro velo videlicet glorie qui absconditus est usque adhuc. Videte interim templum dei sanctum quod estis vos. Ecce hoc exemplo facilis mihi videbatur transitus ad illud gloriosum ad quod propheta suspirabat dicens: Unam petii a domino hanc requiram ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee ut videam voluptatem domini et visitem templum eius. Quid dicam? quotiens istud placitum interpolatum est mihi. Ecce iam tertio nisi fallor avulsa sunt a me viscera mea, parvuli ablactati sunt ante tempus, ipsos quos per evangelium genui non licet educare. Propria denique deserere et aliena curare cogor, et dubito pene quid magis egre feram, an subtrahi illis an inmisceri istis. Itane bone Ihesu tota deficiet in dolore vita mea et anni mei in gemitibus? Bonum mihi hoc magis mori quam vivere est, non tamen nisi inter fratres, inter domesticos, inter karissimos. Sic quippe dulcius, sic suavius, sic certius esse constat. Immo vero pium est ut hoc mihi remittas, ut refrigerer prius quam abeam et amplius non ero. Si placet domino meo ut oculi patris qualiscumque, qui non sum dignus vocari pater, claudantur manibus filiorum, ut extrema videant exitum, consolentur spiritum, suis desideriis levent ad consortium beatorum, et pauperis corpus pauperum corpora sepeliant. Hoc precibus, si inveni gratiam in oculis tuis, patribus et meritis eorundem fratrum meorum obtinere toto affectu desidero. Verumtamen non mea voluntas sed tua fiat. Nec mihi vivere volo nec mori. Sed dignum est ut qui dolorem meum audistis, etiam consolationem non ignoretis. Si qua est per omnia quidem in omni labore et calamitate quam patior, solum arbitror in causa esse eum cui omnia vivunt. Velim nolim necesse est me vivere illi qui mea sibi proprie vite precium acquisivit, qui et potens est si quod patimur pro ipso recompensare nobis in illa die misericors et iustus iudex. Quod si invitus militavero ei, dispensatio mihi tantum credita est et ero servus nequam. Si autem volens, gloria est mihi. In hac ergo aliquantulum consolatione respiro. Deinde quod me non meis meritis propria gratia honestat in laboribus meis, et gratia illa dei in me vacua non fuit, sicut in multis comperistis, et vos comperte non latuit. Sed et hac vice quam necessaria ecclesie dei sit mihi fuit parva parvitatis mee, dicam ad consolacionem vestram si non gloriam redolet. Nunc autem melius est ut hec per alios cognoscatis. Instantissima postulacione imperatoris, apostolico mandato, necnon ecclesie ac principum precibus flexi, dolentes et nolentes, debiles atque infirmi, et ut verum fatear pallide mortis pallidam circumferentes ymaginem, trahimur in Apuliam. Rogate que ad pacem sunt ecclesie, rogate que ad salutem sunt nobis, ut iterum vos videam, vobiscum et vivam et moriar; et sic vivite ut obtineatis. Instans magno temporis certe cum lacrimis et singultibus ista dictavi. In multa infirmitate corporis et cordis anxietate dei sunt dictanti ista ad vos, sicut novit hic natus ad laborem frater noster, ut inter ipsum spiritum in quo congregati estis mecum hunc interpellatorem ad vestram humanitatem, qui imprimat pectoribus vestris calamitatem quam patior, qui ymaginem mei tristem ac supplicem sicut est fraternis affectibus representet. Non sic oro ut taceat in vobis nova magis quam ego novi quam familiaris communitati vestre sit illa vestra, sed hoc oro ut intimo senciatis quo et quanto affectu oporteat misereri. Certus enim quia si id datum fuerit, continue lacrime de thesauro pietatis erumpent, singultus et gemitus et suspiria hinc inde pulsabunt celos, et audiet deus et placabitur mihi et dicet: Reddidi te fratribus tuis, non morieris inter externos sed inter tuos. Tantis siquidem laboribus et doloribus affectus sum ut sepe tedeat me etiam vivere. Quamvis autem dico propter infirmitatem meam desidero differri usque dum revertar ad vos, ut non moriar nisi inter vos. Decetero fratres bonas facite vias vestras et studia vestra, que recta, que honesta, que salubria sunt constituetis et tenebitis. Ante omnia solliciti servate unitatem spiritus in vinculo pacis, et deus pacis erit vobiscum. Amen.

¶ Ad Burcardum Baluensem Abbatem

Igniuit eloquium tuum vehementer et ignitum illo igne quem dominus misit in terram. Legi illud et concaluit cor meum intra me. Unde putas illa fornax de qua huiusmodi scintille volassent? Quomodo cor tuum ardens erat in te cum ista dictabas? Bonus homo de bono thesauro suo profert bona. Si laboravi in te ut tu similiter meditaris, non me piget. Accrevi in spe perfecto percipiendi fructus, et spes non confundit. Ecce de fructu operum meorum saciantur viscera mea in terra aliena, et sentio ipso non comperimento semen meum non secus viam, non super lapides, non inter spinas, sed in terram bonam et optimam cecidisse, et sicut patrem testimonium habui, iam non memini pressure pre gaudio quod natus est homo in mundo. Infans dixerim malicia non sensu, quem possum proponere salvator senibus imitandum, demum dicens: Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in regnum celorum. Infans qui dicat: Super senes intellexi quia mandata tua quesivi. Qui dicat: Adolescentulus sum ego in terra, iustificaciones tuas non sum oblitus. Confiteor tibi pater celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Ita pater quoniam sic placitum est ante te. Tuo placito sit id quod sum, non suo merito. Nec enim meis meritis sed precibus omnis peccator et omnis egenus prevenitur. Tu ergo frater agnosce te preventum in benedictionibus dulcedinis, non a me qui nichil sum, sed ab illo qui me ut de tua te salute monerem aspirando prevenit. Nam et neque plantator sum neque rigator sum absque illo tamen qui incrementum dat quod sum. Ipsi te in omni humilitate subicias, ipsi tota devocione inhereas. Hic vero vite eius suo consilio tuo comite in via, concede in futuro in patria. Sed tu studiose imple in misericordia ad quod tibi missus sum, id quod quantum in me est efferens ut hereditatem capias salutis.

¶ Ad ducem Conradum scilicet

Omnis potestas ab ipso est cum dicat propheta Tua est potentia tuum regnum domine tu es super omnes gentes. Nunc ergo dignum duxi tuam o illustrissime princeps commonere excellentiam quid te oporteat deferre terribili et ei qui aufert spiritum principum. Comes Bebon ut accepimus pro obmissis ad iustitiam se obtulit et offert de omnibus que te dicis habere adversus eum. Et super hec aliena progressus invadere terram civitates destruere invadere domos conculcare pauperes horrenda perpetrare et humanum fundere sanguinem non est dubium quin contra invites adversus te preces orphanorum et iudicem viduarum. Ex item irato non competit tibi diminuere in quantalibet multitudine vel fortitudine. Nichil enim interest apud omnipotentem dominum sabaoth in multis an in paucis dare cum volet victoriam ipse nisi cum voluit fecit ut unus mille et duo fugarent decem milia. Sed pauper ego pauperum minimus clamo vobis tue magnificentie scribere volui sciens te honorificentius humilibus consentire quam hostibus cedere. Non quod putem hoste te fortiorem sed quia novi in deum potentiorem qui superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Huius rei gratia tua vir nobilis presentiam adiissem si licuisset. Nunc autem pro me hos de fratribus meis destinare curavi si forte simus et meis precibus a tua dignitate obtineant vel perfecta concordia si fieri potest aut certe inducias usque dum nobis liceat firmam querere pacem ad dei voluntatem et honorem tuum et patrie salutem. Alioquin si non oblatam iustitiam receperis nunc nos precantes respicias immo deum in nobis de tua salute commonentem non attendis videat ipse et iudicet. Verumtamen quod multo formidas difficile posse congredi tantos exercitus absque utriusque partis gravissima strage.

Sermo beati Bernhardi de corpore christi et sanguine.

Pater sanctissime petre audi quid loquatur dominus in pampirulo filio suo. Rogo te ut ea que audieris pro caritate christi taceas ne unquam nomini meo ascribas. Tibi enim sacerdos dei et apostolis tuis potissimum incumbit audire quod propono et quod auctore deo prosequi temptabo. Non solum autem audire sed et fideliter retinere et tamen alia inde docere sacerdotes ruminare. Beatus ille david propheta eximius assertitus et carissimus dei nuncius raptus in spiritu cum sedente in throno loqueretur in quodam misteriorum sanctuario que et quanta dominus manducaturis mundo per unum clementia esset exhibiturus officium. Quamvis ergo et tempus amicissimus noster complexus celestis fructus misteria gratulando psallebat de pane angelorum manducavit homo. O stupenda dei miseratio verbum carnem deus vitam figulus lutum vita mortalium induit ut in mensa manducaret panem angelorum. Homines in mensa erat homo enim cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Comparatus est iumentis vilitate conversationis quibus prepositus fuerat dignitate conditionis cum in ea non stetit. Unde ne ipsior factus sit commutatione sapientie. Non est indignum immo festivum est recolere in quanta sollempnitate homo conditus fuerat et opere factum est quam attendere quod contra corruit non pensando quid esset quo se vel quid esset quo deo primus magis parens in paradiso incola constitutus dominus terre stabilitus est civibus superne ierusalem designatus est domesticus factus est sabaoth. Domini amore et cognitione ditatus est factus consors angelorum sed et consors celestium virtutum factus nullius indigentie nichil sentiens molestie. Tunc erat in promptu que postulabat non dicam tunc nichil necessitas sed etiam ipsa pia voluptas cum nichil esset in anima quod offenderet nichil in carne quod puderet spiritum creatori consentiente carne spiritui constricte. Hic honor hic erat dignitas hominis preesse et fore uti deorum. Sed quo deo non quo se. Postquam namque in honore quod esse se fecit non intellexit parens sed vanus stratorum esca vinum et tamquam asinus pelle leonis indutus sic et adam honoris fastigio delatus intumuit et plane desipuit. Abstracta ergo recto iudicio pelle leonis invenit se adam asinum sicut erat et continuo in se oppertus est quod tanto per ipse homo de filiis captivitatis et prudenter advertit et verum protulit paulus dicens si quis se putat aliquid esse cum nichil sit ipse se seducit. Repetitur ergo questione scripture cogitur homo et propter insipientiam invenit se in stabulo et propter pecorinam similitudinem indigentem feno. Excepit ubi celestis invitat se in pabulum pecoris homine quodammodo in pecus mutato. Panis enim angelorum factus est fenum unicus patris filius hominis deus verbum factum est caro et habitavit in nobis. Comedit ergo angelus verbum de deo natum comedit homo verbum fenum factum. Fenum quippe istud de prato virginalis uteri collectum factum est refectio iumentorum. Verbum enim quod carnem assumpsit latuit in virgine tamquam sol in nube sicut oriens in veste sic artifex latuit in opere. Hec de hiis quisque garniens sine hoc tamen non sunt proposita. Restis ergo obmissis vincem dul assume petre ad ordinis tui dignitatem stilum vertamus. Felices ergo vos sacerdotes domini dispensatores si tamen sacerdotaliter vivitis qui vero ministerio omnis gratia summitur. O sacrum o celeste misterium verum quod per vos pater et filius et spiritus sanctus operatur. Credimus quod non est potestas post deum sicut potestas vestra. Excelsa super potestate vestra super tam insigni privilegio vestro stupet celum miratur terra contremiscit homo qui sicut profert nova et vetera de thesauro suo plenum veneratur angelica celsitudo. Et hec unde precipue idem ut sacerdotes qui sunt sicut et nos vermiculi reptantes super faciem terre. Sacerdotes inquam qui pre aliis et cunctis sunt ita specialiter pre omnibus aliis te putem hec incaute. Per manus per oculos quem totus et integer sedes ad dexteram patris qui unica hore momento a solis ortu usque ad occasum ab aquilone ad austrum presto es omnibus unus in multis idem in diversis. Unde hec inquam. Certe non quo debito non quo merito corporis sed voluntatis tue beneplacito. Parasti hec enim in dulcedine tua pauperi deus in sacerdoti. Hec est vere indulgentia hec est vere cumulata gratia sacerdote deum suum tenere aliis dando porrigere. O nova et divina potestate cuique ministerio panis angelorum

panis vite mortalibus quotidie preparatur. Panis iste xpistus miram excellenciam eukaristia dicitur id est bona gracia. Ipse enim
sacramento non solum quelibet gracia sed ille a quo est omnis gracia sumitur. Xpistus enim pro salute mundi semel factus hostia sa-
lutaris [illegible] generalis omnibus tam precedentibus quam subsequentibus virtutem dedit et efficaciam ut que tanta et tali
hostia significarentur omnes libandi per illam. Unde legitur quod agnus occisus est ab inicio seculi, hoc est ad salutem eorum
qui fuerunt ab inicio ita ut per hoc quod dicitur ab inicio non determinatur tempus passionis sed salutis. Ab inicio ergo seculi
occisus est quia ab inicio seculi illi fuerunt pro quibus in fine seculi occisus est. Prius mors xpisti profuit quam fuit. Pere-
grinissime ihesu nobile satis sponse tue dotalicium indulsisti ut ubi sic tenet columba tua dulcissimi memo-
riale dilecti sui. Xpistus enim prout patet [illegible] sacramenti formam prescripsit, efficaciam compleuit
ac fecit, precepit forme prescripte in pane et vino notate ordinem. Cum adhuc cenaret, a mensa surrexit
discipulorum pedes dum [illegible] lavit, deinde ad mensam regressus ordinavit sacrificium corporis et sanguinis
sui, seorsum panem seorsum tradens et vinum. De pane ita dicens: Accipite et comedite, hoc est corpus meum.
De vino scilicet: Bibite ex hoc omnes, hic est calix novi testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.
Effundetur dictum est quia passim et velut quedam utique [illegible] de [illegible] fossio manuum et pedum cum
clavis apertio lateris cum lancea militari [illegible] admodum torrentis effluxit, eratque
sanguis ille preciosior auro carior balsamo, pro quo utique [illegible] maior facta est iudeo. Nota xpistus
in cena illa fuit [illegible] et minister cibus et cibans quia [illegible] communione corporis et sanguinis
ihesu xpisti et nobis ihesu xpisto et ihesus xpistus unitate federatur inenarrabili sicut ipse testatur dicens: Qui mandu-
cat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo. Hoc de bonis et digne sumentibus
sentiendum est non de flagiciosis et pessimis. Sane in mensa una in cena domini de pane uno consecrato petrus
et iudas accepit, bonus in vita malus in pena, bonus in beneficium malus in testimonium, bonus in salutem
malus in gehennalem mortem. Hoc totum usque adhuc in cena completur in sacro altaris. Bonis quidem in
bonum sumentibus [illegible] et indignis non sic. Canes sunt qui irreverenter accedunt et ideo iudicium ab-
sorbent. [illegible] enim secundum carnem vivunt et per carnem carnalis [illegible] cathena viciorum compediti [illegible]
[illegible] venenum acceperunt et suspendii spiritualis laqueum incurrunt, [illegible] dampnandi, tum
per multiplicia reatum tum pro sacri cibi contemptu que vera accipiunt secundum essenciam sed non salubri efficacia.
Noli dubitare [illegible] tam [illegible] quam accipientium actus perscrutatur omnipotens. Examinabit [illegible] argentum
qui ipsum aurum probavit et reprobavit. [illegible] fructum et utilitatem bonorum audisti et comparacione
potuisti ad peticionem malorum. Audite modo et obstupescetis [illegible]. Nulli angelorum nulli archan-
gelorum nullis supernis spiritibus sed hominibus non omnibus sed tantum ordinis viris commissam esse celebracionem tanti
sacramenti, ut consecratus in sacerdote presens in idipsum conficiat in altari quod [illegible] manibus suis confecit in cena
paschali. Hic in altari quippe ore sacerdotum et manibus corpus xpisti conficitur non [illegible] non nascitur sed quod totum
est in dextera patris totum est in manu sacerdotis, totum in ore sumentis, unus in multis idem in diversis.
Exposita itaque forma et efficacia restat dicendum in quibus verbis xpistus mandavit istud celebrandum. Hoc
facite, ait, dum in meam commemoracionem [illegible] memoriam habundancie suavitatis tue eructa-
bunt. O summe pia et vere [illegible] memoria annunciare mortem domini donec veniat. Mors xpisti corpus
sit exemplo [illegible] sit modo [illegible] sit precio gracia sit [illegible] et hac xpistus nos subire voluit qui
peccata nostra super lignum in corpore suo portavit cuius livore sanati sumus. Quid facis ergo homo ingrate,
Quid facis sacerdos indigne. Adora devoteque recole frequenterque in sacramento altaris salutem mundi pro
te passam, vitam pro te mortuam, forte ne pro te [illegible] membrum xpisti es compatere capiti tuo,
plange dole cum lacrimis hoc sic xpisti es commorere fratri tuo, plange dole cum lacrimis et gemitu
super preciosa morte unigeniti dei patris. Alioquin si non plangis si non doles si non [illegible] commoveris
[illegible] degeneras beluam sapis [illegible] pater [illegible] omnia [illegible] ut amplius
moveamur ymmo ut magis [illegible] in amore tui redemptoris voluit xpistus ut [illegible] per
tuum [illegible] quod semel offerebatur [illegible] illa [illegible] in memoria et sic [illegible]
esset in gracia [illegible] et ita est. Licet enim [illegible] peccatum in multis [illegible] originalis culpe [illegible]
[illegible] ablata est [illegible] venenatis in virtute fulguratis [illegible] mortis ihesu xpisti [illegible]
ut ad expiacionem eorum que quotidie admittuntur xpistum crucifigi denuo non oporteat, ymmo sit omnium
sufficiens medicina si per fidem et imitacionem preterite mortis habeatur memoria. Xpiste ihesu mortis tue memoria
[illegible] opus pigmentarii quasi thus redolens in diebus estatis quasi [illegible] aromatum [illegible]
[illegible] et quasi flores rosarum in diebus vernis et quasi lilia que sunt in transitu aque. Gratulare sponsa dei gau-
de incomparabiliter letare singulariter. Pastorem habes et rectorem sponsum in [illegible] multa [illegible]
habes [illegible] tenes [illegible] feliciter [illegible] in patria. Gloriosa et amabilis sponsa dei in terris

sponsum habes in sacramento / sub celesti figura sub velamento / et hic et ibi veritas sed hic palliata ibi manifestata
hic utrobique sponsum habet eadem ipsa veritate suo ordine / et si nondum ipsa puritate maiestatis vel claritatis serenitate
hic venia qui dulce preludium et iocunda desponsacio / ibi nupciale convivium et beata sit unitio cum de fide ad
speciem de mensa ad mensam de calore parum ad celestis quinimmo ignea calorem viri suspirat et dicit sponsa cum
moyse. Ostende michi te ipsum. Nec immerito ipse enim ihesus qui dulcis est in voce dulcis in facie dulcis in nomine
dulcis in opere dulcior apparebit in deitatis visione. Vere dulcis in voce. de cuius ore lac et mel procedit
diffusa est enim gracia in labiis eius / Vere dulcis in facie / speciosus enim est non solum pre filiis hominum sed eciam
pre multis angelorum. Vere dulcis in nomine / dulce enim nomen et suave ihesus consecratum ab eterno / nunciatum ab angelo
appellatum salomonis oraculo qui ait oleum effusum nomen tuum / non est aliud nomen in quo saluari oportet
ipse enim est solus qui salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Dulcis in opere in celebratis miraculis in peccatoribus
ipse enim est solus qui ... omnibus aliis suaviter plus blanditur infirmitati. In hoc enim caritas
consistit in sacrato preciose mortis quod pre omnibus aliis suave plus radiavit. Crede michi credas quod longe dulcior apparebit in deitatis
perfulsit / pietas magis emicuit / gracia plus radiavit ... superabit desiderium nostrum / quod propheta de
visione. Cum enim magnificabit se residens super solium excelsum tunc ... desiderium meum / quod propheta de
sideravit dicebat. Tibi dixit cor meum exquisivit te facies mea. faciem tuam domine requiram. Et iterum. Quid enim
est in celo et a te quid volui super terram. Et alibi. Adimplebis me leticia / sed nunquam nisi cum vultu tuo ... aspecto
propior ducitur faciei visio quam speculi frequens ymago. Non enim pari omnino iocunditate sunt contentos sacer
meus et medulla fermenti / hic ambulamus per fidem sed nondum per speciem. Deliciari ergo et gaudere debemus
in sacrato altaris / in cuius consecracione fidelis minister invenit in medio patris et filii et spiritus sancti astantibus
quo omnium late supernis ordinibus sacrificium pro nobile ministrum supportantis glorie. Certe ecce quoque in hora
illa de ascensu sacerdotis seu per sanctum cogitari vel dici potest / longe infra dignitatem veritatis est. Ibi dedicatur bonitas
sacerdotis cuius spiritus alacer effectus conatur festinat ascendit crescit per desiderium et quadmodum virgula fumi
quanto magis sursum tollitur / tanto amplius extenuatur. Sic et iste omnem terrene concupiscencie nebulam evaporans
mens totus spiritualis factus in homine ... et in abscondito faciei domini sub gloria. Sed heu quam rari sunt
quos ad profunditatis huius cardines sincera puritas admittat vel quos ad huius culmen sanctitatis integri-
tas rapiendo sustollat / Nam sicut sunt rari ita deo et angelis suis miro modo sunt cari. Videt itaque sanctus
minister et sentit spiritualiter deum qui pater est omnium per creacionem / suum specialius esse patrem per dignacionem quia
ipse est pater omnium pupillorum per graciam quibus vel mortuus est pater neque id est mundus et mater pessima id est caro. Videt et sentit
concupiscencia pater meus inquit david et mater mea dereliquit me. dominus autem assumpsit me. Videt et sentit
quod spiritualis filium dei fratrem suum esse amantissimum cuius vivat carnem et sanguinem pre manibus tenet. Nam
bo inquit nomen tuum fratribus meis. Videt quoque et sentit spiritum sanctum a patre procedente filio domesticum sibi esse
spiritum fautorem ac defensorem suum quia ipse est consolator vere penitentium et advocatus omnium in se sperancium
et videt iterum et sentit spiritualiter angelicos spiritus sed et omnem celi celorum senatum sibi applaudentes et ut
consortes corporis sancti meatus inhabitantes / Eciam quoque purpureorum illorum qui in celis conscripti sunt / hunc eciam que
suspensis organis addunt suspirant michi flumina babilonis originali cognacione coniungitur et nativitatis affi
nitate et votis et moribus vincitur / Ab eius enim ministro qui huius est, vitulus saginatus integer et
perfectus agnus amicula plenus et inmaculatus cum omni suavitate dulcissimo sapore gratissima iocunditate
papitur et cum sumptus non consumitur. Cibus enim vite est qui de celo descendit / putasne vel estimas
quale vel quantum est hoc sacrum sanctorum amor amorum / sapor saporum dulcedo omnium dulcedinum / Hic est
celestis vere indulgencia / hic sunt festa paschalia / hic sunt delicie nostrorum hic sunt gaudia et fercula beate anime
sic bibitur in loco uberi torrentes lactis flumina mellis liquores balsami celestis hinc efficitur ...
una. sponsus cum sponsa sancta anima cum christo. Audi michi pater petre quod dico spiritus vita et gaudium in
sponsus et intelligentis est. Verum est hoc quod dico quia sunt quidam sacerdotes qui lotis tantum manibus
illotis vero operibus cuncta consecrata accedunt ad divina sacrificia. Comedunt sine timore et reverencia carnes agni
non sicut sacerdotes assistentes altaria sed
sicut carnifices in macello carnes tales addunt alia pharaonis cepas egipti ... enormitate
deformes luxurie sterno sordentes horum inpurgati et inducti ... nulla quanto nulla potest esse societas cum
illa de qua loquitur summa iocundissima contemplacione. Certus amici sponsi id est boni episcopi boni abbates
et ceteri timorati religiosi viri qui in corporibus persistentes divinis appetant reditum domini sui ut cum pulsa-
verit confestim aperiant ei. gustaverit et experti sunt quod nos dicimus. ideo quia ad mensam altaris accedunt
ut pote deum suum ma-
nentes omni tempore candida facientes vestimenta sua id est corpora sua prout melius possunt
in et ore contrectatum et colloquentem sibi ipsius auditum. Ibi celebratur familiare colloquium inter deum
et moysen amicum suum id est fidelem ministrum. Certus sermo ille non est sonans sed penetrans non obstrepens
sed efficax / sermo ille non est popularis sed singularis et privatis
auribus sed blandiens affectibus non loquax sed efficax / sermo ille non est popularis sed singularis et privatis
non sonat in foro nec auditur in publico. Secretum complura secretum quietis auditum / Auditum profundius habet
gaudium et leticiam / Pensa ergo inquit amplectere sicuti repone fideliter quod audis quod legis quod teneas

Altare sacerdos cum assistit. crucem qua pro te sustinuit dissipatorum reputat. Calix sepulcrum in quo mortuus
quievit / patena lapidem suppositum. Corporale sudarium. Substratoria corporalis lintiamina quibus involutus
fuit / hostia quam vides iam non est panis et vinum / sed caro et sanguis eius qui pependit in cruce pro nobis vita
virtus facit non visus / effectus potentie est non cursus nature / significatio est non ratio. mira est non missena ceci
non que sed solum divinum non humanum / pietatis sacramentum est non deitatis detinctum / Iste est panis angelorum
qui nescit putrescere non vadit in secessum sed tendit in excelsum / Illuc redeunt hostes unde traxit originem.
Caro christi vere cibus est. Similiter liquor iste quem vides iam non est vinum sed sanguis christi quem pro te fudit
in pretium tibi reservatus in altari poculum in peregrinatione tua presidium in exitu usque de egipto eductum et
viaticum. Christus botrus carnis portatus est ad torcular crucis unde liquatum est in mustum tue redemptionis
Opera non videntur que leguntur de hoc sacramento. fides est vera / supervacua est ratio. fides certa ratione et
intellectu colligitur. fides autem intendit / Ibi sunt quasi que nemo fide corrigit / ratio omnino non admittitur. Corrept-
tur simplicem dissipatorem arguit imperitum / Ibi mordeat lingua fallax sophiste / taceat aristotilica
argutia / quia talis disputatio non invenitur plus ulla. Credi namque est salubrius quod investigari non valet. Neque
putes eum ulterius modum altius est iste et in quo haurias mistum invenias / Ibi est ille torrens quem transva-
dare propheta non potuit / Sciendum est tibi quod aqua mixta cum vino notat unionem membrorum cum capite suo. Aque
multe populi multi / Tres autem portiones que in corpore christi fiunt mistica sunt sacramenta. Est enim corpus christi
universa ecclesia caput scilicet cum membris. Et inveniuntur in corpore isto quasi tres partes ex quibus totum corpus constat
una pars ipsum caput. Caput enim et caput est et pars corporis similiter. Caput namque illud quod immortale et
impassibile resurrexit / non moriturus neque passurus amplius. Altera pars corporis est in membris illis que
iam cum capite suo quasi in sabbato quiescunt / una immortalitatis stolam possidentes secundum animas in celo
et de talibus dicitur Gaudent in celis anime sanctorum / Sunt quasi iste due partes similiter / caput scilicet christus et altera pars
corporis id est boni defuncti quorum corpora requiescunt in sepulcris et anime cum christo sunt in celis. propterea due par-
tes in altari reservantur extra calicem id est extra passionem quia boni ullum senciunt dolorem quia illi pena transierunt
Tercia porcio quam in sanguine ponimus / illa parte ecclesie fiat que calicem dum bibit et passiones christi imitatur
/ De quibus dicitur In me pacem habebitis / in mundo autem pressuram. Odor species sapor remanet ad instinctum vite
et ad gustus suffragium / hoc quod ideo ut horror penitus tollat et meritum servat / Et ne humana in-
firmitas esum carnis et potum sanguinis in sumptione horreret christus velari et palliari duo illa voluit
speciebus panis et vini / que inter humanum genus victualia principalia sunt / Ita ad literam quandoque propterea
omnibus panis cor hominis confirmat et vinum letificat. Sic itaque christus corpus et sanguinem suum sumenda
proposuit ut sensus in uno foveatur et fides in alto edificetur. Fovetur sensus in uno dum solita tangit et con-
sueta conspicit. Edificatur fides in alto. dum oculus carnis videt aliud quam oculus cordis aliud sentit
et venerantur intus. Aliud latet aliud patet / Posuit enim tenebras deus latibulum suum. Quemadmodum enim
species illic videntur quorum res substantie ibi esse non creduntur / sic res ibi vacat et substantialiter presens creditur cuius
species non cernitur. Videtur enim species panis et vini / et substantia panis et vini non creditur. Creditur autem substantia
corporis et sanguinis christi. et tamen species non cernitur. Proponuntur igitur species panis et vini ut doceantur plena
et perfecta refectione id est sumptione corporis et sanguinis christi. Cum enim unum sit sacramentum tria ibi distincta
proponuntur scilicet species visibilis veritas corporis et virtus gratie spiritualis. Aliud est visibilis species que visibiliter
cernitur. atque aliud est veritas corporis que sub visibili specie invisibiliter creditur / atque aliud gratia spiritualis
que cum corpore et sanguine christi invisibiliter percipitur a solis digne communicantibus. Tria ergo in sacramento
altaris attendere debes. speciem panis veritatem carnis / virtutem gratie spiritualis. Usque ad speciem panis
pertingit sensus corporis / ad veritatem carnis fides interior. ad virtutem gratie spiritualis caritas superior. Speciem
panis aliquando rodit sorex vel mus pessimus. veritatem carnis recipit etiam pessimus. virtutem gratie spiritualis non
recipit nisi predestinatus. Quod itaque videmus species est panis et vini. quod autem sub specie illa credimus
verum corpus et sanguis christi est quod pependit in cruce et qui fluxit de latere filii hominis / Comestio itaque
sacramentalis quantum ad visibilem speciem et quantum ad corporis christi veritatem convenit bonis et malis quam
sed est altera comestio scilicet iam dicimus bonorum solummodo que per deum gratiam et per fidem ex dilectione operante
vite dat nutrimentum efficacius affectum medium vel in cordibus instruancium vel papirum incidente spirituali et
subtiliori quadam unione capitis et membrorum / Hoc itaque sacramentum ab eterno in celis repositum diabolo
penitus celatum propheticis enigmatibus velatum pluralitatem vite et stabilitate est creditum debita gratiarum actione
prosequendum. O insigne spectaculum. O solenne miraculum. Deus qui mirabilis est in omnibus / in seipso
est mirabilior quando ad nos descendit dum mirabilia pro nobis operatur. Qui vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Si quis emendationis vite desiderio tactus / Incipit speculum monachorum Beati Bernhardi
cogitationum locutionum operum et suorum solicitus explorator universos excessus suos corrigere intendit
in presenti pagina frequenti lectione et assidua meditatione tanquam in speculo inabris hominis

sui facie contemplet. In primis ergo ex quo surgit ad vigilias vite sue tempus p momenta singula dz uocthi
computare vz ut semper bonum faciat et malum caueat In omni ergo ope suo semper dicat sibi ipi Si modo moriturus
esses faceres istud Ad psalmodiam semper cor habeat nisi ad aliquid sublimius rapiat / sed et omnia que ibi dicun-
tur usque ad vnam litteram se pcto nouit debitorem vel dicendi in choro suo vel audiendi in alio Ad intuallia dz
scedere ad orationem vel necessitati corporis prudenter ita tamen ut redeunti sibi semper dicat nouit / sursum corda Non enim
spualis ppositi detrimentum si cogat infirmitas vigorem pristini aliquantulum relaxare Tempore orationis orandum
Cum si ad legendum accedat non querat sciam sed saporem Est autem sacra scriptura puteus iacob ex quo hau
riuntur aque que in oratione funduntur Nec semper oratorium ad oratorium est eundum / sed in ipa lectione contemplari
potest et orare Cum ad altaris sacerdos est tamquam vnus ex summis angelis in spiritu totus assistat Si vero
minister tamquam dño angelis administret Cum aliis vadit ad laborem vbi considet non quid agat sed ppter
quid venit Cessante manu spiritus laboret vel orando vel meditando continue in ipo ope manuum id
ipum facie teneat Ad mensam non solum fauces sumant cibum sed et aures esuriant verbum dei Non enim toto
dz manducare sed sit cor occupet ad verbum dei et sole fauces sumant cibum carnis De hoc autem plurimum
gaudeat si ei viliora quam aliis apponat Illas vero felicioris sunt qui in paratate sumendo animo
fuerint fortiores In gratias soluendis p duobus se nouit supplicandum vel p petis eorum quorum elemosinis
sustentat / et forsitan ne corpori suo super necessitatem indulsit Si vocat ad colloquium secundum regulam
sustentat / et forsitan vero pauca verba et venerabilia loquatur et antequam ea pferat bis ad limam veniat quam
semel ad linguam Si tum sclaribus loquendum est tunc maxime adhibeat custodiam ori suo / ut nichil
omnino pferat quod non edificet audientem Sic in cunctis se habeat vt nemo dubitet qui eum viderit qui vere sit
monachus Denique post completorium cum ad lectum suum venit singulis diebus capitulum sibi teneat et co
notatis cogitacionibus suis / ponat rationem cum eis diligenter cogitans quid in ipo die cogitacione locucione
vel ope deliquit publice vel priuatim et p singulas noctes lectum suum lacrimis suis lauabit hoc est p
singulis petis consciam suam cum lacrimis et dolore purificans diligenter de singulis computet in crastino
publice de apertis de occultis vero secrete faciat confessionem Quie vt pfecta sit tria dz habere sit ut sit volun
taria nuda et integra / voluntaria i ppa deliberacione et pposito Nuda prout gessit confiteatur petum
suum vt non derluet in verba malicie ad excusandas excusaciones in petis Integra ut non pdicet petum
suum sicut sodoma et gomorra sed pura et simplici intencione se accuset In capitulo vero que publice of
fendit manifeste reueclet et tamquam assistens coram iudice in cunctis se ibi habeat loquatur vel iudicat vel
pclamet Clamor eius intus et extus oleo caritatis sit perunctus Numine clericum munus accipiat
Locuces nichil
ucaciam habeat familiarem In omnibus fugiat singularitatis vel admiracionis notam
dicat vnde multum eruditus multum vere religiosus possit reputari Ad interrogata paucis respondeat verbis
Cum locuptus non studeat eloquentie sed sermo
Si de scripturis sit de moribus agat. amicum paret non linguam
eius potius sit rusticanus quam vrbanus In omnibus agendis non studeat curialis videri Salua hone
state fugiat omnes locios in ptate positos et maiore sclares habetur quia queris labores lectos
et certas obsuatias in quibus non sit ut vitula effraym docta diligere trituram i ad huiusmodi non co
suetudine sed deuocione trahat vt sit in omnibus singularis puritas non quis nec pferat quibus priuata
oraciones que imperant primo loco habeat nec sibi blandiat de priuatis oracionibus suis que secto
loco suande sit vel habende cum in preceptis oracionibus desidiosus fuit et negligens Si autem familiar
tas intendat hominum multo magis in ...m Sit facies quis cum certis intus vero dissolis hoc est non
nimia grauitate contracta nec lenitate dissoluta sed quadam mediocritate bona regatur ut de sto
martino legitur Faciem eius non fuscauit meror nec longauit risus Erat prudentis anime
thezaurum suum solicite conseruans / more monachi corunta velae facie et quodam risu qui cum sit mo
destus interiorem gloriam et mentis grauitatem abscondat Computanda est dies in statu dicti pfite
vt ex eorum collacione suum depphendere possit monachus pfectum vel defectum In omni actu vel cogi
tatu suo deum sibi adesse meminerit / et omne tempus quo de ipo non cogitat pdidisse se computet
Tedio affectus componat se meditando super petram in qua lauatur mortuum et cogitet apud se quo
modo oculi intus caput cadat / brachia
tractentur vsque sepeliendi nunc intestino nunc in facie vertuntur quo oculi intus caput cadat / brachia
rigeant / crura tibie iaceat quo induatur consuatur quo deferentur humandi quo componantur in
tumulum quo pulue cobegantur quo vermibus deuorentur et qui statim putrescunt consumatur Sit mortuus
melchisedech sine patre sine matre sine genealogia nec pre...m sibi vocet super terram ymo sic se estimet
qui ipe et deus sit solus. Incipit burghardi sermo de conflictu virtutum
Misticia et virtus obmanent sibi inuicem et pax osculate sunt Cum quidem veteria audiunt
et humana natura nouitatibus gaudet sicione cuiusdam ex priorum recentis modo repetulum
volens seriatim et quasi fabulose disponere Audite fabulam non fabulam sed rem gestam

Quidam paterfamilias rex potens quatuor habuit filias quarum una vocatur misericordia altera veritas tercia iusticia quarta
pax nomen habebat. Etiam habebat filium sapientissimum cui in omni sapientia nemo poterat comparari. Et habebat
eciam clientem quendam famulum fidelem quem exaltaverat quem ditaverat cui bona multa contulerat utpo-
te ad ymaginem et similitudinem suam illum fecerat. Dominus enim uti mos est sapientum et bonorum dominorum sapuit
convincere et explorare famulum suum voluit et eum convenit paucis verbis dans ei leve mandatum dicens
Istud mandatum leve observa mi quod si custodieris ampliori honore ditaberis. Si autem transgressus fueris
morte pessima morieris. Famulus suscepto mandato domini sui sine mora transgressus est. Quid plura? Dum
transgressio non latuit affuit causam transgressionis quesiuit. Famulus turgidus et inflatus totam culpam
suam intulit domino dicens Mulier quam dedisti mihi sociam decepit me. Dominus tamen pro transgressione illata
simul et pro contumelia offensus iiii°r adnotavit tortores seuissimos. Unus istorum precipiens ut ligatis membris et
pedibus superbum transgressorem macerarent. Alter ut eum vivum decoriaret. Tercius ut eum iugularet. Quartus ut eum
devoraret. Tortores ergo domino suo sentenciam placere studentes acceptum miserum afflictione reperiunt. Has penas una
de filiabus regis audiens scilicet misericordia veloci gressu peregit ad carcerem et intus aspiciens videns quod
famulum tortoribus mancipatum non potuit non misereri. Sed laniatis vestibus sparsisque capillis per colla plorans
et clamans ad patrem currit et tota ingeniculata ante pedes cepit supplici voce et lacrimosa clamare
Heus o pater numquid non ego misericordia filia tua precor. Nonne diceris esse misericors. Et si misericors fueris famulo tuo
misereberis et si ei misericors non fueris misericordiam filiam non habebis. Taliter autem ea argumentante advenit so-
ror eius veritas et cur misericordia fleret quesiuit a patre. Cui pater Soror tua misericordia vult ut misereatur illius cui penam
indixi et morte punivi. Et veritas stomachata turbatis oculis intuens patrem dixit Nonne ego sum filia
tua veritas nonne tu diceris esse verax. Si verax non fueris veritatem filiam non habebis. Ecce misericordia et veritas
obviaverunt sibi. Has lites et has contenciones audivit tercia soror iusticia et clamoribus eius excitata ce-
pit causas a veritate querere querelas. Que ait Ista soror mea misericordia vult ut pater meus misereatur
illius transgressoris superbi cui penam indixit et morte punivit. Iusticia vero hec audiens inopinato infla-
mata urens dolore cordis sic ait ad patrem Numquid non ego sum filia tua iusticia. Nonne tu diceris
esse iustus. Si iustus fueris iusticiam conservabis et si iustus non fueris me iusticiam filiam non habebis. Ecce veritas
et iusticia ibi et hic sola misericordia veniam clamabat. Interea ergo veritas et iusticia reliquit pax et fugit
in longinquam regionem quia ubi est lis et contencio ibi non est pax. Quid faciet pater? cui cedet? si misericordie
cedet veritatem et iusticiam offendet. Si veritati cedet pacem et misericordiam filias non habebit. Conciliatore opus
erat. Advocavit ergo pater sapientissimum filium suum et exposuit ei negocium. Cui filius inquit Committe mi
prius negocium peragendum et ego de superbo transgressore sumam vindictam et iiii°r filias tuas reducta
pace restituam. Certe ait pater Magna sunt que promittis si vere facta sequantur. Si dictis facta compensas
faciam quod hortaris. Sumpto ergo induto filius regis secum duxit misericordiam sororem suam et saliens montes
transiliens colles venit ad carcerem. Clivus de celo presepe recepit ab alvo. Cuius de presepio de cruce tuba dum
et respiciens per fenestras prospiciens per cancellos vidit fratrem tortoribus mancipatum etiam omnibus penis af-
flictum. Et quia occasio se obtulit accipe quatuor nomina tortorum. Primus qui eum macerabat est copilud vite presen-
tis. Secundus qui eum decoriavit est miseria humane vite que omnes afficit. Tercius qui eum iugulat est mors que
nos omnes iugulat et occidit. Quartus qui eum devoravit est infernus quia quo mortuus homo. Omnibus ista da-
videns ergo famulum suum quatuor tortoribus mancipatum non potuit non misereri quia misericordiam sociam secum habuit
Introsiliit in carcerem quia mortem morte sua vicit et alligato forti vasa eius rapuit et spolia
distribuit. Et ascendens in altum captivam duxit captivitatem. Famulum quoque in patriam reduxit dans illi
stolam immortalitatis. Hoc videns misericordia non habebat unde conquereretur quia famulum duplicato honore vestitum
stola immortalitatis indutum vidit. Et veritas querele non habebat causam quia pater inventus fuerat
verax. Iusticia similiter nil conquiritur quia in transgressione iusticia fuerat exercita quia mortuus fuerat et revixit
perierat et inventus est. Videns ergo pax sorores nil conquirentes et unaquaque consecuta causa est
eas pacificando. Ecce misericordia et veritas obviaverunt sibi iusticia et pax osculate sunt. Ad pacem ergo visionis
eterne perducat nos ipse rex glorie Amen. Explicit bernhardus de conflictu virtutum Amen

Cuius ordinis erat egregia et in qua per omnibus sine multas doctorum hominum singulis consurgunt ad bonum hec quod vincens plurimos
aliorum devota redarguunt suorum peritus ignari valde videntur mihi ubi vitatis oberrare cum eorum talis esse
debeat institutio ut non solum illa reprehendat in aliis sed ut in semetipsis confirmat et coniungat ut non boni
sermocinatores vitiorum quam reprehensores dicantur sed emendatores vite ac bonorum operum effectores. Est enim per facile
loqui in publicum belle vel aliquantulum bene ac ornate sermones sub agimine habitu hominum favores et vulgi
famam captivantes sed nisi que ore proferens complebis operando neque tibi quicquam proferens neque illis quoniam Tullio teste
virtutis laus omnis in actione consistit non verbis manibus monstrata pro non ostentacione verbi sed actu requirit
et exercicium sui. Et ut dicit Seneca plus oculis credunt homines quam verbis et considerando vivendi normam permagnum
capiunt imitande virtutis incitamentum. Ea de re huiusmodi fuit sanctorum patrum instituta ut non verborum magis esset
sed vite. Incipias a paulo petro eorum quam successoribus nostre fidei fundamentis multa sunt eorum dicta sancte sapientes
sed vite magis profuisse ad sanctissime legis
egregie ad fidelium disciplinam actu reprimens ubi in illis sanctimoniam vite magis profuisse ad sanctissime legis
augmentum quam ordinum videbant nostre hercle res quedam durissime legis illa verba divine. Relinque patrem et
matrem. Vende omnia et da pauperibus tolle crucem tuam et sequere me. Diligite inimicos vestros benefacite hiis qui
oderunt vos ad iniuria vos prebete et similia infinitum modis austera et a sensu nostro abhorrencia. Ut cum mollia
erant et multo faciliora ac ad humanam naturam magis accomodata legis gentilium precepta firmata usu quotidiano
et legibus sancita. Quid ergo causa fuisse putas ut post omnium contumaciam adversus tot bella tot dyaboli
insidias tot principum persecutores tam subito ihesu christi fides creverit et per universum terrarum orbem cum imperatorum
sententia edicta tam late se propagavit. Illud profecto fuit ut et si severissimam legem ac strictam predicarent
facilia illa esse monstrabant si quis
viri dei. tu enim seipsos prebebat in exemplum eorum que asperrima videbantur facilia illa esse monstrabat si quis
modo mente adhibuisset vite sanctimonia integritate commonebat populos et rerum mundanarum contemptum sunmet
contemptu suadebat non afferebant philosophorum sapientiam ad predicandum sed vite exemplar non ornabat eloquenciam
sed mores suos in medium proferebat ornabat quidem illi sermones suos non aliorum sententias et verbis crescentibus
ut pleraque nunc fiunt sed abstinentia paupertate splendore virtutum sic quam virtus erat quam sequebantur homines
in illis sanctis viris virtus nempe vera et expressa non ficta non adumbrata lenociniis. quam laudare verbis magis
sicut nostris temporibus sunt videmus nisi dictis facta congruant ridiculus est homo et a dei preceptis alienus. Itaque
non adiuvat iste quanta inde mala fidelibus inferat. Nam cum verbum dei audiat verbis eorum nulla auctoritas nec
fides adhibetur cum intelligat populus illos suos emendatores tantum distare a doctrina sua quam profitentur
forma quam vivendi adeo ab omni ordinatione dissentiens illos enim sequuntur et illos imitantur populus qui dixerunt quid
faciendum sit et probant factis quod docent nec vinci in eo quod fugiendum dixerunt deprehenduntur et illos per maiore
admirantur quos magis cum viderint quam cum audierint laudes admirantur qui hec aio ad eos accedunt ut faciant
fiat quam meliores dicit quod id dicit quod notat glossa 38 dis ordulo Ego nos sumus medicum quemque non eloquentie
sed sanitate. Quobrem vos qui et ista in vobis adimpleantur digne ambuletis ad Colossenses primo
In quibus verbis videte primo omnes vobis vitiorum peste infecta. Considerate 2o totam vos imitande virtutis se
latitudine magna per indicta quam vos apostolus verbo dicit opera ambulate et despicia carnis non perficietis Gal.
dicatudine 3o ingens vobis cuiusmodi virtutum progressum profectum per maiore persuasio ut non iam torpentium more
sedeatis sed sic decet sanctos de virtute in virtutem ambuletis primum sunt ab oppositio huius adverbii digne. Multi enim
inimici apostolus indigne ambulant quos sepe dicebam vobis nunc ac et flens dico inimicos crucis christi Phil. iiio
Secundum vero in proposito eiusdem adverbii digne claudit ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis Eph. iiii
Dicit vero in verbo profectus devotionem expresse cum dicit ambuletis In hunc quippe morem de sanctis aliis dicit
verum in verbo perfectus devotione expressum cum dicit ambuletis Ezech. primo
Ubi erat spiritus impetus illuc gradiebantur nec revertebantur cum ambularent Ezech. primo

Consideraco sui in tra dividit
Considerare pl vole et morale e fructuosu
Considerare abiectoz porc utile e conti i hore
Consideranda q occurit conti i loco alto
Consi re dz qd scipm inde oibz abiectis
Considerant inditate ppaz que occurit
Consideraco sequi debet natura
Consid qd in adus qd in psperis
Consideraco gual tota respiracis eciam i q pedz
Consideranda st multa sui ad mysticac actois
Consideraco quo spualiter dicat et quo quis sit po
tecior quis libior quis purior et quo sim hec
tps considerao dissi et corp adm descend tr do
Consideraco dei opm i ale qd notificat hoibz stc
Consilio dei bella ceutes, bis psti ut
Consistent in scipso p considez sunt ao abicoade
quatuor dimensioni
Consuetudo facit meurez A 1 G
Consuetudo qd fac et quo p ea it i adusoz A 1 H
Conspco q simul q libalis q liba A 2 A.
Contemplacoms spes quatuor
Contricone dup ci qtcri quid est
Cor durz pviat salute et qd e illud A 1 K.
Cordis ebetati qd est signu A 1 N
Corrigend gocessi ta st nma
Cata melius st in ubo q in sciptis
Dat se qd to r accoim sui culpa z qu A 2 D
Debitoris non plg gt simeti q dvanti et quo
plat st debito es papi i sipoi debita sol da st
Decor induit cu maloz spes evita
Deo dictantz no est quid faciat
Dd q vbis eloqui mos efugit affatus
Deus qd est
Deus est finis et palq
Dd nlli sbstac pt et oibz alcor est
Deus quo d esse pricipm
Dei due declant sz go qo m qo p q
Deus est simplex na
Deo que insit omi st
Deus laudat go mltis caus
Dyacom non est hz administracois
Dictamie tra debz cotme. A 1 A.
Dies malos quid ondit A 3 I.
Digites ad busta putat virtutes
Dilatao sussiua bre solz et qd st
Dilaco go quibz recipt gocusticoz
Dimesioes cor malia hoc q ap aplin
Dimesios e quo divini adaptat
/ Disciplata ond xpi in operacione
Displicere oz esse admistroz vbi hoi aliquid
complacet in scipso
Dissipat no dispesat q ad ordiat no i edificacz
Dispesao requit neut te et utili te quez
Dispesanda st alia ab aliis si ab epo omibz est
de disciplina prudenti
Divinitas aliud no est q deus
Divinitas no est forma dei
Divinitati maistas illesa cotubat et quasi in
coz ipingit coquassat

Dissilare potestia q licet et q no
Doctiacois effectus est qsolacio ceiie go tusi o neglie
et obstructo oris loquetm iniqua A
Dolor acbq dutius esse no pt A. 1 H
Dolor coti q hug e i tactus qtinus A 1 F
de dolore ppt aliena oz a qtplorie et quo homo
dole velz si no pt ibid
Dolore in stia nq dz subtfuge A
Dolus in spu quo evitat
Dnaco i clero pstibe no solu ca huiult si in vite
et quo pq psbitcroz edictu datu est
Dnat illi i iusticia q hoibz appetit dnari
Dnacones que a qui angeli dicut
Doctrina ppli no pt gousac plati a ptee ecliy
Ducia in cordis quo go qsuc ut et adusloc deuci A 1 I.
Delator quis est
Ecclia no est spelunca latini
Ecclia sic indiguit et nuc indiget ita usq
i fine sclr opatorbz indigebit
Ecclia in sa fit cu qmitti hus q qd e datu i cultu
couitut in ppm questu
Emaz dei regi a virs sctis magna est to solaco
hominbz devotis
Egtudine no sencies laboat pictos q
Eloquetie studes q caret sapia hostis e iustie
Emut de spolis pauperi que et quo vita pauperu
in plateis seminat
Eligendi st de toto orbe orbe indicaturi
Epo e fortitudo oia q st suc fbe sttan et mordeni
ad queq dep dita a neglecta sufficoibz et de
singlis require racoz
Epi multos hz q q ctat cvias paucos q fbas
Epi do m dez stitudo modestia et honestas et
hoz custos disciplina
Epal facilia no dz ce topta n c tulamsbta
Epi no debet esse austeri si masueti
Esse dei oia que sut dei includit
Evang do noles hz gla ut aplos
Evageliste quo est paste
Evangz est scelat etia si uvideat pdica
Evan ue plata gocusat pplo q et ppt q
Excusaco bona testiom constic
Excepto u a e utilitas et q mala ve ut ex ea
Exempco licita no e go fbordiacoe ptatu et
incbzp et go qsolidaoe ordiatore
Exempcoz no approbat aliqs nis stiozs imediata
subiecco pape
Exire i mudz quo et quae debeq
Exiliu quod est si penitudie
Extasis ad que occupatur
Extepso i ordiata go teniaoz z stssoz iduat
Excelaco ve ralcinus et psundi tr dei
Facere go ptate voc obmissa no lic
Familiaris istancia i cura opertat et plq as
fenit labors mig vtilitats
Fecit de oia no de pia psba
Fermetaco triu satozs a mlie quid oepnut
et quo fluctu fide inanc stat
Fervet quis.

Fides untit aut qualis sit et quo ipsa est sine temptatione habet
Fides quid est et quo abigitur non sit
Forti fidei quo sto sunt modi
Fortiter medium destruit
Fortitudo conferit graciam et gratia quo sapientia te
Fidos quo obstinati in meliis accipiendi a 11
Frontis attritio quid est a 15
Fructu laboris sacerdotalium non euacuare potest
Fructu non est in cognitione sed in apprehensione
Fundi edificii spiritualis humilitas
Gaudium de salute est vigilandi
Gens apostolica non fuit nobilis et quo nobis
Gladius malus pape est sed non est vendendi
alio modo quam corporalis
Gladio spirituali quo feriendi ad salutem et quo est
ab eccia sed materialis per ecclesiam accipiendi
Gloria dei protegere ypocrisis ignotioris quod est glorium et
quo sunt xpi fiat consortes
Gloria non debet sibi sed Deo gratia
Gratia a nobis fides et pace sit dicit
Habere scripturam debet quam ostendit a 28
habitus quis conveniens
Habundacionem audaciam esse debet a 2 f
Hereditatis nobis ipse et quo sit illa a
Hereditatis nobis hereditatis dixisse quod consistit
Hereditas nostra est in re et gloria in laboribus
Herodes pharao est vigilanda ad curam
Heres alicubi clam sapit alibi palam sentit
Heretici maiori studio sunt conterendi
et duo modi ponuntur
Hesitacio quid est sera
Humilitas fidei potest est et quam gemma virtus
Humilitatis exemplum quam duobus recipitur
Humilis si mutat aggere virtus vera est
Humilitas falsa in qua computat per peticionem
Iacob sola uxoria fuit contentus et quare
frater domini est dicta
Iactura per paciencia feruntur quam nulla est virtus petenda
Incarnata tamen in se sed et quo tamen dictus adultus tempore
gens divine potencie
In meatorem quo curant incarnatum et vomitum
Incidens alio quam in quibus inhibuit tetetur
Incuria multorum malorum est radix
Indultos plures facit quam attentas fractos non retudit a 3 m
Indumentis integris opus est potificibus
Inerubescens et qui coram pluribus scriptum
dignum confusione ordit
Inerubescens est ter fetor inter alios fetidos sed a 3 m
Ingerens se ut eligatur abiciendus et quo per quod rogat
est suspectus quo qui per se rogat iam est iudicatus
quo curia visitans et adulatores per peticionibus sunt
qui vadunt humilitas in qua trabit et qua spectat
Ineffabilia quod sit quo docetur quo queritur quo operitur
petitur quo inuenit quo adipiscitur
Inest deus et angelis sed difficilius
Inordinatio maiorum et principum illorum qui
sunt in curia pape destruitur
Impunitas ausu parit et ausus excessum
Insipiencia quam sapiens fidei stultam facit et haereticos
litteram eciam inficit
Insipiencia coniuncta est prigra infidelitatis
Insuetum diu non potest quod est sepe an fieri
Intentio iustitie boni et sed quid ut ipse signata
fidei est temporibus
Intentio qui opus putat non potest sed quo
Intentio quod est et quo tribuit fides et multa denuit
Intemperatus sit quod duplicatur a 3 8
Investigandi est deo et alii 3 vias
Imitator dei sit quod sic est forte in fide et
decorus in conversacione
Imperat aliud amor aliud maiestas a 1 8
Iudicium dei quare in quo non suo non peperit et quo dam
nunc oblitus fuit et quo dei iniuria blasphematur
quo reprehenditur quo iniuria in eis non scandalizatur a x 8
Iudicatura potestas est inferior gradus in illa continue
Iudicans intendere boni sed non intendere non licet a 7 e
non est illis quod manendo comissa sit a 2 h
Iudicium sacerdotale in que et in qualia debet tendere quo
non debet invadere fines alienos quo talibus sit digni
aliquando tamen in talia potest a 2 h
Iudicari a pravis pondus non licet a x 1
Iudeis quare non est cura salutis impendenda
Iustitie duplex status orit per quod petitioni a 3 c
Iustitie que potest et que profecto a 3 8
Iustitia tene modicum est si non afficit diligere
et quid facit qui diligit a 3 h
Iusta una hominis cura non prestat ubi sederi
preualet alit affectorum
Iustitie quod est insueto debet sepe si si potuit venire
in insuetum non debet redire in illud
Iusti affectus et vox a 1 m
Labores cure pastoralis non frustra sunt
Laquei mortis pastore tendunt et alia
Legatio laudat tamdem incommoda
martini qui reduit in pauperitate non per utilitate
Legato laudare tandem gaufridi quam cum per eius inquirebat
peregit et munera spreuit
Legatione cisiles fugi debent et quo se debeat
gerere patri exemplo
Leges duas apud potifices debet resonare
Liber non est quam pinit ingenium fruitus a 2 h
Liber non est qui est mole constituere et qui est
finis voluntatis inique a 2 c
Libido dicendi peior gladio et veneno
Licitum esse non potest quod multa illicita parit a 4 8
Lingua mapie in communi est frenanda
Locus dei
Locales angustias deus concedit liberi sine est
Loca alta quales habent labores
Locabitur mali male quam in eius dicit de confusione
Longitudo salus hic operatum et quod sit
Loquens in aure quod palam loqui non audet per
suspecto habendus est
Lucre dei mali contrarie non possunt
Malum intestinum fugere non est sed ut reformetur laborandum est
Mansuetudo dei sobria a 1 m
Manus qui misitur celo et terre
Manus quare nemini cito sit imponenda tempore

Mansio in qua mic simul qlis est et quid in ea
regnat et quid consolat
Ministra legatorum in quibus consistit
Ministra sculi difficile e propter impedimentis et ab
datis multitudine multum
Ministra ab ad qd assciscit, gloria e principatu
Misterie hominis uati
Ministra q benefacit benficia ab eo et eius opa
Modus quo se ht ad virtutes // potestes
et quo tene modum omni virtutu e dicit a 3 f et g
Modus in omnibus melior est
Modus e ubi et qd eum mane compleri e et quod
medium est sedes modi
Molestum fit homini q f corp que non vivit
Monasteriu et curia sunt se modo opposito
Monstruosites q circa spuales oriunt
Moto corde et lingua est movendu ad predicandu
et manus ad operandu
Mundi apli totu circuierunt non fuccia corporis
sed prudentia mentis
Munera sustine melius e hominibus qz i deu admittere
Mutatio quo fit in bo et non de bone
Natus ho est ad qd unde et q repletur
Natu esse hoz plus e qz esse eius
Narratio brevis veritate manifestat A 3 f.
Negociis iudicialibus se intende si culpa non e A 1 f.
Negociis secularibus adaptat seductos platorum
Neglia et sopa in animo // 3clus a 2 b.
absumit A 1 g
Necessitati intende quomodo pro caritate oz A 2 1
Nova angelorum oppinionum pstiterunt de corp
officiis et ordinibus
Nota ult fide non quit nisi i patid
Nudu esse in apice consistere e non erubescere
Nuge in ore sacerdotis sunt blasphemie
pfeinue et de ipa nugacitate
Nus pposito non pmdicat veritati ut esse duo
et quid ibi mat et qd non mat et quo hic
est inpscrutabile
Otium viceme in plasone quibus modis A 2 b
cui motio e cavendu et qd mali fat
Ocia mit negocia que i bois est singlate A 3 1
Oculus discretionis obscurat a duobus
Occupatio sine non capit s diliges contemplatio non
Occupatione deducunt ad cor // adhibet
durum et quo mit relinquit hoi de scripto quo
tps pdit quo consumunt et qd efficiant A 1 b
Occupato est condolendum A 1 d.
Odiosus deo et hominibus sui molest q st
Opus intet visplitudi et s hz assiduum temeraria
Opat deo i angelis diversa // est
Opantur angeli ea q deo opat i eis s alit
Opamur nos q deo et ali s nos distant
Opare qui nute est sevo meditatio qnt A 6 b
Optimum mit hz deo sui qt to qd e optime
Opa quoliz tua gratioe est vallandum
Ordinatio crate co rectis hic romani
Ordo dictorum destruit co corp nostri quod i quo
ordine est quaendum z multa alia
Oris custodia est utilis si quod affabilitatis
non recludet.

Placencia ubi non est vitiosa A 1 m.
Pape iustitia destruit quod est ei tradituri
et quod creditum
Pape omnes questiones committi sunt
Papa hz plenitudinem potestatis alii ptem
Pape ptas sup ptates aliorum
Pape totus orbis est quo ad dispensationem
non aut quo ad possessionem
Pp ad hoc positus est ut ordo et gnus ecclie serve
Pp compocos facis pralus se committit
Pape curialium abusiones
Pp inter alios est ordo qz erat petrus et quo
petrus absq hiis q modo hz pp diem adimplet preceptum
Pape qui assistentes non sint commode p m
legum digni s debitum sedulitatis et qua ratione psi
biteri propius pape assistunt
Pp domini sue stare dz posse et ut que sunt do
mini dei non obmittere
Pape i familia mea i prudentia dz esse
Pape sacerdotes et alii officiales habent st i hore
si defeci dent vince et ab admonentibus mit recipe
pam quale esse oporteat //
ptrapat ob platu venis go est qui fini ipq
panet quos // non est A 2 c
pastoris nomen et ope qui glant opa plia
destruit et quo mit dispsit ubi tua sunt
pastores q mit pascua co se omnibus i pedent
pastor utilis innocens esse pt quo contra dz lupos
ne subvenit quo non est se pastorem ondere
ul negare
pastoris status venit ad opposita status
paliati s admittuntur ad officia quales se
ostendunt in posterum
pax periculosa que est
petroribus flis cor emollitu qd prius inuit
petrorum pene non tusent cu tpe
pseverancia reddit hoiz c(er)titudi
petrus non vna nave s sterili sustep gubnadi
et in quo figurabatur esse vicius p
puelitari apud maiestate tuam est timiditate
qz temeritate A 2 f.
pietas est parare compassionem A 2 1.
plebs sine levat si gnat pastori imputa
plorat frust qui non emendat A 1 l.
placiz opospz ut assunt nisi prius vires de
opandi et sufficia consumet
platis qualibus circa dz committi quo circa cos ho
st seruari qd circa subditos efficiat et ad que
homines deducant
pdicatie negligentes verbum salutis arguuntur
pdicanda st et illa q moleste audiunt
pdica deo de hore et ho de deo et quare non
ita pdicatur cura de carne
ptate ut vane obmissa iuxta e hunc ne
ptas aplica non e suma qz e sbalia ut e pla
qz meliores sit sola ca vui non st sepande
labimur

Potatem ullam habet inferiores nisi qua papa aut sedet
aut permisit vnde sic quod faciunt contra vel ipsi imputantur
Potestates et principatus qui etiam alii dicuntur
Prelatus cum debet sequi vitam apostolicam quomodo temptatur
Prelato accepto prelatus maiore fugienda
Preesse volentes sine domini et dei quam magis est contra liberum
esse ingenium et vertitur et quomodo qui dei verbum et suos
debent intendere contra et malis servire et bonis parcere vnde
concluditur nemo esse volentes debemus intendere domini
sine constitue procuratore
Presidens non est ad dominum et ad que
Presidens non est ad quaestum sed ad profectum subditorum
Presidencium condiciones
Presidentia et si nunc est pars potestatis tamen operis est nimia
in quo presides contentus debent esse quod fugere quod agere quod
opus est aduersum
Presidens vel dissimulat vel obliviscitur admittitur et quod facit
principium dicitur de deo
Procuratorum dura correptio
Professi soli habere absorptionem et quod faciat
Promotiona nobis debent esse importuniora
Promissorum dei non impletio non preiudicat veritati pro
mittentis sed ostendit iniquitatem plebis
Promissiones dei tamen homini non repugnant sic vel vitas
Propius non relaxari a custodia dei instruit
simplex difficile est et quomodo prosperitas habet se ad honorem
prosperitate amittere quos laudant et equum debet
dus pastoribus prima mutatio plebis
Pudor est
Pulsandum quo
Porcos inter specus que est
Qualis homo sit ope sic considerandus
Qualitas in deo non est et si po. vero adorada
Querendus est deus super nos inter nos ante
Querit deus nunquam frustra
Querere debent quales ad beneficia prelatos
Querimonie cautio quod ostendit perversum qui non habere placere
Querere propria in ipsis multa mala generat
Ratio in quo convenit cum angelo
Recedere debent homo mittens corpore et voluntate a 2 e
Remedium dilatio quomodo in desperationem ducit a 1 1
Reparare quod est Regio spiritus quod est comparatio
carius vel usurpare non potest
Reliquum quotidie sit prelatus per extremos respectu potius et tamen
prius voluit opera sola consuetudine aliter vincendi
Roma curia mater est aliorum non domina
Romane plebis prius conditos destruitur
Sacerdotes a se certis hostes a fabula
Sacerdotem vana iurgatoria et scurrilia sunt vitanda
vita quod fide moritur scribitur monet ad vitam
Stabilitas dei quomodo conditiones mediatores dei probat adluminat vite
Sanctorum est sic stare desinenti obtinet
Sibi ut quod viri soli prodesse non licet
Servitium qualium rerum suscitat hoc affectum
Salvator duos efficiunt
Salutis prosperitatem in quibus consistit
Salus hominum vilescit auro
Sanctus non est qui latera dolet
Scilicet felix et bonum dicitur ad hoc nunc vicio vicio
Sedes dicitur deus in thronis et qui ipse sedet eius dicitur

Sensus regula que est pars a 1 g
Signus super fratribus constitutus tamen dicitur hic
Signus ingens fidelis porcus est sustinendus quia homo sic se
mittet domestico laborando
Simulatio non est dissimulanda et quod est pessima a 1 n
Simulatio quae non aufert libertatem et quae aufert a 1 o
Simulatio que derogat potestati a 2 a
Spiritus quod imparabilior et que inferior a 2 c
Seraphim quare aliqui angeli dicuntur
In seraphim quid incenditur
Solue cur corrigere talia vel dicit se non posse
Statuta si non tenentur statuens a peccato non excusatur
et menos fit de lege statuti
Studia pastorum nunc in peius mutata sunt
Stupet quis et quis sustinet
Stupor quod aspirat quod perpellit quod efficiat
Summus quid est et quis dignitas non virtutum sed ministeriorum
et quomodo qui se existimat summos putat dignitates
Superior est deus ipse et angelis dicitur de vtibus
Superiora loco inferiora sunt dignitate
Suspensio in quo requiescit
Susurratio quod summum fidelem prodicturus sit laude
Signatus est deus nobis non sibi
Vocare a verbo predicationis et si alii est tamen non
bis ulla est ratio dissimulanda
Temporalia vendicare vel per apostolos mire
Temporalium rerum dispensatio reddit conscientiam
Temporalium rerum quadrivium occupatio que non impedit
ad superiora progressum
Tempora longa vel diuturnitas in optimum vadit
Temperantia ad duo aspicit a 3 a
Temperantie iustitia est necessaria a 3 e
Testimonio conscientie gloriandum est et humiliandum et quomodo
qui testimonio conscientie sentitur suos defectus sibi tenetur
Timere qui habet salubriter et vere
Timeri volentes ab omnibus necesse est ut timeant omnes
Timendus est deus non potestatem et sapientiam sue
Timorosa reformatione quos contentus est dicitur
Titulus Iesu Christi et suorum
Titulus proprie est quod pare in terra non habet a 2 h
Tractatus est an fructu cum his quos diligit
Tribulatio cor ostendit rectum et purum
Throni quare dicuntur aliqui angeli
In thronis quid quaerendus
Valentes ad beneficia quia in curia diffidunt reputantur
Vestium duplicibus quid est
Vestitu luxus in clericis corruptionis non habet
Veritas saepe non prodest apud eos quod favet maiestati
Verba fidei non sunt suspendenda
nec ponenda est mentha collatio
Vocatio quanta dat initium quanta acceptum a 1 k
Viator quis felix et vere punita ponitur
Virtutes quomodo ope sic invicem dependent a 3 a
Virtutes defectus in directionibus moderatur et quomodo
quod esse sit media corpus ipsum fuit vitiosa ad virtuosa
Virtutes omnia tria sunt comprehendenda
Virtuosi quomodo reputantur vitiosi
Visio angelorum sine sensu medio

Videndi genus optimum quod si hic non potest desideret
Visio dei qua non est nihil? in patria unita fiet
Videt mala deus luce et non videt et quod vellet
eam evadere sed non possunt
Virgo non est si est ab uno viro cognita
Virtutes angelice que efficiunt in hominibus
Virtutum nomine aut aliqui angeli vocantur
Vita perit qui cum virtutibus non crevit
Vitare mala questione est vitare malorum species
Voluntas dei bona placens et perfecta
Voluntatibus deo convenientibus que vere et quo quelibet talis
est misera et penalis et seipsa leditur et numquam obtinet
Voluntatibus propriis deus est odiosus · que obstat
Voluntate uti pro lege non decet · quia hoc est deicere
et elati animi
Vna res pontifica et sapientia dei si opus dicitur
Vnitas personarum commendat
Vnitati in divinis non repugnat trinitas personarum
Vnitatis nomine diffinitur
Vnitas trinitatis omnes precellit
Vnitas divinitatis non recipit soliditatem
Vnitas persone trium personarum non confundit
Vnitas que media est inter duas unitates
Vnitas divinitatis cum humanitate non potuit interdicere morte
Vnitas que persone salvatur et in corpore et in anima
in tribus mortis propter unionem divinitatis ad utrumque
Vnitas que persone figuratur in fermentatione
trium satorum ab illa muliere li. v c. 33
Vnus deus duobus vocibus exprimitur et duobus vero quintum
unum et simplex idem sunt et quod deus
est unus singulariter et quicquid ad dei unitatem
comparatur non est unum
Visus visibilium sublimius
Volumus vero dolore non caret a. i. f.
pro totius orbis possessio triplici mitra
debetur et nulli alteri
Xpisti corpus est ecclesie multitudo
cuius non debet esse a consideratione aliena
eius duplex processus
Zeli vox duplex
Zelus ecclesiasticus totus pro sola dignitate tuenda
effervet

Explicit Inventorium super libros beati Bernardi
de consideracione ad Eugenium papam

Tractatus beati Bernardi de quatuor gradibus spiritualis exercicii

Cum die quadam corporali manuum labore occupatus spiritualis hominis exercicia cogitare cepissem, quatuor spirituales gradus animo cogitanti se subito obtulerunt: lectio, meditatio, oratio et contemplatio. Hec est scala claustralium qua de terra ad celum sublevantur, gradibus quidem distincta paucis, immense tamen et incredibilis magnitudinis, cuius extrema pars terre innixa, superior celos penetrat et secreta celorum rimatur. Hii gradus sicut nominibus et numero diversi sunt, ita et natura et ordine sunt distincti, quorum proprietates et officia quid singula circa nos efficiant, quo et inter se differunt et qui primi erunt, si quis diligenter inspiciat, quicquid laboris et studii impendit breve reputabit et facile pre utilitatis et dulcedinis magnitudine. Descriptio illorum quatuor graduum.

Est autem lectio sedula cum intentione animi scripturarum inquisitio. Meditatio est studiosa mentis actio occulte veritatis noticiam ductu proprie rationis investigans. Oratio est devota cordis intentio pro bonis adipiscendis et malis amovendis. Contemplatio est mentis in deum quedam elevatio eterne dulcedinis gaudia degustans. Vite dulcedinem lectio querit, meditatio invenit, oratio postulat, contemplatio degustat. Unde querite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Querite legendo et invenietis meditando, pulsate orando et aperietur contemplando. Lectio quasi solidum cibum ori apponit, meditatio quasi masticat et frangit, oratio saporem acquirit, contemplatio est ipsa dulcedo que iocundat et reficit. Lectio in cortice, meditatio in adipe, oratio in desiderii postulacione, contemplatio in adepte dulcedinis delectacione. Lectio enim quasi fundamentum primo occurrit, deinde mittit nos ad meditacionem. Meditatio vero quid appetendum sit diligencius inquirit et quasi effodiens thesaurum invenit et ostendit, sed cum per se obtinere non valet, mittit nos ad oracionem. Oratio se totis viribus ad deum erigens ibi repperit thesaurum desiderabilem contemplationis suavitatem. Hec autem adveniens priorum trium laborem remunerat, dum dulcedinis rore celestis animam inebriat. Lectio ergo secundum exterius exercicium est, meditatio secundum interiorem intellectum, oratio secundum desiderium, contemplatio secundum omnem sensum. Primus gradus est incipiencium, secundus proficiencium, tercius devotorum, quartus beatorum.

Hii gradus ita concathenati sunt et vicaria operacione Qualiter graduales sunt hii quatuor gradus sibi deserviunt invicem quod precedentes sine subsequentibus parum aut nichil prosunt, sequentes vero sine precedentibus aut raro aut numquam haberi possunt. Quid enim prodest lectione continua tempus occupare, sanctorum scripta et gesta legendo transcurrere, nisi ea masticando sucum eliciamus et transglutiendo usque ad cordis intima transmittatur, ut per hoc diligenter consideremus statum nostrum et studeamus opera agere quorum facta cupimus cogitare. Sed quomodo hec cogitabimus aut quomodo cavere poterimus ne falsa et vana quedam meditando limites a sanctis patribus constitutos transcendamus, nisi prius circa hec aut lectione aut per auditum fuerimus instructi. Auditus enim quodammodo pertinet ad lectionem, unde et solemus dicere non solum libros nos legisse quos nobis ipsis vel aliis legimus, sed illos eciam quos a magistris audimus. Item quid prodest homini per meditacionem ut que agenda sunt videat, nisi orationis auxilio et dei gratia ad ea obtinenda convalescat. Omne namque datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum, sine quo nichil possumus facere, sed ipse facit in nobis opera non tamen omnia sine nobis. Cooperatores dei sumus sicut dicit apostolus. Vult namque deus ut ipsum oremus, vult ut gratie advenienti et pulsanti ad ostium aperiamus sinum voluntatis nostre et consenciamus. Hunc consensum requirebat a samaritana cui dicebat Voca virum tuum, quasi diceret volo tibi infundere graciam, liberum arbitrium tu applica. Oracionem exigebat ab ea cum diceret Si scires donum dei et quis est qui dicit Da michi bibere, forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam. Hoc audito mulier quasi per lectionem instructa, meditata est in corde suo bonum sibi fore et utile habere hanc aquam. Ecce audicio ubi et sequens super eo meditatio incitavit eam ad orandum. Quomodo namque esset sollicita in pulsando, nisi prius ipsam accendisset meditatio. Aut quid ei precedens meditatio contulisset, nisi ea que appetebat sequens oratio impetrasset. Ad hoc ergo ut fructuosa sit meditatio oportet quod sequatur oracionis devotio, cuius quasi effectus est contemplationis dulcedo. Ex hiis colligere possumus quod lectio sine meditatione tepida, meditatio sine oracione infructuosa, oratio sine devocione contemplationis ociosa. Contemplationis adeptio acquisita sine oracione aut rara aut miraculosa. Deus cuius potencie non est numerus et cuius misericordia super omnia opera eius, qui eciam de lapidibus suscitat filios abrahe, duros et nolentes acquiescere cogit ut velint, et ita quasi vulgo dici solet bovem per cornu trahit quando non vocatus se ingerit, ut paulo et aliis quibusque. Non ideo tamen nos quasi deum temptando debemus talia presumere, sed facere quod ad nos pertinet, scilicet legere et meditari in lege dei, orare ipsum ut adiuvet infirmitatem nostram et videat imperfectum nostrum. Quod ipse docet nos facere dicens Petite et accipietis. Nunc enim regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Qualiter ducitur ad meditacionem

Ecce assignatis hiis distinctionibus patet eorum gradus et proprietates. Beatus autem qui ceteris vacuus in hiis desiderat versari, qui cunctis ceteris venditis emit agrum in quo latet thesaurus desiderabilis, vacat scilicet et videt quam suavis est deus. Qui enim in primo gradu exercitatus, in secundo circumspectus, in 3o devotus, in 4to supra se elevatus est, per has ascensiones quas in corde disposuit ascendit de virtute in virtutem donec videat deum deorum in syon. In lectione enim audio Beati mundo corde quoniam ipsi deum

videbunt. Ecce breve verbum sed suavi et multiplici sensu refertum ad pastum anime quasi uvam ministravit quam postquam anima dili-
genter inspexit dicit intra se. Potest aliquid boni esse. Redeam ergo ad cor meum et tentabo si forte possim invenire et
intelligere hanc munditiam. Preciosa enim et desiderabilis est res ista cuius possessores beati dicuntur cui visio dei que est
vita eterna promittitur que tot testimoniis sacre scripture collaudatur. Hoc sibi ergo plenius explicari desiderans
incipit hanc uvam masticare et frangere eamque quasi in torculari ponit dum excitat rationem ad inquirendum quo-
modo possit haberi adeo preciosa munditia. Accedens ergo sedula meditatio non remanet foris non heret in superficie
altius figit pedem interiora penetrat singula rimatur. Sedula attente considerat quod non dixit beati mundo cor-
pore sed beati mundo corde quia non sufficit a malo opere habere manus innoxias nisi et a pravis cogitationibus mundemur
in mente. Quis enim ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius? Innocentes manibus et mundo corde.
Item considerat quantum hanc munditiam desiderabat idem propheta sic orans. Cor mundum crea in me deus. Et item. Iniqui-
tatem si aspexi in corde meo etc. Cogitat quantum sollicitus erat in hac custodia qui dixit. Pepigi fedus cum
oculis meis ne cogitarem quidem de virgine. Ecce quantum artabat se vir sanctus qui claudebat oculos
ne viderent vanitatem et incautus aspiceret quod postea invitus amaret. Postquam et huiusmodi cordis munditiam per-
tractavit incipit cogitare de eius premio quam gloriosum et delectabile esset videre faciem dei speciosum forma pre
filiis hominum non iam abiectum et vilem et non habentem speciem neque decorem sed stola immortalitatis indutum qua ve-
stivit eum mater sua et coronatum diademate quo coronavit eum pater suus in die resurrectionis et glorie quam
fecit dominus. Cogitat quod in illa visione erit satietas de qua dicit propheta. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Vides quantum emanavit liquoris ex minima gut- **Qualiter per meditationem pervenitur ad orationem**
ta quantus ignis ex hac scintilla exortus est quantum hec modica massa / Beati mundo corde etc. medi-
ta quantus ignis ex hac facibus inflammata huius incitata desideriis fracto alabastro unguen-
meditatione extenta est. Huius anima ... odoratu et ex hoc colligit quantum suave esset huius munditie sentire
tum sentire incipit et si non gustu tamen maiore odoratu et ex hoc colligit quantum iocundum sit quod faciat huius desiderio estuat sed non invenit apud
experientiam cuius meditatione adeo sentire est iocundum. Et quid faciat? Huius desiderio estuat. Sed non invenit apud
se quomodo habere possit. Et quanto magis inquirit tanto plus sitit. Dum meditationem apponit apponit et dolorem quia non sentit
quam habere possit. Sed quanto magis inquirit tanto plus sitit dum meditata esse monstrat et non prestat. Non est enim legentis neque me-
ditantis sentire dulcedinem nisi cum datum fuerit desuper. Nam cum legere et meditari tam bonis quam malis com-
munes sunt hanc sentire dulcedinem. Et in qua summa dei bonitas consistit invenerunt ductu rationis et quia deum
est et ipsi philosophi gentium sapiam in qua summa dei bonitas consistit invenerunt ductu rationis. Sed quia deum
cognovissent non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt et de suis viribus presumentes dicebant lingua nostra
magnificabimus labia nostra a nobis sunt. Non meruerunt percipere quod potuerunt videre sed evanuerunt in cogitationibus
suis et eorum sapientia devorata est quam eis contulerat humane studium discipline non spiritus sapientie qui solus veram
dat sapientiam sapidam scilicet que animam cum inestimabili sapore iocundat et reficit de qua dicitur
Sapientia autem a solo deo est. Et sicut officium baptizandi deus concessit multis
in malivolam animam non introibit sapientia. Hec autem a solo deo est. Et sicut officium baptizandi deus concessit multis
potestatem vero et dimittere peccata autem sibi soli retinuit. Unde Iohannes antonomastice et distincte de eo dixit. Hic est
qui baptizat. Sic de eo possumus dicere. Hic est qui sapientie dat saporem et sapidam facit animo scientiam. Sermo
quidem datur cunctis talis sapientia paucis quam distribuit dominus cui vult et quando vult. Vides ergo anima quod ad desideratam
cogitationis et experientie dulcedinem per se non sufficit attingere et quanto magis ad cor altum accedit tanto
magis exaltatur deus. Humiliat se ad orationem dicens. Domine qui non videris nisi a mundis corde investigavi legendo
meditando et quo possit haberi vera munditia cordis ut ea vel modica parte possem te cognoscere.
Quesivi vultum tuum domine quesivi et corde meo meditatus sum et in meditatione mea exardescit ignis et
desiderium cognoscendi te domine. Dum panem sacre scripture mihi frangis in fractione panis magis cognitus es
et quanto plus cognosco te tanto plus te cognoscere desidero non iam in cortice littere sed in sensu experientie
Nec hoc peto domine propter merita mea sed propter tuam gratiam. Fateor quia indigna sum peccatrix sed et catelli edunt de micis
que cadunt de mensa dominorum suorum. Da mihi ergo domine particulam hereditatis future saltem guttam celestis pluvie
qua refrigerem sitim meam quia amore ardeo. **Qualiter per orationem devenitur ad contemplationem**

His et huiusmodi desideriis inflammat affectum et incendit desiderium in huiusmodi incantationibus advocat sponsum
suum. Dominus autem cuius oculi sunt super iustos et aures eius in preces eorum non expectat donec sermonem finiat
sed medium orationis interrumpens cursum festinus se ingerit et anime desideranti festinus occurrit celestis
rore dulcedinis perfusus unguentis optimis delibutus animam fatigatam recreat esurientem reficit aridam impinguat
et facit eam terrenorum oblivisci memoriam sui et sicut in illis carnalibus officiis a deo vincitur hoc carnali con-
cupiscentia quod omnem usum rationis amittit et fit homo quasi totus carnalis. Ita vero in hac superna contemplatione
ita absorbentur carnales motus in anima ut in nullo caro spiritui contradicat et fiat quasi totus spiritualis. Sed o domine quo-
modo comprehenderis quando hoc facis et quod signum amoris et adventus tui. Numquid huius consolationis et letitie nuntii
et testes sunt suspiria et lacrime. Sed ita est nova antiphrasis ista et signum insitata. Quae enim convenientia
consolationis ad suspiria letitie ad lacrimas. Sed tamen iste dicende sunt lacrime et non potius ros celestis desuper
infusus superfluens exterioris ablutionis indicium et interioris purgamentum. Unde sicut in baptismo

paruulorum per potiorem ablucionem significatur et signatur nitidior anime ablucio. O felices lacrime per quas interiores macule
purgantur per quas peccatorum incendia extinguuntur. Beati qui sic lugent quia ridebunt. In hiis lacrimis anima cogitet
sponsum tuum leuis inebriare. Ista sunt munera munuscula et soliata que tibi tradit sponsus gemitus scilicet et lacrime.
Sed o domine ihesu si adeo dulces sunt lacrime que ex memoria et desiderio tui excitantur quam dulce erit gaudium quod
ex manifesta tui visione capietur. Sed quid huius alloquii secreta proferimus in publicum. Huiusmodi venerabiles af-
fectus verbis quibus conamur exprimere inexperti talia non intelligunt sed qui ea experti sunt legunt in libro experiencie
quos ipsa docet vnccio. Aliter autem littera expositor non potest quamquam legerit medicum sapida est littera expositorum lectio
nisi glosam et interiorem inueniat sensum ex corde. O anima diu percepta sermone istum. Bonum erat nos hic esse
cum petro et iohanne contemplari gloriam sponsi et diu manere cum illo si vellet hic sicut vero duo uel tria tabernacula sed
vnum in quo sibi essemus sibi delectacioni. Sed dicit sponsus. Dimitte me iam ascendit aurora. Iam lucem gracie
et visitacionem quam desiderabas accepisti. ¶ Quare sponsus aliquando recedit a sponsa.

Dicta ergo benediccione mortuo neruo femoris mutato nomine de Iacob in israel. parumper recedit sponsus
dum desperatus aliquo elapso subtrahit se quantum ad perfectam visionem quantum eciam ad contemplacionis dulce-
dinem quantum ad graciam quam inuenisti. Sed ne timeas o sponsa ne desperes ne estimes contemptui si pau-
lisper subtrahit a te sponsus faciem suam. Omnia ista cooperantur tibi in bonum et de accessu et recessu lucrum ac-
quiris. tibi venit eciam tibi et recedit. Venit ad consolacionem recedit ad cautelam ne magnitudo consolacionum
extollat te. Ne si semper sit apud te sponsus incipias contempnere sodales et iam continua visitacionem non iam gracie
tribuas sed nature. hanc autem graciam quam habet et cum habet sponsus attribuit non quasi iure hereditario possideret. Iuxta
vulgare prouerbium est. Nimia familiaritas contemptum parit. Recedit ergo ne forte nimis assiduus contempnatur
ut absens magis desideretur desideratus auidius quereretur diu quesitus tandem gracius inueniatur. Preterea si
nichil desset sic contemplacionis solacio respectu future que reuelabitur in nobis enigmatica esset et exponente
putaremus hic nos habere manentem patriam minus requirentes futuram. Ne ergo putemus patriam an exilium sulma
venit in castra et recedit. Huc eciam inuenisti statum unius instabilitate commutat paulisper committit nos
gustare quam suauis est et antequam plene senciamus subtrahit se. et ita expansis super nos alis prouocat nos
ad volandum quasi dicat. parum gustastis quam suauis sum et dulcis. Sed si vultis plene saciari hac dulcedine
currite post me in odore vnguentorum meorum habete sursum corda. vbi ego sum ad dexteram dei patris sedeo
vbi me videbitis non per speculum in enigmate sed facie ad faciem et plene gaudebit cor vestrum et gaudium
vestrum nemo tollat a vobis. ¶ De cautelis sponse post recessum sponsi.

Sed caue tibi o sponsa quia absentat se sponsus non longe abest et si non vides eum ipse te videt
plenus est oculis ante et retro inspicere potest eum latere. habet eciam contra te nuncios spirituales suos quasi
sagacissimos exploratores ut videant quomodo absente sponso conuerseris et te accusabunt coram eo si aliqua
signa lasciuie et scurrilitatis in te comprehenderit. Zelotipus est sponsus. si forte alium amatorem receperis
si alius magis placere desideras statim discedit a te et adolescentulis adherebit. Delicatus est sponsus iste
nobilis et diues speciosus forma pre filiis hominum et ideo non nisi sponsam dignatur habere speciosam. Si viderit
in te maculam siue rugam statim auertet oculos suos a te. Illas enim immundicias non potest sustinere. Esto ergo
casta esto verecunda esto humilis ut sic a sponso mereris frequencius visitari. Timeo ne me dimiserit tecum
sermo iste sed hoc contulit in materia fertilis potest et delectabilis. quia ego non pertrahebam spontaneus sed nescio
qua eius dulcedine trahebar intus. Dulcis ergo et mirabilis suauitas vel ad modicum in superno
manere. Sed caueat sponsa ne post contemplacionem qua eleuata fuerat usque ad celos inordinato vsu
cadat usque ad abyssos ne post suauem dei visionem ad lasciuos mundi actus et carnis illecebras quam ta-

Oportet vero mentis humane acies infirma viribus illius. ¶ De descensu post contemplacionem
illustracionem diucius sustinere non potest. ad aliquem trium graduum per quos ascenderat et altuatim
modo in vno modo in alio secundum motum liberi arbitrii per vicem loci in ipsis demoretur.
tanto tamen est deo deuocior quanto a primo gradu remocior. Amen ihesus christe maria. 1e 13.

liber beati bernardi de consciencia

Conscientia in qua anima perpetua mansura est edificanda est sed prius mundanda ut quibus eam induebit preferre / Deus et homo. homo per cogitationes et affectiones deus per gratiam et virtutes. Cogitationes et affectiones nostre sunt de mundatione conscientie / cogitationes investigatione vitantur affectiones in compunctione vertuntur. Porro misericordia dei delet peccatum / gratia dat virtutem resistendi peccato. nunc subtrahit peccati occasionem nunc inmittit amaritudinem / plerumque sanat affectionem / gratia adiuvat ad bonum et defendit contra malum / addit ad utrumque discernendum. Beata est anima que in pace firmata est / que cum bella foris patitur pax interior non turbatur. Quecumque molestie foris perstrepunt usque ad plenum eius quietem non erumpunt / quam gustu eterne dulcedinis tacta tota est intus per desiderium collecta nec foris iam erigitur in carnis voluptate nec dissolvitur vanitate quia intus possidet in quo delectatur atque ita in semetipsa pacifica dum intus est quod foris appetit / tota intus per amorem quiescit et cum tota ad intimum gaudium colligitur ad ymaginem dei reformatur qua et in se reddit. Talem animam et visitant frequenter et honorant angeli atque archangeli utpote dei templum et spiritus sancti habitaculum. Esto templum dei et deus excelsus habitabit in te. Anima enim deum habens templum dei est et divina misteria in ea celebrantur. Porro anima que non studet in se consistere ut in amore dei desiderium suum figere per aures oculos aliosque corporis sensus foris egreditur atque in actionibus delectatur. Sed erit cum invenerit portas istas clausas scilicet in morte cum rediens ad se et videns se solam et nudam inestimabili confusione et horrore concutietur. Et quia nullam consolationem consuevit illa que a deo datur in conscientia intus non habebit et non solum eam dedignabitur visitare sed nec ipsa quidem mala sua conscientia seipsam potest tolerare requiem in se non potest habere quia illud dereliquit in quo habitare et quiescere debuit.

Capitulum de societate

Cogita ergo in societate aliorum positus quod non semper potes esse cum illis. Sed elige tibi socium qui cum omnia tibi subtracta fuerint fidem servat dilectoribus suis nec recedit in tempore angustie. Omnes igitur cordis distractiones et mentis fluctuationes in unum collige et in solo deo totum desiderium fige ut ibi sit cor tuum ubi thesaurus tuus desiderabilis multum quam amabilis. Ipse enim frequenter visitat et libenter inhabitat tranquillitatem cordis et quietem mentis qui ipse est pax nostra et in pace locus eius. Propterea talem te prepara ut tecum sit deus tecum in corde tecum in ore tecum in toto corpore tecum eat tecum redeat nec a te recedat nisi prius eum dimiseris numquam ipse te dimittat. Ubicumque fueris numquam esse solus poteris si deus tecum semper erit. Munda igitur conscientiam tuam et semper paratus esto ut quacumque hora venerit et tecum habitare voluerit paratam in te sibi inveniat mansionem. Ipse namque dicit Facite mihi sanctuarium et habitabo vobiscum in medio vestri. Studeamus ergo templum dei construere in nobis. Primo quidem ut in singulis nobis inhabitet quia nec singulos dedignabitur nec universos. Primo studeat unusquisque ne dissideat ipse a semetipso quia omne regnum in se divisum desolabitur nec Christus intrabit domum cuius tigna parietes inclinati sunt et macerie depulse. Vult ergo anima corpori suo domum integram esse et necesse est cum inde conspirare si fuerint interiora anime membra divisa. Videat ergo ipsa si desiderat Christum habitare in corde suo per fidem sit in seipsa unita et sollicite timeat ne a se interiora membra dissideant id est ratio memoria et voluntas. Dignum habitaculum parat deo cuius ratio non obcecata non voluntas perversa non memoria coinquinata. Felix anima illa que ita domum cordis sui studet emundare a sordibus peccatorum et sanctis ac bonis operibus adimplere ut in ea non solum angelus unus sed angelorum dominus delectetur habitare. Mundata igitur domo cordis quam malis ab ea exclusis bonis omnibus impleat ne sit nobis necesse aliquid foris querere qua omnia forinseca relinquimus.

De cognitione sui

Redi igitur ad cor tuum et diligenter discute teipsum. Considera unde venis quo tendis quomodo vivis et quid agis quid amittis et quantum cotidie proficis quantum ve deficis quibus ve machinationibus magis ac magis a maligno spiritu acrius impugnaris / et cum totaliter exterioris et interioris hominis statum habitum quam quantum periculose est plene cognoveris non solum qualis sis verum etiam qualis esse debeas / te cognitione tui sublevare potes ad cognitionem dei. Quantum namque cotidie in cognitione tui proficis / tantum ad altiora semper tendis. Sed forte iam ascendisti ad cor tuum redisti et stare didicisti nunc hoc sufficiat tibi disce et ibi habitare et mansionem facere et qualicumque mentis evagatione inde abstractus fueris semper ad illud redire festina. Absque dubio quoque in tantum tibi vertetur in oblectamentum ut absque laboris difficultate possis ibi assiduus esse quinimmo potius tibi sit pena alibi quam ibi moram aliquam facere. Si ergo senseris desideria tua circa delectationes exteriores affici et cogitationes tuas circa eas iugiter occupari cum magna sollicitudine compelle eas in cor tuum intrare et ibi inhabitare. Mens enim que se ad considerationem sui non sublevat sed adhuc per varia desideria spargitur variis cogitationibus huc illucque distrahitur non potest seipsam colligere quia nondum novit in seipsam intrare sed adhuc in imo est cogitatione et conversatione nec potest ad ea que super ipsam sunt penna contemplationis evolare.

Quomodo ad cor sit redeundum

Istas cordis tui dispersos congregare studeas evagationem mentis in unum colligere exteriora omnia oblivisci assuescas intimis inmorari discas sola interiora amare et illa sola frequenter cogitare que ad celestium contemplationem ambulas qui ad dominorum notitiam suspiras. Cumque te diligenter attenderis et diu quesieris cum tandem inveneris qualis esse debeas et quibus obsequiis deum placare debeas qui ita evagationes mentis in unum colligit et omnes cordis motus in uno eternitatis desiderio figit profecto ad cor suum iam redibit iam ibi libenter immoratur et mirabiliter delectatur et cum seipsum pre gaudio capere non possit super seipsum ducitur et per excessum mentis rapitur et in summa elevatur atque per seipsum dirigitur ut discat deum amare et ipsum intime cogitare et in deo delectari. Usque sic amor Christi absorbuit totum affectum totum ut negligens sui et immemor non nisi Ihesum Christum et que sunt Ihesu sentiat. Tunc demum perfecta est caritas ut arbitror in eo. Huic itaque qui sic affectus est non est onerosa paupertas. Iste non sentit adversa sed ridet / opprobria et dampna contempnit / mortem lucrum reputat immo nec se mori putat cum magis de morte ad vitam transisse se sciat.

De affectu amoris


Verum sic amor intrinsecus ligatum tenet nec ad modicum quidem cogitationes avocare valet. Sed cum sic in amore dei iugiter delectatur intimo desiderio flagrat et tanto ardentius quanto familiarius quanto frequentius pulchritudinem eius considerat et magnitudinem. Frequenter ab omnibus raptus pavidus et tremens coram deo prorumpit. Totus in eius admiratione suspenditur. Admiratur enim tunc gloriam regis et magnificentiam superne civitatis pulchritudinis.


nobilitatem et civium felicitatem contemplatur, glorie decorem Dei ac bonitatem et intime dulcedinis tranquillitatem meditatur,
patris potentiam, filii sapientiam, spiritus sancti benignitatem et angelorum beatitudinem. Delectatur de Deo in Deo, dum eius pietatem admi-
ratur et decorem contemplatur. O quam iocundum sed non est diu in modicum et raptim rapitur, sola celestia contuetur et contuendo convalescit.
Sed cum diutius ibi stare conatur, citius labitur, rediens ad se nichil potest intimare quod videt super se. A cogitatione suavitatis
allectus gustare dulcedinis suavitatem et illam celestem infusionem letitie spiritualis intra semetipsum miratur et revolvit in
corde tota mente in corpore lucis claritatem, intime societatis saporem et illud intime quietis secretum et summe tranquil-
litatis archanum. In huiusmodi contemplationis dulcedine mens afficitur et mirabiliter delectatur. Volet ergo et non desinat volet
donec perveniat ante regem glorie, ibi quam ploret et suspiret, maceret quam se in lacrimis, deprecetur veniam, postulet gratiam, nec
inde recedat quousque Deum quem nimium offendit placatum sentiat et ab eo consolationem recipiat. / De scientia et conscientia

Multi querunt scientiam, pauci vero conscientiam. Si enim tanto studio et tanta sollicitudine quereretur quanto queritur scientia secularis et
vana scientia, citius apprehenderetur et utilius retineretur. Cogitate ergo de conscientia. Ipsa est consumata et qui custodit illam
semper erit securus. Salva reverentia sapientie utilius est vertere ad conscientiam quam ad sapientiam nisi sit sapientia que edificet conscientiam.
Tunc enim intelligit se sapientem anima, tunc illustratur conscientia, tunc impletur cordis scientia, Deus ipse et se Deo mutua revelatione
se ipsa recipit imago creatoris, imago in imagine mutata. Nichil aliud est quam sapientia in anima, gloria in conscientia, sapientia in arca [?].
O quam ineffabilis pietas Dei que tanta maiestate inclinavit ad tantam humilitatem. Non tantum nos creavit in nobis
et qui parum esset Deum habere fratrem, vult nos etiam fratres et matrem. Quicumque inquit fecerit voluntatem patris mei, hic est frater. Obe-
diendo mater generando fratres, per hereditatis successionem et mater per aliorum instructionem. O fidelis anima expande sinum, dilata affectus
ne angusteris in visceribus tuis, concipe quem totus mundus nequivit comprehendere. Dominum virgo beata fide illum concepit. Fide namque
Christus concipitur, bona predicatione nascitur, devotione nutritur, amore tenetur. Sit ergo conscientia pura, Deum recipiat ad ho-
spitium, sit sollicita circa obsequium fidele, ne tanta maiestas renuset cordis gremium, sit devota ut soli Deo placeat,
Deo intendat nec ab eo recedat. Talis conscientia letificat animam et exhibet Deo gratam et angelis et hominibus venerandam,
sibi ipsi placatam et quietam inhabitatorem [?]. Diffinitio conscientie est hec. Conscientia est cordis scientia. Cor dupliciter intelligitur, uno modo
scientia qua se novit homo per se vel illa qua potest se novit alia quam se. Cor enim novit quam se sua et multa alia, qui se demonstrat
tunc appellatur conscientia, et conscientia quam quo se alia novit tunc vocatur scientia. Conscientia bona titulus est religionis, templum
Salomonis, ager benedictionis, ortus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium archangelorum, archa federis, thesaurus regis,
aula Dei, habitaculum spiritus sancti, liber signatus et clausus in die iudicii aperiendus. Nichil est iocundius, nichil securius
bona conscientia. Premat corpus, affligat mundus, terreat dyabolus et illa semper erit secura. Secura cum corpus moritur, secura cum
anima coram Deo presentatur, secura intus quam in die iudicii ante tribunal iudicis constituetur. Future beatitudinis non valens
nec crimine testimonium quam bona conscientia. Mundus licet sua volubilitate conturbet, ploret, rideat, peccat [?], numquam marcescet
conscientia. Submergetur corpus in pena, in ieiuniis macerabitur, verberibus lacerabitur, eculeo distendatur, gladio trucidetur, omni
supplicio affligatur et secura erit conscientia. De speculo conscientie

In speculo conscientie status totius hominis noscitur, anima vero non novit se que sine speculo est. Speculum enim clarum et
purum totius religionis est conscientia. Sicut enim mulier vultu suo vel viro placere appetit, speculum inspiciens maculas
vultus sui abstergit et pulchritudinem disponit faciei sue, sic anima ab ymagine Dei descendit vel in quibus vestra
+ ymaginis caritate recipiat in conscientia relegit et intelligit. Non immerito conscientiam comparavi speculo, quia in ea tamquam in spe-
culo omnis oculus ea intuens quid decens est et quid indecens in seipso claro aspectu comprehendere potest. Bona est conscientia
si habeat in corde puritatem, in ore veritatem, in actione rectitudinem. Per hec namque inhabitatur trinitatis visio. O beata visio in
qua Deus se est notus atque conspicuus ut videatur a singulis nobis vel ut videatur in seipso vel ut videatur in celo
novo vel ut videatur in terra nova atque in omni que fuit creatura. Bona conscientia est Dei vinea quam excolit per peccatorum con-
fessionem et corporis satisfactionem, exhibitio bonorum operum et custodia cordis. Unicuique est liber ipsa conscientia et ad hunc librum
discutiendum et emendandum omnes alii inventi sunt. Anima cum egreditur de corpore nullum aliud potest conscientie sue librum secum por-
tare potest atque in illo potest cognoscere quo debeat ire et quid debeat recipere. Ex his enim que in ea scripta sunt iudi-
cabitur, et in exemplaribus liber vite scribi precipitur, ut si alium habuit corrigatur ne in illa ultima collatione
cum aliis habitis abiciatur. Conclusio. Beatus homo qui seipsum potest cognoscere et despicere, probare et improbare. Nam qui sibi displicet
Deo placet et qui sibi vilis Deo carus est. Multe ergo sunt scientie hominum, sed nulla melior illa qua homo cognoscit seipsum et
hec est conscientia. Deo gratias. /

x Primum incarnatum Herodes rex videre non meruit sed pastores 2 c
Christus caro et frater noster est 2 c
Christus flori triplici comparatur orti campi et thalami 48 b
Christus minister bonus dicitur 44 a
Christus capree et hinulo ceruorum comparatur 46 a
Christi vita et mores virginitatem et soli[illegible] [illegible] contemplari est nostre causa 20 d
Christianus pluribus domibus comparatur 47 a
Filium dei habuit sed non scientiam spiritum sanctum non habet 4 c
Zelus noster erga deum debet esse feruidus circumspectus et invictus 20 c
Zelus erga deum hominem duplex 20 e
Zelus sine scientia periculosus est 10 b.





Non d. quare ab abel et non ab adam ecclesia exordium sumpsisse dicitur cum tamen adam, qui prior tempore fuit, penitenciam egit et saluatus sit ut patet sap. x.
Illum qui primo formatus est a deo pater orbis terrarum cum solus esset creatus custodiuit et eduxit illum a delicto suo et cetera. conpositum mea aug. in 2°
retractationum. Et ecclesia racione fecunditatis nullum destitit, mysteriis racione innocencie et puritatis sicut virgo inmaculata et sic integra ymaginatur. unde
cantica 4 Tota pulcra es amica mea et macula non est in te. hinc est quod ab abel qui inposuit tipum ecclesie propter dignitatem suam et innocenciam
gessit ecclesia sumpsit exordium et non ab adam nocente quia alias adam peccante desiisset postquam incepisset ininterrupta. Et peccatum quod vix unquam int
Non quod ecclesia sepe dicitur mulier in scriptura propter sexus fragilitatem que de infimis collecta 1 chor. 1 infirma mundi elegit deus ut confundat fortia. Item propter
fecunditatem quia filios dei generat. de ea namque filii spirituali natiuitate nascuntur. Ioh. 3 oportet vos nasci denuo. Et item quod natum est ex carne
caro est et quod natum est ex spiritu spiritus est. Item Ioh. 1 dedit eis potestatem filios dei fieri. Et quomodo subditur quia per fidem, quia hiis qui credunt in nomine
eius. Et eciam mulier per fidem, scilicet in tinctura maritauit personam humanitatis amictam, id est Christum sponsum qui racione sue fontalis plenitudinis
gracie superhabundantis et superaffluentis eam adeo mirifice fecundat ut de plenitudine gracie eius omnes fideles ab abel iusto in quo ecclesia
incepisse legitur usque ad ultimum iustum influxum recipiat gracialem. Sed d. quomodo ista que longe ante incarnacionem precesserunt de plenitudine gracie
eius potuerunt recipere et filii ecclesie dici et esse cum tamen corpus Christi post nos venit in mundum. Quod fieri quia dicitur attribuitur gracie plenitudo. Item
in intencionem doctorum in ista materia loquencium quod a Christo et eius fontali gracia procedit in nos et in omnes precedentes et sequentes Christum influxus
gracialis. Et hoc per modum meriti quo ad Christum et per modum fidei quo ad nos. Ita videlicet quod tantum est meritum Christi quod ex eius fontali gracia processit
et per modum fidei quo ad nos sufficeat dicendo ad consequendum consummata gracia, sic illi viua fide viuentes, et cetera.
quod ex diuina ordinacione omnibus hominibus presentibus preteritis et futuris sufficeat, sed quod ex diuina ordinacione et acceptacione ipsius
antequam dicitur graciam suam ex influencia gracie Christi recepisse per modum fidei, magis videlicet meritum Christi futurum ex diuina ordinacione ex fide sola declaratur in Christo
sufficeat dicendo quod per fidem viuentes etc. sufficit quo ad hanc graciam Christi tempore corporis prefuisse fide et sua credulitate, non sic sola declaratur in Christo
in materia de peccatis nec unquam potuit saluari nisi in fide mediatoris. Et eadem erat fides preteritorum que et presencium et futurorum, ita quod ad
quod nos credimus factum scilicet Christum natum passum et cetera, ipsi credebant explicate vel implicate fiendum, et cetera. per fidem viua cum vera viuebat sic
Christo et eius meritis et consequebatur hanc graciam que dicitur fluxisse ex gracia Christi non que tunc erat in esse reali seu realiter sed sufficiat quod
erat in fide eorum quo ad esse intellectuale creditum seu intellectualiter.

secundino

Reverendissimo et sanctissimo fratri [secundino] episcopo Gregorius servus servorum dei. Inter sacra missarum solemnia
ex his que diebus certis in hac ecclesia legi ex more solent sancti evangelii quadraginta lectiones exposui. quarum quedam
dictata expositio assistenti plebi est per notarium recitata. quarundam vero explanationem coram populo
locutus sum. atque ita ut loquebar excepta est. Sed quidam fratres sacri verbi studio ferventes ante-
quam ad propositum modum ea que dixeram subtili emendatione perducerem. transtulerunt. quos recte quidem comparaverim famelicis. plerum-
que qui prius escas edere appetunt quam plenius excoquantur. Hoc vero ubi scriptum est. Ductus est ihesus in desertum a
spiritu ut temptaretur a dyabolo. prius quidem sub quadam ambiguitate exposui. sed tamen dubietate post modum certa e-
nucleatione correxi. Easdem igitur omelias eo quo dictate sunt ordine in duobus codicibus ponere curavi. ut et priores
viginti que dictate sunt. et posteriores totidem que sub eodem dicte sunt in singulis essent distincte corporibus. Et vero
quedam ante posite sunt que in ecclesia post loquuntur. Quedam vero postposite que ante per eandem tamen scripte ve-
niunt. nequaquam moveat tuam fraternitatem. Sed quia sicut a me diversis temporibus dicte sunt. ita quoque ab exceptoribus affixe.
Tua itaque fraternitas sacris se lectionibus intenta. si predictum locum ecclesiarum invenit sub dubietate prolatum et easdem
omelias repperit. ita ut predixi non esse dispositas. mox eas has emendatas remansisse agnoscat. et mox
eas quas per prefate positiore nulla studii corrigat. nullo quoque modo illas sine emendatione remanere permittat.
Edite autem in scrinio sancte ecclesie nostre retinentur. ut si qui forte a tua fraternitate longe sunt. hic inveniant unde
in his que emendate sunt certiores fiant. Hic rogo parumper remeans obsiste viator. Et mea scrutare
pectore dicta tuo. Ut tua quoque meis agnoscas facta figuris. Utitur hoc spes ut sit mea que tua fiat. Eram
nunc eos fueram famosus in orbe viator. Et quod nunc ego sum tu quoque futurus eris. Delicias mihi casso spectabat.

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Erunt signa in sole et luna et stellis	Ewangelium luca prima	amore
In illo tempore Assumpsit ihesus duos discipulos suos secreto et ait illis. Ecce	Ewangelium luca secunda	
In illo tempore loquente ihesu ad turbas. Ecce mater eius et fratres	Ewangelium math tercia	
In illo tempore misit ihesus duodecim discipulos suos precipiens eis et dicens	Ewangelium math quarta	
In illo tempore Ambulans ihesus secus mare galilee vidit duos fratres	Ewangelium math quinta	
In illo tempore Cum audisset iohannes in vinculis opera christi mittens	Ewangelium math sexta	
In illo tempore miserunt iudei ab ierosolimis sacerdotes et levitas	Ewangelium iohannis septima	
In illo tempore Exiit edictum a cesare augusto ut describeretur	Ewangelium lucas octava	
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. homo quidam peregre	Ewangelium math nona	
In illo tempore Cum natus esset ihesus in bethleem iude tamen in diebus	Ewangelium math decima	
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Simile est regnum celorum thesauro absc[ondito]	Ewangelium math undecima	
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Simile est regnum celorum decem virginibus	Ewangelium math duodecima	
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti et lucerne	Ewangelium luca tredecima	
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus et cetera	Ewangelium iohannis xiiii	
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Exiit qui seminat se[minare]	Ewangelium luca xv	
In illo tempore ductus est ihesus in desertum a spiritu ut temptaretur a dyabolo	Ewangelium math xvi	
In illo tempore designavit ihesus et alios septuaginta duos discipulos	Ewangelium lucas xvii	
In illo tempore dixit ihesus turbis iudeorum. Quis ex vobis arguet	Ewangelium iohannis xviii	
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Simile est regnum celorum homini patrifamilias	Ewangelium math xix	
Anno xv° imperii tiberii cesaris procurante iudeam et cetera	Ewangelium luca xx	

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Erunt signa in sole et luna et stellis.
et in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris et fluctuum. Arescentibus hominibus pre timore. Et reliqua.

Dominus ac redemptor noster fratres karissimi. paratos nos invenire desiderans. senescentem mundum que mala
consequantur denuntiat ut nos ab eius amore compescat. Appropinquantem eius terminum quante percussiones
preveniant innotescit. ut si deum in tranquillitate metuere nolumus. vicinum eius iudicium vel
percussionibus attriti timeamus. Huic etenim lectioni sancti evangelii quam modo vestra fraternitas audivit. pau-
lo superius dominus premisit dicens. Exurget gens contra gentem et regnum adversus regnum et erunt terre-
motus magni per loca et pestilentie et fames. Et quibusdam interpositis hoc quod modo audistis adiunxit.
Et erunt signa in sole et luna et stellis. et in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris et
fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia iam facta cernimus. alia e proximo ventura formidamus. Nam
gentem super gentem consurgere. earumque pressuram terris insistere. plus iam in nostris temporibus esse cernimus quam in codicibus
legimus. Quod autem terre motus urbes innumeras subruat. ex aliis mundi partibus scitis quam frequenter au-
dimus. pestilentias sine cessatione patimur. Signa vero in sole et luna et stellis. adhuc aperte minime
vidimus. Sed quia et hec non longe sunt ex ipsa iam aeris immutatione colligimus. Quamvis prius quam ytalia gentili
gladio ferienda traderetur. igneas in celo acies vidimus. ipsum que qui postea humani generis fusus est sanguinem
choruscantem. Confusio autem maris et fluctuum nondum nova exorta est. Sed cum multa iam prenuntiata
completa sunt. dubium non est quin sequantur etiam pauca que restant. quia sequentium rerum certitudo est
preteritarum exhibitio. Hec fratres nos karissimi ideo dicimus ut ad cautele studium vestre mentes evigilent.

ne securitate torpeant ne ignorantia languescant ſ ſp & timor sollicitet et in bono nos opis sollicitudo confirmet
Post haec quod redemptor nr voce subiungit Arescentibus hoibus p timore et expectacione que supveniet
universo orbi Nam virtutes celorum movebunt Quid enim virtutes celorum dns nisi angelos archangelos
thronos dnacoes pncipatus et ptates appellat qui in adventu districti iudicis nris tunc oculis visibilit
apparebunt ut districte tunc a nobis exigant hoc q nos modo invisibilis conditor equanimit portat Ubi
et subdit Et tunc videbunt filium hois venientem in nubibus cu ptate magna et maiestate Ac si apte dicat
In ptate et maiestate visuri sunt que in humilitate positu audire noluerunt ut virtute eius tanto tunc
districtius senciant quanto nunc cervice cordis ad eius paciam no inclinant Sz q h contra reprobos dicta sunt
mox ad electorum consolacionem verba vertunt Nam subdit His aut fieri incipientibus respicite et levate corda
capita vra quoniam appropinquat redempcio vra Ac si apte veritas electos suos admoneat dicens Cum plage mudi
crebrescunt cum terror iudicii virtutibus amotis ostendit levate capita vra i exhilarate corda quia dum finit
mudus cui amici no estis ppe sit redempcio quam quesistis In scriptura enim sacra sepe caput p mente
ponit q sicut a capite membra regunt ita cogitacoes mente disponunt Levare itaq capita est mentes
ad gaudia patrie celestis erige Qui igitur deum diligunt ex mudi fine gaudere atq hilarescere iubent q
videlz eu que amat mox inveniunt du transit is que no amaverunt Absit enim ut fidelis quisq
qui deum videre desiderat de mudi pcussionibus lugeat que finiri eisdem suis pcussionibus no ignorat
Scriptu namq est Quicumq voluerit amicus esse huius seculi inimicus dei constituit Qui go appropinquante mudi fine
no gaudet amicu se illius esse testat atq p hoc inimicus dei esse convincit Sz absit hoc a fideliu
cordibus absit ab his qui esse alia vita p fidem credunt et eam p opacoem diligunt Ex mudi enim
destructoe lugent qui radices cordis in eius amore plantaverunt qui sequente vita no querunt
qui illa neq esse suspicant Nos aut qui celestis patrie gaudia etna cognovimus festinare ad eam quanto
cius debemus Optandu nobis est citius pgere atq ad illa via breviori pervenire Quibus enim malis
mudus no urget Que nos tristicia que adversitas no angustat Quid est vita mortalis nisi via
Et quale sit fres mei ppendite in labore vie lassescere et tamen viam nolle finiri Quia aut calcari
mudus et despici debeat redemptor nr pvida comparacione manifestat cu ptinus adiungit Videte ficul
neam et omnes arbores cu pducunt iam ex se fructu scitis qm ppe est estas Ita et vos cu videritis
hec fieri scitote qm ppe est regnu dei Ac si apte dicat q sicut ex fructu arborum vicina estas cog
scit ita ex ruina mudi ppe esse cognoscit regnu dei Quibus pfecto verbis ostendit q fructus huius
mudi ruina est Ad hoc enim crescit ut cadat ad hoc germinat ut quicquid germinavit cladibus consumat Bn
aut regnu dei estati compat q tunc meroris nri nubila transeunt et vite dies etni solis claritate ful
gescunt Que oia sub magna certitudine confirmant cu sentia ptinus subiungit qua dr Amen dico vobis
q no pteribit generacio hec donec oia fiant Celu et tra transibunt vba aut mea no transibunt Nichil n
in rerum corpore celo et tra durabilius et nichil in na rerum tam velociter q sermo transit Vba aut
quousq imperfecta sunt vba no sunt cu vo pfecta fuerint omo iam no sunt q nec pfici nisi transeundo no possunt
Ait go Celu et tra transibunt vba aut mea no transibunt Ac si apte dicat Omne qd apud nos durabile
est et sine mutacoe durabile ad eternitate no est et omne qd apud me transire cernit fixum et sine
transitu tenet q sine mutabilitate manentes sentias exprimit meus sermo qui transit Ecce fres mei
iam cernitis qd audiebatis novis quotidie et crebrescentibus malis mudus urget Ex illa plebe innumera
quanti remansistis aspicitis et tn adhuc quotidie flagella urgent repentini casus opprimunt Nove nos
et improvise clades attingunt Sicut enim in iuventute viget corpus forte et incolume manet pectus
torosa cervix plena sunt brachia In annis aut senilibus statura curvat cervix exsiccata deponit
frequentibus suspiriis pectus urget virtus deficit loquentis vba anhelitus intercidit Nam etsi languor
desit plerumq sensibus ipa sua salus egritudo est Ita mudus in annis prioribus veluti in iuventute vi
guit ad ppagandam humani generis prolem robustus fuit salute corporum viridis opulencia rerum pinguis
at nunc ipa senectute deprimit et qi ad vicina morte molestiis crescentibus urget Nolite go
fres mudu diligere que videtis diu stare no posse Pcepta aplica in aio ponite quibus nos admonz
dicens Nolite diligere mudu neq ea que in mudo sunt q si quis diligit mudu no est caritas pris
in eo Nudiustercius fres agnovistis q subito turbine annosa arbusta eruta destructe domus atq
ecclie a fundamentis everse sunt Quanti ad vesperu sani atq incolumes acturos se in crastinu aliqd
putabant et tn nocte eade repentina morte defuncti sunt in laqueo ruine dephensi Sz gsid
nobis est q ad hec agenda invisibilis iudex venit tenuissimi spus movit unius procella nubis
concitavit et tra subruit casura tot edificiorum fundata concussit Quid go iudex iste facturus est
cu p semetipm venerit in ulcionem pctorum ira eius exarserit si portari no pt cu nos per

tempestatem mihi sentit. In ira eius quae caro subsistit si ventum movet et terram subruit, quatit aerem et tot edificia sternit. Hanc districtionem venturi iudicis Paulus considerans ait: Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Hanc psalmista exponens ait: Deus manifeste veniet, Deus noster et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, et in circuitu eius tempestas valida. Districtionem quippe tantae iustitiae tempestas ignisque comitantur, quia tempestas examinat quos ignis exurit. Illum ergo diem fratres karissimi ante oculos ponite, et quicquid grave modo creditur, in eius comparatione levigatur. De illo enim die per prophetam dicitur: Iuxta est dies Domini magnus, iuxta et velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies irae dies illa, dies tribulationis et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubae et clangoris. De hac die Dominus iterum per prophetam dicit: Adhuc semel et ego movebo non solum terram, sed et caelum. Ecce ut praediximus aerem movet, et terra non subsistit; quis ergo ferat cum caelum movet? Quid autem terrores quos cernimus nisi sequentis irae praecones dixerim? Unde et considerare necesse est quia ab illa tribulatione ultima tantum sunt tribulationes istae dissimiles, quantum a potentia iudicis persona praeconis distat. Illum ergo diem fratres karissimi tota intentione cogitate, vitam corrigite, mores mutate, mala temptamenta resistendo vincite, perpetrata autem fletibus punite. Adventum namque aeterni iudicis tanto securiores quandoque videbitis quanto nunc districtionem illius timendo praevenitis. Qui vivit. Secundum Lucam.

In illo tempore assumpsit Ihesus duodecim discipulos suos et ait illis: Ecce ascendimus Ierosolimam et consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis. Et reliqua.

Redemptor noster praevidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longe ante et eiusdem passionis poenam et resurrectionis suae gloriam praedicit, ut cum morientem sicut praedictum est cernerent, etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo valebant capere verba mysterii, venitur ad miraculum. Ante eorum oculos caecus lumen recepit, ut qui caelestis mysterii verba non caperent, eos ad fidem caelestia facta solidarent. Sed miracula domini et salvatoris nostri sic accipienda sunt, fratres mei, ut et in veritate credantur facta, et per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe eius et per potentiam aliud ostendunt et per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta historiam caecus iste fuerit ignoramus, sed tamen quid per mysterium significet novimus. Caecum quippe est humanum genus quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum, claritatem supernae lucis ignorans, damnationis suae tenebras patitur. Sed tamen per redemptoris sui praesentiam illuminatur, ut internae lucis gaudia iam per desiderium videat, atque in via vitae boni operis gressus ponat. Notandum vero est quod cum Ihesus Iericho appropinquare dicitur, caecus illuminatur. Iericho quippe luna interpretatur; luna autem in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis, quia dum menstruis momentis decrescit, defectum nostrae mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat Iericho, caecus ad lumen redit, quia dum divinitas defectum nostrae carnis suscepit, humanum genus lumen quod amiserat recepit. Unde enim Deus humana patitur, inde homo ad divina sublevatur. Qui videlicet caecus recte et iuxta viam sedere et mendicare describitur. Ipsa enim veritas dicit: Ego sum via. Qui ergo aeternae lucis claritatem nescit, caecus est. Sed si iam in redemptorem credit, iuxta viam sedet. Si autem iam credit, sed ut aeternam lucem recipiat rogare dissimulat atque a precibus cessat, caecus quidem iuxta viam sedet, sed minime mendicat. Si vero crediderit et exoraverit, et iuxta viam sedet et mendicat. Quisquis ergo caecitatis suae tenebras agnoscit, quisquis hoc quod sibi deest lumen aeternitatis intelligit, clamet medullis cordis, clamet et vocibus mentis dicens: Ihesu fili David miserere mei. Sed quid est quod clamanti subiungitur? Et qui praeibant increpabant eum ut taceret. Quid autem designant isti qui Ihesum venientem praecedunt, nisi desideriorum carnalium turbas tumultusque vitiorum, qui priusquam Ihesus ad cor nostrum veniat, temptationibus suis cogitationem nostram dissipant et voces cordis in oratione perturbant? Saepe namque dum converti ad Dominum post perpetrata vitia volumus, dum contra haec eadem exorare vitia quae perpetravimus conamur, occurrunt cordi phantasmata peccatorum quae fecimus, mentis nostrae aciem reverberant, confundunt animum et vocem nostrae deprecationis premunt. Qui praeibant ergo increpabant eum ut taceret, quia priusquam Ihesus in cor nostrum veniat, mala quae fecimus cogitationi nostrae suis imaginibus illisa in ipsa nos nostra oratione conturbant. Sed quid ad haec illuminandus caecus fecerit audiamus. Sequitur: Ipse vero multo magis clamabat: Fili David miserere mei. Ecce quem increpabat turba ut taceat, magis ac magis clamabat, quia quanto graviori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Contradicit turba ne clamemus, quia peccatorum nostrorum phantasmata plerumque etiam in oratione patimur. Sed nimirum necesse est ut vox cordis nostri quo duriter repellitur eo valentius insistat, quatenus cogitationis illicitae tumultum superet, atque ad pias aures Domini nimietate suae importunitatis erumpat. Ut suspicor recognoscit unusquisque quod dicimus, quia dum ab hoc mundo animum ad Deum mutamus, dum ad orationis opus convertimur, ipsa quae prius delectabiliter gessimus importuna postea et gravia in oratione toleramus. Vix eorum cogitatio manu sancti desiderii ab oculis cordis abigitur, vix eorum phantasmata per paenitentiae lamenta superantur. Sed dum

in oratione nostra vehementer insistimus transeuntem Iesum quasi figimus. Unde et illic subditur: Stans autem Iesus iussit eum
adduci ad se. Ecce stat qui ante transibat. quia dum adhuc turbas fantasmatum in oratione patimur Iesum
aliquatenus transeuntem sentimus. Cum vero orationi vehementer insistimus stat Iesus ut lucem restituat quia Deus in
corde figitur et lux amissa reparatur. Quamvis tamen in re et aliud aliquid nobis Dominus innuit quod intelligere
de humanitate ac divinitate illius utiliter possit. Clamantem etenim cecum transiens audivit sed stans miracula
illuminacionis exhibuit. Transire namque humanitatis eius est, stare divinitatis. Per humanitatem quippe habuit nasci
crescere mori resurgere de loco ad locum venire. Quia ergo in divinitate mutabilitas non est atque hoc
ipsum mutari transire est, profecto iste transitus carnis est non divinitatis. Per divinitatem vero ei stare est quia
ubique presens nec per motum venit nec per motum recedit. Cecum ergo clamantem Dominus transiens audivit sed stans
illuminavit quia non solum per humanitatem suam vocibus nostre cecitatis compaciendo misertus est sed lucem nobis gratie
per divinitatis potentiam infudit. Et notandum quid ceco venienti Dominus dicat: Quid tibi vis faciam? Numquid qui lucem
reddere poterat quid vellet cecus ignorabat? Sed peti vult hoc quod et nos petere et se concedere prenoscit.
Importune namque ad orationem nos admonet et tamen dicit: Scit namque pater vester celestis quid vobis necesse sit
antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit ut petatur, ut cor ad orationem excitet. Unde et cecus protinus adiungit:
Domine ut videam. Ecce cecus a Domino non aurum sed lucem querit. parvipendit extra lucem aliquid querere quia etsi habere
cecus quodlibet potest sine luce non potest videre quod habet. Imitemur ergo fratres karissimi eum quem et corpore audivimus salvatum
et mente. Non falsas divitias non terrena dona non fugitivos honores a Domino sed lucem queramus. Nec lucem
que loco clauditur que tempore finitur que noctium interruptione variatur que a nobis cum pecoribus communiter cernitur
sed lucem queramus quam videre cum solis angelis possimus, quam nec initium inchoat nec finis angustat.
Ad quam profecto lucem via fides est. Unde recte et illuminando ceco protinus respondetur: Respice, fides tua
te salvum fecit. Sed ad hec cogitatio carnalis dicit: Quomodo possum lucem spiritualem querere quam videre non possum?
Unde mihi certum est si sit que corporeis oculis non refulget? Cui scilicet cogitationi est quod breviter respondeatur quia
et hec ipsa que sentit non per corpus sed per animam cogitat. Et tamen nemo suam animam videt nec
dubitat se habere animam quam non videt. Ex invisibili namque anima visibile regitur corpus. Si auferatur
tamen quod est invisibile protinus corruit hoc quod visibile stare videbatur. Ex invisibili ergo substantia in hac vita visibili
vivitur, et esse invisibilis vita dubitatur? Sed iam pertinet ceco quid factum est vel quid ipse fecerit au-
diamus. Sequitur: Confestim vidit et sequebatur eum. Videt et sequitur qui bonum quod intelligit operatur.
Videt autem et non sequitur qui bonum quidem intelligit sed bonum operari contempnit. Si ergo fratres karissimi cecitatem
iam nostre peregrinacionis agnoscimus, si credendo in redemptoris nostri misterium iuxta viam sedemus,
si orando cotidie ab auctore nostro lucem petimus, si ceci lucem iam per intellectum videndo illu-
minati post cecitatem sumus, Iesum quem mente cernimus opere sequamur. Aspiciamus qua graditur via et eius
vestigia imitando teneamus. Iesum enim sequitur qui eum imitatur. Hinc namque dicit: Sequere me et dimitte
mortuos sepelire mortuos suos. Sequi enim dicit imitari. Hinc rursum admonet dicens: Qui mihi
ministrat me sequatur. Consideremus ergo qua graditur ut sequi mereamur. Ecce cum sit Dominus et creator
angelorum susceptus naturam nostram quam condidit in uterum virginis venit. Nasci tamen in hoc mundo per divites
noluit, parentes pauperes elegit. Unde et agnus qui pro illo offerretur defuit, columbarum pullos et par
turturum mater ad sacrificium invenit. Prosperari in hoc mundo noluit, obprobria irrisiones toleravit,
sputa alapas colaphos flagella spineam coronam crucemque sustinuit. Et quia vero corporalium delectacione a gaudio
intimo cecidimus, cum qua amaritudine illuc redeatur ostendit. Quid itaque pro se homo pati debet si tanta Deus
pro aliis pertulit? Qui enim ergo in Christum iam credidit, sed avaricie lucra sectatur, in superbia honoris extollitur,
pro aliis fascibus inardescit, libidinis se inmundicia polluit, prosperari ad ea que in mundo sunt concupiscit,
Iesum in quem credidit sequi contempnit. Diversum quippe iter ambulat si gaudia delectaciones que ap-
petit cui dux suus viam amaritudinis ostendit. Reducamus ergo ante oculos peccata que fecimus, consideremus
quam terribilis iudex ea ad puniendum adveniet. Mentem formemus ad lamenta. vita nostra ad tempus ama-
rescat in penitentia ne eterna amaritudine senciat in vindicta. Per fletus quippe ad gaudia ducimur
veritate pollicente attestante que ait: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum vero per gaudia
pervenitur hac eadem veritate attestante que ait: Ve vobis qui nunc ridetis quia lugebitis et flebitis.
Si ergo retribucionis gaudium in perventione querimus, penitentie amaritudinis in via teneamus. Sic quippe fit ut
non solum vita nostra in Deum proficiat sed et ipsa nostra conversatio ad laudem Dei et alios accendat. Unde
illic subditur: Et omnis plebs ut vidit dedit laudem Deo. Qui cum vivit et regnat. Secundum Matheum.

In illo tempore loquente Iesu ad turbas ecce mater eius et fratres eius stabant foris querentes
loqui ei. Et reliqua. Sancti evangelii fratres karissimi brevis est leccio recitata sed magnis misteriorum
ponderibus gravida. Iesus enim conditor et redemptor noster matrem se nosse dissimulat et quam ...

sit qui propinqui non per cognationem carnis sed per coniunctionem spiritus designat dicens Que est mater mea et qui
sunt fratres mei? Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est.
Predictis que nobis verbis quid aliud nobis innuit nisi quod conquirendus in sermonibus suis multos ex gentilitate
collegit et iudeam ex qua natus carne est genitus non agnoscit foris stare perhibetur. Quia videlicet synagoga
ideo ab auctore suo non recognoscitur quia legis observantiam tenens spiritalem intellectum perdidit et se ad
custodiam littere foris fixit. Sed cum is qui voluntatem patris fecerit frater et soror domini dicitur pro utroque sexu qui
ad fidem colligitur mirum non est. Mirandum vero valde est quomodo etiam mater dicatur. Fideles ergo discipulos
fratres vocare dignatus est dicens Ite nuntiate fratribus meis. Cum ergo frater domini fieri ad fidem veniendo potuit
querendum est quomodo etiam mater fieri possit. Sed sciendum nobis est quia qui Christi frater et soror est credendo mater ef-
ficitur predicando. Quasi enim parit dominum quem cum cordi audientis infuderit. Et mater eius efficitur si per
eius vocem amor domini in proximi mente generatur. Ad quam rem nobis ydonee confirmandam adest beata Beata felicitas
felicitas cuius hodie natalicia celebramus que credendo extitit ancilla Christi et predicando facta est mater Christi.
Septem quippe filios sicut in gestis eius emendatioribus legitur post se timuit in carne vivos re-
linquere sicut carnales parentes solent metuere ne mortuos premittant. In persecutionis enim labore depre-
hensa filiorum corda in amore superne patrie predicando roborauit et parturiit spiritu quos carne pepererat
ut predicatione pareret deo quos carne pepererat mundo. Considerate fratres karissimi in femineo corpore virile
pectus ad mortem stetit intrepida amittere se in filiis lucem veritatis timuit si non fuisset orbata. Numquid
ergo hanc feminam non martyrem sed plus quam martyrem dixerim? Certe dominus cum de iohanne loqueretur dixit Quid
existis in desertum videre prophetam? Utique dico vobis et plus quam prophetam. Et iohannes ipse requisitus inquit Ego
non sum propheta. Qui enim sciret se plus quam prophetam non esse prophetam negabat. Qui ideo plus quam propheta di-
citur quia prophete est officium futura prenuntiare non etiam ostendere. Iohannes plus quam propheta est quia quem verbo dixit digito
ostendit. Non ergo hanc feminam martyrem sed plus quam martyrem dixerim que septem pignoribus ad regnum dei pre-
missis totiens ante se mortua ad penam prima venit sed ad mortem venit octava. Conspexit mater et cruciata
et intrepida filiorum mortem spei gaudium adhibuit dolori nature. Timuit viventibus gavisa est mo-
rientibus. Optavit nullum post se relinquere ne si quem haberet superstitem non posset habere consortem. Nemo
ergo fratres karissimi ex nobis existimet quod eius cor morientibus filiis et carnalis affectus minime pulsaret.
Neque filios quos carnem suam esse noverat sine dolore poterat morientes videre. Sed erat vis amoris interior
que dolorem vinceret carnis. Unde passuro petro dicitur Cum senueris extendes manus tuas et alius te
cinget et ducet quo non vis. Neque enim si plene noluisset petrus pro Christo pati potuisset. Sed martyrium
quod per infirmitatem carnis noluit per virtutem spiritus amavit. Cum dum per carnem ad penas ire trepidat
per spiritum ad gloriam resultat. Actumque est ut cruciatum martyrii nolendo voluisset. Sic nos quoque cum gaudium
querimus salutis amarum poculum sumimus purgationis. Amaritudo quidem in poculo displicet sed restituenda
per amaritudinem salus placet. Amat ergo in se carne felicitas filios suos sed pro amore celestis patrie
mori coram voluit quos amavit. Ipsa eorum vulnera accepit sed ipsa in eis ad regnum precedentibus
extitit. Recte ergo hanc feminam ultra martyrem dixerim que et totiens est in filiis desiderabiliter extincta
et diu multiplex martyrium obtinuit. Ipsa que palmam martyrii vicit. Fertur apud veteres mos fuisse ut
quisquis consul existeret in suo ordine temporum honoris sui locum teneret. Ut si quis postquam ad consulatum veniens
consul non semel sed bis fortasse aut tertio fieret, etiam illos laude et honore transcenderet qui nunquam plus
quam semel consules extitissent. Vicit ergo beata felicitas martyres que tot ante se morientibus filiis pro Christo
frequenter occubuit. Quia et amori illius sola sua mors minime sufficit. Consideremus fratres hanc feminam,
consideremus nos qui membris corporis viri esse censemur in eius comparatione quid sumus. Sepe namque age-
re aliqua bona opera proponimus sed si unum contra nos leviusculum sermo ab ore irridentis erupit, ab intentione
actionis nostre fracti protinus et confusi resilimus. Ecce nos plerumque a bono opere verba revocant, felicitatem
vero a sancta intentione frangere nec tormenta potuerunt. Nos in auram maledictionis impingimur, illa ad
regnum etiam per ferrum contendit. Nichil quod esset quod obsisteret estimavit. Nos secundum precepta dominica largiri nostra
saltem superflua nolumus, illa non solum deo substantiam suam contulit sed pro illo etiam propriam carnem dedit. Nos cum
ex divina iussione filios amittimus sine consolatione lugemus. Ista eos velut mortuos plangeret si non ob-
tulisset. Cum ergo ad illud terribile examinis districti iudicium venerit quid nos viri dicemus cum eius femine
gloriam videamus? Debilitatem mentis sue que tunc erit viris excusatio qui hic ostendetur que cum seculo et sexu vicit
Sequamur ergo fratres karissimi districtam et asperam redemptoris viam. Usu quippe virtutum ita iam plana facta
est ut per eam feminis liceat ambulare. Despiciamus cuncta presentia nulla sunt etenim que durare non possunt. Turpe
sit diligere quod constat cito perire. Non nos terrenarum rerum amor superet, non superbia inflet, non ira di-
laniet, non luxuria polluat, non invidia consumat. Amore nostro fratres karissimi redemptor noster occubuit
et nos eius amore vincere nosmetipsos discamus. Quod si perfecte agimus non solum immunes penas
evadimus sed quandoque cum martyribus remunerabimur. Nam quamvis occasio desit persecutionis habet et pax martyrium suum.

martirium sumus quia et si carnis colla ferro non subdimus spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus.

In illo tempore misit Jesus xii discipulos suos precipiens eis et dicens In viam gentium ne abieritis et in civitates Samaritanorum ne intraveritis sed potius ite ad oves que perierunt domus Israel. Secundum Matheum

Cunctis constat omnibus fratres karissimi quia redemptor noster in mundum pro redemptione gentium venit. Cum Samaritanos quotidie ad fidem vocari conspicimus, quid est quod in predicationem discipulos mittens dicit In viam gentium ne abieritis et in civitates Samaritanorum ne intraveritis sed potius ite ad oves que perierunt domus Israel, nisi hoc quod ex facti fine colligimus quia prius soli Judee voluit et postmodum cunctis gentibus predicari, ut dum illa vocata converti renueret predicatores sancti ad vocationem gentium per ordinem venirent, quos redemptoris nostri predicatio a propriis repulsa gentiles populos quasi comites quereret, et quod Judee fiebat in testimonium hoc gentibus gratie esset propter incrementum. Erant etiam tunc qui de Judea vocandi essent et de gentibus vocandi non essent. Nam et in apostolorum actibus predicante Petro legimus et prius Hebreorum tria millia et postea quinque millia credidisse. Et cum predicare apostoli gentibus in Asia voluissent per spiritum prohibiti esse memorantur. Et ipse spiritus qui prius predicationem inhibuit hanc Asianorum cordibus postmodum infudit. Nam diu est quod Asia cuncta iam credidit. Ideo ergo prius prohibuit quod postmodum fecit quia tunc in illa erant qui salvandi non erant, tunc in illa erant qui nec redire ad vitam reparari merebantur. Et tamen eis utiliter predicationis officium subtrahitur ne gravius de contempta predicatione iudicari mererentur. Subtili ergo et occulto iudicio a quorundam auribus predicatio sancta subtrahitur quia suscitari per gratiam non merentur. Unde necesse est fratres karissimi ut in omni quod agimus omnipotentis dei super nos occulta consilia timeamus, ne dum mens nostra continue fixa a sua se voluntate non revocat, inter concam iudicum tribulationis disponat adversa. Quod bene psalmista intuens ait Venite et videte opera domini quam terribilis in consiliis super filios hominum. Vidit namque quod alius vocatur misericorditer alius iustitia corrigente repellitur. Et quia alia parcendo alia irascendo deus disponit, comparavit quod penetrare non potuit, et que non solum investigabilia sed etiam in quibusdam sunt sententiis inflexibilia vidit, terribilem in consiliis esse memoravit. Missis autem predicatoribus quid precipiat audiamus Euntes predicate dicentes quia appropinquabit regnum dei. Hec iam fratres karissimi et si evangelium taceat mundus clamat. Ruine namque illius voces eius sunt. Tantum enim tot attritus percussionibus a gloria sua cecidit quia iam nobis quasi proximo regnum quod aliud sequitur ostendit. Ipsis iam a quibus amatur amarus est. Ipse eius ruine predicant quod amandus non est. Si enim sua domus quassata minaretur quisquis in illa habitaret fugeret et qui stantem dilexerat recedere quantocius a cadente festinaret. Si ergo mundus cadit et nos eum amando amplectimur opprimi volumus potius quam habitare, quia nulla nos ratio a ruina illius separat quos eius passionibus amor ligat. Facile est ergo nunc cum destructa omnia cernimus animum nostrum ab eius dilectione disiungere. Sed hoc illo tempore difficillimum fuit quod tunc predicatio celorum regnum invisibile mittebat cum longe lateque omnes cernerent florere regna terrarum. Unde et adiuncta sunt predicatoribus sanctis miracula ut fidem verbis daret virtus ostensa, et nova facerent qui nova predicarent, sicut in hac eadem lectione subiungitur Infirmos curate mortuos suscitate leprosos mundate demones eicite. Florente mundo crescente humano genere dum in hac vita subsistere carnem abundante rerum opulentia quis cum audiret vitam aliam esse crederet, quis invisibilia visibilibus preferret. Sed ad salutem redeuntibus infirmis, ad vitam surgentibus mortuis, carnis munditiam recipientibus leprosis, ereptis ab iure immundorum spirituum demoniacis, tot visibilibus miraculis coactis quis non crederet que de invisibilibus audiret. Ad hoc quippe visibilia miracula coruscant ut corda audientium ad fidem invisibilium pertrahat, ut per hoc quod mirum foris agitur hoc quod intus est longe mirabilius esse sentiatur. Unde nunc quoque cum fidelium numerositas excrevit intra sanctam ecclesiam multi sunt qui vitam virtutum tenent sed signum virtutum non habent, quia frustra miraculum foris ostenditur si deest quod intus operetur. Nam iuxta magistri gentium vocem Lingue in signum sunt non fidelibus sed infidelibus. Unde et ipse predicator egregius qui ad predicationis verba dormitate cadentem quasi de fenestra Eutichum atque a vita funditus extinctum coram cunctis infidelibus orando suscitavit, Mitilene veniens et plenam infidelibus insulam sentiens, quia principem Publium dissinteria febribus vexatum orando salvat, peregrinationis ac sue comitem et sancte predicationis adiutorem Timotheum ex infirmitate stomachi lassescentem non verbo curat sed medicinali arte reparat dicens Modico vino utere propter stomachum et frequentes tuas infirmitates. Cum ergo infirmum infidelem mortuum uno verbo resuscitat, cur egrotum socium prece non recuperat, quia nimirum ille foras per miraculum suscitandus erat qui adhuc vivus intus non erat, ut per hoc quod exterior potestas ostenderet hunc ad vitam interior virtus animaret. Egrotanti autem fideli socio exhibenda foris signa non fuerant qui salubriter intus vivebat. Sed concessa potestate predicationis concessis virtutum miraculis quid redemptor noster subiungat audiamus Gratis accepistis gratis date. Presciebat namque nonnullos hoc ipsum donum acceptum sancti spiritus in usum negotiationis inflectere et miraculorum signa ad avaricie obsequium declinare. Hinc est enim quod Simon per impositionem manus edita miracula aspiciens percipere donum sancti spiritus per pecuniam voluit, scilicet ut deterius venderet quod male comparasset. Hinc de templo redemptor noster flagello de resticulis facto turbas eiecit, cathedras vendentium columbas evertit

Columbas quippe vendere est impositionem manus qua spiritus sanctus accipitur non ad vite meritum sed ad premium dare.
Sed sunt nonnulli qui quidem nummorum premia ex ordinatione non accipiunt et tamen pro humana gratia sacros ordi
nes largiuntur atque de largitate eadem laudis solummodo retributionem querunt. Hii nimirum quod gratis acceptum
est gratis non tribuunt quia de ipso officio sanctitatis nummum expetunt. Unde bene cum iustum virum describeret propheta
ait Qui excutit manus suas ab omni munere. Et adiunxit ab omni quia aliud est munus ab obsequio aliud
munus ab obsequio aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio est subiectio indebite
impensa. Munus a manu pecunia. Munus a lingua favor. Qui ergo sacros ordines tribuit tunc no[ta]
ab omni munere manus excutit quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam sed etiam humanam non querit laudem.
Sed vos fratres karissimi quos seculares habitus tenet ea que sunt nostra cognoscitis mentis oculos ad vestra reducite.
Cuncta ergo vos vicissim que agitis nolite operibus vestris mercedem in mundo retributionis querere que tam
tanta currit velocitate deficere. Cavete ne mala cavete ne bona pro temporali retributione faciatis.
Ipsum testem vestri operis querite quem iudicem sustinetis. Occulta nunc esse bona opera vestra videat ut ea
retributionis sue tempore in publico ostendat. Sicut carni vestre quotidie ne deficiat cibos prebetis sic mentis
vestre quotidiana alimenta bona sint opera. Cibo corpus pascatur pio opere spiritus nutriatur. Quod mori
ture carni tribuitis victure in perpetuum anime non negetis. Sicut enim repentinus ignis habitaculum
absumit quisquis possessor concutitur rapit quod valuit et fugit lucrum deputat si quid secum ex
ignibus tollat. Ecce tribulationum flamma mundi concremat et cuncta que in eo speciosa videbantur finis
iam propinquus velut ignis devastat. Lucrum ergo fratres maximum credite si vobiscum aliquid de illo ra
piatis si quid fugientes tollatis si hoc quod perire remanendo poterat ad retributionem nobis perpetuam
largiendo servatis. Terrena quippe omnia servando amittimus sed bene largiendo servamus. Cum velocitate tempora
fugiunt. Ad videndum ergo citius iudicem venimus quo cum magna importunitate compellimur. Cum bonis actibus

In illo tempore Ambulans Ihesus iuxta mare Galilee. Et cetera. Festinatione properemus. Secundum Matheum — Omelia v[ta]
vidit duos fratres Symonem qui vocatur Petrus et Andream fratrem eius mittentes rete in mare. Et reliqua.
Audistis fratres karissimi quia ad unius iussionis vocem Petrus et Andreas relictis retibus secuti sunt
Redemptorem. Nulla vero hunc adhuc facere miracula viderant nichil ab eo de premio eterne
retributionis audierant et tamen ad unum Domini preceptum hoc quod possidere videbantur obliti sunt.
Quanta nos eius miracula videmus quot flagellis affligimur quantis minarum asperitatibus deteremur
et tamen vocantem sequi contempnimus. In celo iam sedet qui de conversione nos admonet. Iam iugo
fidei colla gentium subdidit iam mundi gloriam stravit iam ruinis eius crebrescentibus districti sui
diem iudicii propinquantem denuntiat et tamen superba mens nostra non vult hoc sponte deserere quod quotidie
perdit invita. Quid ergo fratres karissimi quid in eius iudicio dicturi sumus qui ab amore presentis seculi nec
preceptis flectimur nec verberibus emendamur. Sed fortasse aliquis tacitis secum cogitationibus dicat Ad
vocem dominicam utrique iste piscator quid aut quantum dimisit qui pene nichil habuit. Sed hac in
re fratres karissimi affectum debemus potius pensare quam censum. Multum reliquit qui nichil sibi retinuit.
Multum reliquit qui cum re parva totum deseruit. Certe nos et habita cum amore possidemus et ea que
minime habemus ex desiderio querimus. Multum ergo Petrus et Andreas dimisit qui cum re possessa etiam
concupiscentiis renuntiavit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt quanta a non sequentibus concupisci potuerunt.
Nemo ergo cum quosdam conspicit multa reliquisse apud semetipsum dicat Imitari huius mundi
contemptores volo sed quod relinquam non habeo. Multa fratres relinquitis si desideriis terrenis renuntiatis.
Exteriora enim nostra Domino quamlibet parva sufficiunt. Cor namque et non substantiam pensat nec perpendit quantum in
eius sacrificio sed ex quanto offeratur. Nam et si exteriorem substantiam perpendamus ecce sancti negociatores
nostri perpetuam angelorum vitam datis retibus et navi sunt mercati. Estimationem quippe pretii non habet
sed tamen regnum Dei tantum valet quantum habes. Valuit namque Zacheo dimidium substantie quia dimidium aliud
ad hoc quod iniuste abstulit restituendum in quadruplum reservavit. Valuit Petro et Andree dimissis
retibus et navi. Valuit vidue duobus minutis. Valuit alteri calice aque frigide. Regnum itaque Dei
ut diximus tantum valet quantum habes. Pensate ergo fratres quid vilius cum emitur quid carius cum possidetur.
Sed fortasse nec calix aque suppetit qui indigenti prebeatur. Etiam tunc securitatem nobis promittit
sermo divinus. Redemptore etenim nato celi cives ostensi sunt qui clamarent Gloria in excelsis Deo et
in terra pax hominibus bone voluntatis. Ante Dei namque oculos numquam est vacua manus a munere
si archa cordis repleta fuerit bona voluntate. Hinc etenim psalmista ait In me sunt Deus vota tua que
reddam laudationes tibi. Ac si aperte dicat Etsi exteriora munera offerenda non habeo intra memetipsum tamen
invenio quod in ara tue laudis impono quia qui nostra datione non pasceris oblatione cordis melius pla
caris. Nichil quippe offertur Deo ditius bona voluntate. Voluntas autem bona est sic adversa alterius
sicut nostra pertimescere sic de prosperitate proximi sicut de nostro profectu gratulari aliena dampna nostra
credere aliena lucra nostra reputare amicum non propter mundum sed propter Deum diligere inimicum etiam amando

tolerare, illi quod pati non vis facere, illi quod tibi iuste impendi desideras negare, necessitati proximi minus
vires tribuere, si praeesse etiam ultra vires velle. Quid ergo isto holocausto locupletius, qui per hoc quod deo immo-
lat in ara cordis animam semetipsam mactat? Sed hoc bone voluntatis sacrificium numquam plene persolvitur, nisi mundi
cupiditas perfecte destruatur. Nam quicquid in eo concupiscimus, hoc procul dubio proximis invidemus. Videtur enim quod nobis
deesse quod alter assequitur. Et quia semper invidia a bona voluntate discordat, mox ut haec mentem ceperit, illa dis-
cedit. Unde praedicatores sancti ut possent proximos diligere, studuerunt in hoc saeculo nil amare, nil umquam
appetere, nil sine necessitatis appetitu possidere. Quos bene Ysaias intuens ait: Qui sunt isti qui ut nubes volant
et quasi columbae ad fenestras suas? Vidit quippe eos terrena despicere, mente caelestibus appropinquare, verbis
pluere, miraculis choruscare; et quos a terrenis contagiis sancta praedicatio et sublimis vita suspenderat,
hos volantes pariter et nubes appellat. Fenestrae autem nostrae sunt oculi, quia per ipsos anima aspicit quod exterius
concupiscit. Columba vero simplex est animal atque a malicia fellis alienum. Quasi columbae ergo ad fenestras eius
qui ad ea quae exterius conspexit rapinis desiderio anhelat. Quia ergo, fratres karissimi, beati Andreae apostoli na-
talicia celebramus, debemus imitari quod colimus. Ostendat mens nostra obsequium devotionis imitatae solemnitatis.
mentis despiciamus quae terrena sunt, velut temporalibus mentem etiam. Si autem necdum possumus relinquere propria,
saltem non concupiscamus aliena. Si necdum mens nostra accenditur igne caritatis, in ambitione sua habeat frenum
timoris, ut provecta suis passibus roborata dum ab alienorum appetitu compescitur, quandoque ad propria contempnenda
perducatur.

Secundum Mattheum [illegible]

In illo tempore. Cum audisset Iohannes in vinculis opera Christi, mittens duos
de discipulis suis ait illi: Tu es qui venturus es an alium expectamus? Et reliqua.

Quaerendum nobis est, fratres karissimi, Iohannes propheta et plus quam propheta, venientem ad Iordanem baptisma
dominum ostendit dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi; qui et humilitatem suam et divinitatis
eius potentiam considerans dixit: Qui de terra est de terra loquitur, qui autem de caelo venit super omnes
est. Cur in carcere positus mittens discipulos requirit: Tu es qui venturus es an alium expectamus? tamquam si ig-
noraret quem ostenderat, et an ipse sit nesciat quem ipsum esse prophetando, baptizando, ostendendo clamaverat.
Sed haec quoque quaestio solvitur, si gestae rei tempus et ordo pensetur. Ad Iordanis fluenta positus quia ipse re-
demptor mundi esset asseruit; missus vero in carcerem, an ipse veniat requirit, non quia ipsum esse redemptorem
dubitat, sed quaerit ut sciat si is quem per se in mundum venisse, per se etiam ad inferni claustra descendat. Quem
enim praecursor mundo nuntiaverat, hunc moriendo et ad inferos praeibat. Ait ergo: Tu es qui venturus es
an alium expectamus? Ac si aperte dicat: Sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus ad inferos
descendere digneris intima, ut qui natalis tui praecursor exstiti, descensionis praecursor fiam et ve-
nturum inferno te nuntiem quem iam venisse mundo nuntiavi. Unde et requisitus dominus enumeratis potentiae suae
miraculis de morte sua protinus humilitate respondit dicens: Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi
audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Visis
tot signis tantisque virtutibus non scandalizari quisque potuit, sed admirari. Sed infidelium mens grave
in illo scandalum pertulit, cum eum post tot miracula morientem vidit. Unde Paulus dicit: Nos praedicamus Christum
crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Stultum quippe hominibus visum est ut pro hominibus auctor
vitae moreretur, et inde contra eum homo scandalum sumpsit, unde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto dignius
deus ab hominibus honorandus est, quanto pro hominibus et indigna suscepit. Quid est ergo dicere: Beatus est qui
non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta voce abiectionem mortis suae humilitatemque signare? Ac si aperte di-
cat: Mira quidem facio, sed abiecta perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cavendum
valde est hominibus ne me in morte despiciant qui signa venerantur. Sed dimissis Iohannis discipulis quid
de eodem Iohanne turbis dicat audiamus: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Quod
videlicet non asserendo sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram inflectit.
Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur? Qui mox ut favore vel detractione tangitur, in
partem qualibet declinat. Si enim ab humano ore aura favoris flaverit, hilarescit et extollitur, totum-
que se quasi ad gratiam inflectit. Sed si inde ventus detractionis erupit unde aura laudis veniebat,
mox quasi hunc in partem alteram ad vim furoris inclinat. Sed arundo vento agitata Iohannes non erat, quia
hunc nec blandum gratia nec cuiuslibet ira asperum faciebat; nec prospera hunc erigere nec adversa noverat
inclinare. Quia arundo ergo a vento agitata non erat, quem ab statu suae rectitudinis nulla rerum varietas
inflectebat. Discamus ergo, fratres karissimi, arundo vento agitata non esse; solidemus animum inter auras
linguarum positum; stet inflexibilis status mentis; nulla nos detractio ad iracundiam provocet, atque ad remissionem
inutilis gratiae nullus favor inclinet; non nos prospera elevent, non adversa perturbent, ut qui in soliditate
fidei figimur, nequaquam rerum transeuntium mutabilitate moveamur. Adhuc autem de eius expressione subiungitur:
Sed quid existis in desertum videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.

Camelorum enim pilis contextis vestitus Iohannes describitur. Et quid est dicere Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum
sunt nisi aperta sententia demonstrare quia non celesti sed terreno regno militant hii qui pro deo perpeti aspera fugiunt
sed solis exterioribus dediti presentis vite mollia delectamenta querunt. Nemo ergo existimet in fluxu atque studio pretio-
sarum vestium peccatum deesse quia si hoc culpa non esset nullo modo Iohannem dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc
culpa non esset nequaquam Petrus apostolus per epistolam feminas a pretiosarum vestium appetitu compesceret dicens Non in
veste pretiosa etc. Pensate ergo fratres karissimi que culpa sit hoc etiam viros appetere a quo curavit pastor ecclesie
et feminas prohibere. Quamvis hoc quod Iohannes non esse vestitus mollibus dicitur potest et aliter intelligi. Mollibus enim ve-
stitus non fuit quia vitam peccantium non blandimentis fovit sed vigore aspere invectionis increpavit dicens Genimina vi-
perarum quis vobis demonstravit fugere a ventura ira. Unde per Salomonem dicitur Verba sapientium quasi stimuli et sicut cla-
vi in altum defixi. Clavis quippe atque stimulis sapientum verba comparantur quia culpas delinquentium nesciunt pal-
pare sed pungere. Sed quid existis in desertum videre prophetam? Etiam dico vobis et plus quam prophetam. Prophete quippe ministerium
est ventura predicere non etiam demonstrare. Iohannes ergo plus quam propheta est quia eum quem precurrendo prophetabat etiam osten-
dendo nuntiabat. Sed quia arundo vento agitata esse denegatur quia non esse vestitus mollibus dicitur quia prophete nomen
huic impar esse perhibetur iam quid digne dici possit audiamus. Sequitur Hic est de quo scriptum est Ecce ego mitto
angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te. Quod enim grece angelus hoc latine nuntius dicitur.
Recte ergo qui nuntiare supernum iudicem mittitur angelus vocatur ut dignitatem servet in nomine quam explet
in operatione. Altum quidem nomen est sed vita inferior nomine non est. Utinam fratres karissimi non ad iudicium nostrum
dicam quia omnes qui sacerdotii nomine censentur angeli vocantur propheta attestante qui ait Labia sacerdotis custodiunt scien-
tiam et legem requirent ex ore eius quia angelus domini exercituum est. Sed huius altitudinis nomen etiam vos si vultis
potestis promereri. Nam unusquisque vestrum in quantum sufficit in quantum gratiam superne aspirationis accipit si a pravitate
proximum revocat si cohortari ad bonum operandum curat si eternum regnum vel supplicium erranti nuntiat cum verba sancte
admonitionis impendit profecto angelus existit. Et nemo dicat Admonere non sufficio cohortari ydoneus non sum.
Quantum potes adhibe ne male servatum talentum quod acceperas in tormentis exigaris. Neque enim is plus quam unum
talentum acceperat qui hoc abscondere magis studuit quam erogare. Et scimus quia in tabernaculo non solum fiale sed
precepto domini etiam ciati facti sunt. Per fialas quippe doctrina exuberans per ciatos vero brevis atque angusta
scientia designatur. Alius doctrina veritatis plenus audientium mentes inebriat. Per hoc ergo quod dicit profecto fialam
porrigit. Alius quod explere sentit non valet sed quia hoc utcumque denuntiat profecto per ciatum gustum prebet. In dei
tabernaculo id est in sancta ecclesia positi si doctrine sapientie ministrare fialas minime potestis in quantum per divinam
largitatem sufficitis proximis vestris boni verbi ciatos date. In quantum vos profecisse pensatis etiam alios trahite.
In via dei habere socios desiderate. Si quis vestrum fratres ad forum aut fortasse ad balneum pergit quem
ociosum esse considerat ut secum veniat invitat. Ipsa ergo terrena actio vos vestra conveniat. Et si ad deum tenditis
curate ne ad deum soli veniatis. Hinc enim scriptum est Qui audit dicat veni. Ut qui iam in corde vocem
superni amoris accepit foras et proximis vocem cohortationis reddat. Et fortasse panem ut indigenti
elemosinam porrigat non habet sed maius est quod tribuere valeat qui linguam habet. Plus est enim verbi pabulo
victuram in perpetuum mentem reficere quam ventrem moriture carnis terreno pane satiare. Nolite ergo fratres
proximis vestris eloquiorum verba subtrahere. Ab ociosis sermonibus parcite. Inutile loqui declinate. In quantum
retenti lingue prevalet incassum verba non defluant cum iudex dicat De omni verbo ocioso quod locuti fue-
rint homines reddent rationem de eo in die iudicii. Ociosum quippe verbum est quod aut utilitate rectitudinis
aut ratione iuste necessitatis caret. Ociosa ergo colloquia ad edificationis studium vertite. Quam celerrime huius vite
tempora fugiat considerate. Quam districtus iudex veniat attendite. Hunc ante oculos cordis vestri ponite. Hunc pro-
ximorum vestrorum mentibus intimate ut in quantum vires suppetunt si annuntiare eum non negligitis vocari ab
eo angeli cum Iohanne valeatis.

Ewangelium Iohannis. Omelia VII

In illo tempore miserunt iudei ab Ierosolimis sacerdotes
et levitas ad Iohannem ut interrogarent eum Tu quis es. Et confessus est et non negavit. Et reliqua.

Ex huius nobis lectionis verbis fratres karissimi Iohannis humilitas commendatur. Qui cum tante virtutis
esset ut Christus credi potuisset elegit solide subsistere in se ne humana opinione raperetur inaniter
super se. Nam confessus est et non negavit. Confessus est quia non sum ego Christus. Sed qui dixit Non sum
negavit plane quod non erat sed non negavit quod erat ut veritatem loquens eius membrum fieret cuius
sibi nomen fallaciter non usurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Christi factus est membrum Christi quia dum
infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cum ergo lectione
alia redemptoris nostri sua ad mentem reducitur ex huius nobis lectionis verbis questio valde generatur implexa
Alio quippe in loco inquisitus a discipulis dominus de Helye adventu respondit Helias iam venit et non cogno-
verunt eum sed fecerunt in eo quecumque voluerunt. Et si vultis scire Iohannes ipse est Helias. Requisitus autem Iohannes
dicit Non sum Helias. Quid est hoc fratres karissimi quia illud quod veritas affirmat propheta veritatis negat. Valde namque
inter se diversa sunt Ipse est et Non sum. Quomodo ergo propheta veritatis est si eiusdem veritatis sermonibus concors non
est. Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur hoc quod inter se contrarium sonuit quomodo contrarium non sit invenitur.

Ad Zachariam namque de promissione Iohannis angelus dicit: Ipse precedet ante illum in spiritu et virtute Helie. Dicto in spiritu et virtute Helie venturus dicitur, quia sicut Helias secundum domini adventum preveniet, ita Iohannes prevenit primum. Et sicut ille precursor venturi iudicis est, ita iste factus est precursor redemptoris. Iohannes igitur in spiritu Helias erat, in persona Helias non erat. Quod ergo fatetur dominus de spiritu, hoc Iohannes denegat de persona, quia et iustum sic erat ut et discipulis dominus spiritualem de Iohanne sententiam diceret, et Iohannes respondens turbis carnalibus non de suo spiritu sed de corpore respondet. Contrarium ergo veritati videtur esse quod Iohannes sonuit, sed tamen a veritatis tramite non recessit. Qui tamen etiam prophetam se negat, quia videlicet non solum redemptorem predicare poterat, sed etiam demonstrare. Quis namque sit continuo exprimit dum subiungit: Ego vox clamantis in deserto. Scitis, fratres, quia unigenitus filius verbum patris vocatur, Iohanne attestante qui ait: In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Et ex ipsa vestra locutione cognoscitis quia prius vox sonat ut verbum postmodum possit audiri. Iohannes vero vocem se esse asserit, quia verbum precedit. Adventum itaque dominicum precurrens vox dicitur, quia per eius ministerium patris verbum ab hominibus auditur. Qui etiam in deserto clamat, quia derelicte ac destitute Iudee solatium sue redemptionis annuntiat. Quid autem clamaret insinuat cum subiungit: Dirigite viam domini, sicut dixit Ysaias propheta. Via domino ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur; via domino ad cor dirigitur, cum ad preceptum vita preparatur. Unde scriptum est: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Quisquis ergo in superbia mente elevatur, quisquis avaritie estibus anhelat, quisquis se luxurie inquinationibus polluit, cordis ostium contra veritatem claudit, ne ad se dominus veniat, claustra animi seris vitiorum dampnat. Sed adhuc qui missi sunt percunctantur: Quid ergo baptizas, si tu non es Helias neque Christus neque propheta? Quod quia non studio cognoscende veritatis, sed malicie exercende emulationis dicitur, Evangelista tacite innotuit qui subiungit dicens: Et qui missi fuerant erant ex phariseis. Ac si aperte dicat: Illi Iohannem de suis actibus requirunt qui doctrinam nesciunt querere sed invidere. Sed quisquis sanctus etiam perversa mente requiritur, a bonitatis sue studio non mutatur. Unde Iohannes quoque ad verba invidie predicamenta vertit vite. Nam protinus adiungit: Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Iohannes non spiritu sed aqua baptizabat, quia peccata solvere non valens baptizatorum corpora per aquam lavabat, sed tamen mentem per veniam non lavabat. Cur ergo baptizat qui peccatum per baptismum non relaxabat, nisi ut precursionis sue ordinem servans qui nasciturum nascendo prevenerat, baptizaturum quoque dominum baptizando preveniret, et qui predicando factus est precursor Christi, baptizando etiam precursor imitatione sacramenti. Qui inter hec misterium nostre redemptionis annuntians, hunc in medio hominum stetisse asserit et nesciri, quia in carne veniens dominus et visibilis extitit corpore et invisibilis maiestate. De quo etiam subdit: Qui post me venit ante me factus est. Sic namque dicitur ante me factus, ac si dicatur: antepositus. Post me ergo venit quia postmodum natus; ante me autem factus est quia me prelatus. Sed hoc paulo superius dicens, etiam prelationis eius causas aperuit cum subiungit: quia prior me erat. Ac si aperte dicat: Inde me etiam post natus superat, quo eum nativitatis sue tempora non angustant. Nam qui per matrem in tempore nascitur, sine tempore ex patre generatur. Cui quante reverentie humilitatem debeat, subdendo manifestat: Cuius non sum dignus solvere corrigiam calciamenti. Mos apud veteres fuit ut si quis eam que sibi competeret accipere uxorem nollet, ille ei calciamentum solveret qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Quid ergo inter homines Christus nisi sancte ecclesie sponsus apparuit? De quo et ipse Iohannes dicit: Qui habet sponsam sponsus est. Sed quia Iohannem homines esse Christum putaverunt, quod ipse Iohannes negat, recte se indignum esse ad solvendam corrigiam eius calciamenti denuntiat. Ac si aperte dicat: Ego redemptoris vestigia denudare non valeo, quia sponsi nomen michi immerito non usurpo. Quod tamen intelligi et aliter potest. Quis enim nesciat quod calciamenta ex mortuis animalibus fiant? Incarnatus vero dominus veniens quasi calciatus apparuit, qui in divinitate sua morticina nostre corruptionis assumpsit. Unde et per prophetam dicit: In Ydumeam extendam calciamentum meum. Per Ydumeam quippe gentilitas designatur, per calciamentum vero mortalitas assumpta figuratur. In Ydumeam ergo dominus calciamentum suum extendere asserit, quia dum per carnem gentibus innotuit, quasi calciata ad nos divinitas venit. Sed huius incarnationis misterium humanus oculus penetrare non sufficit. Investigari enim nullatenus potest quomodo incorporatur verbum, quomodo summus et vivificator spiritus intra uterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet et existit et concipitur. Corrigia ergo calciamenti est ligatura misterii. Iohannes itaque solvere corrigiam calciamenti eius non valet, quia incarnationis eius misterium nec ipse investigare sufficit qui hanc per prophetie spiritum agnovit. Quid est ergo dicere: Non sum dignus solvere corrigiam calciamenti eius, nisi aperte et humiliter suam ignorantiam profiteri? Ac si aperte dicat: Quid mirum si michi ille prelatus est quem post me natum quidem considero, sed nativitatis eius misterium non apprehendo? Ecce Iohannes prophetie spiritu impletus mira scientia eminet et tamen illud de se insinuat quod ignorat. Quod valde pensandum nobis est, fratres, et tota intentione cogitandum, quomodo sancti viri humilitatis in se virtutem custodiant, cum quedam mirabiliter sciunt, vel aliis ante oculos studeant revocare quod nesciunt, ut dum ex parte alia infirmitatem suam considerant, ex parte qua perfecti sunt cor se animi non extollat. Scientia etenim virtus est, humilitas autem virtutis custos. Restat ergo ut in omne quod scit se se mens deprimat, ne quod virtus scientie congregat, elationis ventus tollat. Cum bona, fratres, agitis

semper ad memoriam mala acta revocate ut dum sollicite culpa conspicitur numquam de bono opere incaute animus letetur. Superiores vobis credite eos maxime qui vobis commissi non sunt. Proximos vestros attendite quia et quos agere prava conspicitis, que in eis lateant bona nescitis. Magnus ergo unusquisque esse studeat sed tamen aliquo modo esse se nesciat ne dum magnitudinem sibi arroganter tribuit amittat. Hinc etenim per prophetam dicitur: Ve qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobis metipsis prudentes. Hinc Paulus ait: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Hinc contra superbientem Saul dicitur: Cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel. Ac si aperte dicat: Cum tu te parvulum conspiceres, ego pre ceteris magnum feci. Quia vero tu te conspicis magnum, a me parvus estimaris. Quo contra David cum regni sui potentiam coram archa federis Domini saltando despiceret dixit: Ludam et vilior fiam plus quam factus sum et ero humilis in oculis meis. Quem enim non extolleret ora leonum confringere, ursorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula ungi, timendum cunctis uno lapide Goliath sternere, a rege proposita extinctis allophilis innumera preputia reportare, regnum ex promissione percipere cunctumque Israeliticum populum sine ulla postmodum contradictione possidere? Et tamen in cunctis se despicit qui in suis oculis esse se humilem confitetur. Si ergo sancti viri et cum fortia agunt de semetipsis vilia sentiunt, quid in sua excusatione dicturi sunt qui sine opere virtutis intumescunt? Sed et si quelibet bona assunt opera, nulla sunt nisi humilitate condiantur. Mira quippe actio cum elatione non elevat sed gravat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat quasi pulverem in ventum portat et unde aliquid ferre cernitur, inde deterius cecatur. In cunctis ergo que agitis mei fratres radicem boni operis humilitatem tenete. Nec quibus iam superiores sed quibus adhuc inferiores estis aspicite ut dum meliora vobis exempla proponitis ad maiora semper ascendere per humilitatem valeatis. Quod ipse etc.

In illo tempore: Exiit edictum a cesare augusto ut describeretur universus orbis. Secundum lucam
Hec autem descriptio prima facta est a preside Syrie Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur. Et reliqua. 8

Quia largiente Domino missarum solemnia ter hodie celebraturi sumus, loqui diu de evangelica lectione non possumus. Sed nos aliquid vel breviter dicere redemptoris nostri nativitas ipsa compellit. Quid est enim quod nascituro Domino mundus describitur, nisi hoc quod aperte monstratur, quia ille apparebat in carne qui electos suos ascriberet in eternitate? Quo contra de reprobis per prophetam dicitur: Deleantur de libro viventium et cum iustis non scribantur. Qui bene et in Bethleem nascitur. Bethleem namque domus panis interpretatur. Ipse namque est qui ait: Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Locus ergo in quo Dominus nascitur domus panis antea vocatus est, quia futurum profecto erat ut ille ibi per materiam carnis appareret qui electorum mentes interna satietate reficeret. Qui non in parentum domo sed in via nascitur, ut profecto ostenderet quia per humanitatem quam assumpserat quasi in alieno nascebatur. Alieno quippe videlicet non secundum potestatem dico sed secundum naturam. Nam de potestate eius scriptum est: In propria venit. In natura etenim sua ante tempora natus est, in nostra venit ex tempore. Quia ergo eternus manens temporalis apparuit, profecto alienum est ubi descendit. Et quia per prophetam dicitur: Omnis caro fenum, factus homo Deus fenum nostrum vertit in frumentum, qui de semetipso ait: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Unde et natus in presepio reclinatur ut fideles omnes sancta scilicet animalia carnis sue frumento reficeret ne ab eterne intelligentie pabulo ieiuna remanerent. Quid est autem quod vigilantibus pastoribus angelus apparet eosque Dei claritas circumfulsit, nisi quod illi pre ceteris videre sublimia merentur qui fidelibus gregibus preesse sollicite sciunt? Dum quod ipsi pie super gregem vigilant, divina super eos gratia largius choruscat. Regem vero natum angelus nuntiat, eiusque voci angelorum chori concinunt et congaudentes clamant: Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Prius quippe quam redemptor noster in carne nasceretur, discordiam cum angelis habuimus, a quorum claritate atque munditia per prime culpe meritum et per quotidiana delicta longe distabamus. Quia enim peccando extranei facti eramus a Deo, extraneos nos a suo consortio deputabant angeli cives Dei. Sed quia cognovimus regem nostrum, recognoverunt nos angeli cives suos. Quia enim rex celi terram nostre carnis assumpsit, infirmitatem nostram illa angelica iam celsitudo non despicit. Ad pacem nostram angeli redeunt, intentionem prioris discordie postponunt et quos infirmos abiectosque despexerant iam ut socios venerantur. Hinc est enim quod Loth et Iosue angelos adorant nec tamen adorare prohibentur. Iohannes vero in apocalipsi angelum adorare voluit, sed tamen idem hunc angelus ne se debeat adorare compescuit dicens: Vide ne feceris, conservus enim tuus sum et fratrum tuorum. 19 et ult.
Quid est autem quod ante nostri redemptoris adventum angeli ab hominibus adorantur et tacent, postmodum vero refugiunt, nisi quod naturam nostram quam prius despexerant postmodum hanc super se assumptam conspiciunt, substratam sibi videre pertimescunt? Nec iam sub se velut infirmam contempnere ausi sunt quam super se videlicet in celi rege venerantur. Nec habere dedignantur hominem socium qui super se adorant hominem Deum. Curemus ergo fratres karissimi ne qua nos immunditia polluat, qui in eterna prescientia et Dei cives et angelis eius equales sumus. Vendicemus moribus dignitatem nostram; nulla nos luxuria inquinet, nulla turpis cogitatio accuset, nulla malitia mentem mordeat, non invidie rubigo consumat, nec elatio inflet, nec ambitio per terrena oblectamenta dilaniet, non ira inflammet. Dii enim vocati estis homines. Defende ergo tibi homo contra vitia honorem Dei vestri quia propter te factus est Deus homo. Quod ipse prestare dignetur qui vivit etc.

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua. et uni dedit quinque talenta alii autem duo alii vero unum. Et reliqua.

Lectio sancti evangelii fratres karissimi sollicite considerare nos admonet ne nos qui plus ceteris in hoc mundo aliquid accepisse cernimur ab auctore mundi inde gravius iudicemur. Cum enim augentur dona rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior atque ad serviendum promptior quisque ex munere debet quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Ecce homo qui peregre proficiscitur servos suos vocat eisque ad negotium talenta partitur. Post multum vero temporis positurus rationem revertitur. Bene operantes pro apportato lucro remunerat, servum vero a bono opere torpentem dampnat. Quis itaque iste homo peregre proficiscitur nisi redemptor noster qui in ea carne quam assumpserat abiit in celum. Carnis enim locus proprius terra est que quasi ad peregrina ducitur dum per redemptorem nostrum in celo collocatur. Sed homo qui peregre proficiscitur servis suis bona sua tradidit quia fidelibus suis spiritualia dona concessit. Et uni quidem quinque talenta alii duo alii vero unum commisit. Quinque enim talenta sunt quinque sensus corporis videlicet visus auditus gustus odoratus et tactus. Quinque ergo talenta donum quinque sensuum id est exteriorum scientia exprimuntur. Duobus vero intellectus et operatio designatur. Unius autem talenti nomine intellectus tantum designatur. Sed is qui quinque talenta acceperat alia quinque lucratus est quia sunt nonnulli qui etsi interna ac mistica penetrare nesciunt pro intentione tamen superne patrie docent recta quos possunt de ipsis exterioribus que acceperunt. Dumque se a carnis petulantia a terrenarum rerum ambitu atque a visibilium voluptate custodiunt ab his etiam alios admonendo compescunt. Et sunt nonnulli qui quasi duobus talentis ditati intellectum atque operationem percipiunt subtilia de internis intelligunt mira exterius operantur. Cumque et intelligendo et operando aliis predicant quasi duplicatum de negotio lucrum reportant. Bene autem alia quinque et alia duo lucra remisse referuntur quia dum utrique sexui predicatio impenditur quasi accepta talenta geminantur. Sed is qui unum talentum acceperat abiens fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui. Talentum in terra abscondere est acceptum ingenium terrenis actibus implicare lucrum spiritale non querere cor a terrenis cogitationibus numquam levare. Sunt namque nonnulli qui donum intelligentie perceperunt sed tamen sola que carnis sunt sapiunt. De quibus per prophetam dicitur. Sapientes sunt ut faciant mala bene autem facere nescierunt. Sed dominus qui talenta dederat rationem positurus redit quia is qui nunc pie spiritalia dona tribuit districte in iudicio merita requirit quid quisque acceperit considerat et quod lucrum de acceptis reportat pensat. Servus autem qui geminata talenta retulit a domino laudatur atque ad eternam remunerationem perducitur cum ei voce dominica dicitur. Euge serve bone et fidelis et reliqua usque intra in gaudium domini tui. Pauca quippe sunt bona omnia presentis vite quamlibet multa videantur. Sed tunc fidelis servus super multa constituitur cum devicta omni corruptionis molestia de eternis gaudiis in illa celesti sede gloriatur. Tunc ad domini sui gaudium perfecte intromittitur cum patria eterna assumptus atque angelorum cetibus admixtus sic internis gaudet de munere ut non sit iam quod exterius doleat de corruptione. Servus autem qui operari de talento noluit ad dominum cum verbis excusationis redit dicens Domine scio quia homo durus es metis ubi non seminasti et congregas ubi non sparsisti et timens abii et abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est. Notandum quod inutilis servus dominum vocat durum cui tamen ad lucrum deservire dissimulat et timuisse se dicit talentum expendere qui hoc non solum timere debuerat ne sine lucro ad dominum reportaret. Sunt enim plerique intra ecclesiam quorum iste servus ymaginem tenet qui melioris vite vias aggredi metuunt et tamen iacere in sui corporis ignavia non pertimescunt. Cumque se peccatores considerant sanctitatis vias arripere trepidant remanere in suis iniquitatibus non formidant. Quorum bene petrus in infirmitate positus speciem tenet qui cum viso miraculo piscium dixit. Exi a me domine quia homo peccator sum. Ymmo si te peccatorem consideras oportet ut a te dominum non repellas. Sed qui ideo meliores habitus vias et rectioris vite apprehendere arcte nolunt quia infirmos se esse conspiciunt quasi et peccatores se esse fatentur et dominum repellunt eum quia in quo sanctificari debuerant fugiunt velut in perturbatione consilium non habent dum moriuntur et vitam timent. Unde huic servo protinus respondetur. Serve male et piger sciebas quia meto ubi non semino et congrego ubi non spargo. Oportuit ergo te dare pecuniam meam nummulariis et ego veniens recepisse utique quod meum est cum usura. Ex verbis suis servus constringitur cum dominus dicit Meto ubi non semino et congrego ubi non sparsi. Ac si aperte dicat. Si ut tu dicis etiam illud requiro quod non dedi quanto magis illud a te requiro quod ad erogandum dedi. Oportuit ergo et te dare pecuniam meam nummulariis et veniens recepisse utique quod meum est cum usura. Pecuniam vero nummulariis dare est eis scientiam predicationis impendere qui hanc valeant et dictis et operibus exercere. Sed sicut nostrum periculum aspicitis si dominicam pecuniam teneamus ita fratres karissimi sollicite pensate quia cum usura a vobis exigitur quod auditis. In usura quippe pecunia etiam non data recipitur. Dum enim hic reddit quod acceptum fuerat etiam illud superimpendit quod acceptum non est. Pensate ergo fratres karissimi quia de accepta verbi pecunia usuras solvitis et curate ut per ea que auditis et alia studeatis intelligere que non audistis quatenus alia ex aliis colligentes etiam illa dicere ex vobismetipsis agatis que necdum ex predicatoris ore didicistis. Sed pigro servo que sententia feratur audiamus. Tollite ab eo talentum et date ei qui habet decem talenta. Opportunum videbatur ut cum a malo servo unum talentum tolleretur ei potius qui duo quam qui quinque talenta acceperat daretur.

Illi enim dari debuit qui minus quam qui plus habuit. Sed sicut superius diximus per quinque talenta quinque sensuum id est exteriorum
scientia designatur. Per duo autem intellectus et operatio exprimitur. Plus ergo habuit qui duo quam qui quinque talenta perceperat
quia qui per talenta quinque exteriorum administrationem meruit ab intellectu interiorum adhuc vacuus fuit. Unum ergo
talentum quo intellectum significari diximus illi dari debuit qui bene exteriora que acceperat ministravit. Quod quotidie
in sancta ecclesia cernimus quia plerique dum bene ministrant exteriora que acceperunt per adiunctam gratiam ad intellectum
quoque misticum perducuntur ut etiam de interiori intelligentia polleant qui exteriora fideliter administrant. Generalis autem
sententia mox subditur qua dicitur. Omni enim habenti dabitur et habundabit. ei autem qui non habet et quod videtur habere auferetur
ab eo. Habenti dabitur et habundabit quia quisquis caritatem habet etiam dona alia percipit. qui non habet quisquis caritatem
non habet etiam dona alia que percepisse videbatur amittit. Unde necesse est fratres mei ut per omne quod agitis erga
caritatis custodiam vigiletis. Caritas autem vera est et amicum diligere in deo et inimicum diligere propter deum.
Quam quisquis non habet omne bonum amittit quod habet. Talento quod acceperat privatur et iuxta dominicam sententiam in ex-
teriores tenebras mittitur. Per penam quippe in exteriores qui per culpam sua sponte in interiores tenebras
cecidit et illic patitur coactus tenebras vindicte qui libenter sustinuit tenebras voluptatis. Sciendum vero est quia
nullus piger ab hac talenti acceptione securus est. Nullus namque est qui veraciter dicat talentum minime accepi
non est unde rationem ponere cogar. Talenti enim nomine cuiuslibet pauperis hoc ipsum etiam reputabitur quod vel minimum
accepit. Alius namque accepit intelligentiam predicationis ministerium debet ex talento. Alius terrenam substantiam accepit
erogationem talenti debet ex rebus. Alius nec interiorum intellectum nec rerum affluentiam accepit sed tamen didicit artem
qua pascitur. ipsa ars ei in talenti acceptione reputabitur. Alius nihil horum assecutus est sed tamen fortasse familiaritatis
locum apud divitem meruit. talentum profecto familiaritatis accepit. Si ergo nihil ei pro indigentibus loquitur pro
talenti retentione dampnatur. Habens ergo intellectum curet omnino ne taceat. Habens rerum affluentiam vigilet
ne a misericordie largitate torpescat. Habens artem qua regitur magnopere studeat ut usum atque utilitatem illius cum
proximo partiatur. Habens loquendi locum apud divitem dampnationem pro retento talento timeat si cum valet
non apud eum de pauperibus intercedat. Tantum quippe ab unoquoque nostrum venturus iudex exigit quantum dedit.
Ut ergo de talenti sui rationibus redeunte domino securus sit quisque cum tremore penset quotidie quod accepit.
Ecce namque iam in vicino est ut ille qui peregre profectus est iam redeat. Quasi peregre quippe abiit qui de
hac terra in qua longe discessit. Sed profecto veniet ut de talentis rationes ponat. quia si a bona actione
torpescimus de ipsis que contulit nos districtius iudicabit. Consideremus ergo que accepimus atque in eorum
erogatione vigilemus. nulla nos a spirituali opere terrena cura impediat ne si in terra talentum absconditur
talenti dominus ad iracundiam provocetur. Piger etenim servus cum iam iudex culpas examinat talentum
de terra levat quia sunt plerique qui tunc se a terrenis desideriis vel operibus subtrahunt cum iam per animadversionem
iudicis ad eternum supplicium trahuntur. Ante ergo de talenti nostri ponenda ratione vigilemus ut cum iam iudex
ad feriendum imminet lucrum nos quod fecimus excuset. Secundum Matheum

Cum natus esset ihesus in bethleem iude in diebus herodis regis ecce magi ab oriente venerunt
iherusalem dicentes ubi est qui natus est rex iudeorum. Vidimus enim stellam eius in oriente et ve.
Sicut in lectione evangelica fratres audistis celi rege nato rex terre turbatus est quia nimirum terrena
altitudo confunditur cum celsitudo celestis aperitur. Sed querendum nobis est quidnam sit quod redemptore
nato pastoribus in iudea angelus apparuit atque ad adorandum hunc ab oriente magos non
angelus sed stella perduxit. quia videlicet iudeis tanquam ratione utentibus rationale animal id est angelus predicare debuit.
gentiles vero quia uti ratione nesciebant ad cognoscendum dominum non per vocem sed per signa perducuntur. quia iuxta
pauli vocem et illis prophetie tanquam fidelibus et istis signa tanquam infidelibus data sunt non fidelibus. Et
notandum quod redemptorem nostrum cum iam perfecte esset etatis eisdem gentibus apostoli predicant. eumque parvulum et
necdum per humani corporis officium loquentem stella gentibus denunciat quia nimirum rationis ordo poscebat ut
loquentem iam dominum loquentes predicatores nobis innotescerent et necdum loquentem elementa muta pre-
dicarent. Sed in omnibus signis que vel nascente domino vel moriente monstrata sunt considerandum nobis est
quanta fuit in quorundam iudeorum corde duricia que hunc nec per prophetie donum nec per miracula agnovit.
Omnia quippe elementa auctorem suum venisse testata sunt. Ut enim de eis quiddam usu humano loquar
deum hunc celi esse cognoverunt quia protinus stellam miserunt. Mare cognovit quia sub plantis eius se calcabile
prebuit. Terra cognovit quia eo moriente contremuit. Sol cognovit quia lucis sue radios abscondit.
Saxa cognoverunt et parietes quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus cognovit quia hos quos tenebat
mortuos reddidit. Et tamen hunc quem dominum omnia insensibilia elementa senserunt adhuc infidelium iudeorum
corda deum esse minime cognoscunt et duriora saxis scindi ad penitendum nolunt eumque confiteri abnegant
quem elementa ut diximus aut signis aut scissionibus deum clamabant. Qui etiam ad dampnationis sue
cumulum eum quem natum despiciunt nasciturum longe ante presciunt et non solum quia nasceretur noverunt
sed etiam ubi nasceretur. Nam ab herode requisiti locum nativitatis eius exprimunt quod scripture auctoritate didicerunt

et testimonium praebent quod Bethleem honorare nativitate novi ducis credidit ut ipsa corporis sua et illis fieret ad testimonium damnationis et nobis ad adiutorium credulitatis. Quos profecto bene Ysaac cum Iacob filium suum benediceret designavit. Caligans quippe oculis et prophetans in presenti filium non vidit cui tanta in posterum providit quia nimirum iudaica plebs prophetie spiritu plena et ceca fuit de quo multa in futurum prospexit in presenti positum non agnovit. Herodes autem cognita nativitate regis nostri ad callida argumenta convertitur et ne terreno regno privaretur requiri ubi puer inveniretur postulat adorare se velle simulat ut hunc si invenire posset extinguat. Sed quid est humana malicia contra consilium divinitatis? Scriptum namque est: Non est sapientia non est prudentia non est consilium contra dominum. Nam ea que apparuit stella magos perduxit natum regem reperiunt munera detulerunt et ne redire ad Herodem debeant in sompnis admonentur. Sicque factum est ut Ihesum quem querit Herodes non posset invenire. Cuius persona quid aliud quam ypocrite designantur qui dum ficte querunt invenire dominum nunquam merentur. Sed inter hec sciendum est quod Priscillianiste heretici nasci unumquemque hominem sub constitutionibus stellarum putant et hoc in adiutorium sui erroris assumunt quod nova stella processit cum dominus in carne apparuit cuius fuisse fatum eandem que apparuit stellam putant. Sed si evangelii verba pensamus quibus de eadem stella dicitur: Usque dum veniens staret supra ubi erat puer, non puer ad stellam sed stella ad puerum cucurrit ac si dici liceat non stella fatum pueri sed fatum stelle is qui apparuit puer fuit. Sed absit a fidelium cordibus ut esse aliquid fatum dicatur. Vitam quippe hominum solus hanc conditor qui creavit administrat. Neque enim propter stellas homo sed stelle propter hominem facte sunt et si stella fatum hominis dicitur ipsis suis ministeriis subesse homo perhibetur. Certe cum Iacob de utero egrediens prioris fratris plantam teneret manu prior perfecte nequaquam egredi potuit nisi et subsequens inchoasset et tamen cum uno tempore eodemque momento utrumque mater effunderet non una utriusque vite equalitas fuit. Sed ad hec mathematici solent dicere quia vis constellationis in ictu pungentis est. Quibus respondendum dicimus quia magna est mora nativitatis. Si igitur in ictu puncti constellatio permutatur necesse est ut tot dicant fata quot sunt membra nascentium. Fateri etiam mathematici solent quod quisquis sub signo aquarii nascitur in hac vita piscatoris ministerium sortiatur. Piscatores vero ut fertur Getulia non habet. Quis ergo dicat quod nemo illic in stella aquarii nascitur ubi piscator omnino non habetur? Qui sub quos signo libre asserunt trapazitas futuros dicant et trapazitas multarum gentium provincie ignorant fateantur ergo necesse est aut hoc signum in eis deesse aut esse fatalem nullo modo. In Persarum quoque Francorumque terra reges ex genere prodeunt, quibus profecto nascentibus quis estimet quanti eodem momento horarum ac temporis ex servili conditione nascuntur et tamen regum filii uno eodemque sidere cum servis nati ad regnum proficiunt cum servi qui secum fuerint geniti in servitute moriantur. Hec de stella breviter diximus ne mathematicorum stulticiam indiscussam preterisse videamur. Magi vero aurum thus et mirram deferunt. Aurum quippe regi congruit thus vero in sacrificium dei ponebatur mirra autem mortuorum corpora condiuntur. Eum vero magi quem adorant etiam misticis muneribus predicant: auro regem, thure deum, mirra mortalem. Sunt vero nonnulli heretici qui hunc deum credunt sed ubique regnare nequaquam credunt. Hii profecto thus ei offerunt sed offerre etiam aurum nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc regem existimant sed deum negant. Hii videlicet ei aurum offerunt sed offerre thus nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc et deum et regem fatentur sed assumpsisse carnem mortalem negant. Hii nimirum ei aurum et thus offerunt sed offerre mirram assumpte mortalitatis nolunt. Nos itaque domino nato offeramus aurum ut hunc ubique regnare fateamur. Offeramus thus ut credamus quia is qui in tempore apparuit deus ante tempora extitit. Offeramus mirram ut eum quem credimus in sua divinitate impassibilem credamus etiam in nostra fuisse carne mortalem. Quamvis in auro thure et mirra intelligi et aliud potest. Auro namque sapientia designatur Salomone attestante qui ait: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure autem quod deo incenditur virtus orationis exprimitur psalmista attestante qui ait: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per mirram vero carnis nostre mortificatio figuratur. Unde et sancta ecclesia de suis operariis usque ad mortem pro deo certantibus dicit: Manus mee distillaverunt mirram. Nato ergo regi offerimus aurum si in conspectu illius claritate superne sapientie resplendemus. Thus offerimus si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus ut suave aliquid per celeste redolere valeamus. Mirram offerimus si carnis vicia per abstinentiam mortificamus. Per mirram namque ut diximus agitur ne mortua caro putrefiat. Mortuam namque carnem putrescere est hoc mortale corpus fluxui luxurie deservire sicut de quibusdam per prophetam dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo putrescere est carnales homines in fetore luxurie vitam finire. Mirram ergo offerimus deo quando hoc mortale corpus a luxurie putredine per condimentum continentie custodimus. Magnum vero nobis aliquid magi innuunt quod in regionem suam per aliam viam revertuntur. In eo namque quod admoniti faciunt nobis profecto insinuant quid faciamus. Regio quippe nostra paradisus est ad quam Ihesu cognito redire per viam qua venimus prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo inobediendo visibilia sequendo cibum vetitum gustando discessimus, sed ad eam necesse est ut flendo obediendo visibilia contempnendo atque appetitum carnis refrenando redeamus. Per aliam ergo viam in regionem nostram regredimur quoniam qui a paradisi gaudiis per delectamenta discessimus ad hec per lamenta revocamur. Unde necesse est fratres karissimi ut semper paventes semper suspecti ponamus ante oculos cordis hinc culpas operis illinc iudicium extreme districtionis. Pensemus quam districtus iudex veniat qui iudicium

minat et latentes tiranni peccatorum insidiantes et in adventu sustinent et ideo venientes tamquam difficiles ut invenerit quos
deprehenderit. Puniamus fletibus culpas et cum psalmiste voce preveniamus faciem eius in confessione. voluptatum fallax
nos ergo nulla decipiat. nulla vana leticia seducat. in proximo namque est iudex qui dixit. Ve vobis qui ridetis nunc
quia lugebitis et flebitis. Hinc etenim Salomon dicit. Risus dolore miscebitur et extrema gaudii luctus occupat. hinc rursus
dicit. Risum reputavi errorem et gaudio dixi. Quid frustra deciperis. Hinc etiam rursus ait. Cor sapientium ubi tristitia
est. et cor stultorum ubi leticia. Pertimescamus quia precepta dei si celebramus habere plenitudinem dei. Sacrificium namque deo
spiritus contribulatus. peccata mea peccata in baptismate
perpetrata lavata sunt et tu post baptisma multa commisimus. sed lavari iterum aqua baptismatis non possumus. Quia ergo
et post baptisma inquinavimus vitam. baptizemus lacrimis conscientiam. Ut igitur ad regionem nostram per aliam viam repe-
tentes qui ex ea bonis delectati discessimus. ad eam malis amaricati redeamus. Ipso prestante qui vivit et regnat.
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Simile est regnum celorum thesauro abscondito Secundum matheum.
in agro quem qui invenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit universa que habet et emit agrum illum. Re-
celorum regnum. fratres karissimi ideo terrenis rebus simile dicitur. ut ex his que animus novit. surgat ad
incognita que non novit quatinus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat et per ea que usu didicit
quasi confricatus incalescat ut per hoc quod scit notum diligere. discat etiam incognita amare. Ecce enim celorum
regnum thesauro abscondito comparatur quem qui invenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit
universa que habet et emit agrum illum. Qua in re hoc quoque notandum est. quod inventus thesaurus absconditur ut
servetur. quia studium celestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit qui hoc ab humanis laudibus non
abscondit. In presenti etenim vita quasi in via sumus qua ad patriam tendimus. maligni autem spiritus iter nostrum
quasi quidam latrunculi obsident. depredari ergo desiderat qui thesaurum publice in via portat. Hoc autem dico
non ut proximi nostri opera nostra non videant. cum scriptum sit. Videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum
qui in celis est. sed ut per hoc quod agimus laudes exterius non queramus. Sic autem sit opus in publico quatinus intentio
maneat in occulto ut de bono opere proximis prebeamus exempla. et tamen per intentionem qua soli deo placere
querimus semper optemus. Thesaurum autem celeste est desiderium. ager vero in quo thesaurus absconditur. dis-
ciplina celestis studii. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat qui voluptatibus carnis renuntians
cuncta sua terrena desideria per disciplinae celestis custodiam calcat ut iam nichil quod caro blanditur libeat.
nichil quod carnalem vitam trucidat spiritus perhorrescat. Rursum celeste regnum homini negotiatori simile dicitur
qui bonas margaritas querit. sed unam preciosam invenit. qua videlicet inventa. omnia vendens emit. quia quisquis
celestis vite dulcedinem in quantum possibilitas admittit perfecte cognoverit. ea que in terris amaverat li-
benter cuncta derelinquit. in comparatione eius vilescunt ei omnia. deserit habita. congregata dispergit. inardescit
in celestibus animus. nichil in terrenis libet. deforme conspicitur quicquid de terrene rei placebat specie. quia sola
preciose margarite claritas fulget in mente. De cuius dilectione recte per Salomonem dicitur. Fortis est ut mors
dilectio. quia videlicet sicut mors corpus interimit. sic ab amore rerum temporalium eterne vite caritas occidit. Nam quem
perfecte absorbuerit. ad terrena foris desideria velut insensibilem reddit. Hec enim sancta cuius hodie natalicia
celebramus mori pro deo non potuisset in corpore si prius a terrenis rebus desideriis mortua non fuisset in mente.
Erecta namque in culmine virtutis animus tormenta despexit premia calcavit. Ante armatos reges et presides
deducta stetit. feriente robustior iudicante sublimior. Quid inter hec nos barbati et debiles dicimus.
qui ire ad celestia regna puellas per ferrum videmus quos ira superat superbia inflat. ambitio perturbat
luxuria inquinat. Quin si adipisci regna celorum per bella persecutionum non possumus. hoc ipsum nobis turpe
sit quod deum nolumus saltem per pacem sequi. Ecce nulli nostrum hoc tempore dicit deus pro me morere. sed illicita
tantum desideria occide. Qui ergo in pace subigere carnis desideria nolumus quando in bello pro deo ipsam carnem
daremus. Rursum simile esse regnum celorum sagene misse in mare dicitur. et ex omni genere piscium congreganti
que impleta ad litus reducitur. et in vasis boni pisces eliguntur mali autem proiciuntur foras. Sancta ecclesia
sagene misse in mare comparatur quia et piscatoribus est commissa et per eam quisque ad eternum regnum a
presentis seculi fluctibus trahitur ne in eterne mortis profundo mergatur. Que ex omni genere piscium congregat
quia ad peccatorum veniam sapientes et fatuos liberos et servos pauperes et divites fortes et infirmos
vocat. Unde et per prophetam deo dicitur. Ad te omnis caro veniet. Que sagena tunc plene repletur cum in fine
suo summam generis humani concludit. Quam educunt et secus litus sedent. quia sicut mare seculum ita
seculi finem signat litus maris. In quo scilicet fine boni pisces in vasis eliguntur mali autem proiciuntur
foras. quia electus quisque in tabernacula eterna recipitur. et interni luce regni perdita ad exteriores tene-
bras reprobi pertrahuntur. Nunc enim bonos malosque communiter quasi permixtos pisces fidei sagena continet
sed litus indicat sancte ecclesie sagena quod trahebat. Et quidem pisces capti qui fuerint mutari non possunt.
nos autem mali capimur sed in bonitate permutamur. Cogitemus ergo in captione ne dividamur in littore.
Ecce quam grata est nobis hodierna sollemnitas. ita ut et si non modice addicat. Sed tamen ex hoc conventu nos
decesse contingat. Quid ergo in illa die acturus est qui a conspectu iudicis rapitur. ab electorum societate separatur
qui tenebrescit a luce. cruciatur eterna combustione. Unde et hac eadem comparationem dominus sub brevitate
aperit cum subiungit. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum

et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Hec iam, fratres karissimi, timenda magis sunt quam exponenda. Aperta etenim voce tormenta peccantium dicta sunt, ne quis ad ignorantie sue excusationem recurrat, si quid de eterno supplicio obscure diceretur. Unde et subditur: Intellexistis hec omnia? Dicunt ei: Utique. Atque in conclusione subiungit: Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera. Si per nova et vetera que dicta sunt utraque testamenta accipimus, Abraham doctum fuisse denegamus, qui novi et veteris testamenti etsi facta novit, verba minime scivit. Moysen quoque docto patrifamilias comparare non possumus, quia etsi testamentum vetus protulit, novi testamenti dicta nescivit. Quod ergo ab hoc intellectu excludimur, ad aliud vocamur. Sed in eo quod Veritas dicit: Omnis scriba doctus in regno celorum similis est patrifamilias, intelligi valet quia non de his qui ante fuerunt, sed de his qui in ecclesia esse potuerunt loquebatur. Qui tunc nova et vetera proferunt, cum utriusque testamenti predicamenta vocibus et moribus loquuntur. Quod tamen intelligi et aliter potest. Vetustum quippe humani generis fuit ad inferni descendere claustra, et pro peccatis suis supplicia eterna tolerare; cui per mediatoris adventum novum aliquid accessit, ut si quis recte studeat vivere, celorum valeat regna penetrare; et homo in terra conditus a corruptibili vita moratus celis collocetur. Et vetus itaque est ut per culpam humanum genus in eterna pena intereat, et novum ut conversus quis in regno vivat. Quod ergo in conclusione locucionis sue dominus subdidit, hoc est utique quod premisit prius, cum de regni similitudine thesaurum inventum ac bonam margaritam protulit; post modum vero inferni penas de malorum combustione narravit, atque in conclusione subiungit: Ideo doctus scriba in regno celorum similis est patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera. Ac si aperte diceret: Ille in sancta ecclesia doctus predicator est, qui et nova scit proferre de suavitate regni, et vetusta dicere de terrore supplicii, ut vel pene terreant quos premia non invitant. Audiat unusquisque de regno quod amet, audiat de suppliciis quod timeat, ut torpentem animum et terre vehementer inherentem si amor ad regnum non trahit, vel timor invitet. Ecce enim de gehenne dicitur expressione: Ibi erit fletus et stridor dentium. Sed quia presencia gaudia secuntur perpetua lamenta, hic, fratres karissimi, vanam leticiam fugite, si illic flere formidatis. Nemo enim potest et hic gaudere cum seculo et illic regnare cum deo. Temporalis itaque leticie fluxum restringite, carnis voluptates edomate. Quicquid animo de presenti seculo arridet, per consideracionem eterni ignis amarescat; quicquid in mente puerili hilarescit, hoc disciplinae iuvenalis censura corrigat, ut dum sponte temporalia fugitis, eterna gaudia sine labore capiatis.

Secundum Matheum

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponse.

Sepe vos, fratres karissimi, admoneo prava opera fugere, inquinamenta mundi devitare. Sed hodierna sancti evangelii lectione compellor dicere ut et bona que agitis cum magna cautela timeatis, ne per hoc quod a vobis rectum geritur favor aut aura humane gratie requiratur, ne appetitus laudis subrepat, et quod foris ostenditur intus a mercede vacuetur. Ecce enim Redemptoris nostri voce regnum celorum simile decem virginibus dicitur, que omnes dicuntur virgines, et tamen intra beatitudinis ianuam non omnes recepte sunt, quia earum quedam dum de virginitate sua gloriam foris appetunt, in vasis suis oleum habere noluerunt. Sed prius querendum nobis est quid sit celorum regnum, aut cur decem virginibus comparetur, que etiam virgines prudentes et que fatue dicantur. Dum enim celorum regnum constet quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatuis virginibus cur simile esse dicitur? Sed sciendum est quod sepe in sacro eloquio regnum celorum presentis temporis ecclesia dicitur. De quo in alio loco dominus dicit: Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala. Neque enim in illo regno beatitudinis in quo pax summa est inveniri scandala poterunt que colligantur. Unde rursum dicitur: Qui solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum. Mandatum quippe solvit et docet qui hoc quod verbo predicat vivendo non implet. Sed ad regnum eterne beatitudinis pervenire non valet qui non vult opere implere quod docet. Quomodo ergo in eo minimus vocatur, qui ad hoc nullo modo intrare permittitur? Quid itaque per hoc, nisi quod docet implere. Quod ergo in eo minimus vocatur regnum dicitur, in quo doctor qui mandatum solverit minimus vocatur, quia tunc sine mixtura etiam presentis celorum regnum dicitur, nisi etiam predicatio contempnatur? In quinque autem corporis sensibus unusquisque subsistit; vita despicatur. Restat ut et predicatio contempnatur. Et quia hec utriusque sexus fidelium multitudo fidelium colligitur, geminatus autem quinarius denarium perficiat. Et quia in ea mali cum bonis et reprobi cum electis admixti sunt, sancta ecclesia decem virginibus similis denuntiatur, in qua etiam fatuas esse perhibet. Sunt namque plerique continentes qui ab exteriori rerum similis virginibus prudentibus et fatuis esse perhibet. Sunt namque plerique continentes qui ab exteriori rerum appetitu custodiunt et spe ad interiora rapiuntur, carnem macerant et toto desiderio ad superna se appetitu custodiunt et pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hii munditiae patriam anhelant, eterna premia concupiscunt, et per laboribus suis recipere laudes humanas nolunt, sed intra conscientiam contegunt. Et sunt plerique qui corpus per abstinentiam affligunt, sed de ipsa sua abstinentia humanos favores concupiscunt, doctrine insistunt, indigentibus multa largiuntur; sed fatue profecto sunt virgines, quia solam laudis transitorie retributionem querunt. Unde apte subditur: Sed fatue non sumpserunt oleum secum; prudentes autem acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Per oleum quippe nitor glorie designatur, vascula autem nostra sunt corda in quibus ferimus cuncta que cogitamus. Prudentes ergo oleum in vasis suis habent, quia nitorem glorie intra conscientiam retinent, Paulo attestante qui ait: Gloria nostra hec est, testimonium conscientie nostre. Fatue autem virgines oleum secum non sumunt, quia gloriam intra conscientiam non habent, dum hanc ab ore proximorum querunt. Notandum vero est quod omnes lampades habent.

sed non omnes oleum habent quia plerumque bona in se opera cum electis et reprobi ostendunt, sed sole ad sponsum cum oleo veniunt
qui de hiis que foris egerunt intus gloriam querunt. Unde per psalmistam quoque de sancta electorum ecclesia dicitur: Omnis gloria
eius filie regum ab intus. Moram autem faciente sponso dormitaverunt omnes et dormierunt. Quia dum venire ad
extremum iudicium differt, electi et reprobi in mortis sompno sopiuntur. Dormire enim mori est. Illum sompnum vero
dormitare est ante mortem a salute languescere quia per pondus egritudinis perveniunt ad sompnum mortis. Media autem
nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Unde adventu sponsi clamor media nocte
fit quia sic iudicii dies surripit ut previderi non valeat quando venit. Unde scriptum est: Dies domini sicut fur
ita in nocte veniet. Tunc omnes virgines surgunt quia et electi et reprobi a sompno sue mortis excitantur.
Lampades ornant quia secum sua innumerant opera pro quibus eternam recipere beatitudinem expectant. Sed lampades
fatuarum virginum extinguuntur quia earum opera que clara hominibus foris apparuerunt in adventu iudicis intus
obscurantur. Et ideo a deo retributionem non inveniunt quia pro eis receperunt ab hominibus laudes quas amaverunt.
Quid est autem quod tunc a prudentibus oleum petunt nisi quod in adventu iudicis cum se intus vacuas invenerint
testimonium foris querunt. Ac si a sua fiducia decepte proximis dicant: Cum nos quasi sine opere repelli conspicitis,
dicite de nostris operibus quid vidistis. Sed prudentes virgines respondent dicentes: Ne forte non sufficiat
nobis et vobis. In illo enim die quod tamen de quibusdam in pace ecclesie quiescentibus loquor sibimetipsi te-
stimonium vix cuique suum sufficiet quanto minus et sibi et proximo. Unde et protinus increpationem subdunt: Ite
potius ad vendentes et emite vobis. Venditores quippe olei adulatores sunt. Qui enim accepta qualibet
gratia vanis sub laudibus nitorem glorie offerunt quasi oleum vendunt. De quo profecto oleo propheta dicit: Oleum
autem peccatoris non impinguet caput meum. Per caput etenim membrorum nostrorum caput est. Appellatione autem capitis
ea que principalis corporis mens vocatur. Impinguat ergo caput oleum peccatoris cum demulcet mentem favor
adulantis. Sed dum vadunt emere venit sponsus, quia cum vite sue testimonium a proximis querunt, iudex venit
qui non operum sed cordis testis est. Et que autem parate erant intraverunt cum eo ad nuptias et clausa est ianua.
O si sapore in cordis palato possit, quid admirationis habet quod dicitur venit sponsus, quid dulcedinis intraverunt
cum eo ad nuptias, quid amaritudinis et clausa est ianua. Venit quippe ille qui adventu suo elementa
concutit, in cuius conspectu celum et terra contremiscit. Unde et per prophetam dicitur: Adhuc semel et ego movebo non
solum terram sed etiam celum. Ad cuius comparationem omne humanum genus deiciatur, cum ad vindictam malorum nomina
quoque bonorum angeli archangeli principatus et dominationes obstupescunt. Pensate fratres karissimi ad conspectum tanti iudicis
quis in illo die timor erit quando iam ad penam remedium non erit. Quenam illa confusio hominum malorum quorum
cui reatu suo surgente contingit in conspectu erubescere, quis pavor eum quem et tunc illum mens humana
capere non valet et iratum videre. Quem diem bene propheta intuens ait: Dies ire dies illa, dies tribulationis
et angustie, dies calamitatis et miserie, dies tenebrarum et caliginis, dies nebule et turbinis, dies tube
et clangoris. Pensate ergo fratres extremum iudicii diem super corda reproborum qua asperitate propheta videt ama-
restere que tot appellationibus non valet comprehendere. Quanta vero tunc erit electorum leticia qui de eius meruerunt
visione gaudere, de cuius conspectu videt et elementa contremiscere, cum eo simul ad nuptias intrare. Quamvis in sponsi
nuptias gaudet et tunc ipsi sunt sponsa quia in illo eterni regis thalamo visionem mentis dominus coniunget,
que se visio numquam iam in perpetuum ab amoris sui amplexibus evellet. Tunc regni ianua lugentibus
clauditur que modo quotidie lugentibus aperitur. Erit namque et tunc penitentia sed fructuosa non erit quia tunc
nequaquam veniam invenit qui modo aptum venie tempus perdit. Hinc etenim paulus dicit: Ecce nunc tempus
acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hinc propheta ait: Querite dominum dum inveniri potest, invocate eum dum
prope est. Unde et easdem fatuas virgines invocantes dominus non audit quia iam clausa regni ianua is
qui nunc per condescensionem prope est prope iam non est. Nam subditur: Novissime vero veniunt relique virgines
dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Ibi iam adiuvare non
potest mereri quod petit qui hic noluit audire quod iussit. Qui tempus congrue penitentie perdit frustra ante
regni ianuam cum precibus venit. Hinc est etenim quod per salomonem dominus dicit: Vocavi et renuistis, extendi
manum meam et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum et increpationes meas neglexi-
stis. Ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo cum vobis quod timebatis evenerit, cum irruerit repen-
tina calamitas et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio et angustia. Tunc invo-
cabunt me et non exaudiam, mane consurgent et non invenient me. Ecce aperiri clamant et repul-
sionis sue dolore compulse appellationem sue dominationis ingeminant dicentes: Domine, domine, aperi nobis.
Preces offerunt sed nesciunt quia tunc velut incognitos deus deserit quos non suos pro vitate meritum agno-
scit. Ubi aperte quoque generalis ad discipulos exhortatio subiungitur dum dicitur: Vigilate itaque quia nescitis diem
neque horam. Cum enim post peccata deus penitentiam suscipit, si sciret quisque de presenti seculo quo tempore exiret
aliud tempus voluptatibus aliud penitentie aptare potuisset. Sed qui penitenti veniam spondet, peccanti
diem crastinum non promisit. Semper ergo extremum diem debemus timere quem numquam possumus previdere. Ecce hunc ipsum
diem in quo loquimur ad inducias conversionis accepimus et tamen mala que fecimus flere recusamus. Nonnumquam
commissa non plangimus sed etiam que defleantur augemus. Ac si nos aliqua egritudo corripiat, si signa
egritudinis mortem vicinam denuntiant, inducias vivendi querimus ut peccata defleamus et eas cum magno

esse despicimus pecunias quas acceptas modo pro nichilo habemus. Rem, fratres, refero quam si intente audire vultis caritatem vestram ex consideratione illius vehementer instruat. Quidam vir nobilis in Valeria provincia nomine Chrysaorius fuit, quem lingua rustica populus Chrysaurium vocabat, vir ille ut dicunt quantum plenus rebus tantum vitiis, superbia tumidus, carnis sue voluptati subditus, in acquirendis rebus avaritie facibus accensus. Sed cum tot malis dominus finem ponere decrevisset, sicut a religioso quodam qui nunc superest, propinquo illius, didici, corporis languore percussus est. Qui cum ad extremum veniens eadem hora qua iam de corpore erat exiturus, apertis oculis vidit tetros et nigerrimos spiritus coram se astare et vehementer imminere ut ad inferni claustra se raperent. Cepit tremere et pallescere, sudare et magnis vocibus inducias petere, filiumque suum nomine Maximum, quem ego iam monachus monachum vidi, nimiis et turbatis clamoribus vocare dicens: Maxime curre, numquam tibi aliquid male feci, in fide tua me suscipe. Turbatus mox Maximus affuit, lugens et perstrepens familia convenit. Eos autem quos ille insistentes graviter tolerabat ipsi malignos spiritus videre non poterant, sed eorum presentiam in confusione et pallore ac tremore illius qui trahebatur videbant. Pavore autem tetre eorum imaginis huc illucque versabatur in lectulo, iacebat in sinistro latere, aspectum eorum ferre non poterat, vertebatur ad parietem, ibi aderant. Cumque constrictus nimis relaxari se iam posse desperaret, cepit magnis vocibus clamare: Inducias vel usque mane, inducias vel usque mane. Sed cum hec clamaret, in ipsis suis vocibus de habitaculo sue carnis evulsus est. De quo nimirum constat quia pro nobis non pro se ista vidit, ut eius visio nobis proficiat quos adhuc divina patientia longanimiter expectat. Nam illi tetros spiritus ante mortem vidisse et inducias petisse quid profuit, qui easdem inducias quas petiit non accepit? Nos ergo, fratres karissimi, nunc sollicite ista cogitemus, ne nobis incassum tempora pereant, et tunc queramus ad bene agendum vivere cum iam compellimur de corpore exire. Mementote quod veritas dicit: Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Per legis quippe mandatum ambulare longius sabbato non licet. Hyemis quippe ad ambulandum impedimento est, quia gressus ambulantium torpor frigoris astringit. Ac si ergo orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato, ac si aperte dicat: Videte ne tunc queratis peccata vestra fugere quando iam non licet ambulare. Illud ergo tempus quo fugere non licet modo cogitandum est dum licet. Illa ergo hora est ante oculos cordis semper intuenda, ista Redemptoris admonitio ante mentis oculos semper ponenda, qua ait: Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. mt 24

Secundum Lucam

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Sancti evangelii, fratres karissimi, aperta est vobis lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa eius planities alta fortasse videatur, eam sub brevitate transcurrimus, quatenus eius expositio ita nescientibus fiat cognita ut tamen scientibus non sit onerosa. Quia virorum luxuria in lumbis sit, feminis vero in umbilico, testatur dominus qui de diabolo ad beatum Iob loquitur dicens: Virtus eius in lumbis eius, et fortitudo illius in umbilico ventris eius. A parte ergo sexus potiori lumborum nomine luxuria designatur. Cum ergo dicitur: Sint lumbi vestri precincti, lumbos etenim precingimus cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Sed quia minus est mala non agere nisi quis studeat etiam bonis operibus insudare, protinus additur: Et lucerne ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operibus dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Duo autem sunt que iubentur, et lumbos restringere et lucernas tenere, ut et munditia castitatis sit in corpore et lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero nequaquam placere potest, si aut is qui bona agit adhuc luxurie inquinamenta non deserit, aut is qui castitate preeminet necdum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum aliquod est sine castitate. Sed si utrumque agitur, restat ut quisquis ille est spe ad supernam patriam tendat, et nequaquam se a vitiis pro mundi huius honestate contineat. Dum et si quedam bona aliquis pro honestate inchoat, in eis tamen intentione non maneat, nec per bona opera presentis mundi gloriam querere, sed totam spem in Redemptoris sui adventu constituat. Unde protinus subditur: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. Ad nuptias quippe dominus abiit, quia resurgens a mortuis et ascendens ad celum supernam sibi multitudinem angelorum novus homo copulavit. Qui tunc revertitur cum nobis iam per iudicium manifestatur. Bene autem de servis expectantibus subditur: Ut cum venerit et pulsaverit confestim aperiant ei. Venit quippe dominus cum ad iudicium properat, pulsat vero cum iam per egritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim iudici pulsanti non vult qui exire de corpore trepidat et videre eum quem contempsisse se meminit iudicem formidat. Qui autem de sua spe et operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia letus iudicem sustinet, et cum tempus propinque mortis advenerit de gloria retributionis hilarescit. Unde et protinus subditur: Beati servi illi quos cum venerit dominus invenerit vigilantes. Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet, vigilat qui servat operando quod credidit, vigilat qui a se torporis et negligentie tenebras repellit. Hinc etenim Paulus dicit: Evigilate iusti et nolite peccare. 1 cor 15 Hinc rursum ait: Hora est iam nos de sompno surgere. Ro 13 Sed quid veniens dominus vigilantibus faciat exhibeat, audiamus.

Amen dico vobis quia praecinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis. Praecinget se, id est ad retributionem praeparabit. Et faciet illos discumbere, id est in aeterna quiete foveri. Discumbere quippe nostrum in regno quiescere est. Unde rursum Dominus dicit: Venient et recumbent cum Abraham, Ysaac et Iacob. Transiens autem Dominus ministrat, quia lucis suae illustratione nos satiat. Transire vero dictum est cum de iudicio ad regnum redit. Vel certe Dominus nobis post iudicium transit, quia ab humanitatis forma in divinitatis suae contemplatione nos elevat. Et transire eius est in claritatis suae speculatione nos ducere, cum eum quem in humanitate in iudicio cernimus, etiam in divinitate post iudicium videmus. Ad iudicium quippe veniens in forma humanitatis omnibus apparet, quia scriptum est: Videbunt in quem transfixerunt. Sed post reprobis in supplicia tormentorum missis, iusti ad claritatis gloriam perducuntur, sicut scriptum est: Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Sed quid si eum in prima vigilia negligentes exspectat? Prima quippe vigilia primae aetatis custodia est. Sed neque sic desperandum est et a bono opere cessandum. Nos longanimitatis suae patientiam insinuans Dominus subdit: Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi. Prima quippe vigilia primaevum tempus est, id est pueritia. Secunda adolescentia vel iuventus, quae auctoritate sacri eloquii unum sunt, dicente Salomone: Laetare, iuvenis, in adolescentia tua. Tertia autem senectus accipitur. Qui ergo in prima vigilia vigilare noluit, custodiat vel secundam, ut qui converti a pravitatibus suis in pueritia neglexit, ad vias vitae saltem in tempore iuventutis evigilet. Et qui vigilare in secunda vigilia noluit, tertiae vigiliae remedia non amittat. Pensate, fratres karissimi, quod exspectet Dei pietas dum tardat mala nostra. Non est iam quod homo conversationis incusat. Deus despicitur et exspectat, contemptum se videt et revocat, iniuriam de contemptu suo suscipit, et tamen quoque revertentibus et praemia promittit. Sed nemo hanc eius longanimitatem negligat, quia tanto districtiorem iustitiam in iudicio exercet, quanto longiores patientiae ante iudicium prerogavit. Hinc etenim Paulus dicit: Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam et cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei. Hinc propheta ait: Deus iudex iustus, fortis et patiens et longanimis. Dicturus quippe longanimem, praemisit iustum, ut quem videres peccata delinquentium diu patienter ferre, scias hunc quoque etiam districte iudicare. Hinc per quemdam sapientem dicitur: Altissimus enim est patiens redditor. Patiens enim redditor dicitur, quia peccata hominum et patitur et reddit. Nam quos diu ut convertantur tolerat, non conversos durius damnat. Ad convertendum vero mentes nostras despicimus, etiam cotidiana dampna per similitudinem ad medium deducuntur, ut per hoc animus ad sui custodiam suscitetur. Nam dicitur: Hoc autem scitote, quia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Ex qua praemissa similitudine exhortatio etiam subinfertur, cum dicitur: Et vos estote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis veniet. Nesciente autem patrefamilias fur domum perfodit, quia dum a sui custodia spiritus dormit, improvisa mors veniens carnis nostrae habitaculum irrumpit, et eum quem dominum domus invenit dormientem necat, quia dum ventura dampna spiritus minime providet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit. Furi autem resisteret si vigilaret, quia adventum iudicis qui occulte animam rapit praecavens ei poenitendo occurreret, ne impoenitens periret. Horam vero ultimam Dominus noster iccirco nobis voluit esse incognitam, ut semper possit esse suspecta, ut dum illam providere non possumus, ad eam sine intermissione praeparemur. Proinde, fratres mei, in conditione mortalitatis vestrae mentis oculos figite, venienti vos iudici per fletus et lamenta cotidie praeparate. Cum certa mors maneat omnibus, nolite de temporalis vitae prudentia in tanta cogitatione... Aeternarum rerum cura vos non affigit? Cum multi sunt enim auri et argenti molibus student, quibusque pretiosis vestibus induatur caro, quid est aliud nisi caro? Nolite ergo attendere quid habetis, sed quid estis. Vultis audire quid estis? Propheta indicat dicens: Vere fenum est populus. Si enim fenum populus non est, ubi sunt illi qui ea quae hodie colimus nobiscum transacto anno beati Felicis natalicia celebraverunt? Quanta et qualia de protractu vitae praesumptione cogitabant, sed surripiente mortis articulo repente in his quae providere nolebant inventi sunt, et cuncta simul temporalia quae congregata quasi stabiliter tenere videbantur amiserunt. Ecce ergo transacta multitudo quae per humanam prolationem vivit in carne, per mortem cecidit in pulverem, quia fenum fuit. Cum ergo momenta singulis horis fugiunt, agite ergo, fratres karissimi, ut in bonis operibus mente teneamini. Audite ergo quid sapiens Salomon dicat: Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus nec ratio nec scientia erit apud inferos quo tu properas. Quia ergo et venturae mortis tempus ignoramus et post mortem operari non possumus, superest ut ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim mors ipsa cum venerit vincitur, si prius quam veniat semper timeatur.

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor etc. Secundum Iohannem ō ix

Audistis, fratres karissimi, ex lectione evangelica eruditionem vestram, audistis et periculum nostrum. Ecce enim is Ioh x qui non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est, dicit: Ego sum pastor bonus. Atque eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur adiungit, dicens: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Fecit Dominus quod monuit, ostendit quod iussit. Animam suam pro ovibus suis posuit. Prima enim scriptum est: Omnis caro fenum, et quid fenum nisi herba est? Bonus pastor animam suam pro ovibus suis posuit, ut in sacramento corpus suum et sanguinem verteret, et oves quas redemerat carnis suae alimento satiaret. Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequamur, apposita forma cui imprimamur. Primum nobis

est, potiora nostra misericordie ovibus nostris impendere. Postremum vero si necesse sit etiam mortem nostram pro ovibus eisdem
ministrare. Sed primo autem hoc minimo pervenitur ad postremum maius. Sed cum incomparabiliter longe sit melior anima qua
vivimus quam terrena substantia quam exterius possidemus, qui non dat pro ovibus substantiam suam, quando pro hiis daturus est animam suam?
Et sunt nonnulli qui plus dum terrenam substantiam quam oves diligunt, merito nomen pastoris perdunt. De quibus protinus subditur:
Mercenarius autem et qui non est pastor, cuius non sunt oves proprie, videt lupum venientem et dimittit oves et fu-
git. Non pastor sed mercenarius vocatur qui non pro amore intimo oves dominicas sed ad temporales mercedes pascit.
Mercenarius quippe est qui locum pastoris tenet sed lucra animarum non querit; terrenis commodis inhiat, honore pre-
lationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reverentia letatur. Iste sunt etenim mercedes
mercenarii, ut pro eo ipso quod in regimine laborat hic quod querit inveniat, et ab hereditate gregis in posterum
alienus consistat. Utrum vero pastor sit an mercenarius cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Tranquil-
litatis enim tempore plerumque ad gregis custodiam sicut verus pastor sic et mercenarius stat. Sed lupus veniens
indicat quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oves venit cum quilibet iniustus et
raptor fideles quosque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur et non erat, relinquit oves et
fugit, quia dum sibi periculum ab eo metuit, resistere eius iniustitie non presumit. Fugit autem non mutando locum sed
subtrahendo solacium. Fugit quia iniustitiam vidit et tacuit. Fugit quia se sub silencio abscondit. Quibus bene
Ezech. xiii. per prophetam dicitur: Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel ut staretis in prelio in die
domini. Ex adverso quippe ascendere est quibuslibet potestatibus prave agentibus rationis libera voce contraire. Et in
die domini pro domo Israel in prelio stamus ac murum opponimus, si fideles et innocentes contra perversorum iniustitiam ex
iustitie auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit, cum venientem lupum viderit fugit. Sed est alius lupus
qui sine cessatione quotidie non corpora sed mentes dilaniat, malignus videlicet spiritus, qui caulas fidelium insidians
circuit et mortes animarum querit. De quo lupo mox subditur: Et lupus rapit et dispergit oves. Lupus venit
et mercenarius fugit, quia malignus spiritus mentes fidelium in temptatione dilaniat, et is qui locum pastoris tenet
curam sollicitudinis non habet. Anime pereunt et ipse de terrenis commodis letatur. Lupus rapit et dispergit oves
cum alium ad luxuriam pertrahit, alium in avaritia accendit, alium in superbia erigit, alium per iracundiam dividit,
hunc invidia stimulat, illum fallacia supplantat. Quasi ergo gregem lupus dissipat cum fidelium populum dyabolus
per temptationes necat. Sed contra hec mercenarius nullo zelo accenditur, nullo fervore dilectionis excitatur, quia dum
sola exteriora commoda requirit, interiora gregis dampna negligenter patitur. Unde et mox adiungitur: Mer-
cenarius autem fugit quia mercenarius est et non pertinet ad eum de ovibus. Sola ergo causa est ut mercenarius fugiat
quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur: Stare ergo in periculo non potest ovium qui in eo quod ovibus preest non oves
diligit sed lucrum terrenum querit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis letatur, opponere se contra
periculum trepidat ne hoc quod diligit amittat. Sed quia redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit, iterum
formam cui debeamus imprimi ostendit dicens: Ego sum pastor bonus. Atque subiungit: Et cognosco meas et cog- ac si di[illegible] dilig
noscunt me mee. Ac si aperte dicat: Diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit, adhuc minime cognovit.
Pensate vobis, fratres karissimi, periculum vestrum; pensate et periculum vestrum. Videte si oves eius
estis. Quia ergo audistis, fratres karissimi, periculum nostrum, videte si lucem veritatis scitis. Scitis autem dico non per fidem sed per amorem. Scitis
dico non per credulitatem sed per operationem. Nam isdem ipse qui hoc loquitur Iohannes ewangelista testatur dicens: Qui
dicit se nosse deum et mandata eius non custodit, mendax est. Unde et hic loco protinus dominus subdit: Sicut
novit me pater et ego agnosco patrem et animam meam pono pro ovibus meis. Ac si aperte dicat: In hoc constat
quia cognosco patrem et cognoscor a patre, quia animam meam pro ovibus meis pono, id est ea caritate qua morior
pro ovibus quantum diligo patrem ostendo. Quia vero non solum Iudeam sed et gentilitatem redimere venerat, ad-
iungit: Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient,
et fiet unum ovile et unus pastor. Redemptionem nostram qui ex gentili populo venimus dominus aspexerat cum se addu-
cere et alias oves dicebat. Hoc quotidie fieri aspicimus, hoc reconciliatis gentibus factum videmus. Quasi ex duobus
gregibus unum ovile efficit, quia iudaicum populum et gentilem sua fide coniungit, Paulo attestante qui ait:
Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum. Dum enim ad eternam vitam ex utraque natione simplices eligit,
ad ovile proprium oves deducit. De quibus profecto ovibus rursum dicit: Oves mee vocem meam audiunt et ego
cognosco eas et sequuntur me, et ego vitam eternam do eis. De quibus paulo superius dicit: Per me si quis introierit
salvabitur et ingredietur et egredietur et pascua inveniet. Ingredietur quippe ad fidem, egredietur vero a
fide ad speciem, a credulitate ad contemplationem, pascua autem inveniet in eterna refectione. Oves ergo eius
pascua inveniunt, quia quisquis illum corde simplici sequitur, eterne viriditatis pabulo nutritur. Que autem istarum
ovium pascua nisi eterna gaudia semper virentis paradisi? Pascua namque electorum sunt vultus presens dei, qui
dum sine defectu conspicitur, sine fine mens vite cibo satiatur. In istis pascuis de eterna satietate letati
sunt quique iam laqueos voluptuose temporalitatis evaserunt. Ibi ymnidici angelorum chori, ibi societas
supernorum civium, ibi dulcis sollempnitas a peregrinationis huius tristi labore redeuntium, ibi providi prophetarum

chori, ibi iudex apostolorum numerus, ibi innumerabilium martyrum victor exercitus tanto illic letior quanto hic durius afflictus,
ibi confessorum constantia premii sui perceptione consolata, ibi fideles viri quos a virilitatis sue robore voluptas
seculi emollire non potuit. Ibi sancte mulieres que cum seculo sexum vicerunt. Ibi pueri qui hic annos suos moribus
transcenderunt. Ibi senes quos hic et etas debiles reddidit et virtus operis non reliquit. Queramus ergo fratres hec pas-
cua in quibus cum tantorum civium solemnitate gaudeamus. Ipsa nos letantium festivitas invitet. Certe si ibi populus
nundinas celebraret, si ad annunciationem dedicationis denuntiata solemnitate conveniret, festinaret omnis simul venire, interesse
unusquisque satageret, grandi se dampno afflictum crederet, si solemnitatem communis leticie non videret. Ecce in celestibus
electorum civium leticia agitur, vicissim de se omnes insuper congratulantur, et tamen nos ab amore eternitatis tepidi
nullo desiderio ardemus et interesse tante solemnitati non querimus, privati gaudiis et leti sumus. Accendamus
ergo animum fratres, recalescat fides in id quod credidit, inardescant ad superna nostra desideria, et sic amare ire est.
interne (?) iam ad interne solemnitatis gaudia nulla nos adversitas revocet, quia et si quis ad locum propositum ire desiderat,
eius desiderium quelibet vie asperitas non immutat. Nulla nos adversitas revocet, prosperitas nulla blandiens
seducat, quia stultus viator est qui in itinere amena prata conspiciens obliviscitur quo tendebat. Toto ergo
desiderio ad superna patria animus anhelet, nihil in hoc mundo appetat quod constat quia citius relinquat, ut si celestis
pastoris veraciter oves sumus, quia in vie delectatione non figimur, vestigia vadentis sequimur, eternis pascuis in p.

In illo tempore dixit ihesus turbis similitudinem hanc. Cum turba plurima conveniret (?) faciem (?). Secundum lucam.
Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat aliud cecidit secus viam et conculcatum est. Et reliqua. Lc xv

Lectio sancti evangelii quam modo fratres karissimi audistis expositione non indiget sed admonitione. Quam enim
per semetipsam veritas exposuit, hanc discutere humana fragilitas non presumit. Sed est quod sollicite in
hac ipsa expositione dominica pensare debeatis, quia si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres
demonia, spinas divitias significare diceremus, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. Unde idem dominus per
semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, ut sciatis rerum significationes querere in his etiam que per semetipsum
noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit, figurate se loqui innotuit, quatenus certos nos redderet cum vobis
nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim unquam mihi crederet, si spinas divitias interpretari vo-
luissem, maxime cum ille pungant, iste delectent. Et tamen spine sunt, quia cogitationum suarum punctionibus mentem
lacerant, et cum usque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene hoc loco alio evangelista testante nequaquam
dominus divitias sed fallaces divitias appellat. Fallaces enim sunt que nobiscum diu permanere non possunt; fal-
laces sunt que mentis nostre inopiam non expellunt. Sole autem divitie vere sunt que nos virtutibus divites
faciunt. Si ergo fratres veri divites esse cupitis, veras divitias amate. Si culmen veri honoris queritis,
ad celeste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis, in illa superna angelorum curia ascribi festinate.
Verba dei que auribus percipitis mente retinete. Cibus enim mentis est sermo dei, et quasi acceptus cibus stomacho
languente reicitur, quando auditus sermo in ventre memorie non retinetur. Sed quisquis alimenta non retinet, huius
profecto vita desperatur. Eterne ergo mortis periculum formidate, si cibum quidem sancte exhortationis accipitis, sed verba
vite, id est alimenta iustitie, non tenetis. Ecce transit omne quod agitis, et ad extremum iudicium sine ulla intercapedine momenti
quotidie volentes nolentes quoque properatis. Cur ergo amatur quod relinquitur? Cur illud negligitur quo pervenitur? Mementote
quod dicitur: Qui habet aures audiendi audiat. Omnes enim qui illic aderant aures corporis habebant, sed qui cunctis
aures habentibus, Qui habet aures audiendi audiat, dicit, aures procul dubio cordis requirebat. Curate ergo ut
acceptus sermo in corde aure maneat. Curate ne semen iuxta viam cadat, ne malignus spiritus veniat et a
memoria verbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat et fructum boni operis sine perseverantie radicibus
mittat. Multis enim libet quod audiunt, boni operis initia proponunt, sed mox ut fatigari adversitatibus ceperint,
inchoata relinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit, que hoc quod germinaverat ad fructum perseverantie non per-
duxit. Multi namque verbum contra avaritiam audiunt, cum eandem avaritiam detestantur, rerum omnium contemptum laudant, sed
mox ut viderit animus quod concupiscat obliviscitur quod laudabat. Multi cum verbum contra luxuriam audiunt, pollutiones
carnis non solum perpetrare non appetunt, sed etiam perpetratas erubescunt, sed mox ut carnis species oculis apparet
sic mens ad desiderium rapitur, ac si adhuc ab ea nihil sit contra eadem desideria deliberatum, et dampnanda agit
que contra hec egisse meminit iam et ipsa dampnaverat. Sepe etiam contra culpas compungimur, et tamen post fletum ad
culpas redimus. Sic Balaam israelitici populi tabernacula contemplatus flevit, eisque se similem fieri in morte
deposcens dixit: Moriatur anima mea morte iustorum et fiant novissima mea horum similia. Sed mox ut hora com-
punctionis transiit, in avaritie nequitia exarsit. Nam propter promissa munera in eius populi mortem consilium dedit,
cuius morti similem se fieri optaverat, et oblitus est quod plangebat, cum extinguere noluit quod per avaritiam ardebat.
Notandum vero est quod exponens dominus dicit quia sollicitudines et voluptates et divitie suffocant verbum. Suffocant
enim quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant, et dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt,
quasi aditum flatus vitalis necant. Notandum etiam quod duo sunt que divitiis iungit, sollicitudines videlicet et voluptates,
que profecto et per curam mentem opprimunt et per affluentiam resolvunt. Res enim contrarie possessores suos et afflictos
et lubricos faciunt. Sed quia voluptas convenire non potest cum afflictione, alio quidem tempore per custodie sue sollicitudinem
affligunt, atque alio per habundantiam voluptatibus emolliunt. Terra autem bona per patientiam fructum reddit, quia scilicet nulla
sunt bona que agimus, si non equanimiter etiam proximorum mala toleramus. Quanto enim quisque altius profecerit, nota
tanto in hoc mundo invenit quod durius portet, quia cum a presenti seculo mentis nostre dilectio deficit, eiusdem seculi

adhuc sub gravi tribulationum fasce desudare. Terrena namque desideria fugiunt et tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem Domini fructum per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic uva calcibus tunditur et in vini saporem liquatur. Sic oliva contusionibus compressa amurcam suam deserit et in olei liquore pinguescit. Sic per trituram aree a paleis grana separantur et ad horreum purgata perveniunt. Quisquis ergo appetit plene vitia vincere, studeat humiliter purgationis sue flagella tolerare, ut tanto post ad iudicem mundior veniat, quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. In ea porticu que euntibus ad ecclesiam beati Clementis est pervia,

Servulus

fuit quidam Servulus nomine, quem multi vestrum mecum noverunt, rebus pauper, meritis dives, quem longa egritudo dissolverat. Nam a primeva etate usque ad finem vite paraliticus iacebat. Quid dicam quia stare non poterat? Qui numquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat, numquam manum suam ad os ducere, numquam se potuit ad latus aliud declinare. Huic ad serviendum mater cum fratre aderat, et quicquid ex elemosina accipere potuisset, hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras noverat, sed scripture sacre sibimet codices emerat, et religiosos quosque in hospitalitate suscipiens, hos coram se legere sine intermissione faciebat. Factumque est ut quantum ad mensuram propriam pertinet plene sacram scripturam disceret, cum sicut dixi litteras funditus ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere, ymnis Deo et laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset ut tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque se iam morti proximum agnovit, peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos admonuit ut surgerent et cum eo psalmos pro expectatione sui exitus decantarent. Cumque cum eis et ipse moriens psalleret, voces psallentium repente compescuit cum terrore magni clamoris dicens: Tacete, numquid non auditis quante resonant laudes in celo? Cumque ad easdem laudes quas intus audierat aurem cordis intenderet, sancta illa anima a carne soluta est. Sed exeunte illa tanta illic fragrantia odoris aspersa est, ut omnes qui illic aderant inestimabili suavitate replerentur, ita ut per hoc patenter agnoscerent quod eam in celo laudes suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit, qui nunc usque vivit et cum magno fletu attestari solet quia quousque corpus eius sepulture traderetur, ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit. Ecce quo fine ex hac vita exiit qui in hac vita flagella equanimiter toleravit. Iuxta ergo Dominicam vocem bona terra fructum per patientiam reddidit, que exarata discipline vomere ad remunerationis segetem pervenit. Sed rogo vos, fratres, attendite quo excusationis argumento in illo districto iudicio erimus nos, qui a bono opere torpentes et res et manus accepimus, si precepta Dominica egeni et sine manibus implent. Nonne contra nos Dominus tunc apostolos et res et manus ostendet, qui ad regnum secum turbas fidelium predicando traxerunt? Nonne contra nos martires exhibebit, qui ad celestem patriam sanguinem fundendo pervenerunt? Quid vero tunc dicturi sumus, cum hunc de quo locuti sumus Servulum viderimus, cuius longa languor brachia tenuit, sed tamen hec a bono opere non ligavit? Sic vobiscum, fratres, agite, sic vos ad studium boni operis instigate, ut cum bonos vobis modo ad imitandum proponitis, eorum consortes tunc esse valeatis.

Secundum Matheum

In illo tempore ductus est Ihesus in desertum a spiritu ut temptaretur a dyabolo. Et cum ieiunasset xl diebus et xl noctibus, postea esuriit. Et accedens temptator dixit ei. Et reliqua.

Dubitari a quibusdam solet a quo spiritu sit Ihesus in desertum ductus, propter hoc quod subditur: Et assumpsit eum dyabolus in sanctam civitatem, et rursum: Assumpsit eum in montem excelsum valde. Sed vere et absque ulla questione convenienter accipitur ut a sancto spiritu in desertum ductus esse credatur, ut illuc eum suus spiritus duceret, ubi hunc ad temptandum spiritus malignus inveniret. Sed ecce cum dicitur Deus homo vel in excelsum montem vel in sanctam civitatem a dyabolo assumptus, refugit mens, humane hoc audire aures expavescunt. Qui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo et alia facta pensamus. Certe iniquorum omnium dyabolus caput est, et huius capitis membra sunt omnes iniqui. An non membrum dyaboli Pilatus fuit? An non membra dyaboli Iudei persequentes et milites crucifigentes fuerunt? Quid ergo mirum si se ab illo permisit in montem duci, qui se pertulit etiam a membris illius crucifigi? Non est ergo indignum Redemptori nostro quod temptari voluit, qui venerat occidi. Iustum quippe erat ut sic temptationes nostras suis temptationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat sua morte superare. Sed sciendum nobis est quod tribus modis temptatio agitur: suggestione, delectatione et consensu. Et nos cum temptamur, plerumque in delectationem aut etiam in consensum labimur, quia de carnis peccato propagati in nobis ipsis etiam gerimus unde certamina toleremus. Deus vero qui in utero Virginis incarnatus in mundum sine peccato venerat, nil contrarietatis in semetipso tolerabat. Temptari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideo omnis illa dyabolica temptatio foris, non intus fuit. Sed si ipsum ordinem temptationis eius aspicimus, pensemus quanta magnitudine nos a temptatione liberamur. Antiquus hostis contra primum hominem parentem nostrum in tribus se temptationibus erexit, quia hunc videlicet gula, vana gloria et avaritia temptavit. Sed temptando superavit, quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe temptavit cum cibum ligni vetiti ostendit atque ad comedendum suasit. Ex vana autem gloria temptavit cum diceret: Eritis sicut dii. Ex avaritia temptavit cum diceret: Scientes bonum et malum. Avaritia enim non solum pecunie est, sed et altitudinis. Recte enim avaritia dicitur cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad avaritiam honor rapina pertineret, nequaquam Paulus de unigenito Dei Filio diceret: Non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo. In hoc ergo dyabolus parentem nostrum ad superbiam traxit, quod eum ad avaritiam sublimitatis excitavit. Sed quibus modis primum hominem stravit, eisdem modis a secundo homine temptato succubuit. Per gulam quippe temptat cum dicit: Dic ut lapides isti panes

fecit. Per vanam gloriam temptavit cum dixit: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Per sublimitatis autem appetitum temptavit cum omnia regna mundi ostendit dicens: Haec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. Sed eisdem modis a secundo homine victus est quibus primum hominem se vicisse gloriabatur, ut a nostris cordibus ipso aditu captus recederet quo nos aditu intromissus tenebat. Sed est aliud, fratres karissimi, quod in hac temptatione dominica considerare debemus, quia temptatus a diabolo Dominus sacri eloquii praecepta respondit, et qui eo verbo quod erat temptatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suae potentiae non ostendit, sola divinae Scripturae praecepta edidit, quatenus nobis suae patientiae praeberet exemplum, ut quotiens a pravis hominibus aliquid patimur ad doctrinam excitemur potius quam ad vindictam. Pensate quanta est patientia Dei et quanta impatientia nostra. Nos si iniuriis aut aliqua laesione provocamur, furore permoti aut quantum possumus nosmetipsos ulciscimur, aut quod non possumus facere minamur. Ecce adversitatem diaboli Dominus pertulit, et nihil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portavit quod punire poterat, ut hoc in laudem eius excresceret quod hostem suum non puniendo sed interim patiendo superaret. Notandum vero quod subditur, quia recedente diabolo angeli ministrabant ei. Qua in re quid aliud quam utriusque naturae in una persona ostenditur? Quia et homo est quem diabolus temptat, et idem ipse Deus est cui ab angelis ministratur. Cognoscamus igitur in eo naturam nostram, quia nisi hunc diabolus hominem cerneret non temptaret. Veneremur in illo divinitatem suam, quia nisi super omnia Deus existeret, ei nullo modo angeli ministrarent. Sed quia his diebus lectio congruit, nam quadraginta dierum abstinentiam nostri redemptoris audivimus, quadragesimae tempus inchoamus, discutiendum nobis est cur haec abstinentia quadraginta dierum numero custodiatur. Moyses enim ut legem acciperet diebus quadraginta ieiunavit. Helyas in deserto quadraginta diebus ac noctibus abstinuit. Ipse auctor hominum ad homines veniens in quadraginta diebus nullum omnino cibum sumpsit. Nos quoque in quantum possumus annuo quadragesimae tempore carnem nostram per abstinentiam affligere conamur. Cur ergo in abstinentia quadragenarius numerus custoditur, nisi quia virtus decalogi per libros quatuor sancti evangelii impletur? Denarius etenim quater ductus in quadragenarium surgit, quia tunc decalogi mandata perficimus cum profecto libros sancti evangelii custodimus. Qua in re sentiri et aliud potest. In hoc enim mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, et per voluptates eiusdem corporis praeceptis dominicis contraimus. Praecepta autem dominica per decalogum sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria decalogi mandata contempsimus, dignum est ut eandem carnem quater decies affligamus. Quamvis de hoc quadragesimae tempore est adhuc aliud quod possit dici. A praesenti enim die usque ad paschalis sollemnitatis gaudia sex ebdomadae veniunt, quarum videlicet dies quadraginta duo fiunt. Ex quibus dum sex dies dominici ab abstinentia subtrahuntur, non plus in abstinentia quam triginta et sex dies remanent. Dum vero per trecentos et sexaginta quinque dies annus ducitur, nos autem per triginta et sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus, ut qui nobismetipsis per acceptum annum vivimus, auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemus. Unde, fratres karissimi, sicut offerre in lege decimas iubemini rerum, ita ei offerre contendite et decimas dierum. Unusquisque in quantum vires suppetunt carnem maceret, eiusque desideria affligat, concupiscentias turpes interficiat, ut iuxta vocem Pauli ad Ro. xii
hostia viva fiat. Hostia quippe immolatur et viva est, quando et ab hac vita homo non deficit et tamen se a carnalibus desideriis occidit. Caro nos laeta traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam. Auctor etenim mortis nostrae per fructum ligni vetiti vitae praecepta transgressus est. Qui ergo a paradisi gaudiis per cibum cecidimus, ad haec in quantum possumus per abstinentiam resurgamus. Sed nemo credat sibi solam abstinentiam posse sufficere, cum per prophetam Dominus dicat: Nonne hoc est ieiunium magis quod elegi? Frange esurienti panem tuum, et egenos Ysa. 58.
vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum, et carnem tuam ne despexeris. Illud ergo ieiunium Deus approbat quod ad eius oculos manum elemosinarum levat, quod cum proximi dilectione agitur, quod pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis alteri largire, ut unde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur. Hinc etenim per prophetam Dominus dicit: Cum ieiunaretis et plangeretis, numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comederetis et biberetis, numquid non vobismetipsis comedistis et vobismetipsis bibistis? Sibi enim comedit et bibit qui alimenta corporis quae sunt communia dona conditoris sine indigentibus percipit. Et sibi quisque ieiunat si ea quae ad tempus subtrahit non pauperibus tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. Hinc per Iohelem dicitur: Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare est adiunctis bonis operibus Iohel 2o
et aliis dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Cessent irae, sopiantur iurgia. Incassum enim caro atteritur si a pravis suis voluptatibus animus non refrenatur, cum per prophetam Dominus dicat: Ecce in die ieiunii vestri invenitur voluntas vestra. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis, et percutitis pugno impie, et omnes debitores vestros repetitis. Notandum quod ait: Omnes debitores vestros repetitis. Neque enim qui a debitore suo hoc quod dedit repetit aliquid iniustum facit, sed dignum est ut quisquis se in paenitentia macerat, etiam hoc quod ei iuste competit relaxet, ut nobis afflictis et paenitentibus a Deo dimittatur quod iniuste egimus, si pro amore illius et hoc quod nobis iuste competit relaxemus, ipso adiuvante qui

Secundum Lucam

In illo tempore designavit Dominus et alios septuaginta duos et misit illos binos ante faciem suam in omnem locum quo erat ipse venturus, et ait illis. Et reliqua. Luce x.

Dominus et salvator noster, fratres karissimi, aliquando nos sermonibus, aliquando vero operibus admonet. Ipsa etenim eius facta praecepta sunt, quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in praedicationem discipulos mittit, quia duo sunt praecepta caritatis, Dei videlicet amor et proximi, et minus quam inter duos caritas haberi non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum caritatem habere dicitur.

per dilectionem se in alterum tendit ut esse caritas possit. Binos ad praedicandum discipulos mittit quatenus hoc nobis tacitus innuat quia qui caritatem erga alterum non habet praedicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Praedicatores enim suos dominus sequitur quia praedicatio praevenit et tunc ad mentis nostrae habitaculum dominus venit quando verba exhortationis praecurrunt atque per hoc veritas in mente suscipitur. Hinc namque eisdem praedicatoribus Ysaias dicit: Parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri. Hinc psalmista illis ait: Iter facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum namque dominus ascendit quia unde in passione occubuit inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit qui mortem quam pertulit resurgendo calcavit. Ei ergo qui ascendit super occasum iter facimus cum nos eius gloriam vestris mentibus praedicamus ut eas ipse post veniens amoris sui praesentia illustret. Missis autem praedicatoribus quid dicat dominus audiamus. Messis quidem multa operarii autem pauci. Rogate autem dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Ecce messis multa sed operarii pauci sunt quod sine gravi merore loqui non possumus quia etsi sunt qui bona audiant desunt qui dicant. Ecce mundus sacerdotibus plenus est sed tamen in messe dei rarus valde invenitur operarius quia officium quidem sacerdotale accipimus sed opus officii non implemus. Sed pensate fratres mei quod dicitur: Rogate dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Vos pro nobis petite ut digna vobis operari valeamus ne ab exhortatione lingua torpeat ne postquam praedicatoris locum suscepimus apud iustum iudicem nostra nos taciturnitas addicat. Saepe enim pro sua nequitia praedicantium lingua restringitur. Saepe vero ex culpa subditorum agitur ut eis qui praesunt praedicationis sermo subtrahatur. Pro sua quippe nequitia praedicantium lingua restringitur sicut psalmista ait: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? Et rursum ex vitio subditorum vox praedicantium prohibetur sicut ad Ezechielem dominus dicit: Linguam tuam adhaerere faciam palato tuo et eris mutus nec quasi vir obiurgans quia domus exasperans est. Ac si aperte dicat: Ideo tibi praedicationis sermo tollitur quia dum me in suis actibus plebs exasperat non est digna cui exhortatio fiat. Ex cuius ergo vitio praedicatori sermo subtrahatur non facile agnoscitur. Quia vero taciturnitas pastoris aliquando sibi semper autem subditis noceat certissime scitur. Sed utinam si ad praedicationis virtutem non sufficimus loci nostri officium in innocentia vitae teneamus. Nam subditur: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Multi autem cum regiminis iura suscipiunt ad lacerandos subditos inardescunt terrorem potestatis exhibent et quibus prodesse debuerant nocent. Et quia caritatis viscera non habent domini videri appetunt patres se esse minime recognoscunt locum humilitatis in elationem dominationis immutant et si quando extrinsecus blandiuntur intrinsecus saeviunt. De quibus veritas alias dicit: Veniunt ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Contra quae omnia considerandum nobis est quod sicut agni inter lupos mittimur ut sensum innocentiae custodientes morsum malitiae non habeamus. Qui enim locum praedicationis accipit mala inferre non debet sed tolerare ut ex ipsa sua mansuetudine iram saevientium mitiget et peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quem et si quando zelus rectitudinis exigit ut erga subditos saeviat furor ipse sit de amore non de crudelitate quatenus et iura disciplinae foris exhibeat et intus paterna pietate diligat quos foris quasi insequendo castigat. Quod tunc bene rector exhibet cum se ipsum diligere per amorem privatum nescit cum nulla quae sunt mundi appetit cum terrenae cupiditatis oneribus nequaquam mentis colla supponit. Unde subditur: Nolite portare sacculum neque peram neque calciamenta et neminem per viam salutaveritis. Praedicatori enim tanta in deo debet esse fiducia ut praesentis vitae sumptus quamvis non provideat tamen sibi hos non deesse certissime sciat ne dum mens eius occupatur ad temporalia minus aliis provideat aeterna. Cui etiam per viam neminem salutare conceditur ut sub quanta festinatione iter praedicationis pergere debeat ostendatur. Quae si quis verba etiam per allegoriam velit intelligere, in sacculo pecunia clausa est, pecunia vero clausa est sapientia occulta. Qui igitur verbum sapientiae habet sed hoc erogare proximo negligit quasi in sacculo pecuniam ligatam tenet. Et scriptum est: Sapientia abscondita et thesaurus occultus quae utilitas in utrisque? Quid vero per peram nisi onera saeculi? Et quid per calciamenta in hoc loco nisi mortuorum operum exempla signantur? Qui ergo officium praedicationis suscipit dignum non est ut onus saecularium negotiorum portet ne dum hoc eius colla deprimit ad praedicanda caelestia non assurgat. Nec debet stultorum operum exempla conspicere ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt etenim multi qui pravitatem suam ex alienis pravitatibus tuentur. Quia enim alios talia fecisse conspiciunt se haec facere licenter putant. Hi quid aliud faciunt nisi pedes suos quasi mortuorum animalium pellibus muniunt? Omnis vero qui salutat in via ex occasione salutat itineris non ex studio optandae eiusdem salutis. Qui ergo non amore aeternae patriae sed praemiorum ambitu salutem audientibus praedicat quasi in itinere salutat quia ex occasione et non ex intentione salutem audientibus praedicat. Sequitur: In quamcumque domum intraveritis primum dicite: Pax huic domui. Et si fuerit ibi filius pacis requiescet super eum pax vestra, sin autem ad vos revertetur. Pax quae ab ore praedicantis offertur aut requiescit si in ea filius pacis fuerit aut ad eundem praedicatorem revertitur quia aut erit quisquam praedestinatus ad vitam et caeleste verbum sequitur quod audit aut si audire noluerit ipse praedicator sine fructu non erit quia ad eum pax revertitur.

qui ei a deo pro labore sui operis recompensabitur. Ecce autem qui peram et sacculum portari prohibuit sumptus et
alimenta ex eadem praedicatione concedit. Nam sequitur: In eadem autem domo manete edentes et bibentes que apud
illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Si pax nostra recipitur dignum est ut in eadem domo ma-
neamus edentes et bibentes que apud illos sunt, ut ab eis terrena stipendia consequamur quibus patrie premia
celestis offerimus. Unde et paulus hec ipsa pro minimo suscipiens dicit: Si nos vobis spiritualia seminavimus magnum
est si vestra carnalia metamus. Et notandum est quod subditur: Dignus est operarius mercede sua, quia de mercede sui
operis alimenta sustentationis, ut hic merces de labore praedicationis incipiat que illic de veritatis visione perficitur.
Qua in re considerandum est quod uni nostro operi due merces debentur: una in via, altera in patria; una que nos
in labore sustentat, altera que nos in resurrectione remunerat. Merces namque que in presenti recipitur hoc in
nobis debet agere ut ad sequentem mercedem robustius tendatur. Omnis ergo praedicator non ideo praedicare debet
ut in hoc tempore mercedem recipiat, sed in eo vite mercedem recipere debet ut praedicare subsistat. Quisquis namque ideo
praedicat ut hic vel laudis vel muneris mercedem recipiat, eterna procul dubio mercede se privat. Quisquis vero vel
ea que dicit ideo placere hominibus appetit ut deo placeat quod dicitur, non ipse, sed dominus ametur, vel ideo
stipendia in praedicatione consequitur ne a praedicationis voce pro indigentia lassetur, huic procul dubio ad recipiendam
mercedem nil obstat in patria quod sumptus suscepit in via. Sed quid nos, quod tamen dico non sine dolore possum,
quid nos o pastores agimus qui et mercedem consequimur et tamen operarii nequaquam sumus. Fructus quippe
sancte ecclesie in stipendia quotidiana percipimus, sed tamen pro eterna ecclesia minime praedicationis laboramus. Pensemus
cuius damnationis sit sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium vivimus, sed quid pro
animabus fidelium laboramus? Illa in usum stipendii sumimus que pro redimendis peccatis fideles obtulerunt,
nec tamen contra eadem peccata vel orationis studio vel praedicationis ut dignum est insudamus. Vix pro culpa sua quempiam
aperta voce reprehendimus. Et adhuc quod gravius est, aliquando si persona in hoc mundo potens sit, eius fortasse et
errata laudantur, ne si adversetur per iracundiam munus subtrahat quod ipse dabat. Sed debemus sine cessatione
meminisse quod de quibusdam in sacra scriptura scriptum est: Peccata populi mei comedent. Cur autem peccata populi comedere
dicuntur nisi quia peccata delinquentium fovent ne temporalia stipendia amittant. Sed et nos qui ex oblatione
fidelium vivimus quas illi pro suis peccatis obtulerunt, si comedimus et tacemus, peccata eorum procul dubio manducamus.
Pensemus ergo cuius sit apud deum criminis peccatorum pretium manducare et nil contra peccata praedicando agere. Audi-
amus quid beatus Job voce dicat: Si adversum me terra mea clamat et cum ipsa sulci eius deflent, si fructus eius Job 31
comedi absque pecunia. Terra etenim contra possessorem suum clamat quando contra pastorem suum iuste ecclesia murmurat.
Cuius et sulci deflent si corda audientium que praecedentium patrum praedicationis voce et vigore fuerant
exarata vident aliquid quod lugeant de vita pastoris. Cuius videlicet fructus terre possessor bonus sine pecunia non
manducat, quia distincte erogat talentum verbi ne ad damnationem suam de ecclesia stipendium sumat alimenti.
Tunc enim de terra nostra cum pecunia fructus comedimus quando sumentes ecclesiastica subsidia in praedicatione labo-
ramus. Praecones namque venturi iudicis sumus. Quis ergo venturum iudicem nuntiet si praeco tacet?
Proinde considerandum nobis est ut in quantum quisque valet, in quantum sufficit, terrorem venturi iudicii et dulcedinem
regni suscepte ecclesie insinuare contendat. Et qui una eademque exhortationis voce non sufficit simul cunctos
admonere, debet singulos in quantum valet instruere, privatis allocutionibus aedificare, exhortatione simplici fructum
in filiorum suorum cordibus querere. Debemus namque pensare sollicite quid ad apostolos dicitur et per apostolos nobis:
Vos estis sal terre. Condire ergo mentes fidelium debemus. Vos igitur qui pastores estis pensate quia dei animalia Mt 5 Sal
pascitis. De quibus profecto alias per psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea. Et saepe videmus quod petra salis
brutis animalibus ponitur ut eandem petram salis lambere debeant et meliorari. Quasi ergo inter bruta
animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare namque sacerdotem necesse est quid singulis dicat, unum-
quemque qualiter moneat, ut quisquis sacerdoti iungitur quasi ex salis tactu eterne vite sapore condiatur.
Sal etenim terre non sumus si corda audientium non condimus. Quod condimentum profecto ille veraciter proximo
impendit qui praedicationis verbum non subtrahit. Sed tunc vere aliis recte praedicamus si dicta rebus ostendimus,
si nosmetipsi divino amore compungimur et humane vite que sine culpa nequaquam ducitur quotidianas
maculas lacrimis lavamus. Tunc autem de nobis vere compungimur, si studiose patrum praecedentium facta
pensamus, ut ex conspecta illorum gloria in nostris nobis oculis nostra vita sordescat. Tunc vere compun-
gimur cum praecepta dei studiose perscrutamur et per haec proficere ipsi contendimus per que iam profecisse novimus
quos veneramur. Hinc est enim quod de moyse scriptum est: Posuit et labium eneum in quo lavaret aaron Exo 38
et filii eius cum ingrederentur in sancta sanctorum. Quod fecit de speculis mulierum que excubabant in ostio taber-
naculi. Labium quippe eneum posuit moyses in quo sacerdotes lavari debeant et purificati ingredi,
ut vestra immunditia ad penetralia sanctorum dei non indigna perveniat. Quod bene labium de specu-
lis mulierum perhibetur factum que ad tabernaculi ostium indesinenter excubabant. Specula quippe mulierum
sunt praecepta dei, in quibus se sancte anime semper aspiciunt et si que sunt in eis foeditatis macule deprehendunt,
cogitationum vitia corrigunt et quasi renitentes vultus velut ex reddita imagine componunt.

quia dum preceptis divinis solerter intendunt, in eis procul dubio vel quid in se celesti viro placeat vel quid displiceat
agnoscunt. Et cum quidem in hac vita sunt, etiam tabernaculum ingredi nequaquam possunt. Sed tamen ad ostium thaber-
naculi mulieres excubant, quia sancte anime et tamen infirmitate adhuc carnis gravantur, amore tamen continuo ingressum
eternum intuitu observant. Moyses ergo labrum sacerdotibus de speculis mulierum fecit, quia lex dei lavacrum com-
punctionis peccatorum nostrorum maculis adhibet, dum ea que sancte anime superno sponso placuerunt intuenda nobis
celestia precepta proponit; quibus si diligenter intendimus, interne nostre imaginis maculas videmus, videntes autem
maculas in penitentie dolore compungimur, compuncti vero quasi in labio mulierum speculis lavamur. Est autem
valde necessarium ut cum de nobis in compunctione afficimur, etiam commissorum nobis vitam zelemus. Sic igitur
nos amaritudo compunctionis afficiat, ut tamen a proximorum custodia non avertat. Quid enim prodest si ama-
tores nosmetipsos relinquimus proximos, aut quid vicissim prodest si amatores vel zelatores proximos relinquimus
nosmetipsos? In ornamento quippe thabernaculi bis tinctus coccus offerri precipitur, ut ante dei oculos
caritas nostra dei et proximi amore coloretur. Ille autem se vere diligit qui pure diligit auctorem.
Tunc ergo coccus bis tingitur, quando erga se et proximum ex amore veritatis animus inflammatur. Sed inter hec
sciendum nobis est ut sic occurrat zelus rectitudinis contra prava acta proximorum, quatenus in furore discretionis
nullatenus linquatur virtus mansuetudinis. Ira etenim sacerdotis nequaquam debet esse preceps et perturbata, sed magis
ex consilii gravitate mitigata. Et portare enim debemus quos corrigimus, et corrigere quos portamus, ne
si quod utrumque unum defuerit, vel in furore vel in mansuetudine actio sacerdotalis non sit. Hinc namque est quod
in templi mysterio in basibus templi sculptili opere leones et boves et cherubim compositi sunt. Cherubim
quippe est plenitudo scientie. Sed quid est quod in basibus templi vel leones sine bobus vel boves sine leonibus
sunt? Quid enim aliud designant bases in templo nisi sacerdotes in ecclesia, qui dum sollicitudines
regiminis tolerant, quasi more basium superpositum onus portant? In basibus ergo cherubim componuntur, quia
decet ministrorum ut pectora sacerdotum plenitudine scientie sint repleta. Per leones autem terror severitatis, per bo-
ves autem patientia mansuetudinis figuratur. Itaque in basibus vel leones sine bobus vel boves sine leonibus
componuntur, quia semper in sacerdotali pectore cum terrore severitatis custodiri debet virtus mansuetudinis, ut et iram
mansuetudo condiat et eandem mansuetudinem ne forte dissoluta sit zelus districtionis accendat.
Sed ista cur loquimur, cum adhuc pleriosque gravioribus factis accusationibus videamus? Nobis enim sacerdotibus lu-
gens loquor, quia nonnullos vestrum cum pretiis facere ordinationes agnovimus, spiritualem gratiam vendere, et de
alienis iniquitatibus cum peccati dampno temporalia lucra cumulare. Cur ergo ad memoriam vestram non redit
quod voce dominica precipitur: Gratis accepistis, gratis date? Cur non ante mentis oculos revocatur
quod templum redemptor noster ingrediens cathedras vendentium columbas evertit et nummulariorum es effudit?
Qui namque sunt in templo dei hodie qui columbas vendunt, nisi qui in ecclesia dei pretium de impositione
manus accipiunt, per quam videlicet impositionem spiritus sanctus celitus datur? Columba ergo venditur, quia manus impositio
per quam spiritus accipitur ad pretium prebetur. Sed redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit, quia talium
negotiatorum sacerdotium destruit. Hinc est quod sacri canones symoniacam heresim dampnant et eos sacerdo-
tio privari precipiunt qui de largiendis ordinibus pretium querunt. Cathedras vendentium columbas
evertit, quia hi qui spiritualem gratiam venundant vel ante humanos vel ante dei oculos sacerdotio privantur.
Et quidem multa sunt alia prepositorum mala que humanos modo oculos latent, et plerumque pastores se
sanctos hominibus exhibent atque in occultis suis videri turpes ante interni arbitri oculos non erubescunt.
Veniet profecto dies ille, ut longe est, in quo pastor appareat et uniuscuiusque facta in publicum de-
ducat. Et qui modo per prepositos culpas subditorum ulciscitur, tunc prepositorum mala semet per semet-
ipsum dampnabit. Unde ingressus in templum per se quasi flagellum de funiculis fecit et de domo dei pravos
negotiatores eiecit, cathedras vendentium columbas evertit, quia subditorum quidem culpas per pastores
percutit, sed pastorum vitia per semetipsum ferit. Certe non negare possumus quod latenter agimus; ille iterum iudex ve-
turus est, cui tacendo quisque se non potest celare, quem negando non potest fallere. Est et aliud fratres karissimi
quod me de vita pastorum vehementer affligit, sed ne cui hoc iniuriosum videatur, fortasse quod assero
me quoque pariter accuso, quamvis barbarici temporis compulsus valde in his incumbens iaceo. Ad exteriora enim
negotia dilapsi sumus, et aliud ex honore suscepimus atque aliud officio actionis exhibemus. Ministerium
predicationis relinquimus, et ad penam nostram, ut video, episcopi vocamur, qui honoris nomen non virtutem tenemus.
Relinquunt namque deum hi qui nobis commissi sunt, et tacemus; in pravis actionibus iacent, et correctionis
manum non tendimus; quotidie per multas nequitias pereunt, et eos ad infernum tendere negligenter videmus.
Sed quando nos vitam corrigere valeamus alienam, qui negligimus nostram? Curis enim secularibus intenti, tanto
insensibiliores intus efficimur, quanto in his que foris sunt studiosiores videmur. Usu quippe cure
terrene a celesti desiderio obdurescit animus; et dum ipse suo usu durus efficitur per actionem seculi, ad ea mol-
liri non valet que pertinent ad caritatem dei. Unde bene sancta ecclesia de membris suis infirmantibus dicit:

Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi. Vineae quippe nostrae actiones sunt quas usu quoti-
diani laboris excolimus. Sed custodes in vineis positi nostram vineam non custodimus, quia dum extraneis actionibus
implicamur, ministerium nostrae actionis negligimus. Nullum puto fratres karissimi ab aliis maius praeiudicium quam a sacerdotibus
tolerat Deus, quando eos quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit, quando ipsi pec-
camus qui compescere peccata debuimus. Plerumque quod est gravius sacerdotes qui propria dare debuerant etiam aliena di-
ripiunt. Plerumque si quos humiles, si quos continenter vivere conspiciunt irrident. Considerate quid de gregibus
agitur cum lupi pastores fiunt. Hi custodiam gregis suscipiunt qui insidiari gregi dominico non metuunt contra
quos Dei greges custodiri debuerant. Nulla animarum lucra quaerimus, ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concu-
piscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quo ceteris praelati sumus ad agenda quaelibet licentiam habemus,
susceptae benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum. Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus,
locum sanctitatis accipimus et terrenis actibus implicamur. Impletum in nobis est profecto quod scriptum est: Et erit sicut populus
sic sacerdos. Sacerdos enim non distat a populo quando nullo vitae suae merito vulgi transcendit actionem. Imploremusque
Ieremiae lacrimas qui aspexit mortem nostram et dicit deplorans: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color
optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum. Aurum quippe obscuratum est quia sacerdotum vita
aliquando per gloriam virtutum clara nunc per actiones infimas ostenditur reproba. Color optimus est mutatus quia ille
sanctitatis habitus per terrena et abiecta opera ad ignominiam venit despectionis. Lapides sanctuarii intus habebantur
ut micabant in summi sacerdotis veste, cum ipse sancta sanctorum ingrediens in secreto sui conditoris apparebat.
Nos ergo fratres karissimi nos sumus lapides sanctuarii qui apparere semper debemus in secreto Dei, quos numquam
necesse est foris conspici, id est numquam in exterioribus actibus videri. Sed dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium pla-
tearum, quia hii qui vita et ordine intus semper esse debuerant ad secularia negotia vacant. Ecce iam pene nulla
est secularis actio quam non sacerdotes ministrent. Dum ergo in sancto habitu constituti exteriora quaeque exhibent, quasi
sanctuarii lapides foris iacent. Quia enim graece platea a latitudine vocatur, sanctuarii lapides in
plateis sunt, quia religiosi quique lata mundi itinera sequuntur. Nec solum in plateis sed in capite platearum
dispersi sunt, quia et per desiderium summa mundi opera peragunt, et tamen de religioso habitu culmen honoris quaerunt. In ca-
pite ergo platearum dispersi sunt quia et iacent per ministerium operis et honorari volunt de imagine sanctitatis. Quanto
autem mundus gladio feriatur aspicitis, quibus quotidie percussionibus intereat populus videtis. Cuius hoc nisi nostro
praecipue peccato agitur? Ecce depopulatae urbes, eversa castra, ecclesiae ac monasteria in solitudinem agri redacti
sunt. Sed nos pereunti populo auctores mortis existimus, qui debuimus esse duces ad vitam. Ex nostro enim
peccato populi turba prostrata est, quia faciente nostra negligentia ad vitam erudita non est. Quid enim animas hominum
nisi cibum Domini dixerim, quae ad hoc sunt conditae ut in eius corpore traiciantur, id est in augmentum aeternae ecclesiae tendant?
Sed huius cibi condimentum nos esse debuimus. Sicut enim paulo superius praefati sumus, missis praedicatoribus dicitur:
Vos estis sal terrae. Si ergo cibus Dei populus est, condimentum cibi sacerdotes esse debuerunt. Sed quia nos ab
oratione et eruditione sancta usu cessamus, sal infatuatum est, condire non praevalet cibos, atque ideo ab auc-
tore non sumuntur, quia exigente fatuitate nostra minime condiuntur. Pensemus quis unquam per linguam
nostram conversus est, quis de pravis suis operibus nostra increpatione correptus paenitentiam egit, quis luxuriam ex
nostra eruditione deseruit, quis avaritiam, quis superbiam declinavit. Pensemus quod lucrum Deo fecimus
qui accepto talento ab eo ad negotium missi sumus. Ecce iam venit, de nostro negotio lucrum quaerit.
Quale ei animarum lucrum de nostra negotiatione monstrabimus? Quot eius conspectui animarum manipulos
de praedicationis nostrae segete illaturi sumus? Ponamus ante oculos nostros illum districtionis diem quo iudex
veniet et rationem cum servis suis quibus talenta tradidit ponet. Ecce in maiestate terribili inter angelorum
atque archangelorum choros videbitur, et in illo tanto examine electorum omnium et reproborum multitudo
deducetur, et unusquisque quid sit operatus ostendetur. Ibi Petrus cum Iudaea conversa quam post se traxit ap-
parebit. Ibi Paulus conversum, ut ita dixerim, mundum ducens. Ibi Andreas post se Achaiam, ibi Iohannes
Asiam, Thomas Indiam in conspectu iudicis conversam ducet. Ibi omnes dominici gregis arietes cum animarum
lucris apparebunt, qui cum sanctis suis praedicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cum ergo tot
pastores cum gregibus suis ante aeterni pastoris oculos venerint, quid nos miseri dicturi sumus,
qui ad Dominum nostrum post negotium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus et oves quas
ex nutrimento nostro debeamus ostendere non habemus? Hic pastores vocati sumus et ibi gregem non ducimus.
Sed numquid si nos negligimus omnipotens deserit oves suas? Nullo modo. Nam ipse eas sicut per prophetam polli-
citus est per semetipsum pascit, et omnes quos praedestinavit ad vitam flagellorum et compunctionis spiritu
erudit. Et per nos quidem fideles ad sanctum baptisma veniunt, nostris precibus benedicuntur et per impositionem
manuum nostrarum a Deo spiritum sanctum percipiunt, atque ipsi ad regnum caeleste pertingunt. Et ecce nos per
negligentiam nostram deorsum tendimus. Ingrediuntur electi sacerdotum manibus expiati caelestem patriam, et sa-
cerdotes ipsi per vitam reproborum ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei, cui similes dixerim sacer-
dotes malos nisi aquae baptismatis, quae peccata baptizatorum diluens illos ad caeleste regnum

mittit et ipsa in cloacas descendit. Timeamus ergo fratres karissimi. Conveniat actionem nostram ministerium nostrum. De peccato-
rum nostrorum quotidie relaxacione cogitemus ne nostra vita peccatis obligata remaneat, per quam omnipotens dominus quotidie
alios salvet. Consideremus sine cessacione quid sumus, pensemus negocium nostrum, pensemus pondus quod suscepimus.
Faciamus nobiscum racionem quas cum nostro iudice habemus et sic debemus agere curam nostri ut non negligamus curam proxi-
mi, ut quisquis ad nos iungitur ex nostre lingue sale condiatur. Cum vacantem quempiam et lubricum videmus admo-
nendus est ut coniugio refrenare studeat inquietudinem suam quatenus per hoc quod licet discat superare quod non licet. Cum co-
niugatum videmus, admonendus est ut sic exerceat curam seculi ne postponat amorem dei. Sic placeat voluntati
coniugis, ut non displiceat conditori. Cum clericum videmus admonendus est quatenus sic vivat ut exemplum vite secularibus pre-
beat, ne si quid illum iuste reprehendit, ex eius vicio ipsa religionis nostre estimacio gravetur. Cum monachum
videmus, admonendus est ut reverencia habitus sui in actu, in locucione, in cogitacione sua semper conspiciatur, et que
mundi sunt perfecte deserat et quod humanis oculis habitu hoc ante dei oculos moribus pretendat. Iste itaque
qui iam sanctus est admoneatur ut crescat. Ille vero adhuc iniquus est admoneatur ut se corrigat, quatenus quisquis ad
sacerdotem se intulerit, sale sermonis illius conditus redeat. Hec fratres vobiscum sollicite cogitate, hec proximis vestris impen-
dite, omnipotenti deo fructum vos reddere de negocio quod accepistis parate. Sed ista que dicimus melius apud vos
orando quam loquendo obtinebimus. Oremus. Deus qui nos pastores in populo vocari voluisti, presta quesumus ut
hoc quod humano ore dicimur in tuis oculis esse valeamus. Per. **Secundum Johannem**

In illo tempore dixit Jhesus turbis. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? et cetera.

Pensate fratres karissimi mansuetudinem dei. Relaxare peccata venerat et dicebat: Quis ex vobis arguet me
de peccato? Non dedignatur ex racione se ostendere peccatorem non esse, qui ex virtute divinitatis poterat peccatores
iustificare. Sed terribile est valde quod subditur: Qui ex deo est verba dei audit; propterea vos non auditis
quia ex deo non estis. Si enim ipse verba dei audit qui ex deo est et audire verba dei non potest quisquis ex deo
non est, interroget se unusquisque si verba dei in aure cordis percipit et intelliget unde sit. Celestem patriam
desiderare veritas iubet, carnis desideria conteri, mundi gloriam declinare, aliena non appetere, propria largiri. Penset
ergo apud se unusquisque vestrum si hec vox dei in cordis aure convaluit et quia iam sit ex deo agnoscit. Nam
sunt nonnulli qui precepta dei nec aure corporis percipere dedignantur. Et sunt nonnulli qui hec quidem corporis aure
percipiunt sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba suscipiunt ita ut eciam fle-
tibus compungantur, sed post lacrimarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hii profecto verba dei non audiunt qui hec exercere
in opere contempnunt. Vitam ergo vestram fratres karissimi ante mentis oculos revocate et alta consideracione pertimescite
hoc quod ex ore veritatis sonat: Propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Sed hoc quod de reprobis veritas loquitur,
ipsi hoc de semetipsis reprobi suis operibus ostendunt. Nam sequitur: Responderunt igitur iudei et dixerunt: Nonne bene
dicimus nos quia Samaritanus es et demonium habes? Accepta autem tanta contumelia quid dominus respondeat audiamus:
Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum. Samaritanus enim interpretatur custos, et ipse veraciter
custos est, de quo psalmista ait: Nisi dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Et cui per
Ysaiam dicitur: Custos, quid de nocte? Respondere noluit dominus: Samaritanus non sum, sed: Ego demonium non habeo.
Duo quippe ei illata fuerant: unum negavit, aliud tacendo consensit. Custos namque humani generis venerat et
et si se Samaritanum esse non diceret, esse se custodem negaret. Sed tacuit quod recognovit et pacienter repulit
quod dictum fallaciter audivit, dicens: Ego demonium non habeo. In quibus verbis quid aliud nisi superbia nostra con-
funditur, que si exagitata vel leviter fuerit, atrociores iniurias reddit quam acceperit et mala que potest minatur ^facit
eciam que facere non potest. Ecce iniuriam suscipiens deus non irascitur, non contumeliosa verba reddit. Qui si eis
ista diceret: Videte voluissem, demonium vos habetis, verum profecto diceret, quia nisi impleti demonio fuissent,
tam perversa de deo loqui non possent. Sed accepta iniuria eciam quod verum erat dicere veritas noluit, ne non
dixisse veritatem sed provocatus contumeliam reddidisse videretur. Ex qua re quid nobis innuitur nisi ut eo tempore
quo a proximis de falsitate accipimus contumelias, eorum eciam vera mala taceamus, ne ministerium iuste correctionis
in arma vertamus furoris. Sed quia quisquis zelo veritatis accingitur a pravis dehonestatur, in semetipso nobis dominus
paciencie prebuit exemplum qui ait: Sed honorifico patrem meum et vos inhonorastis me. Sed quid nobis ad ista
faciendum sit, adhuc admonet nos exemplo cum subiungit: Ego autem non quero gloriam meam, est qui querat
et iudicet. Scimus certe quia scriptum est: Pater omne iudicium dedit filio. Et tamen ipse filius iniuriam accipiens gloriam
suam non querit, illatas contumelias patris sui iudicio servat, ut nobis profecto innuat quanto nos pacientes
esse debemus, cum se ulcisci adhuc non vult et ipse qui iudicat. Cum vero malorum pravitas crescit non solum
frangi predicacio non debet, sed augeri. Quod suo exemplo dominus nos admonet, qui postquam demonium habere dictus est,
predicacionis sue beneficia largius impendit dicens: Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit,
mortem non videbit in eternum. Sed sicut necesse est bonos ut meliores eciam per contumelias existant, ita semper
reprobi de beneficio peiores fiunt. Nam accepta predicacione iterum dicunt: Nunc cognovimus quia demonium habes.
Quia enim eterne morti inherebant, eandem mortem cui inherebant non videbant. Dum solam mortem carnis
aspicerent, in veritatis sermone caligabant dicentes: Abraham mortuus est et prophete, et tu dicis: Si quis sermonem

meum servaverit mortem non videbit in eternum vir et ipsi veritati auctori Abraham et prophetas qui venerantes pretulerunt.
Sed aperta nobis racione ostenditur quia qui deum nesciunt dei quoque famulos false venerantur. Et notandum quod videt eos dominus
apta sibi impugnacione resistere et tamen se eis iterata non desinit voce predicare dicens: Abraham pater vester exultavit
ut videret diem meum, vidit et gavisus est. Tunc quippe diem domini Abraham vidit cum in figura summe trinitatis
tres angelos hospicio suscepit, quibus profecto susceptis sic tribus quasi uni locutus est, quia etsi in personis numerus
trinitatis est, in natura unitas est divinitatis. Sed carnales mentes audiencium oculos a carne non sublevant, dum
in eo solam carnis etatem pensant dicentes: Quinquaginta annos nondum habes et Abraham vidisti? Quos benigne
redemptor noster a carnis sue intuitu submovit et ad divinitatis contemplacionem trahit dicens: Amen amen dico vobis
antequam Abraham fieret ego sum. Ante enim preteriti temporis est, sum presentis. Et quia preteritum et futurum tempus divinitas non
habet sed semper esse habet, non ait: Ante Abraham ego fui, sed ante Abraham ego sum. Unde ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum
et: Dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos. Ante ergo vel post Abraham habuit, qui et accedere potuit per
exhibicionem presencie et recedere per cursum vite. Veritas vero semper esse habet, quia ei quicquam nec priori tempore incipit nec
subsequente terminatur. Sed sustinere ista eternitatis verba mentes infidelium non valentes ad lapides currunt,
et quem intelligere non poterant obruere querebant. Quid autem dominus contra furorem lapidancium fecerit ostenditur cum
protinus subditur: Iesus autem abscondit se et exivit de templo. Mirum namque est fratres karissimi cur persecutores
suos dominus se abscondendo declinavit, qui si potenciam sue divinitatis exercere voluisset, tacito mentis nutu eos in
suis ictibus ligaret aut in pena subite mortis obrueret. Sed qui pati venerat exercere iudicium nole-
bat. Certe sub ipso passionis tempore et quantum potuit ostendit et tamen hoc ad quod venerat pertulit. Nam cum perse-
cutoribus se querentibus diceret: Ego sum, sola hac voce eorum superbiam perculit et omnes in terram stravit. Qui ergo
hic in loco potuit manus lapidancium non abscondendo evadere, cur abscondit se nisi quia homo inter homines
factus redemptor noster nobis verbo alia loquitur, alia exemplo? Quid autem nobis hoc exemplo loquitur nisi
ut etiam cum resistere possumus iram superbiencium humiliter declinemus? Unde et per Paulum dicitur: Date locum ire. Quanta
humilitate iram proximi fugere debeat pensat homo, si furores irascencium abscondendo se declinat deus. Nemo ergo
se contra acceptas contumelias iniurias erigat, nemo inferens contumeliam reddat. Imitacione etenim dei glo-
riosius est contumelias tacendo fugere quam respondendo superare. Sed contra hec superbia dicit in corde: Turpe est ut
accepta iniuria taceas. Quisquis conspiciat quia contumelia accipis et taces, non putat quia pacienciam exhibes
sed culpam agnoscis. Sed unde vox ista contra pacienciam in corde nostro nascitur nisi quia in via cogitacionis
figimus et dum in terra gloriam querimus, placere ei qui nos de celo conspicit non curamus. Accepta ergo con-
tumelia meditemur in opere vocem dei: Ego gloriam meam non quero; est qui querat et iudicet. Hoc autem
quod de domino scriptum est: Iesus autem abscondit se, intelligi et aliter potest. Multa quippe iudeis predicabat,
sed predicacionis eius verba deridebant. Deteriores quoque ex predicacione facti sunt qui usque ad iaciendos lapides
pervenerunt. Et quid abscondendo se dominus signat nisi quod eis ipsa veritas absconditur qui eius verba sequi
contempnunt? Eam quippe quam non invenit humilem veritas fugit mentem. Et quam multi sunt hodie qui iudeorum
duriciam detestantur, quia predicatorem dominum audire noluerunt, et tamen illos quales arguunt fuisse ad fidem
tales ipsi sunt ad operacionem. Precepta domini audiunt, miracula cognoscunt, sed corrigi a pravitatibus suis renuunt.
Ecce vocat et redire nolunt, expectat sustinet et eius pacienciam dissimulant. Dum ergo tempus est, fratres, pravitatem
suam unusquisque deserat et dei pacienciam pertimescat, ne quem nunc tranquillum despicit iratum postmodum
In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Simile est regnum celorum. ¶ nequaquam possit. Secundum matheum
homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Et reliqua.
In explanacione sua multa ad loquendum sancti evangelii leccio postulat, quam volo si possum sub bre-
vitate perstringere, ne vos extensa processio et prolixa exposicio videatur onerare. Regnum celorum
patrifamilias simile dicitur qui ad excolendam vineam suam operarios conducit. Quis vero patrisfami-
lias figuram rectius tenet quam conditor noster qui regit quos condidit et electos suos in hoc mundo
sic possidet quasi subditos dominus in domo. Qui habet vineam, videlicet universalem ecclesiam, que ab Abel iusto usque ad
ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit quasi tot palmites misit. Hic itaque
paterfamilias ad excolendam vineam suam mane, hora tercia, sexta, nona et undecima operarios conducit,
quia a mundi huius inicio usque ad finem ad erudiendam plebem fidelium predicatores congregare non destitit.
Mane etenim fuit ab Adam usque ad Noe, hora vero tercia a Noe usque ad Abraham, sexta quoque ab Abra-
ham usque ad Moysen, nona autem a Moyse usque ad adventum domini, undecima autem ab adventu domini usque ad
finem mundi, in qua predicatores sancti apostoli missi sunt, qui mercedem plenam acceperunt sed tarde venientes.
Ad erudiendam ergo dominus plebem suam quasi ad excolendam vineam suam nullo tempore destitit operarios mitte-
re, quia et prius per patres et postmodum per legis doctores, deinde per prophetas, ad extremum vero per apostolos plebis
sue mores excoluit quasi per operarios vinee culturam laboravit. Quamvis in quolibet modulo vel mensura
quisquis cum fide recta bone actionis extitit, huius vinee operarius fuit. Operator ergo mane, hora
tercia, sexta et nona antiquus ille et hebraicus populus designatur, qui in electis suis ab ipso mundi exordio

deum recta fide deum studuit colere, quasi non destitit in vinee cultura laborare. Undecima vero gentiles vocantur,
quibus et dicitur: Quid hic statis tota die ociosi? Qui enim iam transacto longo mundi tempore pro vita sua la-
borare neglexerant, quasi tota die ociosi stabant. Sed pensate fratres quid inquisiti respondeant. Dicunt enim:
Quia nemo nos conduxit. Nullus quippe ad eos patriarcha, nullus propheta venerat. Et quid est dicere: Ad laborem
nemo nos conduxit, nisi vite nobis vias nemo predicavit? Quid ergo nos ab opere bono cessantes
in excusatione nostra dicturi sumus, qui pene a matris utero ad fidem venimus, qui verba vite ab ipsis
cunabulis audivimus, qui ab uberibus sancte ecclesie potum superne predicationis sumpsimus cum lacte carnis? Pos-
sumus vero et easdem diversitates horarum etiam ad unumquemque hominem per etatum momenta distinguere.
Mane quippe intellectus nostri pueritia est. Hora autem tercia adolescentia intelligi potest, quia quasi iam sol
in altum proficit, dum calor etatis crescit. Sexta vero iuventus est, quia velut in centro sol figitur, dum in
ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem senectus intelligitur, in qua velut sol ab alto axe descendit,
quia etas a calore iuventutis deficit. Undecima vero hora est que decrepita vel veterana dicitur. Unde et
Greci valde seniores non gerontas sed presbiteros appellant, ut plus quam senes esse insinuent quos
provectiores vocant. Quia ergo ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in iuventute,
alius in senectute, alius in decrepita etate perducitur, quasi diversis horis operarii ad vineam vocantur.
Mores ergo vestros fratres aspicite, et si iam dei operarii estis videte. Penset unusquisque quod agat
et consideret si in domini vinea laboret. Qui enim in hac vita ea que sua sunt querit, adhuc ad domini vi-
neam non venit. Illi namque domino laborant qui non sua sed domini lucra laborant et cogitant, qui zelo caritatis,
studio pietatis inserviunt, animabus lucrandis invigilant, perducere et alios secum ad vitam festinant. Nam qui
sibi vivit, qui carnis sue voluptatibus pascitur, recte ociosus redarguitur, quia fructum divini operis non sectatur.
Qui vero usque ad etatem ultimam deo vivere neglexit, quasi usque ad undecimam ociosus stetit. Unde et recte usque
ad undecimam torpentibus dicitur: Quid hic statis tota die ociosi? Ac si aperte dicatur: Et si deo in pueritia et in
iuventute vivere noluistis, saltem in ultima etate resipiscite, et ad vite vias cum iam multum laboraturi
non estis vel sero venite. Et tales ergo paterfamilias vocat, et plerumque ante remunerantur, qui prius ad
regnum de corpore exeunt quam hi qui in pueritia vocati esse videbantur. An non undecima venit latro,
qui etsi non habuit per etatem, tamen sero per penam, qui deum in cruce confessus est, et pene cum voce
sententie spiritum exalavit vite. A novissimo autem denarium paterfamilias reddere cepit, quia ad paradisi gau-
dia prius latronem quam Petrum perduxit. Quanti patres ante legem, quanti sub lege fuerunt, et tamen hi qui in domini
adventu vocati sunt ad celorum regnum sine aliqua tarditate pervenerunt. Eundem ergo denarium acceperunt
qui laboraverunt ad undecimam, quem expectaverunt toto desiderio qui laboraverunt ad primam, quia equalem vite
eterne retributionem sortiti sunt cum his qui a mundi initio vocati fuerant hi qui in mundi fine ad dominum ve-
nerunt. Unde et hi qui in labore precesserant murmurantes dicunt: Hi novissimi una hora fecerunt, et
pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et estus. Pondus diei et estus portaverunt
hi quos ab initio mundi quia diu contigit hic vivere, necesse fuit et longiora carnis temptamenta tolerare.
Unicuique enim pondus diei et estus ferre est per longioris vite tempora carnis sue calore fatigari. Sed queri
potest cur murmurasse dicti sunt qui saltem ad regnum sero vocantur. Celorum etenim regnum nullus murmurans
accipit, nullus qui accipit murmurare potest. Sed quia antiqui patres usque ad adventum domini quamlibet iuste vixerunt,
ducti ad regnum non sunt nisi descenderet qui paradisi claustra hominibus interpositione sue mortis aperiret,
eorum hoc ipsum murmurasse est quod et recte pro percipiendo regno vixerunt, et tamen diu ad percipiendum regnum
dilati sunt. Quos enim post peracta iusticie opera inferni loca quamvis tranquilla susceperunt, eis profecto et labo-
rasse fuit in vinea et murmurasse. Quasi ergo post murmurationem denarium accipiunt qui post longa tempora inferni
ad gaudia regni pervenerunt. Nos autem qui ad undecimam venimus, post laborem non murmuramus et denarium accipimus,
quia post mediatoris adventum in hunc mundum venientes ad regnum ducimur mox ut de corpore eximus, et id
sine mora percipimus quod antiqui patres cum magna percipere dilatione meruerunt. Unde et isdem paterfamilias
dicit: Volo et huic novissimo dare sicut et tibi. Et quia ipsa regni perceptio eius est bonitas voluntatis,
recte subiungitur: An non licet mihi facere quod volo? Stulta enim questio est hominis contra benignitatem dei. Conquerendum
quippe esset si non daret quod debebat, non si daret quod non debebat. Unde et aperte subditur: An oculus tuus
nequam est quia ego bonus sum? Nemo autem de opere, nemo de tempore se extollat, cum hac expleta sententia subse-
quens veritas clamet: Sic erunt novissimi primi et primi novissimi. Ecce enim et si iam scimus
que vel quanta bona egimus, adhuc supernus iudex qua subtilitate examinet ignoramus. Et quidem
gaudendum vel studendum est cuique summopere in regno dei esse vel ultimum. Sed post hec terribile est valde quod
sequitur: Multi autem sunt vocati, pauci vero electi. Quia et ad fidem plures veniunt, et ad celeste regnum pauci
perducuntur. Ecce enim ad hodiernam festivitatem quam multi convenimus, ecclesie parietes implemus, sed tamen quis
sciat quam pauci sunt qui in illorum electorum dei grege numerentur. Ecce enim vox omnium Christum clamat,

si vita eum non clamat. plerique deum vocibus sequuntur moribus fugiunt. Hinc etenim ad Titum Paulus dicit: Qui confitentur se nosse deum factis autem negant. Hinc Iacobus ait: Fides sine operibus mortua est. Hinc per psalmistam ait dominus: Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Vocante domino super numerum multiplicantur fideles, quia nonnunquam etiam hi ad fidem veniunt qui ad electorum numerum non pertingunt. Hic enim fidelibus per confessionem admixti sunt, sed propter vitam reprobam illic numerari in sorte fidelium non merentur. Hoc ovile sancte ecclesie edos cum agnis recipit, sed attestante evangelio cum iudex venerit bonos a malis separat, sicut pastor segregat oves ab edis. Neque enim possunt qui hic carnis sue voluptatibus serviunt illic in ovium grege numerari. Illic eos a sorte humilium iudex separat qui hic in superbie cornibus exaltantur. Regnum celorum percipere nequeunt qui hic etiam celesti fide positi toto desiderio terrena conquirunt. Et multos tales fratres in ecclesia cernitis, sed non eos imitari nec desperare debetis. Quid enim sit hodie aspicitis, sed quid futurum sit cras nescitis. Plerumque etiam qui nos post venire cernuntur per agilitatem nos boni operis antecedunt, et vix eos cras sequimur quos hodie previdebamus. Certe cum Stephanus pro fide moreretur, Saulus vestimenta lapidantium servabat. Omnium ergo manibus ipse lapidavit qui ad lapidandum omnes expeditos reddidit, et tamen eundem ipsum in sancta ecclesia laboribus antecessit quem persequendo martyrem fecit. Duo ergo sunt que sollicite pensare debemus, quia enim multi vocati, pauci vero electi sunt, primum est ut de se quisque minime presumat, quia etsi iam ad fidem vocatus est, utrum perhenni regno dignus sit nescit. Secundum vero est ut unusquisque proximum quem fortasse iacere in vitiis conspicit desperare non audeat, quia divine misericordie divitias ignorat. Rem fratres que nuper contigit refero, ut si vos peccatores esse conspicitis omnipotentis dei misericordiam amplius ametis. Ante triennium in monasterio meo quod iuxta beatorum martyrum Iohannis et Pauli ecclesiam situm est frater quidam ad conversionem venit, devote susceptus, sed ipse devotius conversatus. Hunc ad monasterium frater suus secutus est corpore non corde. Nam valde conversionis vitam et habitum detestans, in monasterio ut hospes habitabat, et monachorum vitam moribus fugiens recedere a monasterii habitatione non poterat, quia quid ageret vel unde viveret non habebat. Erat eius pravitas cunctis onerosa, sed hunc omnes equanimiter pro fratris amore tolerabant. Nam superbus et lubricus, si qua post hoc seculum sequeretur vita nesciebat. Irridebat vero si quis illi hanc predicare voluisset. Atque cum habitu seculari in monasterio vivebat levis verbis, nutibus et actibus instabilis, tumidus veste compositus, actione dissipatus. Mense autem iulio nuper elapso hac quam nostis pestilentie clade percussus est, qui ad extremum veniens urgeri cepit ut animam redderet. Et ultima iam corporis parte premortua vitalis vita in solo pectore et lingua remanserat. Fratres aderant eius quique exitum in quantum deo largiente poterat oratione tuebantur. At ille subito ad devorandum se draconem venire conspiciens magnis cepit vocibus clamare dicens: Recedite, ecce draconi datus sum ad devorandum, propter vestram presentiam me devorare non potest. Quid mihi moras facitis? Date ei locum ut devorare me liceat. Cumque hunc fratres ut signum sibi crucis imprimeret admonerent, videbat virtute qua poterat dicens: Volo me signare sed non possum, quia squamis draconis premor. Spume oris eius faciem meam liniunt, guttur eius os meum suffocat. Ecce ab eo mea brachia comprimuntur, qui iam caput meum in suo ore absorbuit. Cumque hec ille pallens et tremens et moriens diceret, ceperunt fratres vehementius orationibus insistere et oppressum draconis presentia suis precibus adiuvare. Tunc repente liberatus magnis cepit clamoribus clamare dicens: Deo gratias. Ecce discessit, ecce exiit, ante orationes vestras fugit draco qui me ad devorandum acceperat. Mox autem serviturum se deo et esse monachum devovit, atque ab illo iam tempore usque nunc febribus premitur, doloribus fatigatur. Morti quidem subtractus est, sed adhuc plenius vite restitutus non est. Catena eum et longis et diuturnis iniquitatibus pressus est, longo languore fatigatur, et durum cor ignis purgationis durius concremat, quia divina dispensatione agitur ut prolixiora vitia egritudo prolixior exurat. Quis illum unquam ad conversionem crederet? Quis tantam dei misericordiam considerare sufficiat? Ecce iuvenis pravus draconem vidit in morte cui servivit in vita. Nec vidit ut vitam funditus perderet, sed ut cui serviebat sciret, et sciendo resisteret, resistendo superaret, et eum a quo prius non videbatur tenebatur videt postea ne teneretur. Quid eius linguam mortis nature sufficit? Quem eius tante pietatis divitias non obstupescat? Has divine pietatis divitias psalmista considerabat cum diceret: Adiutor meus tibi psallam, quia tu es deus susceptor meus, deus meus misericordia mea. Ecce perpendens in quibus laboribus humana sit vita constituta deum appellat adiutorem. Et quia a tribulatione presenti in requiem eternam suscipit, appellavit etiam susceptorem. Sed considerans quod mala nostra aspicit et portat, culpas nostras tolerat, et tamen per penitentiam ad premia servat, noluit deum misericordem dicere, sed hunc ipsam misericordiam vocavit dicens: Deus meus misericordia mea. Revocemus ergo ante oculos mentis mala que fecimus, pensemus quanta dei benignitate toleramur. Consideremus que sint pietatis eius viscera, ut non solum culpas indulgeat, sed celeste regnum penitentibus etiam post culpas promittat, atque ex omnibus medullis cordis dicamus singuli, dicamus omnes: Deus meus misericordia mea.

Exemplum

susceptor

Secundum Lucam

Anno xv imperii Tiberii Cesaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, tetrarcha autem Galilee Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Yturee et Traconitidis regionis, et Lysania Abiline tetrarcha

Redemptoris nostri precursor quo tempore verbum predicationis accepit, incorporato romane republice et iudee regibus designatur cum dicitur: Anno xv imperii tiberii cesaris procurante pontio pilato iudeam, tetrarcha autem galilee herode, philippo autem fratre eius tetrarcha yturee et traconitidis regionis, et lysania abilene tetrarcha, sub principibus sacerdotum anna et caypha, factum est verbum domini super iohannem zacharie filium in deserto. Quia enim illum predicare veniebat qui ex iudea quosdam et multos ex gentibus redempturus erat, per reges gentium et principes iudeorum predicationis eius tempora designantur. Quia autem gentilitas colligenda erat et iudea pro culpa perfidie dispergenda, ipsa quoque descriptio terrenorum principatuum ostendit quia in romana republica unus presidere describitur et in iudee regno per quartam partem plurimi principabantur. Voce etenim redemptoris nostri dicitur: Omne regnum in se divisum desolabitur. Liquet ergo quod ad finem regni iudea pervenerat que tot regibus divisa subiacebat. Apte quoque non solum quibus regibus sed etiam quibus sacerdotibus actum sit demonstratur, ut quia iohannes baptista illum predicaret qui simul rex et sacerdos existeret, lucas evangelista predicationis eius tempora per regnum et sacerdotium designavit. Et venit in omnem regionem iordanis predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet quia iohannes baptismum penitentie non solum predicavit verum etiam quibusdam dedit, sed tamen baptismum suum in remissionem dare non potuit. Remissio autem peccatorum in solo nobis baptismo christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum, quia baptismum quod peccata solveret quia dare non poterat predicabat, ut sicut incarnatum verbum patris precurrebat verbo predicationis, ita baptisma penitentie quo peccata solvuntur precurreret suo baptismate quo peccata solvi non possunt. Et quia eius sermo precurrebat presentiam redemptoris, ipsum quoque eius baptisma precedendo fieret umbra veritatis. Sequitur: Sicut scriptum est in libro sermonum ysaie prophete: Vox clamantis in deserto parate viam domini, rectas facite semitas eius. Ipse vero iohannes baptista requisitus quis esset, respondit: Ego vox clamantis in deserto parate viam domini, rectas facite semitas eius. Quia sicut dictum est ante nos, iohannes vox propheta vocatur quia verbum preibat. Quid autem clamaret aperitur cum subditur: Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis qui fidem rectam et bona opera predicat quid aliud quam venienti domino ad corda audientium viam parat, ut hec vis gratie penetret, lumen veritatis illustret, ut rectas deo semitas faciat dum mundas in animo cogitationes per sermonem bone predicationis format. Omnis vallis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur. Quid enim hoc loco vallium nomine nisi humiles, quid montium et collium nisi superbi homines designantur? In adventu ergo redemptoris nostri valles implete, montes vero et colles humiliati sunt, quia iuxta eius vocem omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Vallis etenim impleta crescit, mons autem et collis humiliatus decrescit, quia nimirum in fide mediatoris dei et hominum hominis christi ihesu et gentilitas plenitudinem gratie accepit et iudea per errorem perfidie hoc unde tumebat perdidit. Omnis enim vallis implebitur quia corda humilium sacre doctrine eloquio et virtutum gratia implebuntur. Iuxta hoc quod scriptum est: Qui emittit fontes in convallibus; et unde rursum dicitur: Et valles habundabunt frumento. A montibus namque aqua dilabitur quia superbas mentes veritatis doctrina deserit, sed fontes in convallibus surgunt quia mentes humilium verbum predicationis accipiunt. Iam videmus, iam convalles frumento habundare conspicimus, quia illorum mentes pabulo veritatis implete sunt qui mites ac simplices huic mundo despicabiles esse videbantur. Ipsum quoque iohannem baptistam quia mira sanctitate preditum populus viderat, illum hunc esse singulariter celsum ac solidum montem credebat de quo scriptum est: In novissimis diebus erit mons domus domini preparatus in vertice montium. Illum hunc putabat esse christum sicut in evangelio dicitur: Estimante autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de iohanne ne forte ipse esset christus, quem et requirebant dicentes: Numquid christus es tu? Sed nisi idem iohannes apud se vallis esset et repletus spiritu non fuisset, qui ut hoc quod erat ostenderet dixit: Veniet fortior me post me cuius non sum dignus solvere corrigiam calciamentorum eius. Et rursum ait: Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc autem gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere me autem minui. Ecce cum pro mira operatione virtutum talis esset ut christus esse crederetur, non solum christum non esse se respondit, sed etiam corrigiam calciamenti eius solvere, id est incarnationis eius misterium perscrutari non se dignum esse perhibuit. Eius esse sponsam etiam credebant qui hunc quod christus esset estimabant. Sed ait: Qui habet sponsam sponsus est, aperte dicens: sponsus ego non sum sed amicus sponsi. Qui non propter vocem suam sed in voce sponsi gaudere se perhibebat, quia non ideo letabatur in corde quod a populis humiliter audiebatur loquens, sed quia ipse veritatis vocem audiebat intus ut loqueretur foris. Quod bene gaudium impletum dicit, quia quisquis de sua voce gaudet plenum gaudium non habet. Ad quod et subditur: Illum oportet crescere me autem minui. Qua in re querendum nobis est in quo crevit christus, in quo etiam minutus est iohannes, nisi quia populus iohannis abstinentiam videns, remotum hunc ab omni peccato esse conspiciens, eum esse christum putabat; christum vero cum publicanis comedere, inter peccatores ambulare intuens, eum non christum sed prophetam esse credebat. Sed cum per accessum temporis et christus qui propheta esse putabatur christus est agnitus, et iohannes qui christus esse credebatur

propheta esse innotuit, impletum est quod de Christo Simeon praecursor praedixit: Illum oportet crescere me autem minui. In estima-
tione quippe populi et propheta Christus tunc cunctis agnitus est quod erat, et Johannes defecit, qui cessavit dici quod non erat.
Sed quia et ipse Johannes in sanctitate perstitit, quia in corde humilitate perduravit, et in illa non cecidit quia apud se-
metipsum elata cogitatione intumuerit, dicatur recte: Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humi-
liabitur. Et quia humiles donum accipiunt, quod a se corda superbientium repellunt, sequitur: Et erunt prava
in directa, et aspera in vias planas. Prava in directa fiunt, cum malorum corda per iniustitiam detorta ad
iustitiae regulam diriguntur. Et aspera in vias planas immutantur, cum immites atque iracundae mentes per infu-
sionem supernae gratiae ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Cum enim verbum veritatis ab iracunda mente
non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum mens iracunda per acceptam mansue-
tudinis gratiam correptionis vel exhortationis verbum recipit, ibi planam viam praedicator invenit, ubi
prius pro asperitate itineris pergere, id est praedicationis gressum ponere non valebat. Sequitur: Et videbit omnis caro
salutare Dei. Quia omnis caro accipitur omnis homo, salutare Dei, videlicet Christum, in hac vita omnis homo videre
non potuit. Ubi ergo in hac sententia propheta prophetiae oculum, nisi ad extremum iudicii diem tendit? Ubi cum
aperto caelo, ministrantibus angelis, considentibus apostolis, in sede maiestatis suae Christus apparuit, omnes
hunc electi et reprobi pariter videbunt, ut et iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, et iniusti
in ultione supplicii in perpetuum gemant. Quia ergo haec sententia intendit quod in extremo examine ab
omni carne videbitur, recte subditur: Dicebat autem ad turbas quae exibant ut baptizarentur ab eo: Ge-
nimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Ventura enim ira est animadversio ultionis extremae,
quam tunc fugere peccator non valet, qui nunc ad lamenta poenitentiae non recurrit. Et notandum quod malae soboles
malorum parentum actiones imitantes genimina viperarum vocantur. Quia per hoc quod bonis invident eosque persequuntur,
quod quibusdam mala retribuunt, quod laesiones proximis quaerunt, quia in his omnibus priorum suorum carnalium
vias sequuntur, quasi venenati filii de venenatis parentibus nati sunt. Sed quia iam peccavimus, quia iam per usum
malae consuetudinis involuti sumus, dicat quid nobis faciendum sit, ut fugere a ventura ira valeamus. Sequitur: Facite ergo dignos fructus poenitentiae.
In quibus verbis notandum est quod amicus sponsi non solum fructus poenitentiae, sed dignos poenitentiae fructus admonet
esse faciendos. Aliud namque est fructum facere, aliud dignum fructum poenitentiae facere. Ut enim secundum dignos
fructus poenitentiae loquamur, sciendum est quod quisquis illicita nulla commisit, huic iure conceditur ut licitis utatur,
sicque opera pietatis faciat, ut tamen si voluerit ea quae mundi sunt non relinquat. At si quis in fornicationis
aut fortasse quod est gravius in adulterii lapsus est, tanto a se licita debeat abscindere, quanto se meminit
et illicita perpetrasse. Neque enim par fructus boni operis esse debet eius qui minus, et eius qui amplius
deliquit, aut eius qui in nullis, et eius qui in quibusdam facinoribus cecidit. Per hoc ergo quod dicitur: Facite fructus
dignos poenitentiae, uniuscuiusque conscientia convenitur, ut tanto maiora quaerat bonorum operum lucra per poenitentiam,
quanto graviora sibi intulit damna per culpam. Sed Iudaei de generis nobilitate gloriantes, idcirco se agno-
scere peccatores nolebant, quia de stirpe Abrahae descenderant. Quibus recte dicitur: Et ne coeperitis dicere: Patrem
habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Quid
enim lapides nisi corda gentilium fuerunt, ad intellectum Dei omnipotentis insensibilia? Sicut enim quibusdam Iudaeis
dicitur: Auferam cor lapideum de carne vestra. Nec immerito lapidum nomine gentes signatae sunt, quae lapides
coluerunt. Unde scriptum est: Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. De quibus nimirum
lapidibus filii Abrahae suscitati sunt, quia dum dura corda gentilium in Abrahae semine, id est in Christo, cre-
diderunt, eius filii facti sunt cuius semini sunt uniti. Unde et iisdem gentilibus per egregium praedicatorem dicitur: Si autem
vos Christi, ergo semen Abrahae estis. Si ergo nos per fidem Christi Abrahae semen iam consistimus, Iudaei per
perfidiam Abrahae filii esse desierunt. Quia vero in illo die tremendi examinis parentes boni malis
filiis prodesse non poterunt, testatur propheta, qui dicit: Noe, Daniel et Iob si fuerint in medio eius, vivo ego,
dicit Dominus Deus, quia filium et filiam non liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Et rursum quia
bonis filiis nil malis parentibus prosunt, sed ad reatum potius malorum parentum proficiat bonitas filiorum,
ipsa per se Veritas Iudaeis non credentibus dicit: Si ego in Beelzebub eicio daemonia, filii vestri in quo eiciunt?
Ideo ipsi iudices vestri erunt. Sequitur: Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis enim arbor
non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Arbor enim huius mundi est universum genus
humanum. Securis vero est Redemptor noster, qui velut ex manubrio tenetur ex humanitate, sed incidit ex
divinitate. Quae videlicet securis iam ad radicem arboris est, quia etsi per patientiam exspectat, videtur tamen quid
factura est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur, quia unusquisque
perversus paratam citius gehennae concremationem invenit, qui hic fructum boni operis facere contempsit. Et notandum
quod securim non iuxta ramos positam, sed ad radicem dicit. Cum enim malorum filii tolluntur, quid aliud
quam rami infructuosae arboris abscinduntur? Cum vero tota progenies simul cum parente tollitur, infructuosa

arbor a radice abscisa est ne iam remaneat unde prava iterum soboles succrescat. In quibus verbis Baptiste constat quia audientium corda turbata sunt cum protinus subinfertur: Et interrogabant eum turbe dicentes: Quid ergo faciemus? Pavore enim terroris fluctuant qui consilium querebant. Sequitur: Respondit autem Iohannes et dicebat: Qui habet duas tunicas det non habenti et qui habet escas similiter faciat. Quia tunica plus est necessaria usui nostro quam pallium, ad fructum dignum penitentie pertinet ut non solum exteriora quedam et minus necessaria dividere cum proximo debeamus, sed ipsa valde necessaria, scilicet vel escam qua carnaliter vivimus vel tunicam qua vestimur. Quia enim in lege scriptum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, minus proximum amare convincitur qui non ei in necessitate illius etiam ea que sibi sunt necessaria partitur. Ideo ergo de dividendis cum proximo duabus tunicis datur preceptum, quia hoc de una dici non potuit, quia si una dividitur nemo vestitur. In dimidia quippe tunica et nudus remanet qui accipit et nudus qui dedit. Inter hec autem sciendum est quantum misericordie opera valeant, cum ad dignos fructus penitentie ipsa pre ceteris precipiuntur. Hinc etiam per semetipsam veritas dicit: Date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Hinc rursum dicit: Date et dabitur vobis. Hinc scriptum est: Ignem ardentem extinguit aqua et elemosina extinguit peccatum. Hinc iterum dicitur: Conclude elemosinam in sinu pauperis et hec orabit pro te. Hinc bonus pater in Tobia filium admonuit dicens: Si multum tibi fuerit, multum tribue; si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter impertire. Ut autem quanta esset virtus in collatione et susceptione indigentium ostenderet, redemptor noster dicit: Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet, et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. In quibus verbis notandum est quia non ait: Mercedem de propheta accipiet vel mercedem de iusto, sed mercedem prophete et mercedem iusti. Aliud est enim merces de propheta, aliud merces prophete; atque aliud est merces de iusto, aliud merces iusti. Quid est enim dicere: Mercedem prophete accipiet, nisi quia is qui prophetam sua largitate sustentat, quamvis ipse prophetiam non habeat, apud omnipotentem tamen Dominum prophetie premia habebit? Iste fortasse iustus est et quanto in hoc mundo minus possidet, tanto loquendi pro iustitia fiduciam maiorem habet. Hunc dum ille sustentat qui in hoc mundo aliquid possidet et fortasse adhuc pro iustitia loqui libere non presumit, iustitie illius libertatem sibi participem facit, ut cum eo pariter iustitie premia percipiat quem sustentando adiuvit quatenus eadem iustitia libere loqui potuisset. Ille prophetie spiritu plenus est, sed tamen corporeo eget alimento, et si corpus non reficitur certum est quia ipsa vox subtrahitur. Cum ergo alimenta prophete prebet, hoc quod propheta est tribuit, prophetie illius vires ad loquendum dedit. Cum propheta ergo mercedem prophete accipiet, quia etsi spiritu prophetie plenus non fuit, hoc tamen ante conditoris oculos exhibuit quod adiuvit. Hinc est enim quod de quibusdam peregrinantibus fratribus Iohannes dicit: Pro nomine enim Christi profecti sunt nihil accipientes a gentilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi ut cooperatores simus veritatis. Cum enim spiritualia dona habentibus temporalia subsidia tribuunt, in ipsis donis spiritualibus cooperatores existunt. Nam cum pauci sint qui spiritualia dona percipiunt et multi qui rebus temporalibus habundant, per hoc se divites pauperum virtutibus inserunt, quo ipsi sanctis pauperibus de suis divitiis solaciantur. Unde et per Ysaie vocem Dominus deserte gentilitati, id est sancte ecclesie, spiritualium virtutum multa tribui promittit dicens: Ponam desertum in stagnum aque et terram inviam in rivos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum et spinam et mirtum et lignum olive; ponam in deserto abietem, ulmum et buxum simul, ut videant et sciant et recogitent et intelligant pariter. Desertum quippe Deus in stagnum aquarum et terram inviam in rivos aquarum posuit, quia gentilitati que prius per ariditatem mentis nullos bonorum operum fructus ferebat fluenta sancte predicationis dedit, et ipsa ad quam prius per asperitatem sue feritatis via predicatoribus non patebat doctrine per modum rivos emanavit. Cui adhuc quo munere magno promittit: Dabo in solitudinem cedrum et spinam. Cedrus quia magni odoris est atque imputribilis nature, recte accipitur in promissione. De spina vero cum peccanti homini dictum sit: Terra tua spinas et tribulos germinabit tibi, quid in spinis nisi illud promittitur quod peccanti homini pro pena multiplicatur? Et cedri signant nonnulli hii qui virtutes et signa quelibet in sua operatione cum dicere cum Paulo valent: Christi bonus odor sumus Deo; quorum corda ita in eterno amore solidata sunt ut ea iam terreni amoris putredo nulla corrumpat. Per spinam vero signati sunt viri doctrine spiritualis qui dum de peccatis atque virtutibus disserunt et modo etiam supplicia minantur, modo celestis regni gaudia promittunt, cor audientium pungunt. Sic quippe mente dolore compunctionis perforant ut ab eorum oculis quasi quedam sanguinis lacrime decurrant. Mirtus vero temperantie virtutis est, ita ut dissoluti membra temperando constringat. Quid itaque per mirtum nisi hii signati sunt qui afflictionibus proximorum compati sciunt eorumque tribulationes per compassionem temperant? Unde hoc quod scriptum est: Gratias Deo qui consolatur nos in omni tribulatione nostra ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt. Qui dum afflictos proximos verbo et ope consolationis fovent, eos procul dubio ad statum rectitudinis restringunt ut immoderata tribulatione in desperatione solvantur. Quos autem per olivam nisi misericordes accipimus, quia grece eleos misericordia vocatur et quasi olive liquor ante omnipotentis Dei oculos misericordie fructus lucet. Cui adhuc in promissione subiungitur: Ponam in deserto abietem

ulmum et buxum simul. Quid enim per abietem que ultra ceteras ad ethera sustollitur nisi hii signati sunt qui intra sanctam
ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positi iam celestia contemplantur et quamvis nascendo de terra prouenerunt contem-
plando tamen in summa ethera vertice mentis extollunt. Et quid per ulmum nisi seculares mentes exprimuntur, sed que diu terrenis
adhuc curis inserviunt virtutum spiritualium fructum ferunt. Sed quia fructum quidem ulmus non habet, portare tamen
vitem cum fructu solet, quia et seculares viri intra sanctam ecclesiam quamvis spiritualium virtutum dona non habeant, dum tamen
sanctos viros donis spiritualibus plenos sua largitate sustentant, quid aliud quam vitem cum botris portant? Bu-
xus autem quos alios designat, que ad altum non proficit et quamvis fructum non habeat viriditatem habet, nisi eos qui
intra sanctam ecclesiam adhuc pro etatis infirmitate bona opera facere non valent, sed tamen parentum fidelium credulitate perque-
tes fidei perpetue viriditatem tenent. Post que omnia apte subiungitur: Ut videat et sciat et recogitet et
intelligat pariter. Ad hoc enim cedrus in ecclesia ponitur, ut quisquis a proximo odore spiritualium virtutum tenetur,
ipse quoque in eterne vite dilectione non torpeat, sed ad donorum celestium desideria ignescat. Ad hoc spina ponitur,
ut qui predicatoris eius verbo compunctus fuit, ipse quoque exemplo illius discat corda sequentium predicatoris com-
pungere verbo. Ad hoc mirtus ponitur, ut qui in ardore tribulationis labore vel opere proximi compacientis tempe-
ramentum consolationis accepit, ipse etiam discat consolationis temperamentum proferat. Ad hoc oliva ponitur, ut qui alie-
ne misericordie opera cognoscit, discat quemadmodum debeat indigenti proximo et ipse misereri. Ad hoc abies po-
nitur, ut quisquis virum contemplationis eius agnovit, ipse quoque ad contemplanda etiam summa alios sic accedat.
Ad hoc ulmus ponitur, ut quisquis intuetur eum qui habere virtutum fructus spiritualium non valet, sed tamen eos
qui spiritualibus donis pleni sunt sustentat, ipse quoque sanctorum vite quanta valet largitate inserviat et cele-
stium donorum botros quos gignendo non valet sustentando ferat. Ad hoc buxus ponitur, ut qui hic
infantes adhuc in infirmitate parvulos vere fidei viriditate consistere, ipse infidelis erubescat. Bene
ergo descriptis prius arboribus dicitur: Ut videat et sciat et intelligat et recogitet. Ubi apte subiungitur
pariter, quia cum intra sanctam ecclesiam diversi hominum mores, diversi sunt ordines, necesse est ut omnes simul discant dum
in ea spirituales viri diversa qualitate etate et ordine ad invicem se vident. Sed ecce nos dum mon-
strare ulmum querimus per multa arbusta longius evagati sumus. Ad hoc namque propter quod prophete testimonium
prolixius recitavimus: Qui enim recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet, quia et si fructus ulmus
non habet, vitem tamen cum fructibus portans etiam ipsa sua efficit que bene sustentat aliena. Omnia vero ad mag-
nos opera Iohannes admonet de caritate. Ergo fructus dignos penitentie. Et rursum: Qui habet duas tunicas det
non habenti, et qui habet escas similiter faciat. Iam patenter datur intelligi quid est quod veritas dicit: A diebus Iohannis
baptiste usque nunc celorum regnum vim patitur et violenti rapiunt illud. Que nunc superne verba sunt nobis
sunt magnopere perscrutanda. Nam querendum nobis est quomodo vim perpeti regnum celorum possit. Quis
enim celo violenciam irrogat? Et rursum querendum est, si pati vim regnum celorum potest, cur eandem vim
a diebus Iohannis baptiste et non ante pertulit. Sed cum lex dicat: Si quis hoc vel illud fecerit morte moriatur,
liquet cunctis legentibus quia peccatores quosque pena severitatis perculit, non autem per penitentiam ad vitam reduxit.
Cum vero Iohannes baptista redemptoris gratiam preveniens penitentiam predicat, ut peccator qui mortuus pro culpa est
per conversionem vivat, profecto a diebus Iohannis baptiste regnum celorum vim patitur. Quid est enim regnum ce-
lorum nisi locus iustorum? Solis enim iustis premia celestis patrie debentur, ut humiles casti mites atque mise-
ricordes ad gaudia superna perveniant. Cum vero quis vel superbia tumidus vel carnis sceleribus pollutus vel
iracundia accensus vel pro crudelitate impius post culpas ad penitentiam redit et vitam eternam percipit, quasi in locum
alienum peccator intrat. A diebus ergo Iohannis baptiste regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud,
q quia penitentiam peccatoribus indixit, quid aliud quam regnum celorum fieri violentiam docuit? Recogitemus mala que fecimus
et nosmetipsos assiduis lamentis atteramus. Hereditatem iustorum quam non tenemus per vitam rapiamus
per penitentiam. Vult autem a nobis omnipotens deus talem violenciam perpeti. Nam regnum celorum rapi vult nostris
fletibus quod nostris meritis non debetur. A spe ergo certitudinis nulla nos malorum nostrorum qualitas, nulla quan-
titas frangat. Prestat magnam fiduciam venie latro ille venerabilis, qui non inde venerabilis unde latro.
Nam latro per crudelitatem, venerabilis ex confessione. Cogitate rogo cogitate quanta sunt incomprehensibilia
in omnipotentis dei miseratione viscera. Latro iste cruentis manibus abstractus a fauce itineris suspensus est
in patibulo crucis. Ibi confessus est, ibi sanatus, ibi meruit audire: Hodie mecum eris in paradiso. Quid
est hoc? Quis tantam bonitatem dicere, quis estimare sufficiat? De ipsa pena crucis pervenit ad premia
virtutis. Ideo autem omnipotens deus electos suos in quibusdam lapsibus cadere permisit, ut aliis in culpa
iacentibus, si toto corde ad eum consurgant, spem venie redderet et eis per lamenta penitentie viam pietatis
aperiret. Demus ergo nosmetipsos in lamentis, extinguamus fletibus et dignis penitentie fructibus culpas
quas fecimus. Ad indulgentiam nobis tempora indulta non pereant, quia qui multos a suis iniquitatibus iam
sanatos aspicimus, quid aliud quam superne misericordie pignus tenemus. / A M E N / 1473 [illegible]

In illo tempore Maria Magdalene et Maria Iacobi et Salome emerunt aromata — Secundum Marcum prima.
In illo tempore Una sabbati Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebre — Secundum Iohannem secunda.
In illo tempore Duo ex discipulis ibant in castellum quod erat in spatio stadiorum — Secundum Lucam tercia.
In illo tempore Manifestavit se Iesus iterum ad mare Tyberiadis. Et cetera — Secundum Iohannem quarta.
In illo tempore Maria stabat ad monumentum foris plorans et cetera — Secundum Iohannem quinta.
In illo tempore Cum sero factum esset die illa una sabbatorum et fores essent — Secundum Iohannem sexta.
In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem — Secundum Iohannem septima.
In illo tempore Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum — Secundum Iohannem octava.
In illo tempore Recumbentibus xi discipulis apparuit illis Iesus et exprobravit — Secundum Marcum nona.
In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis Si quis diligit me sermonem meum servabit — Secundum Iohannem decima.
In illo tempore Dixit Iesus discipulis Arborem fici habebat quidam plantatam in — Secundum Lucam undecima.
In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis Si quis vult post me venire abneget — Secundum Lucam duodecima.
In illo tempore Rogabat Iesum quidam phariseus ut manducaret cum illo — Secundum Lucam xiii.
In illo tempore Accesserunt ad Iesum publicani et peccatores ut audirent — Secundum Lucam xiiii.
In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis Cum audieritis prelia et sediciones nolite terreri — Secundum Lucam xv.
In illo tempore Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos et cetera — Secundum Lucam xvi.
In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis Si quis venit ad me et non odit patrem — Secundum Lucam xvii.
In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis Simile est regnum celorum homini regi — Secundum Matheum xviii.
In illo tempore Cum appropinquaret Iesus Ierusalem videns civitatem flevit — Secundum Lucam xix.
In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis Homo quidam erat dives et induebatur — Secundum Lucam xx.

o. i. In illo tempore Maria Magdalene et Maria Iacobi et Salome emerunt aromata ut venientes
ungerent Iesum. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Et reliqua. gr[egorius]

Multis vobis lectionibus fratres karissimi per dictatum loqui consuevimus. Sed quia lassescente stomacho ea
que dictamus legere non ipse possum, quosdam vestrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc
a memetipso exigere contra morem volo, ut inter sacra missarum sollempnia lectionem sancti evangelii
non dictando sed colloquendo edisseram. Sicque excipiatur ut loquimur, quia allocutionis vox corda
torpentia plus quam sermo lectionis excitat, et quasi quadam manu sollicitudinis ut evigilent pulsat. Et
quidem ad hoc opus me sufficere posse non video, sed tamen vires quas imperitia denegat caritas ministrat.
Scio namque qui dixit: Aperi os tuum et ego adimplebo illud. Bonum ergo opus nobis in voluntate
sit, nam ex divino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi ausum et resurrectionis dominice tanta sollempnitas,
quia et indignum valde est ut eo die laudes debitas taceat lingua carnis quo videlicet die caro resurrexit
auctoris. Audistis fratres karissimi quod sancte mulieres que Dominum fuerant secute cum aromatibus ad monumentum
venerunt, et ei quem viventem dilexerant etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid
in sancta ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est ut audiamus que facta sunt, quatinus cogitemus etiam que
nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes, si odore virtutum
referti, cum opinione bonorum operum Dominum querimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. Ille
autem mulieres angelos vident que cum aromatibus venerunt, quia videlicet ille mentes supernos cives aspiciunt
que cum virtutum odoribus ad Dominum per sancta desideria proficiscuntur. Notandum vero nobis est quid nam sit quod in
dextris sedere angelus cernitur. Quid namque per sinistram nisi vita presens, quid vero per dexteram nisi vita perpe-
tua signatur? Unde scriptum est: Leva eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Quia ergo
redemptor noster iam presentis vite corruptionem transierat, recte angelus qui nuntiare eius perhennem vitam
venerat in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit, quia festivitatis nostre gaudia nun-
ciavit. Candor etenim vestis splendorem nostre denunciat sollempnitatis. Nostre dicamus an sue? Sed ut
fateamur verius, et sue dicamus et nostre. Illa quippe redemptoris nostri resurrectio et nostra festivitas fuit,
quia nos ad immortalitatem reduxit, et angelorum festivitas extitit, quia nos revocando ad celestia eorum
numerum implevit. In sua ergo ac nostra festivitate angelus in albis vestibus apparuit, quia dum nos per
resurrectionem dominicam ad superna reducimur, celestis patrie dampna reparantur. Sed quid venientes feminas
angelus affatur audiamus: Nolite expavescere. Ac si aperte dicat: Paveant illi qui non amant adventum
supernorum civium, pertimescant qui carnalibus desideriis pressi ad eorum se societatem pertingere posse de-
sperant. Vos autem cur pertimescitis que vestros concives videtis? Unde et Matheus angelum apparuisse de-
scribens ait: Erat autem aspectus eius sicut fulgur, et vestimenta eius sicut nix. In fulgure etenim terror timoris
est, in nive autem blandimentum candoris. Quia vero omnipotens Deus et terribilis est peccatoribus et blandus iustis

recte testes resurrectionis eius angeli in fulgore ... et in candidis vestibus demonstrantur ut ipsa sua specie et terrent
reprobos et mulcent pios. Unde recte qui et populum per deserta gradientem columna ignis in nocte et columna nubis
protegebat in die. In igne etenim terror est, in nubibus autem visionis lene blandimentum. Dies vero vita iusti, et nox
accipitur vita peccatoris. Unde et conversis peccatoribus Paulus dicit: Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. In die
ergo per nubem columna monstrata est et nocte per ignem, quia omnipotens Deus et blandus iustis et terribilis appa-
rebit iniustis. Istos in iudicio veniens plenitudine mansuetudinis demulcet, illos vero per iustitiae districtionem
terret. Sed iam quid angelus subiungat audiamus: Iesum quaeritis Nazarenum. Iesus Latino eloquio salutaris,
id est salvator, interpretatur. At vero multi tunc Iesus dici poterant, nec tamen substantialiter, sed nuncupative. Idcirco loci subiungitur,
ut de quo Iesu dictum sit manifestetur: Nazarenum. Et causam protinus subdit: Crucifixum. Atque adiungit: Sur-
rexit, non est hic. Non esse hic dicitur per praesentiam carnis, qui tamen nusquam deerat per praesentiam maiestatis. Sed ite,
dicite discipulis eius et Petro quia praecedet vos in Galilaeam. Sed quaerendum nobis est cur nominatim discipulis Petrus
designatur. Sed si hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magistrum negaverat, venire inter discipulos
non auderet. Vocatur ergo ex nomine ne desperet ex negatione. Qua in re considerandum nobis est cur
omnipotens Deus eum quem cunctae Ecclesiae praeferre disposuerat ancillae voce pertimescere et seipsum negare per-
misit. Quod nimirum magnae actum pietatis dispensatione cognoscimus, ut is qui futurus erat pastor
Ecclesiae in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debeat. Prius itaque eum ostendit sibi et tunc praeposuit
ceteris, ut ex sua infirmitate cognosceret quam misericorditer aliena infirma toleraret. Bene autem de Redemptore
nostro dicitur: Praecedet vos in Galilaeam, ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Galilaea namque transmigratio facta
interpretatur. Iam quippe Redemptor noster a passione ad resurrectionem, a morte ad vitam, a poena ad gloriam,
a corruptione ad incorruptionem transmigraverat. Et prius post resurrectionem in Galilaea a discipulis videtur, quia
resurrectionis eius gloriam post laeti videbimus, si modo a vitiis ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo
in sepulcro nuntiatur, in transmigratione ostenditur, quia is qui mortificatione carnis agnoscitur, in transmi-
gratione mentis videtur. Haec, fratres carissimi, pro tanta diei solemnitate de lectionis evangelicae expositione
transcurrimus. Sed libet de hac eadem solemnitate aliquid subtilius loqui. Duae etenim vitae erant, quarum
unam noveramus, alteram nesciebamus. Una quippe mortalis est, alia immortalis; una corruptionis, alia incorruptionis;
una mortis, alia vitae et resurrectionis. Sed venit mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, suscepit unam
et ostendit alteram. Unam pertulit moriendo, alteram ostendit resurgendo. Si ergo nobis vitam mortalem scientibus
resurrectionem promitteret carnis, et tamen hanc visibiliter non exhiberet, quis eius promissionibus crederet? Factus
itaque homo apparuit in carne, mori dignatus est voluntate, resurrexit potestate, et ostendit exemplo
quod nobis promisit in praemio. Sed fortasse aliquis dicat: Iure ille resurrexit, qui cum Deus esset, teneri a mor-
te non potuit. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram, ad roborandam infirmitatem nostram, sua resurrectionis
exemplum nobis sufficere noluit. Et solus illo tempore mortuus est, et tamen solus minime surrexit. Nam
scriptum est: Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Ablata sunt ergo omnia argumenta perfidiae. Ne quis
enim dicat: Sperare de se non debet homo quod in carne sua exhibuit homo Deus, ecce cum Deo homines surrexisse
cognoscimus, et quos puros fuisse homines non dubitamus. Si ergo membra Redemptoris nostri sumus, praesumamus
in nobis quod gestum constat in capite. Sed multum nos abiectum sperare debemus in nobis quod
de membris eius superioribus audimus. Ecce vero ad memoriam redit quod crucifixo Dei Filio insul-
tantes Iudaei dicebant: Si rex Israel est, descendat de cruce et credimus ei. Qui si tunc de cruce descenderet, nimirum
insultantibus credens, virtutem nobis patientiae non demonstraret. Sed exspectavit paululum, toleravit opprobria,
irrisiones sustinuit, servavit patientiam, distulit admirationem, et qui de cruce descendere noluit, de
sepulcro surrexit. Plus ergo fuit de sepulcro surgere quam de cruce descendere. Plus fuit mortem resur-
gendo destruere quam vitam descendendo servare. Sed cum Iudaei hunc ad insultationes suas de cruce descendere
minime cernerent, cum morientem viderent, eum se vicisse crediderunt, nomenque illius se quasi exstinxisse gavisi
sunt. Sed ecce de morte nomen eius per mundum crevit, ex qua hoc infidelis turba exstinxisse se credidit,
et quem gaudebat occisum dolet mortuum, quia hunc ad suam gloriam cognoscit pervenisse per poenam. Quod
bene in libro Iudicum Samson illius facta signant, qui cum Gazam civitatem Philistinorum fuisset ingres-
sus, protinus Philistaei ingressum eius cognoscentes civitatem repente obsidionibus circumdederunt, custo-
des deputaverunt, et Samson fortissimum se iam comprehendisse gavisi sunt. Sed quid Samson fecerit agnoscimus.
Media nocte portas civitatis abstulit et montis verticem ascendit. Quem, fratres carissimi, hoc in facto quem
nisi Redemptorem nostrum Samson ille significat? Quid Gaza civitas nisi infernum designat? Quid per Philis-
taeos nisi Iudaeorum perfidia demonstratur? Qui cum mortuum Dominum viderent, eiusque iam corpus in
sepulcro positum, custodes illico deputaverunt, et eum qui auctor vitae claruerat in inferni claustris
retentum, quasi Samson in Gaza, se deprehendisse laetati sunt. Samson vero nocte media non solum

exiit sed et portas tulit quia videlicet redemptor noster ante lucem resurgens non solum liber de inferno exiit sed et ipsa inferni
claustra destruxit. Portas tulit et montis verticem subiit, quia resurgendo claustra inferni abstulit
et ascendendo celorum regna penetravit. Hanc ergo resurrectionis eius gloriam fratres karissimi que et prius demonstrabatur
signo et post patuit facto tota mente diligamus, pro eius amore moriamur. Ecce in resurrectione
auctoris nostri ministros eius angelos concives agnoscimus nostros. Ad horum civium illam frequentem
solempnitatem festinemus. Quibus etsi necdum visione possumus, desiderio et mente iungamur. Transeamus ergo
a viciis ad virtutes, ut redemptorem nostrum in Galilea videre mereamur. Adiuvet omnipotens deus ad vite
desiderium nostrum qui pro nobis in mortem dedit unicum filium suum dominum nostrum Ihesum Christum qui cum eo re.
In illo tempore. Una sabbati Maria Magdalene venit mane cum Ioh 20
adhuc tenebre essent ad monumentum et vidit lapidem sublatum et reliqua.
Fractus longa molestia stomachi diu me caruisse vobis de lectionibus evangelicis loqui compone
exhibuit vox namque ipsa a clamoris virtute succumbit, et quia a multis audiri non valeo, loqui
fateor inter multos erubesco. Sed hanc verecundiam in me et ipse reprehendo. Quid enim? Numquid si multis
prodesse nequeo, uni pauci curabo? Et si quod messe portare manipulos multos non possum, numquid una
debeo ad aream vacuus reverti? Quia enim quantos debeo facere non valeo, etiam vel paucos, etiam vel duos,
etiam vel unum feram. Sed namque ipsa infirmitatis intencio necessitatis pie exitudine, quia supernus arbiter non
et si pondus considerat in retribucione, tamen vires pensat in pondere. Lectio sancti evangelii quam modo fratres
audistis valde in superficie historica est aperta, sed eius nobis sunt mysteria sub brevitate requirenda.
Maria Magdalene cum adhuc tenebre essent venit ad monumentum. Iuxta historiam notatur hora, iuxta
intellectum vero mysticum requirentis signatur intelligencia. Maria enim auctorem omnium quem carne viderat
mortuum querebat in monumento, et quia hunc minime invenit, furatum credidit. Adhuc ergo tenebre erant cum
venit ad monumentum. Cucurrit cito discipulis nunciavit, sed illi pre ceteris cucurrerunt qui pre ceteris amaverunt,
videlicet Petrus et Iohannes. Currebant autem duo simul, sed Iohannes precucurrit citius Petro et venit prior ad monumentum et
ingredi non presumpsit. Venit vero posterior Petrus et intravit. Quid fratres, quid cursus iste significat?
Numquid hec tam subtilis evangeliste descriptio a misteriis vacare credenda est? Minime. Neque enim se Iohannes
et prevenisse et non intrasse diceret, si in ipsa sua trepidacione misterium defuisse crederet. Quid ergo per Iohannem
nisi synagoga, quid per Petrum nisi ecclesia designatur? Nec mirum esse videatur quod per iuniorem synagoga,
per seniorem vero ecclesia signari perhibetur, quia etsi ad dei cultum prior est synagoga quam ecclesia gentium, ad usum
tamen seculi prior est multitudo gencium quam synagoga, attestante Paulo qui ait: quia non prius quod spirituale est sed
quod animale. Per seniorem ergo Petrum signatur ecclesia gentium, per iuniorem Iohannem synagoga Iudeorum. Cucurrerunt
ambo simul, quia ab ortus sui tempore usque ad occasum pari et communi via, etsi non pari et communi sensu,
gentilitas cum synagoga decurrit. Venit synagoga prior ad monumentum, sed minime intravit, quia legis quidem
precepta, mandata, prophecias de incarnacione ac passione dominica audivit, sed credere in mortuum noluit.
Vidit Iohannes posita linteamina, non tamen introivit, quia videlicet synagoga et scripture sacre sacramenta cognovit et tamen ad fidem
passionis dominice credendo intrare distulit, et quem diu longe prophetavit presentem vidit et credere
renuit; hominem esse despexit, deum mortalem factum credere noluit. Quid ergo est nisi quod ipsa et citius cucurrit
et tamen ante monumentum vacua stetit. Venit autem Simon Petrus sequens eum et introivit in monumentum, quia et
secuta posterior ecclesia gentium mediatorem dei et hominum hominem Christum Ihesum et cognovit carne mortuum
et viventem credidit deum. Vidit linteamina posita et sudarium quod fuerat super caput eius non cum linteaminibus
positum, sed separatim involutum in unum locum. Quid fratres esse credimus quod sudarium capitis domini cum linteaminibus
non invenitur in monumento, nisi quod attestante Paulo caput Christi deus, et divinitatis incomprehensibilia sacramenta
ab infirmitatis nostre cognicione disiuncta sunt, eiusque potencia creature transcendit naturam. Et notandum est quod non
solum separatim sed etiam involutum invenitur dicitur in unum locum. Linteum quippe quod involvitur eius nec
inicium nec finis aspicitur. Recte ergo sudarium capitis involutum inventum est, quia celsitudo divinitatis nec
no cepit esse nec desinit, nec per inicium nascitur nec termino coangustatur. Bene autem additur in unum locum,
quia in scissura mencium deus non est; deus quippe in unitate est, et illi habere eius graciam merentur
qui se ab invicem per sectarum scandala non dividunt. Sed quia solet per sudarium laborancium sudor detergi,
potest et sudarii nomine exprimi labor dei, qui in se quidem quietus semper atque incommutabilis permanet,
sed cum laborem se demonstrat cum duras hominum perversitates portat. Unum per prophetam dicit laboravi sustinens.
Deus autem apparuit in carne laborantem ex nostra infirmitate. Huius laborem passionis eius dum nec
Iudei viderunt cum veniam noluerunt. Dum enim videbant carnem mortalem, dedignati sunt credere

immortalem esse divinitate viderunt. Et Ieremias ait: Redde eis vicem domine iuxta opera manuum suarum; dabis eis scutum
cordis laborem tuum. Hic enim praedicationis spicula eorum corda penetraret. Sed passionis eius laborem despexerunt,
quia eundem laborem illius pro scuto tenuerunt, ut eo ad se transire eius verba non permitterent, quo eum laborantem
usque ad mortem viderunt. Quid autem nos nisi nostri capitis, id est domini, membra sumus? Per linteamina itaque corporis
laborum ligamenta signantur, quae nunc electos omnes, id est membra eius, stringunt. Sudarium ergo quod super caput
eius fuerat seorsum invenitur, quia redemptoris nostri ipsa passio longe a nostra passione disiuncta est, quia ipse
sine culpa pertulit quod nos cum culpa toleramus. Ipse morti sponte succumbere voluit, ad quam nos venimus
inviti. Sequitur: Tunc ergo introivit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum. Postquam intravit Petrus, ingressus
est Iohannes. Posterior intravit qui prior venerat. Notandum, fratres, est quia in fine mundi ad redemptoris fidem etiam
Iudaea colligetur, Paulo attestante qui ait: Donec plenitudo gentium introiret, et omnis Israel salvus fieret.
Et vidit et credidit. Quid, fratres, quid aestimandum est credidisse? Numquid quia dominus resurrexerat quem quaerebat?
Non utique, quia adhuc tenebrae erant ad monumentum, et subiuncta quoque verba contradicunt, cum dicitur: Nondum enim sciebat
scripturas quia oportuit eum a mortuis resurgere. Quid ergo vidit et quid credidit? Vidit linteamina posita et
credidit quod mulier dixerat, de monumento dominum fuisse sublatum. Quia in re hunc dispensationis magnitudo pensan-
da est, quia discipulorum corda et accenduntur ut quaerant et differuntur ne inveniant, quatenus infirmitas animi ipso
suo merore cruciata purgatior ad inveniendum fiat, et tanto validius teneat cum invenerit quanto
tardius invenit quod quaerebat. Haec sub brevitate, fratres, de eadem lectione transcurrimus. Nunc restat ut
de ipsa solemnitatis nobilitate aliquid loquamur. Hanc enim recte nobilitatem solemnitatum dicimus, quia solemnitates
ceteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio sancta sanctorum vel cantica canticorum pro sui magnitudine dicuntur,
ita haec festivitas recte dici potest solemnitas solemnitatum. Ex hac quippe solemnitate exemplum nobis
resurrectionis datum est, spes caelestis patriae aperta, et facta iam superni regni praesumptibilis gloria. Per hanc electi
quique qui in tranquillitate sinus tamen apud inferni claustra tenebantur, ad paradisi amoena reducti sunt.
Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua dominus complevit: Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me.
Omnia enim traxit qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, utique electa.
Neque enim infideles quosque et pro suis criminibus aeternis suppliciis deditos ad veniam dominus resur-
gendo reparavit, sed illos ex inferni claustris rapuit quos suos in fide et actibus recognovit. Unde
recte etiam per Osee dicit: Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus, inferne. Id namque quod occidimus agimus
primo ut penitus non sit. Ex eo enim quod mordemus partem abstrahimus et partem relinquimus. Quia ergo in
electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit. Quia vero ex inferno partem abstulit et
partem reliquit, non occidit funditus sed momordit infernum. Ait ergo: Ero mors tua, o mors. Ac si aperte
dicat: Quia in electis meis te funditus perimo, ero morsus tuus, inferne, quia sublatis meis te ex parte
transfigo. Quae est ergo ista solemnitas quae inferni claustra destruxit et ianuas nobis regni caelestis
aperuit? Inquiratur subtilius nomen eius, requiratur, cognoscimus praedicator videamus quid de eius fe-
stivitate denuntiat. Ait enim: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Si ergo pascha nostrum Christus est,
pensandum nobis est quid de pascha lex loquitur, ut intelligamus subtilius an de Christo dicta videantur.
Exo xij Moyses quippe ait: Sument de sanguine agni et ponent super utrumque postem et superliminaribus
domorum in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et azymos panes cum
lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Caput
cum pedibus et intestinis vorabitis, nec remanebit ex eo quicquam usque mane. Et si quid residuum
fuerit, igni comburetis. Ubi et additur: Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, calceamenta
habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, et comedetis festinantes. Quae videlicet cuncta magnam
nobis aedificationem pariunt, si fuerint mystica interpretatione discussa. Quid namque sit sanguis agni
non iam audiendo sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem accipitur, quando non solum
ore corporis sed etiam ore cordis hauritur. In utroque etenim poste agni sanguis ponitur, quando sacramentum
passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui
sic redemptoris sui sanguinem accipit ut imitari passionem eius necdum velit, in uno poste sanguinem
posuit. Qui etiam in superliminaribus domorum ponendus est. Quid enim spiritales domos nisi mentes
nostras accipimus, in quibus per cogitationem habitamus? Cuius domus superliminare est ipsa intentio quae
praeeminet actioni. Qui ergo intentionem cogitationis suae ad imitationem dominicae passionis dirigit,
in superliminari domus agni sanguinem ponit. Vel certe domus nostrae ipsa sunt corpora in quibus quo-
usque vivimus habitamus. Et in superliminari domus agni sanguinem ponimus, quia crucem passionis illius
in fronte portamus. De quo adhuc agno subditur: Et edent carnes nocte illa assas igni

In nocte quippe agnum comedimus, qui in sacramento modo dominicum corpus accipimus, quando adhuc ab invicem nostras conscientias non videmus. Que tamen carnes agni assande sunt, quia magis dissolvuntur carnes quas aqua coxit, quas vero ignis sine aqua coxit roborantur. Carnes itaque agni nostri ignis coxit, quia tunc ipsa vis passionis illius ad resurrectionem valentiorem reddidit atque ad incorruptionem ex morte roboravit. Nam cum ex morte convaluit, videlicet carnes illius ab igne duruerunt. Unde et per psalmistam ait: Aruit tanquam testa virtus mea. Quid namque est testa ante ignem nisi molle lutum? Sed ei ex igne agitur ut solidetur. Virtus ergo humanitatis eius velut testa aruit, quia ab igne passionis ad virtutem incorruptionis crevit. Sed sola redemptoris nostri precepta sacramenti ad veram solemnitatem nobis non sufficiunt, nisi eis quoque et bona opera iungantur. Quid enim prodest corpus et sanguinem illius ore percipere et ei perversis moribus contraire? Unde bene adhuc ad comedendum subditur: Et azimos panes cum lactucis agrestibus. Panes quippe sine fermento comedit qui recta opera sine corruptione vane glorie exercet, qui mandata misericordie sine admixtione peccati exhibet, ne perverse diripiat quod quasi recte dispensat. Hoc quippe peccati fermentum sibi sua actione miscuerant quibus sub prophete voce per increpationem Dominus dicebat: Venite ad Bethel et impie agite, et post pauca: Et sacrificate de fermentato laudem. De fermentato namque laudem immolat qui Deo sacrificium de rapina parat. Lactuce vero agrestes valde amare sunt. Carnes ergo agni cum lactucis agrestibus sunt edende, ut cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo penitentie abstergat a mentis stomacho perverse humorem vite. Ubi et subditur: Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua. Ecce iam nos ipsa verba historie ab intellectu historico repellunt. Numquid fratres karissimi israheliticus ille populus in Egypto constitutus comedere agnum crudum consueverat, ut ei lex dicat: Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua? Sed quid aqua nisi humanam scientiam designat, iuxta hoc quod per Salomonem sub hereticorum voce dicitur: Aque furtive dulciores sunt. Quid crude agni carnes nisi inconsiderata ac sine reverentia cogitationis relicta illius humanitas? Omne enim quod subtilius cogitamus quasi in mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est nec aqua cocta, quia redemptor noster nec purus homo est estimandus, neque per humanam scientiam qualiter incarnari Deus potuit cogitandus. Omnis qui redemptorem nostrum purum hominem credit, quid ille aliud quam agni crudas carnes comedit, quas videlicet coquere per divinitatis eius intelligentiam noluit? Omnis vero qui incarnationis eius mysteria iuxta humanam sapientiam discutere conatur, carnes agni aqua vult coquere, id est dispensationis eius mysterium per dissolutam scientiam penetrare. Quicumque ergo paschalis gaudii solemnitatem celebrare desiderat, agnum nec aqua coquat nec crudum comedat, ut neque per humanam sapientiam profunditatem incarnationis illius penetrare appetat, neque in eum tamen hominem purum credat, sed assas igni carnes comedat, ut dispensari omnia per spiritus sancti potentiam sciat. De quo adhuc recte subiungitur: Caput cum pedibus et intestinis vorabitis. Quia redemptor noster est alpha et o, Deus videlicet ante secula et homo in fine seculorum. Caput agni vorare est divinitatem illius fide percipere; pedes vero agni vorare est vestigia humanitatis eius amando et imitando perquirere. Quid vero sunt intestina nisi verborum illius occulta et mystica mandata? Que tunc voramus cum verba vite cum aviditate sumimus. In quo devorationis verbo quid aliud quam pigritie nostre torpor reprehenditur, qui eius verba atque mysteria et per nosmetipsos non requirimus et dicta ab aliis audire vitamus? Non remanebit ex eo quicquam usque mane. Quia eius dicta magna sunt sollicitudine discutienda, quatenus priusquam dies resurrectionis appareat, in hac presentis vite nocte omnia mandata illius intelligendo et operando penetret. Sed quia valde est difficile ut omne sacrum eloquium possit intelligi et omne eius mysterium penetrari, recte subiungitur: Si quid autem remanserit, igni comburetis. Quod ex agno remanet igne comburimus, quando hoc quod de mysterio incarnationis eius intelligere et penetrare non possumus, potestati spiritus sancti humiliter reservamus, ut non superbe quis audeat vel contempnere vel denuntiare quod non intelligit, sed hoc igni tradat, cum spiritui sancto reservat. Forma ergo qualiter edendum sit pascha cognoscimus; nunc a qualibus edi debeat agnoscamus. Sequitur: Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis. Quid in renibus nisi delectatio carnis accipitur? Unde psalmista postulat dicens: Ure igne renes meos et cor meum, Domine. Si enim voluptatem libidinis in renibus nesciret esse, uri nimie petisset. Unde quia potestas diaboli in humano genere maxime per luxuriam prevaluit, de illo voce divina dicitur ad Job: Potestas eius in lumbis

Job xl

eius. Tunc ergo pascha comedit, qui renes accinctos habet, ut qui solemnitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, corruptioni iam per vicia ulli subiaceat, voluptates edomet, carnem a luxuria restringat. Neque enim cognoscit que sit solemnitas incorruptionis qui adhuc per [illegible] corporum subiacet

o 3

Haec quibusdam dura sunt, sed porta angusta est quae ducit ad vitam. Et quia iam multa exempla contulimus cum vobis et bene adhuc subditur: Calciamenta habebitis in pedibus. Quid enim pedes nostri sunt nisi opera? Quid vero calciamenta nisi pelles mortuorum animalium? Calciamenta autem pedes muniunt. Quae ergo sunt mortua animalia ex quorum pellibus nostri muniuntur pedes, nisi antiqui patres qui nos ad aeternam patriam praecesserunt? Quorum dum exempla conspicimus, nostri pedes operis munimus. Calciamenta ergo in pedibus habere est mortuorum vitam conspicere et nostra vestigia a peccati vulnere custodire. Tenentes baculos in manibus. Quid enim per baculum nisi pastoralis cura designatur? Et notandum quod prius praecipitur renes accingere, post modum baculos tenere, quia illi debent pastoralem curam suscipere qui iam in suo corpore sciunt fluxum luxuriae edomare, ut cum aliis fortia praedicat, ipse desideriis mollibus edomitus non succumbat. Unde adhuc subditur: Et comedetis festinantes. Notate, fratres, notate quod dicitur festinantes. Magna mandata Dei, mysteria redemptoris, caelestis patriae gaudium cum festinatione cognoscite, et praecepta vitae cum festinatione implere curate. Quia etenim adhuc hodie licet bene agere, si crastinum utrum liceat ignoramus. Festinantes ergo pascha comedite, id est ad solemnitatem patriae caelestis anhelate. Nemo in huius vitae itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Nemo moras ad appetenda studia innectat, sed coepta perficiat, ne minime liceat implere quod inchoat. Sed ad amorem Dei pigri non simus, adiuvante ipso quem amamus Iesu Christo Domino nostro, qui vivit. Secundum Lucam

In illo tempore duo ex discipulis ibant in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem nomine Emmaus etc. / o 3

In quotidiana nobis solemnitate laborantibus pauca loquenda sunt, et fortasse sunt utiliora, quia saepe alimenta quae minus sufficiunt avidius sumuntur. Lectionis ergo evangelicae summatim sensum statui non per singula verba discutere, ne dilectionem vestram valeat sermo prolixior expositionis onerare. Ecce audistis, fratres carissimi, quia duobus discipulis ambulantibus in via, non quidem credentibus, sed tamen de se loquentibus, Dominus apparuit, sed eis speciem quam recognoscerent non ostendit. Hoc ergo egit Dominus foris in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semetipsos intus et amabant et dubitabant; eis autem Dominus foris et praesens aderat, et quis esset non ostendebat. De se ergo loquentibus praesentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suae speciem abscondit. Verba quidem contulit, duritiam intellectus increpavit, sacrae Scripturae mysteria quae de ipso erant aperuit, et tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, se longius ire finxit. Fingere enim componere dicimus, unde et compositores luti figulos vocamus. Nihil ergo simplex Veritas per duplicitatem fecit, sed talem se exhibuit eis in corpore, qualis apud illos erat in mente. Probandi autem erant si hi qui eum etsi necdum ut Deum diligerent, saltem ut peregrinum amare potuissent. Sed quia esse extranei a caritate non poterant hi cum quibus Veritas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum vocant. Cur autem dicimus vocant, cum illic scriptum sit: Et coegerunt eum? Ex quo nimirum exemplo colligitur quia et peregrini ad hospitium non solum invitandi sunt, sed etiam trahendi. Mensam igitur ponunt, cibos offerunt, et Deum quem in Scripturae sacrae expositione non cognoverant, in panis fractione cognoscunt. Audiendo ergo praecepta Dei illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt, quia scriptum est: Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quisquis ergo vult audita intelligere, festinet ea quae iam intelligere potuit opere implere. Ecce Dominus non est cognitus dum loqueretur, et dignatus est cognosci dum pascitur. Hospitalitatem ergo, fratres carissimi, diligite, caritatis opera amate. Hinc etenim per Paulum dicitur: Caritas fraternitatis maneat in vobis, et hospitalitatem nolite oblivisci; per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio susceptis. Hinc Petrus ait: Hospitales invicem sine murmuratione. Hinc ipsa Veritas dicit: Hospes fui et suscepistis me. Confirmata res est valde et seniorum nostrorum nobis relatione tradita. Quidam paterfamilias cum tota domo sua magno hospitalitatis studio serviebat. Cumque quotidie ad mensam suam peregrinos susciperet, quadam die peregrinus quidam inter alios venit, ad mensam ductus est. Dumque paterfamilias ex humilitatis consuetudine aquam vellet in manibus eius fundere, conversus urceum accepit, sed repente eum in cuius manibus aquam fundere voluerat non invenit. Cumque hoc factum secum ipse miraretur, eadem nocte ei Dominus per visionem dixit: Ceteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Ecce in iudicium veniens dicet: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ecce ante iudicium, cum per membra suscipitur, susceptores suos etiam per semetipsum requirit. Et tamen nos ad hospitalitatis gratiam pigri sumus. Pensate, fratres, quanta sit hospitalitatis virtus. Ad mensas vestras Christum suscipite, ut vos ab eo suscipi ad convivia aeterna valeatis. Praebete modo peregrino Christo hospitium, ut vos in iudicio non quasi peregrinos nesciat, sed ut proprios suscipiat ad regnum, praestante Domino nostro Iesu Christo qui cum Patre. o 4

In illo tempore manifestavit se iterum Iesus discipulis suis ad mare / Secundum Iohannem
Tiberiadis. Manifestavit autem sic: Erant simul Simon Petrus et Thomas qui dicitur Didymus et Nathanael etc.

Lectio sancti evangelii que in vestris auribus lecta est fratres mei questione animum pulsat sed pulsatione sua vim
discretionis indicat. Queri etenim potest cur petrus qui piscator ante conversionem fuit post conversionem
ad piscationem rediit. Et cum veritas dicat: Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est
regno dei. Cur repetiit quod dereliquit? Sed si virtus discretionis inspicitur citius videtur quia nimirum nego-
cium quod ante conversionem sine peccato exstitit hoc et post conversionem repetere culpa non fuit. Nam piscatorem petrum
matheum vero thelonearium scimus. Et post conversionem suam ad piscationem petrus rediit, matheus vero ad the-
lonei negocium non resedit, quia aliud est victum per piscationem querere, aliud lucris thelonei pecunias augere.
Sunt enim pleraque negocia que sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Que ergo ad peccatum impli-
cant, hec necesse est ut post conversionem animus non recurrat. Queri etiam potest cur discipulis laborantibus in mari post resurrectionem
suam dominus in littore stetit, qui ante resurrectionem suam coram discipulis in fluctibus maris ambulavit. Cuius rei ratio
festine cognoscitur si ipsa que tunc inerat causa pensetur. Quid enim mare nisi presens seculum designat quod
se causarum tumultibus et undis vite corruptibilis illidit? Quid per soliditatem littoris nisi illa perpetuitas
quietis eterne figuratur? Quia ergo discipuli adhuc fluctibus vite mortalis inerant in mari laborabant.
Quia autem redemptor noster iam corruptionem carnis excesserat post resurrectionem suam in littore stabat. Ac
si ipsum resurrectionis sue misterium rebus discipulis loqueretur dicens: Iam vobis in mari non appareo quia vobis-
cum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est quod alio in loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dicit: Hec sunt
verba que locutus sum vobiscum adhuc ~~manens~~ essem vobiscum. Neque enim cum ipsis non erat quibus presens
corporaliter apparebat, sed tamen iam se esse cum ipsis denegat a quorum mortali corpore carnis immortalitate
distabat. Quod illic positus cum ipsis fatetur non se esse cum ipsis, hoc quoque hic situ corporis indicat, cum adhuc
navigantibus esse se iam in littore demonstrat. Ista est autem discipulis piscationis magna difficultas
ut migro veniente fiet admirationis magna sublimitas. Cum protinus dixit: Mittite in dexteram
navigii rethe et invenietis. Bis in sancto evangelio legitur quia dominus iussit ut ad piscandum retia mitterentur,
ante passionem videlicet et post resurrectionem. Sed prius quam redemptor noster pateretur et resurgeret mitti quidem rethe
ad piscandum iubet, sed utrum in dexteram an sinistram mitti debuisset non iubet. Post resurrectionem vero discipulis apparens
mitti rethe in dexteram iubet. In illa piscatione tanti capti sunt ut retia rumperentur. In ista autem et
multi capti sunt et retia rupta non sunt. Quis vero nesciat bonos dextra et malos sinistra figurari?
Illa ergo piscatio in qua specialiter in qua parte mitti rethe debeat non iubetur presentem ecclesiam designat
que bonos simul colligit ac malos nec eligit quos trahat, quia et quos eligere possit ignorat. Hec autem
piscatio post resurrectionem facta in sola dextera missa est, quia ad videndam claritatem eius glorie sola electorum
ecclesia pertingit que de sinistro opere nil habebit. In illa piscatione pre multitudine piscium rethe rumpitur, quia
nunc ad confessionem fidei et cum electis reprobi tanti intrant qui ipsam quoque ecclesiam heresibus scindunt. In ista
piscatione et multi pisces et magni capiuntur et rethe non rumpitur, quia sancta electorum ecclesia in continua
auctoris sui pace requiescens nullis iam dissensionibus dilaniatur. Captis autem tam magnis piscibus
ascendit petrus et traxit rethe in terram. Iam credo quod caritas vestra advertit quid est quod petrus rethe
traxit ad terram. Ipsi quippe sancta ecclesia commissa est, ipsi specialiter dicitur: Symon Iohannis amas me? Pasce
oves meas. Quod ergo post modum aperitur voce, hoc nunc figuratur in opere. Quia ergo predicator ecclesie nos
ab huius mundi fluctibus separat, nimirum necesse est ut rethe plenum piscibus petrus ad terram ducat. Ipse enim
pisces ad soliditatem littoris pertrahit, quia sancte predicationis voce stabilitatem eterne patrie fidelibus ostendit.
Hoc egit verbis, hoc epistolis, hoc agit quotidie miraculis signis. Quoties enim per eum ad amorem quietis
eterne convertimur, toties a terrenarum rerum tumultibus separamur. Quid aliud quam missi intra rete fidei pisces
ad littus trahimur? Sed cum rethe magnis piscibus plenum dicitur, additur et quot: centum quinquaginta tribus.
Quod magno misterio non vacat, sed intentos nos tanti misterii profunditas expectat. Neque etenim quantitatis
summam solerter evangelista exprimeret nisi hanc sacramento plenam esse indicasset. Scitis etenim quia in testamento
veteri omnis operatio per decalogi mandata precipitur, in novo autem cunctis operationis virtus per septiformem
gratiam spiritus sancti multiplicata fidelibus datur. Quam propheta denuntians dicit: Spiritus sapientie et intellectus,
spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis, et replebit eum spiritus timoris domini. Sed ille in hoc
spiritu operationem percipit qui fide trinitatis agnoscat ut et patrem et filium et eundem spiritum sanctum unius virtutis
credat, unius esse substantie fateatur. Quia ergo septem que superius diximus per novellum testamentum largius data
sunt, decem vero per vetus precepta, omnis nostra virtus et operatio per x et vii potest plene comprehendi.
Ducamus ergo per trigenium decem et septem et veniunt quinquaginta unum. Qui profecto numerus a magno
misterio non vacat, quia in veteri testamento legimus quod annus quinquagesimus iubileus vocari iussus est,
in quo videlicet cunctus populus ab omni operatione requiesceret. Sed vera requies in unitate est; dividi

quod unum no pt Ubi enim sessura dimissionis vera requies non est. Ducatur ergo per quinquagenta et unum
et fiunt centum quinquaginta tres Quia igitur omnis nostra operatio in fide trinitatis exhibita ad requiem tendit
Septem et decem ter ducimus ut ad quinquaginta et unum veniamus. Et vera nostra requies tunc est cum iam
claritatem ipsius trinitatis agnoscimus quam in unitate divinitatis esse credimus tenemus. quinquaginta et unum
ter ducimus et electorum summam in superna patria qui centum quinquaginta et tres piscium numero tenemus
(Post resurrectionem vero domini rethe missum dignum fuit ut tot pisces caperet quot solum electos suos cives
superne patrie designaret. Sunt hec vero et hesterna sancti ewangelii lectio et hodierna nos admonet ut
vigilanter debeamus inspicere cur dominus et redemptor noster post resurrectionem suam piscem assum legitur comedisse.
Non enim vacat a mysterio quod iteratur in facto. In hac etenim lectione panem et assum piscem. In illa
vero que hesterna die lecta est, cum asso pisce et favum mellis comedisse dicitur. Quid autem signare credimus
piscem assum nisi mediatorem ipsum dei et hominum passum. Ipse enim latere dignatus est in aquis generis
humani capi voluit laqueo mortis nostre et quasi in tribulatione assatus est tempore passionis sue. Sed qui piscis
assus fieri dignatus est in passione favum mellis nobis exhibuit in resurrectione. An qui in pisce asso
figurari voluit tribulationem passionis sue in favo mellis utramque naturam exprimere voluit persone sue.
Favus quippe mel in cera est. Mel vero in cera est divinitas in humanitate. Quod ab hac quoque lectione
non discrepat. Nam piscem comedit et panem. Qui enim assari ut piscis potuit ex humanitate, pane nos
reficit ex divinitate qui ait Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Assum piscem comedit et panem
ut ipso cibo nobis ostenderet quia et passionem ex nostra humanitate pertulit et refectionem nostram ex sua divinitate
procuravit. Quod si vigilanter aspicimus nobis quoque qualiter ad imitandum cogitat videmus. Hic enim sua
redemptor indicat ut imitatione vite nobis sequentibus sternat. Ecce in cibo suo dominus noster piscem assum
coniungere favum voluit quia vero illos in suo corpore ad eternam requiem suscipit qui cum hic tribulationes
pro deo sentiunt ab amore intime dulcedinis non recedunt. Cum asso pisce favum sumitur quia qui hic
afflictiones pro veritate suscipiunt illic dulcedine vera satiantur. Notandum vero quod ultimum convivium domini cum
discipulis habuisse describitur. Petrus namque et thomas et nathanael filii zebedei et alii ex discipulis duo
in eo fuisse memorantur. Cur cum septem discipulis ultimum convivium celebrat, nisi quod eos tantummodo qui septi-
formis gratia sancti spiritus pleni sunt futuros secum in eterna refectione denuntiat. Septem quoque diebus omne
huius temporis volvitur et septenario numero perfectio designatur. Illi ergo ultimo convivio de presentia veritatis e-
pulantur qui nunc perfectionis studio terrena transcendunt. quos istius huius amor non ligat quibus etsi ut-
cumque per temptamenta obstrepit cepta tamen eorum desideria non retundit. De hoc convivio convivio alias per
Iohannem dicitur Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Ideo enim non ad prandium sed ad cenam vocatos
narrat quia nimirum in fine diei convivium cena est. Cum ergo finito presentis vite tempore ad refectionem superne
contemplationis veniunt non ad agni prandium sed ad cenam vocantur. que vero cena hec ultimo convivio
exprimitur cum septem discipuli adesse memorantur quia illos ut diximus tunc interna refectio reparat qui pleni
nunc septiformi spiritu in amore anhelant. Hec ergo vobiscum fratres agite huius spiritus repleri gratia de-
siderate quod nobis sequi in futurum possit ex presenti perpendite. Pensate si huius spiritu pleni estis et nostis
si ad illud convivium pervenire valeatis. Cum istis namque ille est quem nunc spiritus iste non reparat profecto
ab illa eterne convivii refectione ieiunat. Quemadmodum quod de eodem spiritu paulus dicat Si quis spiritum
christi non habet hic non est eius. Dixit quidam titulus divine possessionis est iste spiritus amoris. Numquam namque spiritum
christi habet cuius mentem odia dissipat elatio inflat ira usque ad dimissionem mentis exasperat. avaritia cru-
ciat luxuria enervat. Pensate quis sit iste spiritus christi profecto ille qui facit amicos et inimicos diligi
terrena despici pro celestibus estuari carnem pre vicia conteri mentem a concupiscentiis refrenari. Si ergo vultis
cognoscere huius possessionis dei personam perpendite possessorem nostri. Ecce enim quod dixi voce veridica
paulus clamat Si quis spiritum christi non habet hic eius non est. Unde apte dicat Cum mens deo inhabitante
non regitur de divine claritatis spe per quem modum non letatur. Si nos tamen ad hec que deum sunt insinuamur ut ad
culmen perfectionis attingamus in via dei quotidie sancta desideria gressus ponamus. Contemplatur nos veritas
que per prophetam dicit Imperfectum meum viderunt oculi tui et in libro omnes scribentur. Non omnino erit nobis necessaria
vera imperfecto si in dei itinere constituti ad transacta non aspicimus et ad ea que restant transire festi-
nemus. Nam qui imperfectorum desideria dignanter inflammat hec quoque ad perfectionem roborat.
In illo tempore maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinavit se et prospexit
in monumentum et vidit duos angelos in albis sedentes unum ad caput et unum ad pedes. Ecce
Maria magdalene que fuerat in civitate peccatrix amando veritatem lavit lacrimis maculas

ciuis et vox veritatis impletur qua dicitur Dimissa sunt ei peccata multa quia dilexit multum. Que enim prius frigida
peccando remanserat postmodum amando fortiter ardebat. Nam postquam venit ad monumentum ibi quod corpus
dominicum non invenit sublatum credidit atque discipulis nunciavit. Qui venientes viderunt atque ita esse ut mulier
dixerat crediderunt. Et de eis protinus scriptum est: Abierunt ergo discipuli ad semetipsos. Ac deinde subiungitur:
Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Qua in re pensandum est huius mulieris mentem quanta vis
amoris accenderat que a monumento domini etiam discipulis recedentibus non recedebat. Exquirebat quem non
invenerat flebat inquirendo et amoris sui igne succensa eius quem ablatum credidit ardebat desiderio.
Unde et contigit ut eum sola tunc videret que remansit ut quereret quia nimirum virtus boni operis perseverancia
est et voce veritatis dicitur: Qui autem perseveraverit in finem hic salvus erit. Et precepto legis cauda hostie in sacri-
ficio iubetur offerri. In cauda enim finis est corporis et ille bene immolat qui sacrificium boni operis usque
ad finem debitum perducit debite actionis. Hinc Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur.
Tunica quippe ad talum usque est opera boni usque ad consummationem. Maria autem cum fleret inclinavit se et prospexit
in monumentum. Certe iam monumentum vacuum viderat iam sublatum dominum nunciaverat. Quid est quod se iterum in-
clinat iterum videre desiderat. Sed amanti semel aspexisse non sufficit quia vis amoris intentionem multiplicat
inquisitionis. Quesivit ergo prius et minime invenit perseveravit ut quereret unde et contigit ut inveniret
actumque est ut desideria dilata crescerent et crescentia caperent quod invenissent. Hinc est enim quod de eodem
sponso ecclesia in canticis canticorum dicit: In lectulo meo per noctem quesivi quem diligit anima mea quesivi illum
et non inveni. Surgam et circuibo civitatem per vicos et plateas queram quem diligit anima mea. Quem
destitutam se inveniendo ingeminat dicens: Quesivi illum et non inveni. Sed quia dum inventio non elongatur si
inquisitio non desistat adiungit: Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem. Num quem diligit anima
mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos inveni quem diligit anima mea. Dilectum namque in lectulo querimus
quando in presentis vite aliquantula requie redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem querimus quia etsi iam
in illo mens vigilat tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum suum non invenit restat ut surgat
civitatem circueat id est sanctam electorum ecclesiam mente et inquisitione percurrat per vicos et plateas querat
id est per angusta et lata gradientes aspiciat ut si qua in eis invenire valeat eius vestigia requirat
quia sunt nonnulli etiam vite secularis qui ad imitandum aliquid habeant de actione virtutis. Querentes autem
nos vigiles inveniunt qui custodiunt civitatem quia sancti patres qui ecclesie statum custodiunt bonis
actibus nostris occurrunt ut suo vel verbo vel scripto nos doceant. Quos cum paululum pertransimus invenimus
quem diligimus quia redemptor noster etsi humilitate homo inter homines divinitate tamen super homines fuit. Cum ergo
transeuntes vigiles dilectus invenitur quia cum prophetas et apostolos infra ipsum esse conspicimus illum qui natura
deus est esse super homines consideramus. Prius ergo non inventus queritur ut postmodum inventus strictius teneatur.
Sancta enim desideria ut predixi(mus) dilatione crescunt. Si autem dilatione deficiunt desideria non fuerunt. Hoc
amore exarsit quisquis ad veritatem pertingere potuit. Hinc namque David ait: Sitivit anima mea ad deum vivum;
quando veniam et apparebo ante faciem dei. Hinc nos ammonet dicens: Querite faciem eius semper. Hinc propheta
ait: Anima mea desideravit te in nocte sed et spiritus meus in precordiis meis de mane vigilabo ad
te. Hinc iterum ecclesia in canticis canticorum dicit: Vulnerata caritate ego sum. Iustum quippe est ut ex visionis
medici pertingat ad salutem que per estum eius desiderii vulnus amoris portat in pectore. Hinc rursus
ait: Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Mens namque hominis conditoris sui speciem
non querentis male dura est quia in semetipsa remanet frigida. Nec si ardere iam ex desiderio
cepit ad sequendum quem diligit liquefacta per ignem amoris currit. Hic desiderio omnia vilescunt
in seculo cuncta que placebant nichil est quod extra conditorem + eius mentem consolatur quousque adhuc
qui desideratur non aspicitur moret mens lux ipsa studio est tali quoque igne in mente decoquitur rubigo
culpe et succensa anima quasi auri more quia per usum speciem perdidit per incendium clarescit. Ista itaque que
sic amat que se ad monumentum quod prospexerat iterum inclinat videamus quo fructu vis amoris in ea
ingeminat opus inquisitionis. Sequitur: Vidit duos angelos in albis sedentes unum ad caput et unum
ad pedes ubi positum fuerat corpus Ihesu. Quid est quod in loco dominici corporis duo angeli videntur unus
ad caput et unus ad pedes sedens nisi quod latina lingua angelus nuncius dicitur et ille ex passione
sua nunciandus erat qui et deus erat ante secula et homo in fine seculorum. Quasi ad caput sedet angelus
cum per apostolum dicatur quia in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Et quasi ad pedes
sedet angelus cum dicit: Et verbum caro factum est et habitavit in nobis. Possumus etiam per duos angelos
duo testamenta cognoscere unum prius et aliud sequens. Qui angeli videlicet per locum dominici corporis sunt
sibimet coniuncti quia nimirum utraque testamenta dum pari sensu incarnatum et mortuum ac resurrexisse

+ liberet et quod prius delectabat animum fuit postmodum vehementer onerosa nil eius rc. +

dominum incarnatum/ quia testamentum prius ad caput et testamentum postea ad pedes sedet. Iam vero et duo cherubim qui propi-
tiatorium tegunt se invicem aspiciunt vultibus versis in propitiatorium. Cherubim quippe plenitudo scientie dicitur. Et quid
per duo cherubim nisi utraque testamenta significantur. Quid vero per propitiatorium nisi incarnatus dominus designatur. De
quo iohannes ait: Ipse est enim propitiatio pro peccatis nostris. Et dum testamentum vetus hoc fiendum denuntiat quod testamentum
novum de domino factum clamat, quasi utraque cherubim se invicem aspiciunt dum vultus in propitiatorium vertunt quia
dum inter se incarnatum positum dominum vident a suo aspectu non discrepant quia dispensationis eius misterium concorditer
narrant. Sequitur: Angeli mariam dicunt: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum et nescio
ubi posuerunt eum. Ipsa namque sacra eloquia que nos in lacrimas amoris excitant, easdem lacrimas con-
solantur dum nobis spem redemptoris nostri promittunt. Sed notandum nobis est in ista historia quod mulier non ait:
Tulerunt corpus domini mei sed tulerunt dominum. Usus namque sacri eloquii est ut aliquando ex parte totum, aliquando vero
ex toto partem signet. Ex parte enim signat totum, sicut de iacob filiis scriptum est: quia descendit iacob in egiptum
in animabus septuaginta. Neque enim anime in egiptum sine corporibus descenderunt sed per solam animam totus homo signatur
quia ex parte totum exprimitur. Et solum dominicum corpus in monumento iacuit et maria non corpus domini sed sublatum
dominum querebat. Videlicet ex toto designans partem. Sed cum dixisset conversa est retrorsum et vidit ihesum stantem et nesciebat
quia ihesus est. Notandum quod maria que adhuc de resurrectione domini dubitabat retrorsum conversa est ut videret
ihesum quia videlicet per eandem dubitationem suam quasi tergum in domini faciem vertebat quem resurrexisse minime credebat
sed quia amabat et dubitabat videbat et non cognoscebat eum quia illi et amor ostendebat et dubietas abs-
condebat. Cuius adhuc ignorantia exprimitur cum subiungitur: Et nesciebat quia ihesus est. Cui dicit: Mulier
quid ploras quem queris? Interrogatur doloris causa ut augeatur desiderium quatenus cum nominaret quem quereret
in amorem eius estuaret. Illa existimans quia ortulanus esset dicit ei: Domine si tu sustulisti eum dicito michi ubi
posuisti eum et ego eum tollam. Fortassis nec errando hec mulier errabat que ihesum ortulanum credidit. An non
ei spiritualiter ortulanus erat qui in eius pectore per amoris sui semina virtutum virentia plantabat. Sed quid
est hoc quod viso eo quem ortulanum credidit cui necdum dixerat quem querebat ait: Domine si tu sustulisti eum dicito
michi quasi enim iam dixisset ex cuius desiderio plangeret eum dicit quem non dixerat. Sic vis amoris hoc agere solet
in animo ut quem ipse semper cogitat nullum alium ignorare credat. Recte et hec mulier quem querit non dicit et si tu sus-
tulisti eum quia alteri non putat incognitum quem sic ipsa continuo plangit desiderio. Dicit ei ihesus: Maria. Postquam
eam communi vocabulo et sexus appellavit et agnitus non est vocat ex nomine. Ac si aperte dicat: Recognosce
eum a quo recognosceris. Perfecto quippe viro dicitur: Novi te ex nomine. Quia homo communi vocabulo omnium nostrum est
moyses vero perfectus cui dicitur quod ex nomine scit. Ac si aperte dominus dicat: Non te generaliter ut ceteros
sed specialiter scio. Maria ergo quia vocatur ex nomine recognoscit auctorem atque eum protinus rabboni id est magistrum
vocat quia ipse erat qui querebatur exterius et ipse qui eam interius ut quereret docebat. Iam vero ab evangelista
non subditur quid mulier fecerit sed ex eo innuitur quod audivit. Cui dicitur: Noli me tangere nondum enim ascendi
ad patrem meum. In hiis namque verbis ostenditur quod maria voluit amplecti eius vestigia quem recognovit
sed ei magister dicit: Noli me tangere non quia dominus post resurrectionem suam tactum renuit feminarum cum de duabus
ad sepulcrum eius scriptum sit accesserunt et tenuerunt pedes eius. Sed cur tangi non debeat ratio quoque additur
cum subditur: Nondum enim ascendi ad patrem meum. In corde etenim nostro tunc ihesus ad patrem ascendit
cum equalis creditur patri. Nam quisquis eum equalem patri non credit adhuc in eius pectore ad patrem non
ascendit. Ille ergo ihesum veraciter tangit qui patri filium coeternum credit. In corde etenim pauli iam ad patrem
ihesus ascenderat cum ipse paulus ait: Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem
deo. Unde et iohannes quoque redemptorem nostrum manu fidei tangit qui ait: In principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt. Tangit ergo dominum qui eum patri coeternitate substantie equalem
credit. Sed fortasse ad tacita questione pulsat quomodo filius equalis patri possit. Quia in re humana invenire
quod admirando comprehendere non valet, restat ut hoc de credibili cum admiratione alia sciat. Scit namque
quod sibi ad hoc sub brevitate videat. Constat enim quia ipse creavit matrem in cuius virgineo utero ex huma-
nitate tenetur. Quomodo ergo minor sit equalis patri qui prior est matre. Paulus quoque attestante qui ait: dicimus
christum dei virtutem et dei sapientiam. Qui enim ergo filium minorem putat spiritualiter patri derogat cuius sapientiam
esse inequalem fatetur. Quis enim homo potens equaliter fieret si quis ei diceret: magnus quidem es
sed tua sapientia tua minor te est. Item quod dominus dicit: Ego et pater unum sumus. Et rursum ait: Pater maior
me est. De quo etiam scriptum est quia subditus erat parentibus suis. Quid ergo mirum si ex humanitate
sua minorem se asserit patri in celo ex qua subditus erat et parentibus in terra. Ex qua humanitate nunc
marie dicit: Vade ad fratres meos et dic eis: Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum ad deum

meum et deum vestrum. Cum meum dicat et vestrum, cur non gradatim dicat vestrum sed distincte loquens indicat quia eundem patrem
et deum dissimiliter habeat. Ac si aperte quod vos ascendo ad patrem meum et patrem vestrum. Meum videlicet per naturam, vestrum per gratiam.
Ad deum meum per condescensionem vel quia descendi, ad deum vestrum quia ascendistis. Quia et ego homo deus meus est, quia vos
ab errore liberati estis deus vobis est. Distincte ergo mihi pater et deus est, quia quem ante secula deum genuit
hominem in fine seculorum me meruit carnem. Venit maria magdalena nuncians discipulis quia vidi dominum et hec dixit mihi.
Ecce humani generis culpa ibi abscinditur unde processit. Quia enim in paradiso mulier viro propinavit mortem, a
sepulcro mulier viris annunciat vitam. Et dicta vivificatoris narrat, que mortifera serpentis narraverat
verba. Ac si humano generi non verbis dominus sed rebus dicat: De qua manu vobis illatus est potus mortis, de ipsa
suscipite poculum vite. Sed de compunctione lectionis ebdomade superiore tetigimus. Nunc opitulante eodem de quo
loquimur domino et resurrectionis eius gloriam et pietatis eius viscera consideremus. Quia enim a morte voluit surgere
ne nostra diu caro in infidelitatis morte remaneret. Unde bene quod per prophetam dicitur: De torrente in via bibet, propterea
exaltabit caput. In humano quippe genere ab ipso mundi initio torrens mortis effluxerat, sed de hoc torrente
dominus bibit quia mortem in transitu gustavit. Atque ideo exaltatur caput, quia hoc quod moriendo in sepulcro posuit
surgendo super angelos elevavit, et in antiquum hostem mortem intulit, unde semper vitam se mansurum presumpserat,
eum trapelit(?) perimit. Unde apte dominus beato Job dicit: Numquid capies leviathan hamo? Per leviathan
quippe quod additamentum eorum dicitur, cetus ille devorator humani generis designatur, qui dum se divinitatem
homini spopondit, immortalitatem sustulit. Qui etiam prevaricationis culpa quam primo homini propinavit, dum se sequentibus
pessima persuasione multiplicat, penas eis sine cessatione coacervat. In hamo autem aculeus occultatur,
esca ostenditur. Hunc ergo pater omnipotens hamo cepit, quia ad mortem illius unigenitum filium incarnatum misit, in quo caro
passibilis videri posset, cuius in eo spiritus iste per mandi escam corporis, sequentem momordit divinitas
illum aculeo perforavit. Prius vero eum in miraculis deum cognoverat, sed de cognitione sua ad dubitationem cecidit
quando hunc passibilem vidit. Quasi hamo ergo fauces glutientis tenuit, dum in illa esca carnis patuit quam
devorator appeteret, et divinitas passionis tempore lateret que necaret. In hamo eius incarnatione captus
est, quia dum in illo appetit escam corporis, transfixus est aculeo divinitatis. Ibi quippe inerat humanitas
que ad se devoratorem duceret, ibi divinitas que perforaret, ibi aperta infirmitas que provocaret, ibi occulta virtus que raptoris faucem
transfigeret. In hamo ergo captus est, quia inde interiit unde momordit, et quos iure tenebat mortales
perdidit, quia eum in quo nihil habuit morte appetere immortalem presumpsit. Hinc est quod scriptura de qua loquimur
maria vivit quia ille pro humano genere qui mori minime debebat occubuit. Hinc est quod nos quotidie
ad vitam post culpam redimimur, quia ad penam nostram conditor sine culpa descendit. Ecce iam antiquus hostis
ea que de humano genere ceperat spolia amisit, suppeditatus sue victoria perdidit. Quotidie ad vitam
peccatores redeunt, quotidie de eius faucibus conditoris manu rapiuntur. Unde bene quod ad beatum Job voce divina
rursum dicitur: Armilla perforabis maxillam eius. Armilla ubi posita ambiendo constringit. Quid ergo
per armillam nisi complectens divina misericordia designatur? Que leviathan istius maxillam perforat, dum nobis
post perpetrata que prohibuit adhuc penitentie remedium ostendit. Armilla dominus maxillam leviathan perfo-
ravit, quia ineffabili misericordie sue potentia sic malicie antiqui hostis obviat, ut aliquando eos et quos iam
cepit amittat. Et quasi ab ore illius cadunt qui post perpetratas culpas ad innocentiam redeunt. Quis
enim ore illius semel raptus maxillam eius evaderet, si perforata non esset? Num non in ore petrum tenuit
cum negavit? Num non in ore david tenuit cum in tantam se luxurie voraginem mersit? Sed dum ad
vitam uterque per penitentiam rediit, leviathan iste eos aliquo modo quasi per foramen maxille sue amisit. Per foramen
ergo maxille ab eius ore subtracti sunt qui post perpetrationem tante nequicie penitendo redierunt.
Quis autem hominum leviathan istius os evadat, ut illicita nulla committat? Sed hinc cognoscimus quantum
redemptori humani generis debitores sumus, quia non solum nos in ore leviathan ire prohibuit, sed ab ore
etiam redire concessit. Qui spem peccatori non abstulit, quia maxillam eius ut evadendi viam tribueret per-
foravit, ut saltem post morsum fugiat qui incautus prius cavere noluit ne morderetur. Ubique ergo nobis
occurrit superna medicina, quia et precepta dedit homini ne peccet, et tamen peccanti dedit remedium ne desperet.
Unde cavendum summopere est ne quis delectatione peccati leviathan istius ore rapiatur, et tamen si raptus
fuit non desperet, quia si peccatum perfecte lugeat, adhuc foramen maxille eius invenit per quod evadat. Ad-
est testis divine misericordie scriptura ipsa de qua loquimur maria, de qua phariseus dum pietatis fontem vellet ob-
struere dicebat: Hic si esset propheta sciret utique que et qualis est mulier que tangit eum, quia peccatrix
est. Sed lacrimis lavit maculas cordis et corporis, et redemptoris vestigia tetigit que itinera prava
dereliquit. Sedebat ad pedes ihesu verbumque de ore eius audiebat. Viventi adheserat, mortuum querebat

viventem reperit, quae mortuum quaesivit. Tantum quippe apud eum locum gratiae invenit, ut hunc ipsis quoque apostolis eius, videlicet nuntiis, ipsa nuntiaret. Quid itaque, fratres, quid in hac re debemus aspicere, nisi immensam conditoris nostri misericordiam, qui nobis velut in signo ad exemplum paenitentiae posuit eos, quos per peccatum vivere fecit? Reprehendo etenim Petrum, considero latronem, aspicio Zacheum, intueor Mariam, et nihil aliud in eis video nisi ante oculos nostros posita spei ac paenitentiae exempla. Fortasse enim aliquis in fide lapsus est, aspiciat Petrum qui amare flevit quod timide negaverat. Alius contra proximum suum in malitia crudelitatis exarsit, aspiciat latronem qui in ipso mortis articulo ad vitae praemia paenitendo pervenit. Aliquis avaritiae aestibus anhelans aliena diripuit, aspiciat Zacheum qui si cui aliquid abstulit, quadruplum reddidit. Alius libidinis igne succensus carnis munditiam perdidit, aspiciat Mariam quae in se amorem carnis igne divini amoris excoxit. Ecce omnipotens deus ubique oculis nostris quos imitari debeamus ostendit, ubique exempla misericordiae suae opponit. Mala ergo displiceant iam vel experta. Libenter obliviscitur omnipotens deus quod nocentes fuimus, paratus est paenitentiam nostram nobis ad innocentiam deputare. Inquinati post aquam salutis, renascamur ex lacrimis. Itaque iuxta primi pastoris vocem, sicut modo geniti infantes lac concupiscite. Redite parvuli filii ad sinum matris vestrae aeternae sapientiae, sugite larga ubera pietatis dei, transacta plangite, imminentia videte. Redemptor noster momentaneos fletus vestros aeterno consolatur gaudio. Qui vivit et regnat.

Secundum Iohannem

Cum esset sero die illa una sabbatorum, et fores essent clausae ubi erant discipuli congregati propter metum Iudaeorum, venit Iesus et stetit in medio eorum et dixit eis: Pax vobis. Et reliqua.

Omelia 6

Prima lectionis huius evangelicae quaestio animum pulsat, quomodo post resurrectionem dominicum corpus verum fuit, quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est quod divina operatio si humana ratione comprehenditur non est admirabilis, nec fides habet meritum cui humana ratio praebet experimentum. Sed haec ipsa redemptoris nostri opera, quae ex semetipsis nequaquam comprehendi possunt, ex eius alia operatione pensanda sunt, ut rebus mirabilibus fidem praebeant facta mirabiliora. Illud enim corpus domini intravit ad discipulos ianuis clausis, quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exivit utero virginis. Quid mirum si post resurrectionem suam in aeternum iam victurus clausis ianuis intravit, qui moriturus veniens non aperto utero virginis exivit? Sed quia ad illud corpus quod videri poterat fides intuentium dubitabat, ostendit eis protinus manus et latus, palpandam carnem praebuit quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira et iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit, dum post resurrectionem suam corpus suum et incorruptibile et tamen palpabile demonstravit. Nam et corrumpi necesse est quod palpatur, et palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inaestimabili redemptor noster et incorruptibile post resurrectionem et palpabile corpus exhibuit, ut monstrando incorruptibile invitaret ad praemium, praebendo palpabile firmaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo et palpabilem demonstravit, ut profecto post resurrectionem esse ostenderet corpus suum et eiusdem naturae et alterius gloriae. Dixit eis: Pax vobis. Sicut misit me pater et ego mitto vos, id est, sicut misit me pater deus deum, et ego mitto vos homo homines. Pater filium misit, qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundo venire ad passionem voluit, sed tamen amavit filium quem ad passionem misit. Electos vero apostolos dominus non ad mundi gaudia, sed sicut ipse missus est, ad passiones in mundum mittit. Quia ergo et filius amatur a patre et tamen ad passionem mittitur, ita et discipuli amantur a domino, qui tamen ad passionem mittuntur in mundum. Itaque dicitur: Sicut misit me pater et ego mitto vos, id est, ea caritate diligo vos cum inter scandala persecutorum mitto, qua me caritate pater diligit quem venire ad toleranda passiones fecit. Quamvis etiam mitti iuxta naturam divinitatis possit intelligi. Eo enim ipso filius a patre mitti dicitur quo a patre generatur. Nam sanctum quoque spiritum, qui cum sit coaequalis patri et filio, non tamen incarnatus est, ipsum se filius mittere perhibet dicens: Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre. Si enim mitti solummodo incarnari debet intelligi, sanctus procul dubio spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequaquam incarnatus est, sed eius missio ipsa processio est qua de patre procedit et filio. Sicut itaque spiritus dicitur mitti quia procedit, ita et filius non incongrue mitti dicitur quia generatur. Hec cum dixisset, insufflavit et dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Requirendum nobis est quid est quod spiritum sanctum dominus noster et semel dedit in terra consistens et semel caelo praesidens. Neque enim in alio loco datus esse spiritus sanctus aperte monstratur, nisi nunc cum per insufflationem percipitur, et postmodum cum de caelo veniens in linguis variis demonstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur et postmodum de caelo mittitur, nisi quod duo sunt praecepta caritatis, dilectio videlicet dei et proximi? In terra datur spiritus ut diligatur proximus, de caelo datur spiritus ut diligatur deus. Sicut ergo una est caritas et duo sunt praecepta, ita unus spiritus et duo data. Prius a consistente domino in terra datur, postmodum de caelo mittitur, quia in proximi amore discitur qualiter pervenire debeat ad amorem dei. Unde ipse Iohannes dicit: Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Et ante quidem discipulorum mentibus ipse spiritus sanctus inerat ad fidem, sed tamen manifesta datione non nisi post resurrectionem dominicam datus est. Unde scriptum est: Nondum erat spiritus datus quia Iesus nondum fuerat clarificatus. Unde et per Moysen

dicitur: Suxerunt mel de petra et oleum de saxo durissimo. Nusquam enim quod tale aliquid factum sit historia legitur si tota testamenti veteris series recenseatur. Nusquam de petra mel, nusquam oleum ille populus suxit. Sed quia iuxta Pauli vocem petra erat Christus, mel de petra suxerunt qui eiusdem redemptoris nostri facta et miracula viderunt. Oleum vero de saxo durissimo suxerunt quia effusione sancti spiritus post resurrectionem eius ungi meruerunt. Quasi ergo in saxo petra mel dedit quando adhuc mortalis dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed saxo petra oleum fudit quia post resurrectionem suam factus impassibilis per insufflationem spiritus donum sancte unctionis emanavit. De hoc oleo per prophetam dicitur: Computrescet iugum a facie olei. Sub iugo quippe detinebamur dominationis demoniace sed uncti sumus oleo sancti spiritus. Et quia nos gratia libertatis unxit, demoniace dominationis iugum computruit, Paulo attestante qui ait: Ubi spiritus domini ibi libertas. Sciendum vero est quod hii qui prius spiritum sanctum habuerunt ut et ipsi innocenter viverent et in predicatione quibusdam prodessent, ideo hunc post resurrectionem domini patenter acceperunt ut prodesse non paucis sed pluribus possent. Unde et in hac ipsa datione spiritus dicitur: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt. Libet intueri illi discipuli ad tanta humilitatis onera vocati ad quantum culmen glorie sunt perducti. Ecce non solum de semetipsis securi fiunt sed etiam aliene obligationis potestatem relaxationis accipiunt principatumque superni iudicii sortiuntur, ut vice dei quibusdam peccata retineant quibusdam relaxent. Sic eos a deo decebat erigi qui tantum pro deo consenserant humiliari. Ecce qui districtum dei iudicium metuunt animarum iudices fiunt et alios dampnant vel liberant qui semetipsos dampnari metuebant. Horum profecto nunc in ecclesia episcopi locum tenent. Ligandi atque solvendi auctoritatem suscipiunt qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor sed grave pondus istius est honoris. Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina vite sue iudex fiat aliene vite. Et plerumque contingit ut iudicii locum teneat cui ad locum minime vita concordat ac sepe agitur ut vel dampnet immeritos vel alios ipse ligatus absolvat. Sepe in solvendis ac ligandis subditis sue voluntatis motum non autem causarum merita sequitur. Unde fit ut ipsa ligandi atque solvendi potestate se privet qui hanc pro suis voluntatibus et non pro subditorum utilitatibus exercet. Sepe fit ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur pastor. Iudicare autem digne de subditis nequeunt qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam sequuntur. Unde recte per prophetam dicitur: Mortificabant animas que non moriuntur et vivificabant animas que non vivunt. Non morientem quippe mortificat qui iustum dampnat, et non victurum vivificare nititur qui reum a supplicio solvere conatur. Cause ergo pensande sunt et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum est que culpa vel que sit penitencia secuta post culpam, ut quos omnipotens deus per compunctionis graciam visitat illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est absolutio presidentis cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quadriduani mortui resuscitatio illa significat, que videlicet demonstrat quia prius mortuum dominus vocavit et vivificavit dicens: Lazare veni foras, et post modum is qui egressus fuerat a discipulis est solutus, sicut scriptum est: Cumque egressus esset qui fuerat ligatus institis, tunc dixit discipulis: Solvite eum et sinite abire. Ecce illum iam discipuli viventem solvunt quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum solverent, fetorem magis ostenderent quam virtutem. Ex qua consideratione intuendum est quod illos nos debemus per pastoralem auctoritatem solvere quos auctorem nostrum cognoscimus per resuscitantem gratiam vivificare. Que nimirum vivificatio ante operationem rectitudinis in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Unde et huic ipso mortuo Lazaro nequaquam dicitur: Revivisce, sed: Veni foras. Omnis quippe peccator dum culpam suam intra conscientiam abscondit, introrsum latet, in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit foras cum peccator nequicias suas sponte confitetur. Lazaro ergo dicitur: Veni foras. Ac si aperte cuilibet mortuo in culpa diceretur: Cur reatum tuum intra conscientiam tuam abscondis? Foras iam per confessionem egredere qui apud te interius per negationem lates. Veniat itaque mortuus foras, id est culpam confiteatur peccator. Venientem vero foras solvant discipuli, ut pastores ecclesie ei penam debeant amovere quam meruit qui non erubuit confiteri quod fecit. Sed de solutionis ordine breviter diximus ut sub magno moderamine pastores ecclesie vel solvere studeant vel ligare. Sed utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is qui subest et cum iniuste forsitan obligatur ipsam obligationis sue sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat vel ligare. Is autem qui sub manu pastoris est ligari timeat vel iniuste, nec pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne et si iniuste ligatus est ex ipsa tumide reprehensionis superbia culpa que non erat fiat. Sed quia hec breviter per digressionem diximus, ad expositionis ordinem redeamus. Thomas autem unus ex XII qui dicitur didimus non erat cum eis quando venit Ihesus. Iste unus discipulus defuit, reversus quod gestum est audivit, audita credere renuit. Venit iterum dominus et non credenti discipulo latus palpandum prebuit, manus ostendit, et ostensa suorum cicatrice vulnerum infidelitatis illius vulnus sanavit. Quid fratres karissimi, quid inter hec animadvertitis? Numquid casu gestum creditis ut electus ille discipulus tunc deesset.

post autem veniens audivit, audiens dubitavit, dubitans palpavit, palpans credidit. Non hoc casu sed divina dis-
pensatione gestum est. Egit namque miro modo superna clementia ut discipulus dubitans dum in suo magistro vul-
nera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thome infidelitas ad
fidem quam fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur, nostra mens omni dubi-
tatione postposita in fide solidatur. Sic quippe discipulum suum post resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen
in dubitatione deseruit, sicut ante nativitatem suam habere Mariam sponsum voluit, que tamen ad eius nuptias
non pervenit. Nam ita factus est discipulus dubitans et palpans testis vere resurrectionis, sicut sponsus matris custos
fuerat integerrime virginitatis. Palpavit autem et exclamavit: Dominus meus et Deus meus. Dicit ei Ihesus: Quia vidisti
me Thoma credidisti. Cum Paulus dicat: Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium,
profecto liquet quia fides illarum rerum argumentum est que apparere non possunt. Que enim apparent iam fidem
non habent sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur ei dicitur: Quia vidisti me credidisti? Sed aliud
vidit et aliud credidit. A mortali quippe homine divinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit et Deum confessus est
dicens: Dominus meus et Deus meus. Videndo ergo credidit qui considerando verum hominem hunc Deum quem videre non
potuit exclamavit. Letificat valde quod sequitur: Beati qui non viderunt et crediderunt. In qua nimirum sententia nos
signati sumus specialiter qui eum quem carne non vidimus mente retinemus. Nos signati sumus, sed si fidem
nostram operibus sequimur. Ille etenim vere credit qui exercet operando quod credit. Econtra de hiis qui fidem
nomotenus retinent Paulus dicit: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Hinc Iacobus ait: Fides
sine operibus mortua est. Hinc ad beatum Iob de antiquo hoste generis humani Dominus dicit: Absorbebit
fluvium et non mirabitur, et habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. Quid enim per fluvium de-
signatur nisi humanum genus, quod velut genus ab ortu ad finem defluit et quasi aqua in ore usque ad com-
petentem terminum quasi cursus liquore perit. Quid per Iordanem nisi baptizatorum forma designatur? Quia enim in
Iordane ipse auctor nostre redemptionis baptizari dignatus est, recte Iordanis nomine eorum multitudo
exprimitur qui iam sacramentum baptismatis tenent. Antiquus ergo hostis genus humanum fluvium absorbuit quia a
mundi origine usque ad redemptoris adventum vix paucis electis evadentibus in ventre sue malicie genus
humanum traxit. De quo recte dicitur: Absorbebit fluvium et non mirabitur, quia pro magno non habet cum infideles
rapit. Sed grave valde est quod subditur: Et habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius, quia postquam infideles
quosque a mundi origine rapuit, adhuc se posse suscipere et fideles presumit. Nam ore pestifere persua-
sionis eos quotidie devorat quorum a confessione fidei reproba vita discordat. Hoc ergo, fratres karissimi, toto
intentione pertimescite, hoc apud vos sollicita mente cogitate. Ecce paschalia sollempnia agimus, sed ita
vivendum est nobis ut pervenire ad eterna festa mereamur. Transeunt cuncta que temporaliter festiva celebrantur.
Curate qui hiis sollempnitatibus interestis ne ab eterna sollempnitate separemini. Quid prodest interesse festis hominum
si deesse contingat festis angelorum? Umbra venture sollempnitatis est sollempnitas presens. Idcirco hanc annue agi-
mus ut ad illam que non est annua sed continua perducamur. Cum hec statuto tempore geritur, ad illius desiderium me-
moria nostra recitatur. Frequentatione ergo gaudii temporalis ad eterna gaudia mens incalescat et fruatur ve-
ro in veritate letitie perfruatur in patria quod de umbra gaudii meditatur in via. Vitam ergo vestram, fratres, mo-
res quoque componite. Hic qui mitis resurrexit a morte, quam districtus in iudicio veniat providete. Certe in die
tremendi examinis sui cum angelis, cum archangelis, cum thronis et dominationibus, cum principatibus ac potestatibus
apparebit, celis ac terris ardentibus, cum elementis in sui obsequium terrore commotis. Hunc ergo tanti pavoris
iudicem ante oculos ponite. Hunc venturum timete ut hunc cum venerit non timidi sed securi videatis. Ti-
mendus est ergo ne timeatur. Terror eius nos ad usum bone operationis excitat. Metus illius vitam nostram
a pravitate compescat. Michi, fratres, credite, quia tanto erimus securi de presentia eius quanto nunc esse satagimus
suspecti de culpa. Certe si stare vos cum suo adversario causa dicturum in meo iudicio die crastino esset
conspiciendus, totam fortasse noctem insopne duceret, quid sibi dici posset, quid obiectionibus redderet sedula
sollicitata et estuanti mente versaret, ne me inveniret asperum vehementer metueret, ne apud me appareret
noxius formidaret. Et quis ego aut quid ego? Nimirum non longe post futurus post hominem vermis, atque post
vermem pulvis. Si ergo tantum pertimescitur iudicaturus pulvis, qua intentione cogitandum atque formidandum pro-
videndum tante iudicium maiestatis. Sed quia sunt nonnulli qui de resurrectione carnis incerti sunt et hec
rectius docemus si etiam cordium vestrorum questionibus occultis occurrimus, pauca vobis de ipsa resurrectionis
fide loquenda sunt. Multi etenim de resurrectione dubitant sicut et nos aliquando fuimus, dum carnem in putredinem
redigi, ossa quoque in pulverem per sepulcra conspiciunt. Reparari ex pulvere carnem et ossa diffidunt, sicque
apud se quasi ratiocinando dicunt: Quando ex pulvere homo reducitur? Quando agitur ut cinis animetur? Quibus

breuem uidet, quia longe minus est deo reparare quod fuit, quam creasse quod non fuit. Aut quid mirum si homo ex puluere reficitur, qui simul omnia ex nichilo creauit? Mirabilius namque est celum et terram ex nullis existentibus condidisse, quam ipsum hominem ex terra reparare. Sed cinis attenditur et in carnem posse redire desperatur, et diuine operationis uirtus comprehendi quasi ex ratione queritur. Qui scilicet ideo in suis cogitationibus dicunt, quia eis quotidiana dei miracula ex assiduitate uiluerunt. Nam ecce in uno grano parvissimi seminis latet tota que nascitura est arboris moles. Constituamus ante oculos cuiuslibet arboris miram magnitudinem, cogitemus unde orta est que ad tantam molem extendendo peruenit. Inueniemus procul dubio eius originem paruissimum semen. Consideremus nunc ubi in illo paruo grano seminis latet fortitudo ligni, asperitas corticum, saporis odoris que magnitudo, ubertas fructuum, uiriditas foliorum. Contrectatum namque seminis granum non est ualidum: unde ergo processit ligni duritia? Neque est asperum: unde asperitas corticis erupit? Non est saporum: unde sapor in fructibus? Nil redolet: unde odor in fructibus fraglat? Nil in se uiride ostendit: unde uiriditas foliorum prodiit? Cuncta ergo in semine simul latent, que tamen non simul ex semine prodeunt. Ex semine quippe producitur radix, ex radice prodit uirgultum, ex uirgulto oritur fructus, in fructu etiam producitur semen. Addamus ergo quia et semen latet in semine. Quid ergo mirum si ossa neruos carnem capillos que reducat ex puluere, qui lignum fructus folia in magna mole arboris ex paruo quotidie semine restaurat? Cum ergo dubitans animus de resurrectionis potentia rationem querit, earum rerum ei questiones referende sunt que incessanter fiunt et tamen ratione comprehendi nequaquam possunt, ut dum non valet ex visione rei penetrare quod conspicit, de promissione diuine potentie credat quod audit. Illa ergo uobis fratres karissimi promissa cogitate, quecumque cum tempore transeunt uelut iam dimissa despicite. Ad huius resurrectionis gloriam quam in se ueritas ostendit tota intentione festinate. Terrena desideria que ab auctore separant fugite, quia tanto altius ad conspectum dei omnipotentis pertingitis, quanto mediatorem dei et hominum singulari amatis caritate.

Hoc est preceptum meum ut diligatis. Secundum Iohannem

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorem hanc dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et reliqua.

Cum cuncta sacra eloquia dominicis sint plena preceptis, quid est quod de dilectione quasi de singulari mandato dominus dicit: Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem, nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, et omnia unum preceptum sunt, quia quicquid precipitur in sola caritate solidatur? Ut enim multi arboris rami ex una radice prodeunt, sic multe uirtutes ex una caritate generantur. Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, si non manet in radice caritatis. Precepta ergo dominica et multa sunt et unum: multa per diuersitatem operis, unum in radice dilectionis. Qualiter autem ista tenenda sit dilectio, ipse insinuat, qui in plerisque scripture sue sententiis et amicos iubet diligi in se et inimicos propter se. Ille enim ueraciter caritatem habet, qui et amicum diligit in deo et inimicum propter deum. Nam sunt nonnulli qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis et carnis, quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt. Sed aliud est quod impenditur sponte nature, aliud quod preceptis dominicis ex caritate debetur obedientie. Hii nimirum et proximum diligunt, et tamen illa sublimia dilectionis premia non assequuntur, quia amorem suum non spiritaliter sed carnaliter impendunt. Proinde cum dominus dicit: Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem, protinus addit: Sicut dilexi uos. Ac si aperte dicat: Ad hoc amate ad quod amaui. Qua in re fratres karissimi solerter intuendum est, quod antiquus hostis dum mentem nostram ad rerum temporalium delectationem trahit, infirmiorem contra nos proximum excitat, qui ea ipsa que diligimus auferre moliatur. Nec curat antiquus hostis hec faciens ut terrena tollat, sed ut caritatem in nobis feriat. Nam in odio repente exardescimus, et dum foris inuicti esse cupimus, intus grauiter ferimur; dum parua foris defendimus, intus magna amittimus, quia dum rem diligimus temporalem, ueram amittimus dilectionem. Omnis quippe qui nostra tollit inimicus est, sed si odio habere ceperimus inimicum, intus est quod perdimus. Cum ergo aliquid a proximo patimur exterius, intus contra occultum raptorem magis uigiles simus, qui nunquam melius uincitur, nisi cum raptor exterior amatur. Una quippe et summa est probatio caritatis, si et ipse diligitur qui aduersatur. Hinc est quod ipsa ueritas et crucis patibulum sustinet, et tamen ipsis suis persecutoribus affectum dilectionis impendit, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quid ergo mirum si inimicos diligant discipuli dum uiuunt, quando et tunc inimicos diligit magister cum occiditur? Cuius dilectionis summam exprimit cum subiungit: Maiorem hanc dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Mori et pro inimicis dominus uenerat, et tamen ponere se animam pro amicis dicebat, ut profecto nobis ostenderet quia cum diligendo lucrari de inimicis facere possumus, et ipsi amici sunt qui persequuntur. Sed ecce nos persequitur nemo usque ad mortem; unde ergo probare possumus an diligamus inimicos? Sed est quod in pace ecclesie fieri debeat, unde clarescat si persecutionis tempore mori pro dilectione ualeamus. Certe isti Iohannes dicit: Qui habuerit substantiam mundi huius et uiderit fratrem suum necesse habere, et clauserit uiscera sua ab eo, quomodo caritas dei manet in eo? Hinc etiam Iohannes

baptista ait. Qui habet duas tunicas det non habenti. Qui ergo tranquillitatis tempore non dat pro deo tunicam suam
quando in persecutione daturus est animam suam. Virtus ergo caritatis ut invicta sit in perturbatione nutriatur per misericordiam
in tranquillitate, quatinus omnipotenti deo primum discat sua impendere, postmodum se. Sequitur. Vos amici mei estis.
O quanta est misericordia conditoris nostri. Servi digni non sumus et amici vocamur. Quanta est dignitas hominum
esse amicos dei. Sed audistis gloriam dignitatis, audite et laborem certaminis. Si feceritis que ego precipio vobis.
Amici mei estis si ea que precipio facitis. Ac si aperte dicat. Gaudetis de culmine, pensate quibus laboribus
venitur ad culmen. Certe cum filii zebedei interveniente matre quererent ut unus ad dexteram dei et alius
a sinistris sedere debuisset, audierunt. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. Iam locum celsitu-
dinis querebant, ad viam illos veritas vocat per quam ad celsitudinem pervenirent. Ac si dicat. Iam vos locus
celsitudinis delectat, sed prius vos via conterat laboris. Per calicem pervenitur ad maiestatem. Si mens vestra
appetit quod demulceat, prius bibite quod dolet. Sic per amaram potionem confectionis pervenitur ad gaudium
salutis. Iam non dico vos servos sed amicos, quia servus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos
quia omnia quecumque audivi a patre meo. Que voluit nota fieri servis suis ut efficeret amicos suos, nisi gaudia
interne caritatis, nisi illa festa eterne patrie, que nostris quotidie mentibus per aspirationem sui amoris imprimit.
Dum enim audita celestia amamus, amata iam novimus, quia amor ipse notitia est. Omnia ergo nota eis
fecerat, quia a terrenis desideriis immutati amoris summi facibus ardebant. Istos vero amicos dei aspexerat
qui dicebat. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. Amicus vero quasi animi custos vocatur. Quia
ergo psalmista perspexit electos dei a mundi huius amore separatos custodire in mandatis celestibus voluntatem
dei, miratus amicos dei est et dixit. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. Et quasi si ab eo causas honoris tanti
nobis insinuari quereremus, illico adiunxit. Nimis confortatus est principatus eorum. Ecce electi dei carnem
domant, spiritum roborant, demonibus imperant, virtutibus coruscant, presentia despiciunt, eternam patriam et voce
et moribus predicant, eam etiam moriendo diligunt, atque ad illam per tormenta perveniunt. Occidi possunt et
flecti nequeunt. Nimis ergo confortatus est principatus eorum. In ista ipsa passione qua occidere morte
carnis, videte quantum culmen fuit mentis. Unde hoc nisi quia confortatus est principatus eorum. Sed sic magni
pauci forsitan sunt. Subiungit. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Totum mundum fratres as-
picite, martiribus plenus est. Iam pene tot qui videamus non sumus quot veritatis testes habemus. Deo nobis
ergo innumerabiles super arenam multiplicati sunt, quia quanti sint a nobis comprehendi non possunt. Sed quisquis
ad hanc dignitatem pervenit ut amicus vocetur dei, sese in se conspiciat, dona autem que percepit super se meri-
tis suis non tribuat, ne ad inimicitias erumpat. Unde et subditur. Non vos me elegistis, sed ego vos elegi
et posui vos ut eatis et fructum afferatis. Posui ad gratiam, plantavi ut eatis volendo, fructum afferatis
operando. Eatis enim volendo dixi, quia velle aliquid facere iam mente ire est. Qualem vero fructum afferre
debeant subdidit. Et fructus vester maneat. Omne quod secundum presens seculum laboramus vix usque ad mortem suffi-
cit. Mors namque interveniens fructum nostri laboris abscidit. Quod vero pro eterna vita laboramus etiam post mortem
servatur, et tunc apparere incipit cum laboris carnalium fructus ceperit non videri. Ibi ergo illa retributio
inchoat ubi ista terminatur. Quisquis ergo iam eterna cognovit, apud eius animum temporales fructus vilescant.
Tales ergo fructus operemur qui cum morte non transeant, qui post mortem incipiant. Nam quod a morte
incipiat fructus dei, testatur propheta qui dicit. Cum dederit electis suis sompnum, ecce hereditas domini. Quia
electi dei postquam pervenerint ad mortem tunc inveniunt hereditatem. Sequitur. Ut quodcumque petieritis patrem
in nomine meo det vobis. Ecce hic dicit. Quodcumque petieritis patrem in nomine meo det vobis. Rursum alibi
per eundem evangelistam dicit. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Usque modo non petistis quicquam
in nomine meo. Si omne quod in nomine filii petimus dat nobis pater, quid est quod paulus ter dominum rogavit
et exaudiri non meruit, sed dictum est illi. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Numquid
ille tam egregius predicator in filii nomine non petiit. Cur ergo non accepit quod petiit. Quomodo ergo verum est
quia quicquid petimus in nomine filii dat nobis pater, si auferri a se angelum sathane petiit apostolus in nomine
filii, et tamen quod petiit non accepit. Sed quia nomen filii est ihesus, ihesus salvator vel etiam salutaris dicitur.
Ille ergo in nomine salvatoris petit qui id petit quod ad veram salutem pertinet. Nam si id quod non expe-
diat petit, non in nomine ihesu petit patrem. Unde et eisdem apostolis adhuc infirmantibus dominus dicit. Usque modo
non petistis quicquam in nomine meo. Ac si aperte dicat. Non petistis in nomine meo, quia usque modo
eternam salutem nescitis querere. Hinc est quod et paulus non exauditur, quia si liberaretur a temptatione ei non proficeret ad
salutem. Ecce videmus fratres karissimi quam multi ad sollempnitatem martiris convenistis, genua flectitis, pectora tunditis,

voces orationis ac confessionis emittitis frequenter lacrimis rigatis sed pensate queso petitiones vestras videte si in
nomine Ihesu petitis id est si gaudia eterne salutis postulatis. In domo enim Ihesu Ihesum non queritis si in eternitatis
templo importune pro temporalibus oratis. Ecce alius in oratione querit uxorem alius petit villam alius postulat
vestem alius dari sibi deprecatur alimentum. Et quidem cum hec desunt ab omnipotente deo petenda sunt sed meminisse
continue debemus quod ex mandato eiusdem redemptoris nostri accepimus. Querite ergo primum regnum dei et iustitiam
eius et hec omnia adicientur vobis. Et hec itaque ab Ihesu petere non est errare si tamen non nimie petantur. Sed
adhuc quod est gravius alius postulat mortem inimici et eum quem gladio persequi non potest persequitur oratione
Et vivit adhuc qui maledicitur et tamen is qui maledicit iam de morte illius reus tenetur. Iubet
autem deus ut diligatur inimicus et tamen rogatur deus ut occidat inimicum. Quisquis ergo sic rogat in ipsis suis
precibus contra conditorem pugnat. Unde et sub specie Iude dicitur. Fiat oratio eius in peccatum. Oratio quippe eius
in peccatum est illa petitio quam prohibet ipse qui petitur. Hinc veritas dicit. Cum statis ad orandum dimittite
si quid habetis in cordibus vestris. Quam virtutem remissionis apertius ostendimus si veteris testamenti testimonia petitionis
proferamus. Certe cum Iudea conditoris sui iustitiam culpis offendisset correptionibus suis ab oratione
deus prohibet dicens. Ne assumas pro eis laudem et orationem. Si Moyses et Samuel steterint coram me
non est anima mea ad populum istum. Quid est quod intermissis tot relictis patribus soli Moyses et Samu-
el ad medium deducuntur quorum vita obtinendi virtus ostenditur dum nec ipsi posse intercedere dicuntur. Ac si
aperte dicat dominus. Nec illos audio quos pro magno petitionis sue merito non contempno. Quid est
ergo quod Moyses et Samuel ceteris patribus in postulatione preferuntur nisi quod hii duo tantum cuncta testatur
veteris serie testamenti pro inimicis suis leguntur orasse. Unus a populo lapidibus impetitur et pro lapidatoribus suis
dominum deprecatur. Alter ex principatu deicitur et tamen petitur ut exoret. Sic ipse fatetur dicens. Absit a me hoc
peccatum in domino quominus cessem orare pro vobis. Si Moyses et Samuel steterint coram me non est
anima mea ad populum istum. Ac si aperte dicat. Nec illos modo pro amicis audio quos magne virtutis
merito orare et pro inimicis scio. Virtus ergo vere orationis est celsitudo caritatis. Et tunc quisque recte petit
adipiscitur cum eius animus in petitione nec inimici odio fuscatur. Sed plerumque reluctante animo vincimus
et pro inimicis oramus fundimus pro inimicis preces sed utinam cor teneat amorem. Ita sepe inimicis nostris
orationem impendimus si hanc ex preceptione potius fundimus quam ex caritate. Nec et vitam inimicorum petimus
et tamen ne exaudiamur timemus. Sed quia etiam iudex mentem potius quam vocem considerat pro inimico nichil
postulat qui pro eo ex caritate non orat. Sed ecce multi in nobis deliquerunt dampna intulerunt in
natres leserunt amatores persecuti sunt. Retinenda essent hec si retinenda nobis delicta non essent. Advocatus
etenim noster precem nobis in causa nostra composuit et ipse eiusdem cause iudex est qui advocatus. Precem
autem quam composuit conditionem inseruit dicens. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus de-
bitoribus nostris. Quia ergo ipse iudex venit qui advocatus extitit ipse precem exaudit qui fecit. Aut
ergo non facientes dicimus dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris et nos
metipsos pro dicendo amplius ligamus. Aut fortasse hanc conditionem in oratione intermittimus et advo-
catus noster precem quam composuit non recognoscit atque apud se protinus dicit. Scio quod monui non est
ista oratio quam feci. Quid ergo agendum est nobis fratres nisi ut vere caritatis affectum impendamus fratribus
nulla in corde malitia maneat. Considerat omnipotens deus erga proximum caritatem nostram ut nostris
impendat iniquitatibus pietatem suam. Mementote quod monemur. Dimittite et dimittetur vobis. Ecce
debetur nobis et nos debemus. Dimittamus ergo quod debetur nobis ut dimittatur quod debetur a nobis
Sed adhuc mens renititur et libet implere quod audit et tamen reluctatur. Ad martyris tumbam consistimus
qui ad celeste regnum ex qua morte pervenit scimus. Nos si pro Christo corpus non ponimus saltem animum
vincamus. Placatur deus isto sacrificio approbat in iudicio pietatis sue victoriam pacis nostre. Certamen
nostri cordis aspicit et qui post vincentes remunerat nunc decertantes iuvat per Ihesum Christum dominum nostrum.
cordis aspiciat et qui post vincentes remunerat.

Secundum Iohannem

In illo tempore. Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Ihesus adveniret a Iudea in Galileam abiit ad eum et rogabat eum. Et reliqua.

Lectio sancti evangelii quam modo fratres audistis expositione non indiget. Sed ne hanc tacite preterisse videamur exhortando potius quam exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autem nobis solummodo video esse requirendum. Cur is qui ad salutem petendam venerat audivit nisi signa et prodigia videritis non creditis. Qui enim salutem querebat filio procul dubio credebat. Neque enim ab eo quereret salutem quem non crederet salvatorem. Quare ergo dicitur nisi signa et prodigia videritis non creditis qui ante credidit quam signum videret. Sed mementote quid petiit et aperte

cognoscere quia in fide dubitavit. Poposcit namque ut descenderet et sanaret filium eius. Corporalem ergo prae-
sentiam domini quaerebat qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit quem non putavit posse sa-
lutem dare nisi praesens esset et corpore. Si enim perfecte credidisset, procul dubio sciret quia non esset locus ubi
non esset deus. Ex magna ergo parte diffisus est qui virtutem non dedit maiestati, sed praesentiae corporali. Et sa-
lutem itaque petiit filio et tamen in fide dubitavit, quia eum ad quem venerat et potentem ad curandum credidit
et tamen morienti filio absentem esse putavit. Sed dominus qui rogatur ut vadat, quia non deest ubi invitatur indi-
cat. Solo iussu salutem reddidit qui solo velle omnia creavit. Qua in re hoc nobis solerter intuendum est
quod sicut exhibita alio testante didicimus, centurio ad dominum venit dicens: Domine, puer meus iacet paralyticus in do-
mo et male torquetur. Cui ab Ihesu protinus dicitur: Ego veniam et curabo eum. Quid est quod reguli
rogatur ut ad eius filium veniat et tamen ire corporaliter recusat; ad servum vero centurionis non invitatur, et tamen
se corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per corporalem praesentiam non dignatur adesse, centurionis servo non
dedignatur occurrere. Quid est hoc, nisi quod superbia nostra retunditur, qui in hominibus non naturam qua ad ima-
ginem facti sunt, sed divitias et honores veneramur? Cumque pensamus quae circa eos sunt, profecto negligimus
pensare quod sunt. Redemptor autem noster ut ostenderet quia quae alta sunt hominum sunt despicienda et quae
despecta sunt hominum despicienda non sunt, ad filium reguli ire noluit, ad servum centurionis ire paratus fuit. In-
crepata est ergo superbia nostra quae nescit pensare homines propter homines, sed sola ut diximus quae circumstant
homines pensat; naturam non aspicit, honorem dei in hominibus non agnoscit. Ecce non dedignatur ire filius dei
ad servum centurionis et tamen paratus est venire ad salutem servi. Certe si nos cuiuslibet servus rogaret ut ad
eum ire debeamus, protinus nobis nostra superbia in cogitatione tacita responderet dicens: Non eas, quia temetipsum
degeneras, honor tuus despicitur, locus tuus vilescit. Ecce de caelo venit qui servo occurrere in terra non
despicit, et tamen humiliari in terra contempnimus qui de terra sumus. Quid ergo apud deum vilius quidve esse
despectius potest quam servare honorem apud homines et interni testis oculos non timere? Unde ipse dominus dicit:
Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, deus autem novit corda vestra, quia quod altum est hominibus
abhominabile est apud deum. Notate fratres, notate quod dicitur. Si enim quod hominibus altum est abhominabile
est apud deum, cogitatio cordis nostri tanto apud deum infimo est quanto in alto est hominibus. Despi-
ciamus igitur si quod boni gerimus; nulla nos nostra inflet operatio, non rerum abundantia, non gloria extol-
lat. Si quibuslibet bonis affluentibus intus intumescimus, deo despecti sumus. Quo contra psalmista
de humilibus dicit: Custodiens parvulos dominus. Quia parvulos humiles appellat, postquam sententiam protulit, ex-
emplum subiungit. Itaque quia quaereret quid ipse ad hoc faceret, admonuit: Humiliatus sum et liberavit me.
Haec cogitate fratres, haec cogitate tota intentione. Nolite proximis vestris mundi huius bona venerari,
hos propter deum honorate in hominibus, quibus tamen commissi non estis, quia facti sunt ad imaginem dei. Quod
tunc proximis vestris servatis, si apud vosmetipsos prius in corde non intumescitis. Nam qui se adhuc
pro rebus transitoriis extollit, nescit in proximo venerari quod maneat. Nolite ergo in vobismetipsis
pensare quid habetis, sed quid estis. Ecce mundus qui diligitur fugit. Sancti isti ad quorum tumbam consistimus
florentem mundum mentis despectu calcaverunt. Erat vita longa, salus continua, opulentia in rebus,
fecunditas in propagine, tranquillitas in diuturna pace; et tamen cum in semetipso floreret, iam in eorum
cordibus mundus aruerat. Ecce iam in semetipso mundus aruit et adhuc in cordibus nostris floret. U-
bique mors, ubique luctus, ubique desolatio, undique percutimur, undique amaritudinibus replemur, et
tamen caeca mente carnalis concupiscentiae ipsas eius amaritudines amamus. Fugientem sequimur, la-
benti inhaeremus. Et quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur quem cadentem tenemus.
Aliquando nos mundus delectatione sibi tenuerat, nunc tantis plagis plenus est ut ipse
nos mundus iam mittat ad deum. Pensate ergo quia nulla sunt quae temporaliter currunt. Finis temporalium mon-
strat quam nichil sit quod transire potuit. Casus rerum indicat quia res transiens et tunc prope nichil fuit
cum stare videretur. Haec ergo fratres karissimi sollicita consideratione pensate, in aeternitatis amore cor figite,
ut dum terrena culmina adipisci contempnitis, perveniatis ad gloriam quam per fidem tenetis per Ihesum Christum.

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Ihesus. Secundum Marcum
et exprobravit incredulitatem illorum et duritiam cordis quia hiis qui viderant eum resurrexisse

o 9

Quod discipuli dominicam resurrectionem tarde crediderunt, non tam Non crediderunt etc.
illorum infirmitas quam nostra, ut ita dicam, futura firmitas fuit. Ipsa namque resurrectio illis du-
bitantibus per multa argumenta monstrata est; quae dum nos legentes agnoscimus, quid aliud
quam de illorum dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalena praestitit quae citius

credidit quam Thomas qui diu dubitavit. Ille enim dubitando vulneris cicatrices tetigit et de nostro pectore du-
bietatis vulnus amputavit. Ad insinuandam quoque veritatem dominice resurrectionis notandum nobis est quod Lucas refert dicens:
Convescens precepit eis ne ab Iherosolimis discederent. Et post pauca: Videntibus illis elevatus est et nubes
suscepit eum ab oculis eorum. Notate verba, signate misteria. Convescens elevatus est. Comedit et ascendit, ut videlicet
per effectum comestionis veritas pateret carnis. Marcus vero priusquam Dominus celum ascenderet, eum de cordis atque infidelitatis
duritia increpasse discipulos narrat. Qua in re quid aliud considerandum est nisi quod idcirco tunc Dominus discipulos increpavit
cum corporaliter eos reliquit, ut verba que recedens diceret in corde audientium artius impressa remanerent. Incre-
pata ergo duritia quid admonendo dicat audiamus: Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Numquid
fratres mei sanctum evangelium vel insensatis rebus vel brutis animalibus fuerat predicandum, ut de eo discipulis dicatur: predicate
evangelium omni creature? Sed omnis creature nomine homo signatur. Sunt namque lapides sed non sentiunt neque vivunt. Sunt
herbe et arbusta: vivunt quidem sed non sentiunt. Vivunt dico non per animam sed per viriditatem, quia et Paulus dicit: Insi-
piens, tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Vivit ergo quod moritur ut vivificetur. Lapides itaque
sunt sed non vivunt. Arbusta autem sunt, vivunt, sed non sentiunt. Bruta vero animalia sunt, vivunt, sentiunt et non discernunt.
Angeli etenim sunt, vivunt, sentiunt et discernunt. Omnis autem creature habet aliquid homo. Habet namque esse cum lapidibus,
vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo, iuxta
aliquid omnis creatura homo dicitur. Omni ergo creature predicatur evangelium cum soli homini predicatur, quia ille videlicet docetur propter quem
in terra omnia per quandam similitudinem aliena non sunt. Potest etiam omnis creature nomine omnis natio gentium designari. Ante
etenim dictum fuerat: In viam gentium ne abieritis. Nunc autem dicitur: Predicate omni creature, ut scilicet prius a Iudea predi-
catio repulsa tunc nobis adiutorium fieret, cum hanc illa ad dampnationis sue testimonium superba repulisset. Sed
cum discipulos ad predicandum veritas mittit, quid aliud in mundo facit nisi grana seminis spargit? Et pauca grana
mittit in semine ut multarum messium fruges recipiat ex nostra fide. Neque enim in universo mundo tanta fi-
delium messis surgeret, si de manu Domini rationale triticum illa electa grana predicatorum non venissent. Sequitur:
Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit; qui vero non crediderit condempnabitur. Fortassis unusquisque apud
semetipsum dicat: Ego iam credidi, salvus ero. Verum dicit si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est que in
hoc quod verbis dicit moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse
Deum, factis autem negant. Hinc Iohannes ait: Qui se dicit nosse Deum et mandata eius non custodit, mendax est. Quod
cum ita sit, fidei nostre veritatem in vite nostre consideratione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus
si quod verbis promittimus operibus implemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus
atque pompis omnibus abrenuntiare promisimus. Itaque unusquisque vestrum in consideratione sua animi oculos
reducat, consideret si servat post baptismum quod ante baptismum spopondit, et tunc iam quia fidelis est gaudeat.
Sed ecce quod promisit minime servat, ad explenda prava opera, ad concupiscendas mundi pompas dilapsus est.
Videamus si iam plangere sciat quod erravit. Ante misericordem namque iudicem non ille fallax habebitur qui ad
veritatem redit etiam postquam mentitur, quia omnipotens Deus dum libenter nostram penitentiam suscipit, ipse suo iudicio
hoc quod erravimus abscondit. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur: In nomine meo demonia eicient,
linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint non eos nocebit. Super egros
manus imponent et bene habebunt. Numquid nam fratres mei quia ista signa non facitis minime creditis? Sed hec
necessaria in exordio ecclesie fuerunt. Ut enim ad fidem cresceret miraculis fuerat nutrienda, quia et nos cum
arbustula plantamus tamdiu aquam eis fundimus quousque ea in terra convaluisse videamus, et si semel ra-
dicem fixerint irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Lingue in signum sunt non fidelibus sed infidelibus.
Habemus de his signis atque virtutibus que adhuc subtilius considerare debeamus. Sancta quippe ecclesia cotidie
spiritaliter facit quod tunc per apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manum
credentibus imponunt et habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt nisi demonia
eiciunt? Et fideles quique qui iam vite veteris secularia verba derelinquunt, sancta autem misteria insonant, conditoris
sui laudes et potentiam quantum prevalent narrant, quid aliud faciunt nisi novis linguis loquuntur? Qui dum
bonis suis exhortationibus maliciam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt. Et dum pestiferas
suasiones audiunt sed tamen ad operationem pravam minime pertrahuntur, mortiferum quidem est quod bibunt sed non eis
nocebit. Qui quoties proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt, dum eis tota virtute concurrunt
et exemplo sue operationis illorum vitam roborant qui in propria actione titubant, quid aliud faciunt nisi
super egros manus imponunt et bene habebunt? Que nimirum miracula tanto maiora sunt quanto spiritalia, tanto
maiora sunt quanto per hec non corpora sed anime suscitantur. Ista itaque signa fratres karissimi auctore Deo si vultis

vos facietis. Quod si illis cum orationibus signum obtineri vita absque operantibus non valet. Nam corporalia illa
miracula ostendunt aliquando sanctitatem, non autem faciunt; hec vero spiritalia que aguntur in mente vite virtutem non ostendunt
sed faciunt. Illa habere et mali possunt; istis autem perfrui nisi boni non possunt. Unde de quibusdam veritas dicit: Multi dicent
Mt^a mihi in illa die: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo demonia eiecimus, et in nomine tuo vir-
tutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis quia nunquam novi vos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitates.
Nolite ergo, fratres karissimi, amare signa que possunt cum reprobis communiter haberi, sed hec que modo diximus caritatis
atque pietatis opera amate, que tanto securiora sunt quanto et occulta, et de quibus apud dominum eo maior fit
retributio, quo apud homines minor erit gloria. Sequitur: Et dominus quidem Ihesus postquam locutus est eis assumptus est
4 R 2 in celum et sedet a dextris dei. In veteri testamento cognovimus quia Helias sit raptus in celum. Sed aliud est aereum
celum et aliud ethereum. Celum itaque aereum terre est proximum, unde et aves celi dicimus, quia eas in aere volitare videmus.
In celum itaque aereum Helias sublevatus est, ut in secretam quandam regionem terre repente duceretur, ubi in magna
iam carnis et spiritus quiete viveret, quousque ad finem mundi redeat et mortis debitum solvat. Ille enim
mortem distulit, non evasit. Redemptor autem noster quia non distulit superavit, eamque resurgendo consumpsit, et re-
surrectionis sue gloriam ascendendo declaravit. Notandum quoque est quod Helias in curru legitur ascendisse, ut videlicet aperte mon-
straretur quia homo purus adiutorio egebat alieno. Per angelos quippe illa facta sunt et ostensa adiumenta, quia nec
ad celum quidem aereum ipse ascendere poterat quem nature sue infirmitas gravabat. Redemptor autem noster non curru,
non angelis sublevatus legitur, quia is qui fecerat omnia nimirum sua virtute super omnia ferebatur. Illuc etenim rede-
bat ubi erat, et inde redibat ubi remanebat, quia cum per humanitatem suam ascenderet in celum, per divinitatem
suam et terram pariter continebat et celum. Sicut autem Ioseph a fratribus venditus venditionem nostri redemptoris significavit,
sic Enoch translatus atque ad celum aereum Helias sublatus ascensionem dominicam designavit. Ascensionis ergo sue
dominus nuntios et testes habuit, unum ante legem, alium sub lege, ut quandoque veniret ipse qui valeret celos
penetrare potuisset. Unde et ipse ordo in corum quoque utrorumque sublevatione per quedam incrementa distinguitur. Nam
Enoch translatus, Helias vero ad celum sublevatus esse memoratur, ut veniret postmodum qui nec translatus nec
sublevatus celum ethereum sua virtute penetraret. Qui nobis in se credentibus carnis quoque mundicia largiretur,
et sub eo per incrementa temporum virtus castitatis accresceret. In ipsa quoque corporis translatione qua ascensionem dominicam videlicet
ut famuli designaverunt et ipsos sequi ad celum ubi ipse ascendit dominus ostendit. Nam Enoch quidem uxorem
et filios habuit; Helias vero neque uxorem neque filios habuisse legitur. Perpendite quo per incrementa crevit
mundicia sanctitatis, quod et per translatos famulos et per ascendentem dominum personam patenter ostenditur. Translatus
est namque Enoch et per coitum genitus et per coitum generans. Raptus est Helias et per coitum genitus sed iam non
per coitum generans. Assumptus vero est dominus neque per coitum genitus neque per coitum generans. Considerandum nobis est
quod Marcus ait: Sedet a dextris dei, et Stephanus ait: Video celos apertos et filium hominis stantem a dextris
dei. Querendum est quod Marcus hunc sedentem, Stephanus vero stantem videre testatur. Sed scitis, fratres, quia sedere iudi-
cantis est, stare vero pugnantis vel adiuvantis. Quia ergo redemptor noster assumptus in celum et nunc omnia
iudicat et ad extremum iudex omnium veniet, hunc post assumptionem Marcus sedere describit, quia post ascensionem
sue glorie in fine iudex videbitur. Stephanus vero in labore certaminis positus stantem vidit quem adiutorem
habuit, quia ut iste in terra persecutorum infidelitatem vinceret, pro illo de celo illius gratia pugnavit. Sequitur:
Illi autem profecti predicaverunt ubique, domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Quid
in his considerandum est, quid memorie commendandum, nisi quod preceptum obedientia, obedientiam vero signa secuta
sunt. Sed quia auctore deo breviter lectionem evangelicam exponendo transcurrimus, restat ut aliquid de ipsa
tante solempnitatis consideratione dicamus. Hoc autem nobis primum querendum est: Quidnam sit quod nato domino
apparuerunt angeli, et tamen non leguntur in albis vestibus apparuisse, ascendente autem domino missi angeli
act 1 in albis leguntur vestibus apparuisse. Sic enim scriptum est: Videntibus illis elevatus est et nubes sus-
cepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem illum, ecce duo viri steterunt iuxta illos in ve-
stibus albis. In albis autem vestibus gaudium et solempnitas mentis ostenditur. Quid est ergo quod nato domino non
in albis vestibus, ascendente autem domino in albis vestibus apparuerunt, nisi quia magna solempnitas tunc ange-
lis facta est cum celum deus homo penetraret? Quia nascente domino videbatur humiliata divinitas, ascendente
vero domino humanitas est exaltata. Albe etenim vestes exaltationi magis congruunt quam humiliationi. In
assumptione ergo eius angeli in albis vestibus videri debuerunt, quia qui in nativitate sua apparuit homo
humilis, in ascensione sua ostensus est deus sublimis. Sed hoc nobis magnopere, fratres karissimi, in hac sole-
mpnitate pensandum est, quia deletum est hodierna die cirographum dampnationis nostre, mutata sententia corruptionis
nostre. Illa enim natura cui dictum est: Terra es et in terram ibis, hodie in celum ivit. Pro hac ipsa namque carnis
nostre sublevatione per figuram beatus Iob dominum vocat avem. Quia enim ascensionis eius mysterium

videa intelligere desperavit. De infidelitate eius beatus Job sententiam protulit dicens: Semitam ignoravit avis. Avis enim recte appellatus est, quia corpus carneum ad ethera libravit. Cuius avis semitam ignoravit quisquis eum ad celum ascendisse non credidit. De hac solemnitate per psalmistam dicitur: Elevata est magnificentia tua super celos. De hac ergo rursus ait: Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube. De hac iterum dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Ascendens quippe in altum captivam duxit captivitatem, quia corruptionem nostram virtute sue incorruptionis absorbuit. Dedit vero dona hominibus, quia misso desuper spiritu alii sermonem sapientie, alii sermonem scientie, alii gratiam virtutum, alii gratiam curationum, alii genera linguarum, alii interpretationem sermonum tribuit. Dedit ergo dona hominibus. De hac gloria ascensionis eius etiam Abacuc ait: Elevatus est sol et luna stetit in ordine suo. Quid ergo solis nomine nisi deus, et quid lune nomine nisi ecclesia designatur? Quousque enim dominus ad celos ascendit, sancta eius ecclesia adversa mundi omnia formidavit; at postquam eius ascensione roborata est, aperte predicavit quod occulte credidit. Elevatus est sol et luna stetit in ordine suo, quia cum dominus celos petiit, sancta eius ecclesia in auctoritate predicationis excrevit. Hinc etiam voce Salomonis dicitur: Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Considerat namque tantorum operum culmina et ait: Ecce iste venit saliens in montibus. Veniendo quippe ad redemptionem nostram quosdam, ut ita dixerim, saltus dedit. Vultis, fratres karissimi, ipsos eius saltus agnoscere? De celo venit in uterum, de utero venit in presepio, de presepio venit in crucem, de cruce venit in sepulchrum, de sepulchro venit in celum. Ecce ut nos post se currere faceret, quosdam pro nobis saltus manifestata per carnem veritas dedit, quia exultavit ut gigas ad currendam viam, ut nos ei ex corde diceremus: Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Unde, fratres karissimi, oportet ut illuc sequamur corde, ubi eum corpore ascendisse credimus. Desideria terrena fugiamus, nil iam nos delectet in infimis, qui patrem habemus in celis. Et hoc nobis magnopere perpendendum est, quia is qui placidus ascendit terribilis redit, et quicquid nobis cum mansuetudine precepit, hoc a nobis cum districtione exigit. Nemo ergo indulta penitentie tempora parvipendat, nemo curam sui dum valet agere negligat, quia redemptor noster tanto tunc in iudicio districtior veniet, quanto nobis ante iudicium magnam patientiam prerogavit. Hec itaque vobiscum, fratres, agite, hec in mente sedula cogitatione versate. Et si adhuc rerum perturbationibus animus fluctuat, iam tamen spei vestre anchoram in eternam patriam figite, intentionem mentis in vera luce solidate. Ecce ad celum ascendisse dominum audivimus. Hoc ergo servemus in meditatione quod credimus. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis, sequamur tamen eum passibus amoris. Non autem deserit desiderium nostrum ille qui dedit, Iesus Christus dominus noster, qui vivit et regnat etc. **Evangelium Iohannis**

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Et reliqua. **Omelia X**

Libet, fratres karissimi, evangelice verba lectionis sub brevitate transcurrere, et post diutius liceat in contemplatione tante solemnitatis immorari. Hodie namque spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit mentesque carnalium in sui amorem permutavit, et foris apparentibus linguis igneis intus facta sunt corda flammantia, quia dum deum in ignis visione susceperunt, per amorem suaviter arserunt. Ipse namque spiritus sanctus amor est. Unde et Iohannes dicit: Deus caritas est. Qui ergo mente integra deum desiderat, profecto iam habet quem amat. Neque enim quisquam posset deum diligere, si eum quem diligit non haberet. Sed ecce unusquisque vestrum si requiratur an diligat deum, tota fiducia et secura mente respondet: Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quod veritas dicit: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Probatio ergo dilectionis exhibitio operis est. Hinc in epistola sua idem Iohannes dicit: Qui dicit: Diligo deum, et mandata eius non custodit, mendax est. Vere enim deum diligimus, si ad mandata eius nos a nostris voluptatibus coartamus. Nam qui adhuc per illicita desideria defluit, profecto deum non amat, quia ei in sua voluntate contradicit.

Et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Pensate, fratres karissimi, quanta sit solemnitas habere in cordis hospitio adventum dei. Certe si domum vestram quisquam dives aut potens amicus intraret, omni festinantia domus tota mundaretur, ne quid fortasse esset quod oculos intrantis amici offenderet. Tergat ergo sordes pravi operis qui deo preparat domum mentis. Sed videte quid veritas dicat: Et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. In quorundam enim corda venit et mansionem non facit, quia per compunctionem quidem dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerant obliviscuntur, sicque ad perpetranda peccata redeunt ac si hec minime planxissent. Qui ergo vere deum diligit et eius mandata custodit, in eius corde dominus et venit et mansionem facit, quia sic eum divinitatis amor penetrat, ut ab hoc amore tempore tentationis non recedat. Ille ergo vere amat, cuius videlicet mentem delectatio prava consensu non superat. Nam tanto quisque a superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur.

Unde et adhuc subditur: Qui non diligit me sermones meos non servat. Ad vosmetipsos ergo fratres karissimi intro redite
si deum vere amatis exquirite. Nec tamen ad se sibi sufficere credat quicquid sibi animus sine operis attestatione responderit. De
dilectione conditoris lingua mens et vita requiratur. Numquam est dei amor otiosus. Operatur etenim magna si
est, si vero operari renuit amor non est. Et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me patris.
Scitis fratres karissimi quia ipse qui loquitur unigenitus filius verbum est patris, et ideo sermo quem loquitur filius non est
filii sed patris, quia ipse filius verbum est patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Quando non manet apud eos
Mt 28 qui ascensurus celum promittit dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Sed verbum
incarnatum et manet et recedit. Recedit corpore, manet divinitate. Apud eos ergo tunc manere se perhibet quia
qui visibiliter ex presentia recedit corporali videlicet iam recedebat. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in
nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis. Nostis plurimi fratres mei quod
greca locutione paraclitus advocatus dicitur vel consolator. Qui ideo advocatus dicitur quia pro errore delinquentium apud
iusticiam patris intervenit, quia unius est substancie cum patre et filio exorare pro delinquentibus perhibetur, quia eos quos
Ro 8 repleverit exorantes facit. Unde Paulus dicit: Ipse enim spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Sed minor
vero est qui postulat quam qui postulatur. Quomodo ergo spiritus postulare dicitur qui minor non est? Sed ipse spiritus po-
stulat qui ad postulandum eos quos repleverit inflammat. Consolator autem idem spiritus vocatus est quia de peccati
perpetratione merentibus dum spem venie preparat ab afflictione tristicie mentem levat. De quo recte promittitur:
Ipse vos docebit omnia, quia nisi idem spiritus cordi audientis assit otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo
docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit, quia nisi sit intus qui doceat doctoris lingua exterius
in vacuum laborat. Ecce unam loquentis vocem omnes pariter auditis nec tamen pariter sensum audite vocis percipitis.
Cum ergo vox dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligencia, nisi quia per hoc quod vox
loquentis communiter admonet est magister interior qui de vocis intelligencia quosdam specialiter docet. De hac unc-
1 Jo 2 tione spiritus rursum per Iohannem dicitur: Unctio eius docet vos de omnibus. Per vocem ergo non instruitur quando mens
per spiritum non ungitur. Sed cur ista de doctrina hominum loquimur, cum et ipse conditor non ad eruditionem hominis loquitur,
si idem homini tunc spiritus per unctionem? Cayn non loquitur. Prius quam fratricidium opere perficeret audivit: Peccasti, quiesce.
Sed quia culpis suis exigentibus voce admonitus est non unctione spiritus, audire verba dei potuit sed servare
contempsit. Requirendum vero nobis est cur de eodem spiritu dicitur: Suggeret vobis omnia, cum suggerere soleat esse
minoris. Sed quia suggerere aliquando dicimus subministrare, invisibilis spiritus suggerere dicitur, non quia nobis scienciam ab
imo inferat sed ab occulto. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hic relinquo, illic do. Re-
quentibus relinquo, pervenientibus do. Ecce fratres karissimi verba sacre lectionis sub brevitate discussimus, nunc
ad contemplationem tante festivitatis animum transferamus. Et quia cum lectione celebratur nobis et actuum apostolorum lectio
recitata est, ex ea ergo aliquid in usum nostre contemplationis trahamus. Audistis etenim quia spiritus sanctus super dis-
cipulos in igneis linguis apparuit omniumque eis scienciam linguarum dedit. Quid est hoc in miraculis designans nisi
quod sancta ecclesia eodem spiritu repleta omni gencium voce erat locutura. Qui vero turrim contra deum construere
conati sunt communionem unius lingue perdiderunt. In his autem qui deum diligenter metuebant lingue omnes
unite sunt. Hic ergo humilitas virtutem meruit, illic superbia confusionem. Sed querendum nobis est cur spiritus
sanctus patri et filio coeternus in igne apparuit, cur in igne simul et linguis, cur aliquando in columba, aliquando vero
in igne demonstratur, cur super unigenitum filium apparuit in columbe specie, super discipulos in igne, ita ut
neque super dominum veniret in igne neque super discipulos monstraretur in columba. Per quatuor itaque hec que
proposuimus solvendo videamus. Patri namque et filio coeternus spiritus in igne monstratur, quia incorporeus atque in-
effabilis ignis est deus, attestante Paulo: Deus noster ignis consumens est. Deus quippe ignis dicitur
quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. De hoc igne veritas dicit: Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi
ut ardeat. Terra enim vocata sunt corda terrena que dum infimas semper in se cogitationes congerunt a malignis
spiritibus conculcantur. Sed ignem dominus in terram misit cum afflatu sancti spiritus cor carnalium incendit. Et terra
ardet cum cor carnale in suis pravis voluptatibus frigidum relinquit concupiscencias presentis seculi et incenditur ad amorem
dei. Bene ergo in igne apparuit spiritus quia ab omni corde quod replet torporem frigoris excutit et hoc
desiderio sue eternitatis accendit. In igneis autem linguis monstratus est quia ipse spiritus coeternus est filio. Quia
sit cognacionis maxima lingua ad verbum. Verbum quippe patris est filius. Et quia unius est spiritus et verbi substancia,
ydem spiritus monstrari debuit in lingua. Vel certe quia per linguam prodit verbum, in linguis autem apparuit spiritus
quia quisquis sancto spiritu tangitur dei verbum id est unigenitum filium confitetur, et negare verbum dei non valet quia iam sancti
spiritus linguam habet. Vel certe in linguis igneis apparuit spiritus quia omnes quos repleverit ardentes pariter et lo-
quentes facit. Linguas igneas doctores habent quia dum deum amandum predicant corda audiencium inflammant.

Nam otiosus sermo docentis est si praebere non valet incendium amoris. Hoc doctrinae incendium ab ipsa veritate ore conceperant qui dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas? Ex audito quippe sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, a concupiscentiis terrenis aliena, et amor verus qui hanc replevit in fletibus cruciat. Sed dum tali ardore cruciatur, ipsis suis cruciatibus pascitur. Audire eam libet praecepta caelestia, et quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur. Et quae torpebat prius per desideria ardet postmodum per verba. Unde per Moysen dicitur: In dextera eius ignea lex. Sinistra quippe reprobi qui ad sinistram ponendi sunt, dextera autem dei appellantur omnes electi. In dextera autem lex ignea est quia electi mandata caelestia nequaquam frigido corde audiunt, sed ad ea amoris intimi facibus inardescunt. Sermo ad aurem ducitur, et mens eorum incenditur, quo intus dulcedinis flamma concrematur. In columba vero spiritus sanctus et in igne monstratus est, quia omnes quos replevit simplices et ardentes facit: simplices puritate, ardentes aemulatione. Neque enim placere deo potest aut simplicitas sine zelo aut zelus sine simplicitate. Unde ipsa veritas dicit: Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae. Qua in re notandum est quia discipulos suos nec de columba sine serpente nec de serpente sine columba voluit dominus admonere, quatenus et columbae simplicitatem astutia serpentis accenderet, et serpentis astutiam columbae simplicitas temperaret. Hinc Paulus ait: Nolite pueri effici sensibus. Ecce prudentiam serpentis audivimus. Nunc de simplicitate columbae admoneamur: Sed malitia parvuli estote. Hinc de beato Job dicitur: Erat vir simplex et rectus. Quae est autem rectitudo sine simplicitate, aut quae simplicitas sine rectitudine? Quia ergo et rectitudinem docet iste spiritus et simplicitatem, et in igne monstrari debuit et in columba, quatenus omne cor quod eius gratia tangitur et mansuetudinis lenitate tranquillum et zelo iustitiae accensum fiat. Deus vero qui unus nobis est, cum in ipso redemptore nostro mediatore dei et hominum per columbam apparuit, in discipulos vero per ignem. Certe unigenitus filius iudex est generis humani. Sed quis eius iustitiam ferret, si priusquam nos per mansuetudinem colligeret, culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisset? Homo ergo pro hominibus factus innotescere se hominibus voluit, noluit peccatores ferire sed colligere. Prius voluit mansuete colligere ut haberet quos postmodum in iudicio salvaret. In columba ergo apparere super eum spiritus debuit, qui non veniebat ut peccata iam per zelum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret. Econtra super discipulos in igne debuit spiritus sanctus demonstrari, ut hi qui erant simpliciter homines, atque ideo peccatores, eos contra semetipsos spiritalis fervor accenderet, et peccata quibus deus per mansuetudinem parcit ipsi in se per paenitentiam punirent. Nec ipse quippe esse potuit sine peccato qui adhaerebat caelesti magistro, Johanne attestante qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus et veritas in nobis non est. In igne ergo ad homines venit, in columba vero apparuit in domino, quia peccata quae pie dominus per mansuetudinem tolerat, nos debemus per zelum rectitudinis caute conspicere et ardore paenitentiae cremare. Igitur per columbam spiritus in redemptore monstratus est, per ignem vero hominibus, quia quanto nobis mitius iudicis facta est severitas temperata, tanto erga se debet infirmitas nostra accendi. Conemur itaque fratres karissimi completa ratione ad bona eiusdem spiritus contemplanda surgamus. De ipso quippe scriptum est: Spiritus eius ornavit caelos. Ornamenta enim caelorum sunt virtutes praedicantium. Quae videlicet ornamenta Paulus enumerat dicens: Alii datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in uno spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult. Quot ergo bona sunt praedicantium, tot sunt ornamenta caelorum. Hinc rursum scriptum est: Verbo domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Verbum enim domini filius est patris. Sed eosdem caelos, videlicet sanctos apostolos, ut tota simul sancta trinitas condidisse operata monstretur, repente de sancti spiritus divinitate adiungitur: Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Caelorum ergo virtus de spiritu sumpta est, quia mundi huius potestatibus contraire non praesumerent, nisi eos sancti spiritus fortitudo solidasset. Quales namque doctores sanctae ecclesiae ante adventum huius spiritus fuerint scimus, et post adventum illius cuius sint fortitudinis facti conspicimus. Certe ipse iste pastor ecclesiae ad cuius sacratissimum corpus sedemus, quantae debilitatis quantaeque sit formidinis ante adventum spiritus fuit, ancilla hostiaria requisita dicat. Una enim mulieris voce percussus, dum mori timuit, vitam negavit. Pensandum est quod comprehensus Petrus negavit in terra quem suspensus latro confessus est in cruce. Sed vir iste tantae formidinis qualis post adventum spiritus existat audiamus. Fit conventus magistratuum atque seniorum, caesis denuntiatur apostolis ne in nomine Jhesu loqui debeant. Petrus magna auctoritate respondit: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Et rursum: Si iustum est in conspectu dei vos potius audire quam deum, iudicate. Non enim possumus quae audivimus et vidimus non loqui. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jhesu contumeliam pati. Ecce gaudet Petrus in verberibus qui ante timebat in verbis.

et qui prius ancille voce requisitus Christum negaverat, post adventum spiritus sancti vocem principum contempsit. Libet oculos fidei in virtute huius opificis attollere, ac sparsim patres testamenti veteris ac novi conspicere. Ecce apertis eisdem oculis fidei David, Amos, Danielem, Petrum, Paulum, Mattheum intueor, et spiritus iste sanctus qualis sit artifex considerare volo, sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet namque citharedum puerum, et psalmistam facit. Implet pastorem armentarium sicomoros vellicantem, et prophetam facit. Implet abstinentem puerum, et iudicem senum facit. Implet piscatorem, et predicatorem facit. Implet persecutorem, et doctorem gentium facit. Implet publicanum, et evangelistam facit. O qualis est artifex iste spiritus! Nulla ad discendum mora agitur in omne quod voluerit. Mox ut tetigit mentem docet, solumque tetigisse docuisse est. Nam humanum animum subito ut illustrat immutat, abnegat hunc repente quod erat, exhibet repente quod non erat. Pensemus sanctos predicatores nostros quales hodierna die repperit, quales fecit. Certe qui in una cenaculi pro metu iudeorum residebant, natus quisque sue singule linguam noverat, et tamen nec in ipsa lingua quam noverant aperte de Christo loqui presumebat. Venit spiritus sanctus, et in ore eos per diversitatem linguarum docuit, in mente autem auctoritate roboravit. Ceperunt et in aliena Christum loqui, qui prius de illo in sua lingua loqui metuebant. Inflammatum etenim cor despexit tormenta corporis que ante metuebat. Vicit vim carnalis formidinis amor auctoris, et qui prius sub adversariis succumbebat formidine, eis iam preerat auctoritate. Quia ergo in tanta celsitudine eos culmine extollit, quid aliud dixerim, nisi quia mentes terrenorum hominum celum fecit? Pensate, fratres karissimi, post incarnationem unigeniti filii qualis sit hodierna sollemnitas de adventu spiritus sancti. Sicut enim illa ita hec quoque est honorabilis. In illa quippe deus in se permanens suscepit hominem, in ista vero homines venientem desuper susceperunt deum. In illa deus naturaliter factus est homo, in ista homines facti sunt per adoptionem dii. Si ergo carnales remanere nolumus, hunc, fratres karissimi, vivificatorem spiritum amemus. Sed quia caro spiritum nescit, et fortasse carnalem cogitationem apud se aliquis habet: Quomodo diligere valeo quem ignoro? Hoc et nos concedimus, quia mens visibilibus intenta videre nescit invisibilia. Nulla enim invisibilia visibilis cogitat ea, et eum non augit corporum ymagines intra se trahit. Sed quia in ymaginibus corporis iacet, surgere ad incorporea non valet. Unde fit ut tanto deterius creatorem nesciat, quanto in cogitatione sua familiarius corporum creaturam portat. Sed quia deum videre non possumus, habemus aliquid quod agamus, unde nobis fiat quo ad eum iter intelligentie oculus veniat. Certe quem in se nullo modo valemus, hunc in suis famulis iam videre possumus. Quos dum mira conspicimus agere, certum nobis fit in eorum mentibus deum habitare. In re autem corporea a rebus corporalibus usum trahimus. Nemo etenim nostrum orientem solem in spera illius intendendo valet conspicere, quia tersi in eius radios oculi reverberantur. Sed sole illustratos montes aspicimus, et quia iam sol ortus est videmus. Quia ergo solem iustitie in semetipso videre non possumus, illustratos montes claritate illius videamus, sanctos videlicet apostolos, qui virtutibus eminent, miraculis coruscant, quos nati solis claritas perfudit. Et cum in semetipso sit invisibilis, per eos nobis quasi per illustratos montes se visibilem prebuit. Virtus enim divinitatis in se quasi sol in celo est, virtus divinitatis in hominibus sol in terra. Solem ergo iustitie intueamur in terra, quem videre non possumus in celo, ut dum inoffenso pede operis per hunc in terra gradimur, ad illum intuendum quandoque oculos et in celum levemus. Sed inoffenso pede iter nostrum in terra agitur, si deus ac proximus integra mente diligatur, ut deus vere sine proximo, ut proximus vere diligatur sine deo. Hinc est quod sicut in alio iam sermone diximus, idem spiritus sanctus legitur discipulis datus prius a domino in terra degente, post modum a domino celo presidente. In terra datur quippe spiritus ut diligatur proximus, e celo vero ut diligatur deus. Sed cur prius in terra, post modum e celo, nisi quia patenter datur intelligi quod iuxta Iohannis vocem: Qui fratrem suum non diligit quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Diligamus ergo proximum, fratres, amemus eum qui iuxta nos est, ut pervenire valeamus ad amorem illius qui super nos est. Exerceatur mens in proximo quod exhibeat deo, ut perfecte mereamur gaudere in deo cum proximo. Tunc ad illam supernam frequentie letitiam pervenimus, de qua nunc sancti spiritus pignus accepimus. Ad istum finem toto amore tendamus, in quo sine fine letabimur. Ibi supernorum civium societas sancta, ibi sollemnitas certa, ibi requies secura, ibi pax vera est que nobis iam non relinquitur sed datur, per dominum nostrum Iesum Christum, qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.

In illo tempore dixit Iesus turbis similitudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit querens fructum in illa et non invenit. Et reliqua. Secundum Lucam. O. XI

O. XI

Dominus ac redemptor noster per evangelium suum aliquando verbis loquitur, aliquando rebus, aliquando aliud verbis atque aliud rebus, aliquando autem hoc verbis quod et rebus. Duas etenim res ex evangelio, fratres, audistis: ficulneam infructuosam et mulierem curvam, et utrique vero est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinem, istud egit per exhibitionem. Sed hoc significat ficulnea infructuosa quod mulier inclinata, et ficulnea reservata quod mulier erecta. Dominus vinee tercio venit ad ficulneam, et fructum vinee minime invenit, et mulier que erecta est decem et octo annis fuerat curva. Hoc autem decem et octo annorum numero significatur quod tercio dominus vinee

ad infructuosam ficulneam venisse perhibetur. Prima ergo permittendo summatim tota expositionis nostre per lectionis ordine
singula disseramus. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua et venit querens fructum in illa et
non invenit. Quid arbor fici nisi humanam naturam significat. Quid mulier inclinata nisi eandem naturam figurando de-
nuntiat. Que et bene plantata est sicut ficus et bene creata sicut mulier, sed in culpam sua sponte lapsa nec fructum
servabat operationis nec statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruens quia fructum obedientie ferre no-
luit statum rectitudinis amisit. Que ad Dei similitudinem condita dum in sua dignitate non perstitit quod plantata
vel creata fuerat servare contempsit. Dominus vinee ad ficulneam venit quia naturam generis humani ante legem sub
lege sub gratia exspectando admonendo visitando requisivit. Dicit autem ad cultorem vinee: Ecce anni tres sunt ex quo
venio fructum querens in ficulnea hac et non invenio. Venit ante legem quia per naturalem
intellectum quod unusquisque quomodo sibi equaliter erga proximum agere deberet innotuit. Venit in lege quia precipiendo
docuit. Venit post legem per gratiam quia pietatis sue presentiam exhibendo monstravit. Sed tamen in tribus annis se fructum
non invenisse conqueritur quia quorundam pravorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit nec precepta erudiunt nec
incarnationis eius miracula convertunt. Quid vero per cultorem ficulnee nisi prepositorum ordo exprimitur qui dum presunt
ecclesie hinc nimirum dominice vinee curam gerunt. Huius enim vinee primus cultor Petrus apostolus exstitit. Hinc nos
indigni sequimur in quantum pro conditione vivendo docendo predicando intercedendo laboramus. Sed cum magno iam timore
audiendum est quod cultori vinee de infructuosa arbore dicitur: Succide ergo eam, ut quid etiam terram occupat. Unus-
quisque iuxta modum suum in quantum locum vite presentis tenet si fructum bone operationis non exhibet velut in-
fructuosa arbor terram occupat quia in eo loco in quo ipse est et aliis operandi occasionem negat. Sed in
hoc seculo potens quilibet si fructum non habet bone operationis etiam impedimentum prestat ceteris quia quique sub ipso sunt
exemplo pravitatis illius quasi umbra perversitatis illius premuntur. Stat desuper arbor infructuosa et subter
terra sterilis iacet. Infructuose arboris desuper umbra densatur et solis radius ad terram descendere nequaquam
permittitur quia dum subiecti quique patroni perversi perversa exempla conspiciunt ipsi quoque infructuosi remanentes
veritatis lucem perdunt et pressi umbra calorem solis non accipiunt quia inde remanent a Deo frigidi unde in
hoc seculo male proteguntur. Sed de huius perversi quolibet et potente pene iam requirendum Deo non est. Postquam enim se
perdidit querendum solummodo est cur et alios premat. Sed et bene eiusdem vinee cultori dominus dicit: Ut quid etiam terram
occupat. Terram quippe occupat qui mentes alienas gravat. Terram occupat qui locum quem tenet in operibus
bonis non exercet. Sed tamen nimirum est pro talibus deprecari. Nam cultor vinee quid dicat audiamus: Domine dimitte
illam et hoc anno usque dum fodiam circa illam. Quid est circa illam fodere nisi infructuosas mentes increpare.
Omnis quippe fossa in imo est. Et nimirum increpatio dum mentem sibi demonstrat humiliat. Quotiens ergo de peccato
suo aliquem corripimus quasi ex cultus debito circa infructuosam arborem fodimus. Sed post fossionem vero quid dicat
audiamus: Et mittam cophinum stercoris. Quid autem cophinus stercoris nisi memoria peccatorum. Peccata enim carnis
stercora vocantur. Unde et per prophetam dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore
suo putrescere est carnales quosque in fetore luxurie vitam finire. Nos itaque quoties carnalem
mentem de suis peccatis increpamus, quoties ad eius memoriam vitia ante acta reducimus, quasi infructuose
arbori cophinum stercoris prebemus ut malorum que egit recolat et ad compunctionis gratiam quasi de fetore
pinguescat. Mittitur ergo cophinum stercoris ad radicem arboris cum perversitatis sue conscientia tangitur mens increpa-
tionis castigationibus. Atque se per penitentiam ad lamenta mens excitat atque ad bone operationis gratiam reforma-
tur quasi per tactum stercoris redit ad fecunditatem operis radix cordis. Plangit quod fecisse se meminit, displicet
qualem se fuisse recolit, intentionem contra se dirigit atque ad meliora animum accendit. Ex fetore igitur ad
fructum reminiscitur arbor quia de consideratione peccati ad bona se opera resuscitat. Sed sunt plerique qui
increpationes audiunt et tamen ad penitentiam redire contempnunt et infructuosi Deo in hoc seculo virides stant. Sed
audiamus quid ficulnee cultor adiungat: Si quidem fecerit fructum, sin autem in futuro succides eam. Quia
profecto qui hic non vult ad fecunditatem pinguescere per increpationem illic cadet unde iam surgere per penitentiam
non valet et in futuro succidetur quamvis hic sine fructu viridis stare videatur. Sequitur: Erat autem docens
in synagoga sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo. Paulo ante iam
diximus quia hoc erat inclinata mulier quod infructuosa ficulnea. Quod decem et octo annorum numerus ad cunctam
mulierem significat. Sexto enim die homo factus est atque eodem sexto die opera Domini cuncta perfecta sunt. Senarius
autem numerus in ternarium ductus decem et octo fit. Quia ergo homo qui sexto die factus est perfecta opera habere no-
luit sed ante legem sub lege atque in exordio gratie infirmus permansit decem et octo annis mulier incli-
nata fuit. Et erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere. Omnis peccator terrena cogitans celestia non requi-
rens sursum respicere non valet quia dum desideria inferiora sequitur a mentis sue rectitudine curvatur.

et hoc se videt quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra se, fratres karissimi, redite, quid semper omnibus in cogitationibus
vestris volvatis aspicite. Alius de honoribus, alius de pecuniis, alius de prediorum ambitu cogitat. Cuncta hec in imo
sunt, et cum mens talibus implicatur, a statu sue rectitudinis flectitur. Et quia ad celeste desiderium non assurgit
quasi inclinata sursum respicere nequaquam potest. Sed hanc cum videt Ihesus vocat eam ad se et ait illi: Mulier
dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manum et confestim erecta est. Vocatur et erigitur, quia illuminatur et
adiuvatur. Vocat sed non erigit, cum quidem per eius gratiam illuminamur, sed exigentibus meritis nostris adiuvari non possumus.
Plerumque etenim videmus que agenda sunt, sed hoc opere non implemus; nitimur et infirmamur. Mentis rectitudinis iudicium aspicit
sed ad hanc operis fortitudo succumbit, quia nimirum iam de pena peccati est ut ex dono quidem possit bonum conspici,
— sed cum ab eo quod aspicitur contingit pro meritu repelli. Consueta etenim culpa obligat mentem ut nequaquam sur-
gere possit ad rectitudinem. Conatur et labitur, quia ubi sponte diu perstitit ibi et cum noluerit coacta cadit. Bene
de hac incurvatione ex typo humani generis per psalmistam dicitur: Incurvatus sum et humiliatus sum usquequaque. Contem-
plationem quidem quippe quia ad superna lucem intuenda conditus fuerat, sed peccatis exigentibus foras missus mentis
sue tenebras portat, superna non appetit, in imis intendit, celestia nequaquam desiderat, terrena secum in animo
versat. Et hoc quod de suo genere doluit in semetipso proclamat dicens: Incurvatus sum et humiliatus sum usquequaque. Con-
templationem namque celestium perdens si sola carnis necessaria homo cogitaret, incurvatus et humiliatus esset sed usquequaque
non esset. Sed quia eum ab supernis cogitationibus non solum necessitas deicit sed etiam voluptas illicita sternit, non solum
incurvatus sed usquequaque incurvatus est. Hinc et alius propheta de immundis spiritibus dicit: Qui dixerunt anime tue: Incur-
vare ut transeamus. Erecta quippe stat anima cum superna desiderat et nequaquam flectitur ad ima. Sed maligni
spiritus cum hanc in sua rectitudine stare aspiciunt, per eam transire non possunt. Transire namque illorum est immunda
illi desideria spargere. Dicunt ergo: Incurvare ut transeamus, quia si ipsa se ad ima appetenda non deicit, contra hanc
illorum pravitas nullatenus convalescit, et transire per eam nequiunt, quam contra se rigidam in superna intentione per-
timescunt. Nos ergo, fratres karissimi, nos viam malignis in nobis spiritibus damus cum terrena concupiscimus, cum ad tempora-
lia appetenda curvamur. Pudeat ergo terrena concupiscere et dorsa mentium ascendentibus adversariis prebere. Curva
se intuetur qui terrenis est et quo premio sit redempta non meminit, qui ima querit. Hinc etiam per Moysen dicitur
ut qui gibbo premitur nequaquam ad sacerdotium prevehatur. Et quotquot Christi sanguine redempti sumus membra
eius summi sacerdotis efficimur. Unde nobis per Petrum dicitur: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Sed qui
gibbum tolerat, yma se intuetur. A sacerdotio ergo repellitur, quia cum solis terrenis intentus est ipse
sibi testis est quia membrum summi sacerdotis non est. Hinc rursum pisces qui pennulas non habent ab esu fidelis
populi prohibentur. Pisces quippe qui pennulas squamarum habent, saltus dare super aquas solent. Quid
ergo per pennatos pisces nisi electe anime figurantur, que profecto sole in celestis ecclesie corpus transierunt,
que modo virtutum pennulas fulte saltus dare per celeste desiderium sciunt, ut superna per contemplationem
appetant, quamvis in semetipsis iterum ex mortali carne relabantur. Si ergo iam bona patrie celestis agnoscimus,
displiceat nobis, fratres karissimi, quod cum simus, ponatur ante oculos mentis inclinata et rubor in statu operis.
Contemplationem malorum que fecimus mittatur ad radicem cordis compunctionis securis, ut tunc in retributione
fructum pinguescat hoc quod nobis nunc per punctionem fetebat. Et si virtutis summa operari non possumus, ipse
deus noster gaudet lamento nostro, cum ipsa eius iustitie inchoatione placebimus, cum iusta que fecimus punimus.
Non mora erit in fletibus quia tergent cito tergentes maculas lacrime, et ad gaudia mansura perveniemus.

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Si quis vult post [illegible] Secundum Matheum
me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Et reliqua. Ō xii Ō xii

Quia dominus ac redemptor noster novus homo venit in mundum, nova precepta dedit mundo. Vite et-
enim nostre veteri in vitiis enutrite contrarietatem opposuit novitatis sue. Quid enim vetus,
quid carnalis homo noverat nisi sua retinere, aliena rapere si posset, concupiscere si non posset.
Sed celestis medicus singulis quibusque vitiis obviantia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicine
calida frigidis et frigida calidis curantur, ita dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis, ut lubricis
continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis preciperet humilitatem. Certe cum se sequen-
tibus nova mandata proponeret dixit: Nisi quis renuntiaverit omnibus que possidet non potest esse meus discipulus,
ac si aperte dicat: Qui per vitam veterem aliena concupiscitis, per nove conversationis studium et vestra largi-
mini. Quid vero in hac lectione dicat audias: Qui vult post me venire abneget semetipsum. Ibi
dicitur ut abnegemus nostra, hic dicitur ut abnegemus nos. Et fortasse laboriosum non est homini ~~abnegare~~
relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet,
valde enim multum est abnegare quod est. Ad se autem nobis venientibus dominus precipit ut renuntiemus

unusquisque qui ad fidei agonem veniens luctamen contra malignos spiritus sumit. Nihil autem maligni spiritus in hoc
mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam si vestitus quisque cum nudo luctatur citius ad terram
deicitur, quia habet unde teneatur. Quid enim terrena sunt omnia nisi quaedam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad
certamen properat, vestimenta abiciat ne succumbat. Nihil in hoc mundo amando possideat, nullas rerum labentium
delectationes requirat, ne unde ad votum tegitur, ad casum inde teneatur. Sed nec sufficit nostra relinquere, nisi
relinquamus et nos. Quid est quod dicitur relinquamus et nos? Si enim nosmetipsos relinquimus, quo ibimus qui nos?
vel quis est qui vadit, si se deserit? Sed aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi. Aliud quod fecimus,
aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipsos quales peccando nos fecimus, et maneamus nosmetipsi quales
per gratiam facti sumus. Ecce enim qui superbus fuit, si ad Christum conversus humilis factus est, semetipsum reliquit. Si
luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutavit, abnegavit utique quod fuit. Si avarus quisque ambire iam de-
siit, et largiri didicit propria qui prius aliena rapiebat, procul dubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est
per naturam, sed non est ipse per malitiam. Hinc enim scriptum est: Verte impios et non erunt. Conversi namque impii non erunt,
non quia omnino non erunt in essentia, sed non erunt in impietatis culpa. Tunc ergo nosmetipsos relinquimus, tunc
nosmetipsos abnegamus, cum vitamus quod per vetustatem fuimus, et ad hoc nitimur quod per novitatem vocamur.
Pensemus quomodo se Paulus abnegaverat, qui dicebat: Vivo autem iam non ego. Extinctus quippe fuerat saevus
ille persecutor, et vivere coeperat pius praedicator. Si enim ipse esset, pius profecto non esset. Sed qui se vivere
denegat, dicat unde est quod sancta verba per doctrinam virtutis clamat. Protinus subdit: Vivit vero in me Christus.
Ac si aperte dicat: Ego quidem a memetipso extinctus sum, quia carnaliter non vivo. Dicat ergo veritas, dicat: Si
quis vult post me venire abneget semetipsum, quia nisi quis a semetipso deficiat, ad eum qui super eum
appre(hen)de(re) est non appropinquat, nec valet comprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit mactare quod est. Sic olerum plantae
transponuntur ut proficiant, ac ita ut dirupti eradicantur ut crescant. Sic vero semina in terrae admixtione de-
ficiunt, ut in reparatione sui generis uberius assurgant. Unde enim videntur perdidisse quod erant, inde ceperunt
hoc apparere quod non erant. Sed iam qui se a vitiis abnegat, conquirendae ei virtutes sunt in quibus crescat.
Nam cum dictum est: Qui vult post me venire abneget semetipsum, protinus additur: Tollat crucem suam
quotidie et sequatur me. Duobus etenim modis crux tollitur, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut
per compassionem proximi affligitur animus. Pensemus qualiter utroque modo Paulus crucem suam tulerat, qui dicebat:
Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte aliis praedicans ipse reprobus efficiar. Ecce in afflic-
tione corporis audivimus crucem carnis. Audiamus nunc in compassione crucem mentis. Ait enim: Quis infirmatur et
ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror? Perfectus quippe praedicator ut exemplum daret abstinentiae,
crucem portabat in corpore; et quia in se trahebat damna infirmitatis alienae, crucem portabat in mente. Sed
quia ipsis virtutibus quaedam vitia iuncta sunt, dicendum nobis est quod vitium abstinentiam carnis et quod obsidet
compassionem mentis. Plerumque namque abstinentiam carnis nonnumquam vana gloria obsidet, quia dum tenuitas
in corpore, dum pallor in vultu respicitur, virtus patefacta laudatur, et tanto se sequitur celerius foras fundit
quanto ad humanos oculos per ostensum pallorem venit. Et plerumque fit ut quod causa Dei agi creditur, pro
solis humanis favoribus agatur. Quod bene Simon ille significat qui inventus in itinere crucem Domini in angaria
portat. Aliena quippe onera in angaria qui pro laude corpus affligunt portant. Qui ergo per Simonem
designantur nisi abstinentes et arrogantes, qui per abstinentiam quidem carnem afficiunt, sed fructum abstinentiae
intus non requirunt? Crucem ergo Domini in angaria Simon portat, quia cum opus ad bonum ex bona voluntate
non ducitur, rem iustam sub fructu peccator operatur. Unde idem Simon crucem portat, sed non moritur, quia absti-
nentes et arrogantes per abstinentiam quidem corpus afficiunt, sed per desiderium gloriae vivunt. Compassionem vero
animi plerumque latenter obsidet falsa pietas, ut hanc nonnumquam usque ad condescendendum vitiis pertrahat,
dum ad culpas quisque non debeat compassionem praebere sed zelum. Compassio quippe homini et rectitudo
vitiis debetur. In uno eodem homine et diligamus bonum quod factus est, et persequamur malum quod fecit, ne
dum culpas incaute remittimus, iam non per caritatem compati, sed per negligentiam condescendisse videamur. Sequitur:
Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam, et qui perdiderit animam suam propter me salvam faciet eam.
Sic dicitur fideli: Qui voluerit animam suam salvam facere perdet eam, et qui perdiderit animam suam propter me inveniet
eam. Ac si agricolae dicatur: Frumentum si servas perdis, si seminas renovas. Quis enim nesciat quod frumentum
cum semen mittitur perit ab oculis, in terra deficit, sed unde putrescit in pulvere inde viridescit
in renovatione. Sancta vero ecclesia aliud tempus habet persecutionis, atque aliud pacationis. Redemptor
noster ipsa eius tempora distinguit in praeceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima, pacis autem tempore

ea que amplius teneri poterant frangenda sunt despecta terrena vincit et nunc dicamus. Quid enim proficit homini si totum mundum
lucretur se autem perdat et detrimentum sui faciat. Cum persecutio ab adversariis deest valde vigilanter cor cu-
stodiendum est. Nam pacis tempore quia licet vivere libet eam ambire. Tunc profecto avaritia bellum conspersit superbe
status ambientis spoliare considerat. Nam cum instat ad colligendum quod non stare posset ipse qui colligit.
Cursum ergo suum quisque considerat et cognoscit quod posse sufficere putat que habet. Et fortasse metuit ne in-
terimenda vite itineris sumptus desit. Longa nostra despicienda incipit via brevis. Incassum multa portat ad mensam est
quo pergit. Plerumque autem et avaritia vincitur sed adhuc obstat quod viam rectitudinis in more tenens custodia pro-
sectionis. Nam sepe labentia aucta desperamus. Sed tu adhuc humane verendo vsu perdimus ut recta ne-
quam sunt in mente nostra comprimere valeat in voce et tacito dei facte ad iustitie defensionem negligens
quanto humanas facies contra iustitiam venimus. Et huic quod volueri cognitum subiungitur. Medicina tua cum dicit.
Qui me erubuit et sermones meos hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua et patris et
sanctorum angelorum. Et certe apud se nunc dicunt homines. Nos iam dominum et sermones eius non erubescimus quia ap-
ta cum voce profitemur. Quibus ego videor quod in hac plebe christiana sunt nonnulli qui christum non confitentur quia
christianos esse conspiciunt. Nam si nomen christi in tanta hodie gloria non esset tot professores christi sancta
ecclesia non haberet. Non ergo ad probationem fidei vox sufficit professionis quam defendit a verecundia professio gentilitatis.
Est tamen ubi se quisque interroget ut in confessione christi se valeat probare si non iam eius nomen erubescit sed plena
virtute mentis humanum pudorem subicit. Certe etenim persecutionis tempore erubescere poterunt fideles sub statibus
denudari de dignitatibus deici verberibus affligi. Pacis autem tempore quia hec nobis persecutionibus desunt est aliud
ubi ostendatur nobis. Veremur sepe a proximis despici, dedignamur iniurias ubi tolerare. Et contigat iurgium
fortasse cum proximo erubescimus priores satisfacere. Cor quippe carnale dum huius vite gloriam querit humilitatem
respuit. Et plerumque ipse homo qui nascitur discordiam sed reconciliari appetit sed ut ad satisfactionem prior erube-
scat. Pensemus fratres vitalis ut videas quo iacet inter pontatis actiones et cum membra summi capitis
sumus imitari eundem convenimus debemus. Quod namque ad inter eruditionem sanctorum paulus egregius predicator
dicit pro christo legatione fungimur tamquam deo exhortante per nos. Obsecramus pro christo reconciliamini deo. Ecce
inter nos et deum discordiam peccando fecimus et tamen ad nos deus suos legatos prior misit ut nos ipsi
qui peccavimus ad pacem dei rogati veniamus. Erubescat ergo humana superbia, confundatur quisque si non satisfa-
ciat prior proximo cui per culpas nostras et ei reconciliari debemus et ipse qui offensus est legatus mittens
tibi obsecrat deus. Sequitur. Dico enim vobis: Vere sunt hic aliqui stantes qui non gustabunt mortem donec
videant regnum dei. Regnum dei si cum dominum non sit in sacro eloquio verum regnum dei sed nonnumquam presens
ecclesia vocatur. Unde scriptum est: Mittet filius hominis angelos suos et colliget de regno eius omnia scandala.
In illo quippe regno non erunt scandala ubi profecto reprobi non admittentur. Quo ut credo colligitur
quod hoc loco regnum dei presens ecclesia vocatur. Et quia nonnulli ex discipulis usque ad eo in corpore victuri erant
ut ecclesiam dei constructam conspicerent et contra mundi huius gloriam erecta consolatoria permissione nunc dicitur.
Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei. Et cum tanta dominus
subeunde mortis precepta ederet quid necessarium fuit ut ad hac subito promissionem veniret. Quod si subtiliter
attendas quia dispensatione pietatis agatur agnoscimus. Discipulis enim rudibus et de presenti vita aliquid
missione terram promittitur et cum vocandi essent ad dona celestia terrenis promissionibus suadetur. Sic israelitico
populo ex egypti terra liberando repromissionis terra promittitur et cum vocandus esset ad dona celestia terrenis promissionibus suadetur. Cur hoc?
Carnalis etenim populus si prima non acciperet magna non crederet. Omnipotens ergo deus longe terrena suadet
ad celestia ut percipiens quod videret sperare disceret quod minime videbat et tanto solidior de invisibilibus fieret
quanto eum ad spei celsitudinem visibilia promissa fulcirent. Unde recte quoque per psalmistam dicitur: dedit eis regiones
gentium et labores populorum possederunt ut custodiant iustificationes eius et legem eius requirant. Hic ergo
hoc loco rudibus discipulis vitas loquens videndum regnum dei promittit in terra ut hoc ab eis fideliter in celo
percipiendum confirmatur. Quo ipso itaque regno quod iam vides in mundo esse sublimatum, superna regnum quod in celo cernere
estimatur. Sed sunt nonnulli qui pravitatis nomine censentur sed pravitatis non habent fidem. Esse sola visibilia
existimant, invisibilia non appetunt que nec esse suspicantur. Ad sanctorum martyrum corpora consistimus fratres mei.
Numquam isti carnem suam in mortem darent nisi eis certissime constitisset esse vitam pro qua mori debuissent. Ecce
pauperes veniunt et a demonio vexati veniunt et liberantur. Quo ergo veniunt illic ubi vi-
vunt si in tot miraculis vivunt hic ubi mortui sunt. Item fratres dico breve verbo si non parva multo

quam religiosorum quorundam seniorum narratione nobis agnovi. Gothorum tempore matrona quedam fuit valde reli-
giosa que ad beatorum martyrum ecclesiam crebro veniebat. Quadam autem die dum ex more ad orandum venisset egre-
diens duos fratres sub peregrino habitu monachos invenit, peregrinos credidit, largiri aliquid eis elemosine precepit.
Sed priusquam eius erogator eis ad largiendam elemosinam appropinquasset, astiterunt illi vicinius et dixerunt: Tu nos
visitas modo, nos te in die iudicii requiremus et quicquid possumus prestabimus. Quibus dictis ab oculis eius ablati sunt.
Tunc illa ad orandum rediit, seseque in lacrimis uberius effudit, et facta est post hec tanto instantior in prece quanto certior
de promissione. Sed ait magister Paulus: Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Nequaquam iam dicimus
ut veniam vitam credamus, quia ecce ipsi qui in illa vivunt humanis obtutibus visibiliter putantur. Sed cum videri pot-
melius dicitur sciri quam credi. Velut igitur vitam nos duas magis volunt sancti quam credere qui eos quos invisibiliter recipit
apud se vivere nobis et visibiliter ostendunt. Pensate ergo fratres karissimi in causa vestra quam cum districto iudice habetis
patronos facite, hos in die tanti terroris illius defensores adhibete. Certe si apud quendam magnum iudicem
causa quelibet vestra esset die crastina ventilanda, totam hodiernum diem in cogitationibus duceretis. Patronum vestra strenui-
tas quereret, magis quam precibus ageret ut apud tantum iudicem defensor veniret. Ecce districtus iudex Ihesus
venturus est, tanti illius angelorum archangelorumque concilii terror adhibebitur. In illo conventu causa discutitur nostra et
tamen nos patronos modo non querimus quos tunc defensores habeamus. Assunt defensores nostri sancti martyres, rogari
volunt atque ut ita dixerim querunt ut querantur. Hos adiutores vestre orationis querite, hos protectores vestros invenite,
quia ne puniri peccatores debeant rogari volunt, et ipse qui iudicat vult, et tam longo tempore conniventer utique et tu
misericorditer expectat. Sed aut tamen nos misericordia eius resonat ut illos negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbet
ut mentes nostras in desperatione non premat, quia et sic metuentes presumimus presumentes metuimus et metuentes
In illo tempore rogabat Ihesum quidam phariseus. Et sperans et regnum celorum adeptum sumus per. Secundum Lucam
ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat in ci-
Cogitanti mihi de Marie penitentia flere magis libet quam aliquid dicere. Cuius enim vel saxeum pectus ille huius
peccatricis lacrime ad exemplum penitendi non emolliant? Consideravit namque quid fecit et noluit moderari
quid faceret. Super convivantes ingressa est, non iussa venit, inter epulas lacrimas obtulit. Discite quo
dolore ardet que flere et inter epulas non erubescit. Hanc vero quam Lucas peccatricem mulierem, Iohannes Mariam nominat,
illam esse Mariam credimus de qua Marcus septem demonia eiecta fuisse testatur. Et quid per septem demonia nisi
universa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne hoc tempus comprehenditur, recte septenario numero uni-
versitas figuratur. Septem ergo demonia Maria habuit que universis vitiis plena fuit. Sed ecce quia turpitudinis
sue maculas aspexit, lavanda ad fontem misericordie cucurrit, convivantes non erubuit. Nam quia semetipsam gra-
viter erubescebat intus, nichil esse credidit quod verecundaretur foris. Quid ergo miramur fratres, Mariam veni-
entem an Dominum suscipientem? Suscipientem dicam an trahentem? Dicam melius trahentem et suscipientem, quia nimirum
ipse eam per misericordiam traxit intus qui per mansuetudinem suscepit foris. Sed iam textum sancti evangelii percurrentes
ipsum quo ordine quo venit sananda videamus. Attulit alabastrum unguenti et stans retro secus pedes Ihesu
lacrimis cepit rigare pedes eius et capillis capitis sui tergebat et osculabatur pedes eius et unguento un-
gebat. Liquet fratres quod illicitis actibus prius mulier intenta unguentum sibi pro odore sue carnis adhibuit. Quod
ergo turpiter sibi exhibuerat, hoc iam laudabiliter Deo offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hos iam per penitentiam
conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam capillis lacrimas tergebat. Ore superba
dixerat, sed pedes Domini osculans hoc in redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo Maria in se habuit oblecta-
menta, tot in se invenit holocausta. Convertit ad virtutum numerum numerum criminum, ut totum serviret Deo in penitentia quicquid
in se Deum contempserat in culpa. Sed hec phariseus intuens despicit et non solum venientem peccatricem mulierem sed
etiam suscipientem Dominum reprehendit, dicens intra se: Hic si esset propheta, sciret utique que et qualis est mulier que
tangit eum, quia peccatrix est. Ecce phariseus veraciter apud se superbus et fallaciter iustus egram reprehendit de egritudine,
medicum de subventione. Et quia ipse quoque de elationis vulnere egrotabat ignorabat. Inter duos autem
egros medicus aderat, sed unus eger in febre integrum sensum tenebat, alter vero in febre carnis et sensum per-
diderat mentis. Illa quippe flebat quod perpetraverat, phariseus autem falsa iustitia elatus vim sue invalitudinis ex-
aggerabat. In egritudine ergo et sensum perdiderat qui falsa iustitia hic ipsum quoque quod ad salutem longe esset ignorabat.
Sed inter hec nos gemitus cogit quosdam nostri ordinis viros intueri qui sacerdotali officio preditis si quid
fortasse iuste exterius vel tenuiter egerint, protinus subditos despiciunt et peccatores quosque in plebe positos
dedignantur, eis quoque compati culpam suam confitentibus nolunt ac velut pharisei more a peccatrice muliere tangi
despiciunt. Que profecto mulier si ad pedes pharisei venisset, nimirum calcibus repulsa discederet. Inquinari enim
se alieno peccato crederet. Sed quia hunc falsa sua iustitia replebat, de alieno vulnere egrotabat. Unde nece-
sse est ut cum peccatores quosque conspicimus nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus quia fortasse

aut lapsi sumus aut labi possumus si lapsi non sumus. Et si censura magisterii debet virtute disciplinae vitia persequi
debemus tamen ut sollicite distinguamus quia districtionem debemus vitiis compassionem naturae. Si enim feriendus est peccator nutriendus
est proximus. Cum vero iam per poenitentiam punit ipse quod fecit iam noster proximus peccator non est quia in se ipso di
rigit et hoc in se punit quod iustitia divina reprehendit. Sed iam iste superbus et arrogans quia sua condemnat audiamus
De duobus quippe ei debitoribus paradigma opponitur quorum unus minus alter amplius debebat et utrisque debito dimis
so quis amplius largitorem debiti diligat interrogatur. Cui verbis ille protinus respondet: Ille plus diligit cui plus
dimittitur. Qua in re notandum est quia dum sua Pharisaeus condemnat sententia freneticus funem portat ex quo ligetur. Enu
merantur ei bona peccatricis enumerantur fecisti mala cum dicitur: Intravi in domum tuam aquam pedibus meis non dedisti
haec autem lacrimis rigavit pedes meos et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti haec autem ex quo intravi non
cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti haec autem unguento unxit pedes meos. Post enumerationem
vero subinfertur sententia: Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. Quid ergo fratres mei esse dilectionem
credimus nisi ignem et quid culpam nisi rubiginem. Unde nunc dicitur: Remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. Ac si
aperte diceretur: Incendit plene peccati rubiginem quia ardet valde per amoris ignem. Tanto namque amplius peccati ru
bigo consumitur quanto peccatoris cor magno caritatis igne concrematur. Ecce ea quae ad medicum venerat aegra
sanata est. Sed de salute eius adhuc alii aegrotant. Nam simul discumbentes coeperunt intus dicere: Quis
est hic qui etiam peccata dimittit. Sed caelestis medicus aegros non respiciat quos etiam de medicamento suo deteriores videt
sed eam quam sanaverat per pietatis suae sententiam confirmat dicens: Fides tua te salvam fecit vade in pace. Fides etenim
salvam fecit quia hoc quod petiit posse se accipere non dubitavit. Sed ipsam quoque spei certitudinem iam ab illo acceperat a quo
per spem etiam salutem quaerebat. In pace autem ire praecipitur ut a veritatis itinere in via scandali ulterius non declinet.
Unde et per Zachariam dicitur: Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Pedem etenim gressus nostros in viam pacis
dirigimus quando per eum actionum iter pergimus in quo ab auctoris nostri gratia non discordamus. Haec fratres karissimi historica
expositione transcurrimus. Nunc si placet eadem ipsa mystico intellectu discutiamus. Quid namque Pharisaeus de falsa
iustitia praesumens nisi iudaicum populum. Quid peccatrix mulier ad vestigia Domini veniens et plorans nisi conversam
gentilitatem designat. Quae cum alabastro venit unguentum fudit retro secus pedes stetit lacrimis pedes
rigavit et capillis tersit eosdemque quos infundebat et tergebat pedes osculari non desiit. Nos ergo nos
illa mulier expressit si toto corde ad Dominum post peccata redeamus si eius poenitentiae luctus imitemur. Quid namque unguento
nisi odor bonae opinionis exprimitur. Unde Paulus dicit: Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Si ergo recta
opera agimus quibus opinionis bonae odore ecclesiam respergimus quid in Domini corpore nisi unguentum fundimus. Sed
secus pedes mulier stetit. Contra pedes enim Domini steteramus cum in peccatis positi eius itineribus renitebamur. Sed
si ad veram poenitentiam post peccata convertimur iam retro secus pedes stamus quia eius vestigia sequimur quem impu
gnabamus. Lacrimis mulier pedes rigavit quod nos quoque veraciter agimus si quibuslibet ultimis membris Domini per
compassionis affectum inclinemur si sanctis eius in tribulatione compatimur si eorum tristitiam nostram putamus. Capillis mulier
pedes quos rigaverat tersit. Capilli quippe superfluunt corpori. Et quid abundans terrena substantia nisi ca
pillorum speciem tenet quae dum ad usum necessitatis superfluit et abscisa non sentitur. Capillis ergo pedes Domini
tergimus quando sanctis eius quibus ex caritate compatimur et ex his quae nobis superfluunt misereamur quatenus sic
mens compassione doleat ut etiam larga manus affectum doloris ostendat. Rigat namque lacrimis Redemptoris
pedes sed capillis suis non tergit qui utcumque proximorum dolori compatitur sed tamen eis ex his quae sibi superfluunt
non miseretur. Plorat et non tergit qui verba doloris tribuit sed non ministrando quae desunt vim doloris
minime abscidit. Osculatur mulier pedes quos tersit. Quod nos quoque plene agimus si studiose diligimus quos
ex largitate continemus ne gravis sit nobis necessitas proximi ne ipsa eius indigentia quae sustentatur fiat
onerosa et cum manus necessaria tribuit animus a dilectione non torpescat. Possunt quoque per pedes ipsum mysterium incarnationis
eius intellegi per quod divinitas terram tetigit quia carnem suscepit. Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Oscula
mur ergo Redemptoris pedes cum mysterium incarnationis eius ex toto corde diligimus. Unguento pedes ungimus cum
ipsius humanitatis eius passionem sacri eloquii bona opinione praedicamus. Sed haec Pharisaeus videt et invidet
quia cum iudaicus populus gentilitatem Deum praedicare conspicit sua apud se malitia tabescit. Sed Redemptor
facta eius mulieris quae bona gentilitatis enumerat ut in quo malo iaceat agnoscat. Nam sic Pharisaeus retunditur
ut per eum sic dicendo perfidus ille populus ostendatur: Intravi in domum tuam aquam pedibus meis non dedisti haec autem
lacrimis rigavit pedes meos. Aqua quippe extra nos est lacrimarum humor intra nos. Quia ergo infidelis
ille populus nec ea quae extra se erant unquam pro Domino tribuit conversa autem gentilitas pro eo non solum rem

corporis sed etiam sanguinem fudit. Osculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intravit non cessavit osculari pedes meos.
Osculum quippe dilectionis est signum. Et infidelis ille populus iudeorum osculum non dedit, quia ex caritate eum amare
noluit cui ex timore serviuit. Vocata autem gentilitas redemptoris sui vestigia osculari amore non cessat, quia in
eius amore continue suspirat. Unde et sponse voce de eodem redemptore suo in cantico canticorum dicitur: Osculetur me
osculo oris sui. Osculum recte conditoris desiderat qui se ei obsequi per amorem parat. Oleo caput meum non
unxisti. Si pedes domini mysterium incarnationis eius accipimus, congrue per caput ipsius ipsa divinitas designatur.
Unde et per Paulum dicitur: Caput Christi deus. In deum quippe et non in se qui in hominem credere iudeorum populus fatebatur.
Sed pharisaeo dicitur: Oleo caput meum non unxisti, quia ipsam divinitatis eius potentiam in qua se credere populus iudeorum
spondebat, digna laude predicare neglexit. Haec autem unguento unxit pedes meos, quia dum incarnationis eius mysterium
gentilitas credidit, summa laude etiam eius ima predicavit. Hanc ergo redemptor noster ut enumerata bona concludat
per sententiam subdit pharisaeo: Quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Ac si aperte dicat: Et si durum
est valde quod coquitur, exsudat tamen amoris igne quo etiam dura consumatur. Libet etiam inter haec considerare
tante pietatis intueri peccatricis mulieris opera sed penitentis, qua estimatione vitas apud se fuerat que eius
adversario sub tanta distributione emat. Ad pharisaei prandium dominus discumbebat, sed apud penitentem mulierem mentis
epulis delectabatur. Apud pharisaeum vitae pascebatur foris, apud peccatricem mulierem sed conversam pascebatur intus.
Unde et ei sponsa etiam qui sub specie hinnuli caprearum quod in cantico canticorum dicit: Indica mihi quem diligit anima mea
ubi pascas, ubi cubes in meridie. Caprearum quippe hinnulus dominus appellatur, quia assumpta carne ab antiquorum
patrum filius. Fervidior vero in meridie estus ardescit et umbrosum locum hinnulus querit quem estus non afflat.
In illis ergo cordibus dominus requiescit que amor presentis seculi non incendit, que carnis desideria non comburunt,
que incepti sunt amplexibus in quibus mundi cupiditas non ardescit. Unde et Marie dicitur: Spiritus sanctus super-
veniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Umbrosa ergo loca in meridie ad pascendum hinnulus
querit, quia illis mentibus dominus pascitur que per respectum gratie temperate corporalibus desideriis non uruntur. Plus
ergo penitens mulier pascebat intus quam pharisaeus dominum pascebat foris, quia ab estu carnalium dominus quasi hinnulus
redemptor noster ad illius mentem venerat quam post vitiorum ignem gratie umbra temperabat. Pensemus quante
pietatis sunt peccatricem mulierem non solum admittere sed ei etiam ad tangendos pedes prebere. Consideremus ergo
gratiam misericordis dei et damnemus memoriam reatus nostri. Ecce peccatrices videt et sustinet et resistentes
tolerat et tamen per angelum quotidie clementer vocat. Confessionem mentis ergo prius cordis desiderat et cuncta
que deliquimus relaxat. Temperavit nobis districtionem legis misericordia redemptoris. In illa quippe scriptum est:
Si quis hoc vel illud fecerit, morte moriatur; si quis hoc vel illa fecerit lapidibus obruatur. Apparuit
conditor et redemptor noster in carne, confessionem peccatorum non penam sed vitam promittit. Mulierem sua volun-
tate confitentem suscepit et peccata dimittit. Inspicit ergo ad magnam duritiam legis, quia quos iste illa dam-
pnat, ipse misericorditer liberat. Unde bene in lege scriptum est quia manus Moysi erant graves; sumentes ergo
lapidem posuerunt subter, in quo sedit; Aaron autem et Hur sustentabant manus eius. Moyses quippe sedit
in lapide, cum lex requievit in ecclesia. Sed quia eadem lex manus graves habuit, quia peccantes quosque non mi-
sericorditer pertulit sed vera districtione percussit, Aaron vero mons fortitudinis, Hur autem ignis interpretatur. Quem
itaque iste mons fortitudinis signat nisi redemptorem nostrum, de quo per prophetam dicitur: Erit in novissimis diebus
preparatus mons domus domini in vertice montium. Aut quid per ignem nisi spiritus sanctus signatur, de quo ipsemet
redemptor noster dicit: Ignem veni mittere in terram. Aaron ergo et Hur graves manus domini sustinent, atque suste-
ntando leviores reddunt, quia mediator dei et hominum cum igne spiritus sancti veniens mandata legis
gravia que dum carnaliter tenentur portari non poterant, tolerabiliora nobis per spiritalem intelligentiam
ostendit. Quasi enim manus Moysi leviores reddidit, qui pondus mandatorum legis ad virtutem confessionis
retorsit. Hanc nobis sequentis misericordie promissionem innuit cum per prophetam dicit: Nolo mortem peccatoris sed ut ezech 18
magis convertatur et vivat. Hinc iterum sub Iudee specie unicuique peccatrici anime dicitur: Si dereliquerit vir uxorem Ie 3
suam et illa recedens duxerit virum alium, numquid ad eam revertetur ultra? Tu autem fornicata es cum amatoribus
multis, tamen revertere ad me, dicit dominus. Ecce paradigma turpis mulieris dedit, ostendit quia post turpitudinem recipi non
possit. Sed hoc ipsum paradigma quod protulit misericordia vincat, cum dicit fornicatam mulierem nequaquam recipi pos-
se, et tamen ipse fornicantem animam ut recipiat operatur. Pensate fratres pondus tante pietatis. Dicit quod
fieri non potest, et demonstrat quia hoc ipse facere etiam contra morem potest. Ecce vocat et quos inquinatos denun-
ciat hos amplecti querit, a quibus deceptum esse se queritur. Nemo ergo tante misericordie tempus perdat.

Nemo oblata remedia divine pietatis abiciat. Ecce superna benignitas aversos nos revocat et nobis redeuntibus
sue clementie sinum parat. Unusquisque ergo penset quo debito constringitur qui illum deo compotat nec acceptum exspectat
quem in morte perimere non libet revocat qui stare contempsit saltem post lapsum surgat. Quanto nos amore conditor
noster exspectat insinuat cum per prophetam dicit: Attendi et auscultavi, nemo quod bonum est loquitur, non est qui
recogitet in corde suo et dicat: quid feci. Certe nunquam debuimus mala cogitare, sed quia cogitare recta noluimus
ecce adhuc sustinet ut recogitemus. Videte tante pietatis sinum, considerate nobis apertum misericordie gremium. Quos
male cogitantes perdidit bene recogitantes querit. Ad vos ergo fratres ad vos oculos mentis reducite et penitente
mulieris peccatricis in exemplum vobis imitationis afferte. Quecumque vos in adolescentia, quecumque in iuventute deliquisse
meministis deflete. Amemus iam redemptoris nostri vestigia que peccando contempsimus. Ecce ut diximus ad re-
cipiendos nos superne pietatis sinus aperitur nec maculosa in nobis vita contempnitur. Per hoc quod inquinatorum manum
perhorrescimus intus iam mundicie concordamus. Redeuntes nos dominus clementer amplectitur quia peccatorum vita
esse ei indigna iam non potest que fletibus lavatur in Christo Iesu domino nostro qui vivit etc. Secundum Lucam

In illo tempore accesserunt ad Iesum publicani et peccatores ut audirent illum. Et murmurabant pharisei
et scribe dicentes quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et reliqua. Omel. xiiii Luce xv

Estivum tempus quod corpori meo valde contrarium est loqui me diu de expositione evangelii longa mora inter- 18
veniente prohibuit. Sed numquid quia lingua tacuit ardere caritas cessavit? Hoc enim dico quod apud se unus-
quisque vestrum recognoscit. Plerumque caritas quibusdam occupationibus prepedita et intus flagrat in corde
et tamen non monstratur in opere, quia et sol cum nube tegitur non videtur in terra et tamen ardet in celo. Sic esse oc-
cupata caritas solet et intus vim sui ardoris exercet et flammas operis foras non ostendit. Sed quia ad loquendi
tempus redii, vestra me studia accendant ut in tanto amplius loqui libeat quanto hoc desiderabilius vestre
mentes exspectant. Audistis in lectione evangelica fratres mei quia peccatores et publicani accesserunt ad redemptorem
nostrum et non solum ad colloquendum sed etiam ad convescendum recepti sunt. Quod videntes pharisei dedignati sunt.
Ex qua re colligite quia vera iustitia compassionem habet, falsa iustitia dedignationem, quamvis et iusti soleant
recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbie, aliud quod zelo discipline. Dedignantur etenim
sed non dedignantes, desperant sed non desperantes, persecutionem commovent sed amantes, quia etsi foris increpationes
per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per caritatem servant. Preponunt sibi in animo plerosque ipsos quos
corrigunt et meliores estimant eos quoque quos iudicant. Quod videlicet agentes et per disciplinam subditos et per humi-
litatem custodiunt semetipsos. At contra hi qui de falsa iustitia superbire solent ceteros quosque despiciunt, nulla
infirmantibus misericordia condescendunt, et quo se peccatores esse non credunt eo deterius peccatores fiunt. De quorum profecto
numero pharisei exstiterant qui diiudicantes dominum quod peccatores susciperet, arenti corde ipsum fontem misericordie
reprehendebant. Sed quia egri erant ita ut egros se esse nescirent, quatenus quod erant cognoscerent celestis
eos medicus blandis fomentis curat, benignum paradigma obicit et in eorum corde vulneris tumorem premit.
Ait namque: Quis ex vobis homo qui habet centum oves et si perdiderit unam ex illis nonne dimittit nonaginta
novem in deserto et vadit ad illam que perierat. Ecce mira dispensatione pietatis similitudinem vitas dedit
quam et ipse homo in se recognosceret et tamen hoc specialiter ad ipsum auctorem hominum pertineret. Quia enim centenarius
perfectus est numerus, ipse centum oves habuit cum substantiam angelorum creavit et hominum possedit. Sed una ovis tunc
periit quando peccando homo pascua vite dereliquit. Dimisit autem nonaginta novem oves in deserto quia illos sum-
mos angelorum choros reliquit in celo. Cur autem celum desertum vocatur nisi quod desertum derelictum dicitur? Tunc autem
celum homo deseruit cum peccavit. In deserto autem nonaginta novem oves remanebant quando in terra dominus unam
querebat, quia rationalis creature numerus angelorum videlicet et hominum que ad videndum deum condita fuerat pereunte
homine erat imminutus. Et ut perfecta summa ovium integraretur in celo, homo perditus querebatur in terra. Nam quod hic
evangelista dicit in deserto, alius dicit in montibus, ut significet in excelsis, quia nimirum oves que non perierant in sub-
limibus stabant. Et cum invenerit ovem imponit in humeros suos gaudens. Ovem in humeros suos impo-
suit quia humanam naturam suscipiens peccata nostra ipse portavit. Et veniens domum convocat amicos et vicinos
dicens eis: Congratulamini mihi quia inveni ovem que perierat. Inventa ove ad domum redit quia pastor
noster per utrorumque reparato homine ad regnum celeste rediit. Ibi amicos et vicinos invenit, illos videlicet
choros angelorum qui amici eius sunt quia voluntatem eius continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini
quoque eius sunt quia claritate visionis illius sua assiduitate perfruuntur. Et notandum quod non dicit Congratulamini inventae
ovi sed mihi, quia videlicet eius est gaudium vita nostra et cum nos ad celum reducimur solemnitatem illius letitie implemus.
Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta novem iustis qui
non indigent penitentia. Considerandum nobis est fratres mei cur dominus plus de conversis peccatoribus quam de stantibus
iustis in celo gaudium esse fateatur nisi quod ipsi per quotidianam visionis experimentum novimus quia plerumque hi

qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt. Stat quidem in via iusticie, nulla illicita perpetrant, sed tamen ad celestem patriam amore non anhelant, tanto quoque sibi in rebus licitis usum prebent quanto se perpetrasse illicita nulla meminerunt. Et plerumque pigri remanent ad exercenda bona precipua quia valde securi sunt quod nulla commiserunt mala grauiora. At contra non numquam hii qui se aliqua illicita egisse meminerunt ex ipso suo dolore compuncti inardescunt ad amorem dei seseque in magnis virtutibus exercent, cuncta difficilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis iniuriis letantur, flagrant desiderio, ad celestem patriam anhelant, et quia errasse a deo se considerant, dampna precedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo de peccatore converso quam de stante iusto gaudium fit in celo, quia et dux in prelio plus eum militem diligit qui post fugam reversus hostem fortiter premit, quam illum qui numquam terga prebuit et numquam aliquid fortiter fecit. Sic et agricola illam amplius terram amat que post spinas uberes fructus profert, quam eam que numquam spinas habuit et numquam fertilem messem producit. Sed inter hec sciendum est quia sunt plerique iusti in quorum vita tantum est gaudium ut eis quamlibet peccatorum penitentia preponi nullatenus possit. Nam multi et nullorum malorum sibi sunt conscii et tamen tanto ardoris afflictione se exercent, ac si peccatis omnibus angustentur. Cuncta etiam licita respuunt, ad despectum mundi sublimiter accinguntur, licere sibi nolunt omne quod libet, bona sibi amputant etiam concessa, contempnunt visibilia, invisibilibus accenduntur, lamentis gaudent, in cunctis semetipsos humiliant, et sicut nonnulli peccata operum, sic ipsi peccata cogitacionum deplorant. Quid itaque istos nisi iustos dixerim et penitentes, qui se et in penitentia de peccato cogitacionis humiliant, et recti semper in opere perseverant. Hinc ergo colligendum est quantum deo gaudium faciat quando humiliter plangit iustus, si in celo facit gaudium quando hoc quod male gessit per penitentiam dampnat iniustus. Sequitur. Aut que mulier habens dragmas decem et si perdiderit dragmam unam, nonne accendit lucernam et evertit domum et querit diligenter donec inveniat dragmam quam perdiderat. Qui signatur per pastorem ipse et per mulierem, ipse enim deus ipse et dei sapientia. Et quia ymago exprimitur in dragma, mulier dragmam perdidit quando homo qui conditus ad ymaginem dei fuerat peccando a similitudine sui conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam quia sapientia dei apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est, lumen vero in testa est divinitas in carne, de qua videlicet testa sui corporis dicit ipsa sapientia: Exaruit velut testa virtus mea. Quia enim testa in igne solidatur, eius virtus sicut testa exaruit, quia assumpta carne ad resurrectionis gloriam ex passionis tribulatione roboravit. Accensa autem lucerna evertit domum quia mox ut eius divinitas in carne claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus namque evertitur cum consideratione reatus sui humana conscientia perturbatur. Quod eversionis verbo non distat ab eo quod in aliis codicibus legitur emundat. Eversa ergo domo invenitur dragma, quia dum perturbatur conscientia hominis reparatur in homine similitudo conditoris. Et cum invenerit convocat amicas et vicinas dicens: Congratulamini mihi quia inveni dragmam quam perdideram. Que amice vel vicine nisi ille potestates celestes sunt iam superius dicte, que tanto superne sapientie iuxta sunt quanto ei per gratiam continue visionis appropinquant. Sed inter hec nequaquam relinquere negligenter debemus cur ista mulier per quam dei sapientia figuratur decem dragmas habuisse perhibetur, ex quibus unam perdidit, quam cum quereret invenit. Angelorum quippe et hominum naturam ad cognoscendum se dominus condidit, quam dum consistere ad eternitatem voluit eam procul dubio ad sui similitudinem creavit. Decem vero dragmas habuit mulier quia novem sunt ordines angelorum, sed ut impleretur electorum numerus homo decimus est creatus, qui a conditore suo nec post culpam periit, quia hunc eterna sapientia per carnem miraculis choruscans ex lumine teste reparavit. Novem vero ordines angelorum diximus, quia videlicet testante sacro eloquio esse scimus angelos archangelos virtutes potestates principatus dominaciones thronos cherubin et seraphin. Esse namque angelos et archangelos pene omnes sacri eloquii pagine testantur. Cherubin vero et seraphin sepe ut notum est libri prophetarum loquuntur. Quatuor quoque nomina ordinum paulus apostolus ad ephesios enumerat dicens: Supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominacionem. Qui rursus ad colosenses scribens ait: Sive throni sive dominaciones sive potestates. Dominaciones vero principatus ac potestates iam ad ephesios loquens descripserat. Sed eam quoque colosensibus dicturus premisit thronos, de quibus necdum quicquam fuerat ephesiis locutus. Dum ergo illis quatuor que ad ephesios dixit, id est principatibus et potestatibus virtutibus atque dominacionibus coniunguntur throni, quinque sunt ordines qui specialiter exprimuntur. Quibus dum angeli archangeli cherubin atque seraphin adiuncta sunt, procul dubio novem esse inveniuntur ordines angelorum. Unde et ipsi angelo qui primus est conditus per prophetam dicitur: Tu signaculum similitudinis plenus sapientia et perfectus decore in deliciis paradisi dei fuisti. Ubi notandum quod non ad similitudinem dei factus sed signaculum similitudinis dicitur, ut quo in eo subtilior est natura, eo in illo ymago dei similius insinuetur expressa. Ubi mox subditur: Omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius thopasius et iaspis, crisolitus onix et berillus, saphirus carbunculus et smaragdus. Ecce novem dixit nomina lapidum quia profecto novem sunt ordines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus angelus ideo ornatus et opertus exstitit, quia dum cunctis angelorum agminibus prelatus est, ex eorum comparacione clarior fuit. Sed cur istos perscrutando angelorum choros enumerando perstringimus, si non eorum quoque ministeria subtiliter exprimamus. Greca etenim lingua angeli nuncii

archangeli vero summa nuntiant vocantur. Sciendum quod angelorum vocabulum nomen est officii non naturae. Nam sancti illi caelestis
patriae spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper angeli vocari nequaquam possunt, quia tunc solum sunt angeli cum per eos aliqua nuntiantur.
Unde et per psalmistam dicitur: Qui facit angelos suos spiritus. Ac si patenter dicat: Qui eos quos semper habet spiritus, etiam cum
voluerit angelos facit. Hi autem qui minima nuntiant angeli, qui vero summa annuntiant archangeli vocantur. Hinc
est enim quod ad Mariam virginem non quilibet angelus sed Gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum angelum
venire dignum fuerat qui summum omnium nuntiabat. Qui idcirco etiam privatis nominibus censentur ut signetur per vocabula
et in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate quam de visione omnipotentis Dei plena scientia perficit id-
circo propria nomina sortiuntur ne eorum personae sine nominibus sciri non possint, sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt
apud nos etiam nomina a ministeriis trahunt. Michael namque Quis ut Deus, Gabriel autem Fortitudo Dei, Raphael vero
dicitur Medicina Dei. Et quotiens mirae virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu et nomine detur
intelligi quia nullus potest facere quod facere praevalet Deus. Unde et ille antiquus hostis qui esse Deo similis per superbiam con-
cupivit dicens: In caelum conscendam et super astra caeli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in late-
ribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Dum in fine mundi in sua virtute relinquetur
extremo supplicio perimendus, cum Michaele archangelo praeliaturus esse perhibetur, sicut per Iohannem dicitur: Factum est praelium cum
Michaele archangelo, ut qui se ad Dei similitudinem superbus extulerat, per Michaelem peremptus discat quia
ad Dei similitudinem per superbiam nullus exsurgat. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur qui Dei fortitudo nominatur.
Illum quippe nuntiare veniebat qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo
per psalmistam dicitur: Tollite portas principes vestras et elevamini portae aeternales et introibit rex gloriae. Quis est
iste rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio. Et rursum: Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Per Dei ergo
fortitudinem nuntiandus erat qui virtutum Dominus et potens in praelio contra potestates aereas ad bella veniebat.
Raphael quoque interpretatur ut diximus Medicina Dei, quia videlicet dum Tobiae oculos quasi per officium curationis tetigit, caecitatis
eius tenebras tersit. Qui ergo ad curandum mittitur, dignum videlicet fuit ut Dei medicina vocaretur. Sed
quia angelorum nomina interpretando perstrinximus, superest nunc ut ipsa officiorum vocabula breviter disseramus. Virtutes
etenim vocantur illi nimirum spiritus per quos miracula et signa frequentius fiunt. Potestates vero hi qui etiam hoc potentius
in suo ordine prae ceteris perceperunt, ut eorum ditioni virtutes adversae subiectae sint, quorum potestate refrenantur ne
corda hominum tantum tentare praevaleant quantum volunt. Principatus etiam vocantur hi qui ipsis quoque bonorum an-
gelorum spiritibus praesunt, qui subiectis aliis dum quae sunt agenda disponunt, eis ad complenda divina ministeria prin-
cipantur. Dominationes autem vocantur qui etiam potestates principatuum dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari est
inter reliquos priorem exsistere, dominari vero etiam subiectos quosque possidere. Ea vero angelorum agmina quae mira
potentia praeeminent, pro eo quod eis cetera ad obediendum subiecta sunt, Dominationes vocantur. Throni quoque illa agmina
sunt vocata quibus ad exercendum iudicium semper omnipotens Deus praesidet. Quia enim thronos Latino eloquio sedes
dicimus, throni Dei dicti sunt hi qui tanta divinitatis gratia replentur ut in eis Dominus sedeat et per eos sua
iudicia decernat. Unde et per psalmistam dicitur: Sedes super thronum qui iudicas aequitatem. Cherubim quoque pleni-
tudo scientiae dicitur. Et sublimiora illa agmina idcirco cherubim vocata sunt, quia tanto perfectiore scientia plena sunt
quanto claritatem Dei vicinius contemplantur, ut secundum modum creaturae eo sciant plene omnia quo visioni
conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphim etiam vocantur illa sanctorum spirituum agmina quae ex
singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphim quippe ardentes vel incendentes
vocantur. Quae quia ita Deo iuncta sunt ut inter haec et Deum nulli alii spiritus intersint, tanto magis ardent quanto
hunc vicinius vident. Quorum profecto flamma amor est, quia quo subtilius claritatem eius aspiciunt, eo va-
lidius in eius amore flammescunt. Sed quid prodest nos de angelicis spiritibus ista perstringere, si non studeamus no
haec etiam ad nostros profectus congrua consideratione derivare. Quia enim superna illa civitas ex angelis et hominibus
constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere quantos illic contigit electos angelos remansisse,
Deut. 32 sicut scriptum est: Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei, debemus et nos aliquid ex illis distinctionibus
supernorum civium ad usum nostrae conversationis trahere, nosque ipsos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare.
Quia enim tanta illuc ascensura creditur multitudo hominum quanta multitudo remansit angelorum, superest ut
ipsi quoque homines qui ad caelestem patriam redeunt, ex eis agminibus aliquid illuc revertentes imitentur. Distincte
namque conversationes hominum singulorum ordinibus agminum congruunt, ut in eorum sorte per conversationis similitudinem
deputentur. Nam sunt plerique qui parva capiunt, sed tamen haec eadem parva pie annuntiare fratribus non desistunt.
Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli qui divinae largitatis munere refecti secretorum cae-
lestium summa et capere praevalent et nuntiare. Quo ergo isti nisi inter archangelorum numerum deputantur? Et
sunt alii qui mira faciunt, signa et valenter operantur. Quo ergo isti nisi ad supernarum virtutum sortem
et numerum congruunt? Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus de obsessis corporibus malignos spiritus fugant,
eosque virtute orationis et vi acceptae potestatis eiciunt. Quo itaque isti meritum suum nisi inter potestatum
caelestium numerum sortiuntur? Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt

cunctis et bonis meliores sunt electis quoque fratribus principantur. Quo ergo isti sortem suam nisi inter principatuum numeros
acceperunt? Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis viciis omnibusque desideriis dominantur ut ipso iure mundicie
dii inter homines vocentur. Unde ad Moysen dicitur: Ecce constitui te deum Pharaonis. Quo ergo isti nisi inter numeros dominationum
currunt quorum comparatione homines ut ita dixerim sunt subiecti? Et sunt nonnulli qui dum semetipsos vigilanti cura
dominantur dumque se sollicita intentione discutiunt, divino timore semper inherentes hoc in munere virtutis accipiunt quod
iudicare recte et alios possunt. Quorum profecto mentibus cum divina contemplatio presto est, in his velut in throno
suo dominus presidens aliorum facta examinat et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi
throni sui conditoris sunt? vel quo nisi ad supernarum sedium numerum ascribuntur per quos dum sancta ecclesia regitur, plerumque
de suis infirmis actibus etiam electi iudicantur? Et sunt nonnulli qui tanta dei et proximi dilectione pleni sunt
ut cherubin iure nominentur. Quia enim ut prefati sumus cherubin plenitudo scientie dicitur, et Paulo dicente didicimus
quia plenitudo legis est caritas, omnes qui dei et proximi caritate ceteris amplius pleni sunt, meritorum suorum sortem
inter cherubin numeros perceperunt. Et sunt nonnulli qui superne contemplationis facibus accensi in solo conditoris sui
desiderio anhelant, nil iam in hoc mundo cupiunt, solo eternitatis amore pascuntur, terrena queque abiciunt et cuncta
temporalia mente transcendunt, amant et ardent atque in ipso ardore requiescunt, amando ardent, loquendo et alios
accendunt et quos verbo tangunt ardere protinus in dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphin dixerim
quorum cor in ignem conversum lucet et urit? quia et mentis oculos ad superna illuminat et compungendo in fletibus viciorum
rubiginem purgat. Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt, quo nisi inter seraphin numerum sortem
sue vocationis acceperunt? Sed hec fratres karissimi me loquente intro sese vos ad vosmetipsos reducite, secretorum
vestrorum merita cogitationesque discutite. Videte si quid iam boni vobiscum agitis. Videte si in numero horum agminum
que breviter tangendo perstrinximus sortem vestre vocationis invenitis. Ve autem anime que in se de his bonis
que enumeravimus minime aliquid recognoscit. Eique adhuc deterius ve imminet si et privata se donis intelligit
et nequaquam gemit. Quisquis ergo talis est fratres mei, gemendus est valde quia non gemit. Pensemus igitur accepta
electorum munera et virtute qua possumus ad amorem tante sortis anhelemus. Qui in se donorum gratiam
minime recognoscit, gemat. Qui vero in se minora recognoscit, maiora aliis non invideat, quia et superne
ille distinctiones beatorum spirituum ita sunt condite ut alie aliis sint prelate. Fertur vero Dionysius Areopagita
antiquus videlicet et venerabilis pater dicere quod ex minoribus angelorum agminibus foras ad explendum ministerium vel visibiliter
vel invisibiliter mittuntur. Nam superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt, quia ea que preeminent
usum exterioris ministerii nequaquam habent. Cui rei illud videtur esse contrarium quod Ysaias dicit: Et volavit ad me unus
de seraphin et in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari et tetigit os meum. Sed in hac
prophete sententia vult intelligi quia hii spiritus qui mittuntur, eorum vocabulum percipiunt quorum officia gerunt. Quia enim
ut peccata locutionis incenderet de altari angelus carbonem portat, seraphin vocatur, quod incendium dicitur.
Huic autem sententie et illud creditur non incongrue opitulari quod per Danielem dicitur: Milia milium ministrabant ei
et decies milies centena milia assistebant ei. Aliud namque est ministrare, aliud assistere, quia ministrant deo
qui et ad nos nunciando prodeunt; assistunt vero qui sic contemplatione intima perfruuntur ut ad explenda
foras opera minime mittantur. Sed quia in quibusdam scripture locis quedam per cherubin, quedam vero per seraphin
agi didicimus, utrum ad se hec faciant an per subiecta agmina agant, que sic dicuntur in eo quod a maioribus veniunt
maiora vocabula sortiuntur, nos affirmare nolumus quod apertis testimoniis non comprobamus. Hoc tamen certissime scimus
quia ad explendum de supernis ministerium alii spiritus alios mittunt, Zacharia testante qui ait: Ecce angelus
qui loquebatur in me egrediebatur, et alius angelus egrediebatur in occursum eius et dixit ad eum: Curre
et loquere ad puerum istum dicens: Absque muro habitabitur Ierusalem. Dum enim angelus ad angelum dicit: Curre
et loquere, dubium non est quia alius alium mittit. Minora sunt que mittuntur, maiora que mittunt. Sed
hoc quoque de ipsis agminibus que mittuntur certum tenemus, quia et cum ad nos veniunt sic foris implent ministerium
ut tamen nunquam desint intus per contemplationem. Et mittuntur igitur et assistunt, quia et si circumscriptus est angelicus
spiritus, summus tamen spiritus ipse qui deus est circumscriptus non est. Angeli itaque et missi ante ipsum sunt, quia
quolibet missi veniant intra ipsum currunt. Sciendum quoque est quia plerumque ipsi beatorum spirituum ordines vicinorum
sibi ordinum vocabula sortiuntur. Thronos etenim sedes dei specialem beatorum spirituum ordinem diximus, et tamen per
psalmistam dicitur: Qui sedes super cherubin, appare. quia videlicet in ipsis distinctionibus agminum cherubin thronis
iungitur. Sedere etiam super cherubin dominus ex vicinitate agminis equalitate perhibetur. Sic quippe in illa summa
civitate specialia quedam singulorum sunt ut tamen sint communia omnium, et quod in se quisque ex parte habet, hoc in
alio ordine totum possidet. Sed idcirco uno communi quoque vocabulo minime censentur, ut ille ordo vocari

privato unusquisque eorum nomine debeat qui hoc in munere plenius accepit. Seraphim namque incendium dicuntur
et tamen amore conditoris sui simul omnes ardent. Cherubim plenitudo scientie et tamen quis ibi aliquid nesciat ubi
ipsum omnes simul fontem scientie deum vident. Throni quoque illa agmina quibus conditor presidet vocantur. Sed beatus
esse quis potest nisi creator suus eius menti presideat. Hec ergo que perfecte ab omnibus habentur eis in privato nomine
data sunt qui hec in munere plenius acceperunt. Nam et quedam illic sunt et aliis habentur ut haberi ab aliis nequaquam
possint sicut specialiter nomine dominationes et principatus vocantur. Cuncta ibi singulorum sunt quia ibi per caritatem spiritus ab alio
in aliis habentur. Sed ecce dum celestium civium secreta rimamur ab expositionis nostre ordine longe digressi sumus.
Suspiremus ergo ad eos de quibus loquimur sed redeamus ad nos. Meminisse etenim debemus quia caro sumus. Ta-
ceamus interim de secretis celi sed ante conditoris nostri oculos manu penitentie tergamus maculas pulveris nostri.
Ecce ipsa divina misericordia pollicetur dicens. Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente. Et tamen per prophetam
ezech 18 dominus dicit quia quacumque die iustus peccaverit omnes iustitie eius in oblivione erunt coram me. Pensemus si possumus dis-
pensationem superne pietatis. Stantibus si ceciderint minatur penam. Lapsis vero ut surgere valeant promittit
misericordiam. Illos terret ne presumant in bonis. Istos refovet ne desperent in malis. Iustus es iram pertimesce
ne corruas. Peccator es presume de misericordia ut surgas. Ecce iam lapsi sumus stare nequaquam valuimus in
pravis desideriis iacemus. Sed qui nos rectos condidit adhuc expectat et provocat ut surgamus. Sinum sue
pietatis aperit nos quia ad se recipere per penitentiam querit. Sed penitentiam digne agere non possumus nisi modum quoque
eiusdem penitentie cognoscamus. Penitentiam quippe agere est et perpetrata mala plangere et plangenda non perpetrare. Nam
qui sic alia deplorat ut tamen alia committat adhuc penitentiam agere aut ignorat aut dissimulat. Quid enim
prodest si peccata luxurie quis defleat et tamen adhuc avaritie estibus anhelat. Aut quid prodest si ire cul-
pas iam lugeat et tamen adhuc invidie facibus tabescat. Sed magnum est illud quod dicimus ut qui peccata deplorat
plorando minime committat et qui plangit vitium perpetrare vitia timet. Nam cogitandum summopere est ut
qui se illicita meminit commisisse a quibusdam licitis studeat abstinere quatenus per hec conditori suo satisfaciat
ut qui commisit prohibita sibimetipsi abscidere debeat etiam concessa et se reprehendat in minimis quem se me-
minit in maioribus deliquisse. Minima sunt que loquor sed hec ex sacri eloquii testimoniis non affirmo. Lex
etenim veteris testamenti alienam uxorem concupisci prohibet. A rege vero fortia iubenti militibus ut desideratam
aquam non penaliter vetat. Et cuncti novimus quod David concupiscentie tunc victus alienam coniugem concupivit
et abstulit. Cuius culpam digna verbera sunt secuta et malum quod perpetravit per penitentie lamenta correxit.
Qui cum longe post contra hostium cuneos sederet aquam bibere de bethleemitica cisterna desideravit. Cui
electi milites inter catervas adversarium medias erumpentes aquam quam rex desideraverat
illesi detulerunt. Sed rex vir flagellis eruditus semetipsum cum periculo aquam desiderasse reprehendit
eamque fundens domino libavit sicut illic scriptum est. Libavit eam domino. In sacrificium quippe domini effusa
aqua conversa est quia culpam concupiscentie mactavit per penitentiam reprehensionis sue. Qui ergo quondam concupiscere
alienam uxorem nequaquam timuit post etiam quod aquam concupisset expavit. Quia enim se illicita perpetrasse
meminerat contra semetipsum iam rigidus et a licitis abstinebat. Sic agamus penitentiam ut ea que commisimus
perfecte deploremus. Pensemus supernas divitias conditoris nostri peccare nos vidit et pertulit qui nos ante
culpam prohibuit etiam post culpam expectare ad veniam non desistit. Ecce ipse nos quem despeximus vocat.
Aversi ab illo sumus et tamen non avertitur. Unde bene per Ysaiam dicitur. Erunt oculi tui videntes preceptorem tuum et aures
tue audient vocem post tergum monentis. Homo in facie ho est monitus quando ad iustitiam conditus precepta rectitudinis
accepit. Sed cum hec eadem precepta contempsit quasi conditori suo dorsum mentis in faciem dedit. Nos adhuc vocare
non cessat. Cui dorsum in faciem dedimus cuius verba despeximus cuius precepta calcavimus. Sed stans post tergum nos
aversos revocat qui et videt quia despicitur et tamen per precepta clamat per patientiam expectat. Pensate ergo fratres
karissimi. Si cuilibet vestrum loquenti famulus suus subito superbiret et terga in faciem mitteret nunquid non contemptus
dominus superbiam eius feriret velud districte animadversionis inflictet. Ecce nos peccando auctori nostro terga
in faciem dedimus et tamen sustinet superbe aversos benigne revocat et qui ferire nos aversantes potuit
ut veniamus munera promittit. Tanta ergo conditoris nostri misericordia duritiam nostri reatus emolliat et hoc quod
malum quod fecit expectatum perculsus patait saltem expectatus erubescat. Rem breviter refero quam viro venerabili
Maximiano tunc patre monasterii mei nunc autem Syracusano episcopo narrante cognovi. Hec itaque si solent
audiri caritati vestre non breviter suffragari credo. Nostris modo temporibus Victorinus quidam contigit qui alio
quoque nomine Emilianus appellatus est non inopis substantie in sua mediocritate vite. Sed quia plerumque regnat in
rebus opulentia carnis culpa in quoddam facinus lapsus est quod debuisset valde pertimescere ac de sue

mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compunctus erexit se contra se, mundi huius omnia reliquit, monasterium petiit. In quo monasterio tante humilitatis tanteque districtionis extitit, ut cuncti fratres qui illic ad amorem humilitatis convenerant, suam cogerentur vitam despicere, dum illius penitentiam viderent. Studuit namque toto mentis annisu crucifigere carnem, voluntates proprias frangere, furtivas orationes querere, quotidianis se lacrimis lavare, despectum sui appetere, oblatas a fratribus venerationes timere. Hic itaque nocturnas fratrum vigilias prevenire consueverat. Et quia mons in quo monasterium situm est uno latere in secretiori parte prominebat, illuc consuetudinem fecerat cum vigilias exiret, ut se quotidie in fletu penitentie quanto secretius tanto liberius mactaret. Contemplabatur namque districtionem venturi iudicis sui, et eidem iam concordans puniebat in lacrimis reatum sui facinoris. Quadam vero nocte abbas monasterii vigilantem hunc latenter egredientem intuitus, lento pede foras secutus est. Quem cum in secretiori montis latere cerneret in oratione prostratum, conspicere voluit quomodo surgeret, ut ipsam quoque longanimitatem orationis eius consideraret. Tunc subito lux celitus emissa super eum fusa est qui in oratione prostratus iacebat. Tantaque se illo in loco claritas sparsit, ut tota pars illius regionis eadem luce clarescet. Quam abbas ut vidit intremuit et fugit. Cumque post longum hore spacium ipse frater ad monasterium redisset, abbas eius ut disceret an super se effusionem tanti luminis agnovisset, requirere eum studuit dicens: Ubi fuisti? At ille latere se credens in monasterio se esse respondit. Quo negante, abbas compulsus est dicere quid vidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoque quod abbatem latuit aperuit dicens: Cum lucem super me vidisti de celo descendere, vox pariter et venit dicens: Dimissum est peccatum tuum. Et quidem omnipotens deus peccatum eius potuit tacendo relaxare, sed loquendo per vocem, radiando per lucem, exemplo sue misericordie nostra voluit ad penitentiam corda commovere. Miramur, fratres karissimi, quod persecutorem suum Paulum de celo prostravit, de celo allocutus est. Ecce nostris quoque temporibus peccator et penitens vocem de celestibus audivit. Illic dictum est: Quid me persequeris? Iste meruit audire: Dimissum est peccatum tuum. Longe est inferior meritis peccator penitens iste quam Paulus, sed quia adhuc hac in re de Saulo loquimur, crudelitatis voce anhelante liceat audenter dicere quia Saulus post superbiam vocem increpationis, iste vero post humilitatem vocem consolationis audivit. Hunc quia humilitas straverat, divina pietas erigebat; illum quia superbia erexerat, divina severitas humiliabat. Habete ergo fiduciam, fratres mei, de misericordia conditoris nostri; recogitate que fecistis, largitatem superne pietatis aspicite, et ad misericordem iudicem dum adhuc exspectat cum lacrimis venite. Considerantes namque quia iustus sit, peccata vestra nolite negligere; considerantes vero quia pius sit, nolite desperare. Prebet apud deum homini fiduciam deus homo. Est nobis spes magna penitentibus, quia advocatus noster factus est iudex noster, qui vivit et regnat cum patre et spiritu sancto.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Cum audieritis prelia et seditiones, nolite terreri; oportet primum hec fieri. Et reliqua.

Dominus ac redemptor noster perituri mundi precurrentia mala denuntiat, ut eo minus perturbent venientia quo fuerint prescita. Minus enim iacula feriunt que previdentur; et nos tolerabilius mala mundi suscipimus, si contra hec per prescientie clipeum munimur. Ecce enim dicit: Cum audieritis prelia et seditiones, nolite terreri; oportet primum hec fieri, sed nondum statim finis. Pensanda sunt verba redemptoris nostri, per que nos aliud interius, aliud exterius passuros denuntiat. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad cives. Ut ergo nos indicet interius exteriusque turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud a fratribus perpeti. Sed his malis prevenientibus quia non statim finis sequatur adiungit: Surget gens contra gentem et regnum adversus regnum, et terremotus magni erunt per loca, pestilentie et fames, terroresque de celo et tempestates. Ac post subdit: Et erunt signa magna. Ultima tribulatio multis tribulationibus prevenitur, et per crebra mala que preveniunt, indicantur mala perpetua que subsequuntur. Et ideo post bella et seditiones non statim finis, quia multa mala debent precurrere, ut malum valeant sine fine nuntiare. Sed cum tot signa perturbationis dicta sint, oportet ut eorum quodque breviter perstringamus, quia necesse est ut alia e celo, alia e terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: Surget gens contra gentem; ecce perturbatio hominum. Erunt terremotus magni per loca; ecce respectus ire desuper. Erunt pestilentie; ecce inequalitas corporum. Erunt fames; ecce sterilitas terre. Terroresque de celo et tempestates; ecce inequalitas aeris. Quia ergo omnia consummanda sunt, ante consummationem omnia perturbantur, et qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur, ut impleatur quod dictum est: Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Omnia namque que ad usum vite accepimus, ad usum convertimus culpe; sed cuncta que ad usum pravitatis inflexímus, ad usum nobis vertuntur ultionis. Tranquillitatem quippe humane pacis ad usum vertimus vane securitatis; peregrinationem terre pro habitatione dileximus patrie; salutem corporum redegimus in usum vitiorum; ubertatis habundantiam non ad necessitatem carnis, sed ad perversitatem intorsimus voluptatis; ipsa serena blandimenta aeris ad maiorem nobis fuere cogimus terrene delectationis. Iure ergo restat ut simul nos omnia feriant, que simul nos omnia vitiis nostris mala subacta serviebant, ut quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipso postmodum cogamur sentire tormenta. Notandum vero quia dixit: Terrores de celo et tempestates. Cum

tempestates hyemales venire ex ordine temporum soleat / cur hoc loco tempestates venire in precedentibus signo
predicuntur nisi quia eas tempestates dominus venire denuntiat que nequaquam ordinem temporum seruant Hinc enim ordinate
veniunt signum non sunt sed tempestates in signo sunt que ipsa quoque temporum statuta confundunt Eruditos nos quasi imp
experti sumus quia estiuum tempus omne quasi in pluuiis hyemalibus vidimus Sed quia ad cuncta hec non deuastata serientes
sunt sed de nisi multo pacientes sita precepta hominum premittuntur cum dicitur Sed ante omnia inicient manus suas vobis
iniciunt et persequentur et tradent vos in sinagogis ducentes ad reges et presides propter nomen meum Ac si aperte dicat
prius corda hominum et post elementa turbantur vt cum rerum ordo confunditur ex qua iam retributione veniat denuntiatur
Nam quamuis finis mundi ex ipso suo ordine pendeat / persecutores tamen quosque inuenies qui digne ruinis illius opprimantur
innotescat Nam subditur ducentes ad reges et presides propter nomen meum Continget hec vobis in testimonium In
testimonium videlicet quorum nisi eorum qui aut persequendo mortem inferunt aut videndo non imitantur Mors quippe iustorum
bonis in adiutorium est malis autem in testimonium vt inde peruersi sine excusatione pereant vnde electi exemplum capiunt
salutis ut viuant Sed auditis tot terroribus turbari poterant infirmorum corda atque ideo consolatio adiungitur cum protinus
infertur Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodum respondeatis Ego enim dabo vobis os et sapientiam cui non po
terunt resistere et contradicere omnes aduersarii vestri Ac si aperte membris suis infirmantibus dicat Nolite terreri nolite pertime
scere vos ad certamen acceditis sed ego prelior vos verba editis sed ego sum qui loquor Sequitur Trademini autem a parentibus et cog
natis et fratribus et amicis et morte afficient ex vobis Maiore dolore mala ingerunt que ab amicis inferuntur plus
vero in nobis ea tormenta seuiunt que ab illis patimur de quorum mentibus presumebamus quia cum dampno corporis mala
nos cruciant amisse caritatis Hinc est enim quod de iuda traditore suo per psalmistam dominus dicit Et quidem si inimicus meus male
dixisset mihi sustinuissem utique Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset absconderem me utique ab eo
Tu vero homo vnanimis dux meus et notus meus qui simul mecum dulces capiebas cibos in domo dei ambulauimus
cum consensu Et rursum Homo pacis mee in quo speraui qui edebat panes meos ampliauit super me supplantationem Ac si
aperte de traditore suo dominus dicat Transgressionem eius tanto grauius pertuli quanto hanc ab eo qui meus esse videbatur
sensi Omnes ergo electi quia summi capitis membra sunt / caput quoque suum in passionibus sequuntur ut ipsos aduersarios in
sua morte senciant de quorum vita presumebant et tanto eis creuerat merces operis quanto eis virtutis lucrum perficitur
ex alieno dampno caritatis Sed quia dura sunt que predicuntur de afflictione mortis protinus consolatio subditur de gaudio
resurrectionis cum dicitur Capillus de capite vestro non peribit Scimus fratres quia caro incisa dolet capillus incisus non dolet
Ait ergo martiribus suis Capillus de capite vestro non peribit videlicet aperte dicens Cur timetis ne pereat quod incisum dolet
quando et id in vobis perire nequit quod incisum non dolet Sequitur In paciencia vestra possidebitis animas vestras Ideo posses
sio anime in virtute paciencie ponitur quia radix omnium custosque virtutum paciencia est per pacienciam vero possidemus animas nostras
quia dum nobismetipsis dominari discimus hoc ipsum possidere incipimus quod sumus Paciencia vero est aliena mala equa
nimiter perpeti contra eum quoque qui mala irrogat nullo dolore morderi Nam qui sic proximi mala portat vt tamen
tacitus doleat et tempus digne retributionis querat pacienciam non exhibet sed ostendit Scriptum quippe est Caritas
paciens est benigna est Paciens namque est ut aliena mala toleret benigna est ut eciam ipsos quos portat
amet Hinc namque per semetipsam veritas dicit Diligite inimicos vestros benefacite hiis qui oderunt vos Orate pro
persequentibus et calumpniantibus vos Virtus namque est coram hominibus aduersarios tolerare sed virtus coram deo diligere
quia hoc solum deus sacrificium accipit quod ante oculos eius in altari boni operis flamma caritatis incendit Sciendum vero
est quod plerumque ideo pacientes esse videmur quia mala retribuere non possumus Sed qui ideo mala non retribuit
quia nequaquam valet sicut diximus ut predixi paciens non est quia paciencia non est in ostensione sed in corde Per pacie
nciam ipsa virtutum mater doctrina dispensatur Scriptum quippe est Doctrina viri per pacienciam dinoscitur Tanto ergo
minus quisque ostenditur doctus quanto conuincitur minus paciens Neque enim valet veraciter bona docendo impendere
si viuendo nescit equanimiter aliena mala tolerare Quanto enim culmine virtus paciencie polleat rursum salomon
indicat qui ait Paciens melior est viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore vrbium Minor ergo victoria
est vrbem expugnare quia extra sunt que vincuntur Valde autem est quod per pacienciam vincitur quia ipse animus a se superatur
et semetipsum sibimetipsi subicit cum eum paciencia in humilitate tolerantie sternit Sciendum vero est quod plerumque
eueniri pacientibus solet vt eo quidem tempore quo aduersa paciuntur vel contumelias audiunt nullo dolore pulsentur
et sic pacienciam exhibeant vt custodire eciam cordis innocenciam curent Sed cum post paululum hec ipsa que pertulerunt
ad memoriam reuocant igne vehementissimo doloris instigantur argumenta vltionis inquirunt et mansuetudinem
quam tolerantes habuerunt in retractatione sua semetipsos iudicantes perdunt Callidus namque est aduersarius bellum
contra duos mouet vnum videlicet inflammat ut contumelias prior inferat alterum vero prouocat ut contumelias
lesus reddat Sed quia eius iam victor extitit quem ad proferendas contumelias commouit contra illum acrius dolet
quem ad reddendas iniurias commouere non potuit Vnde fit ut tota se virtute contra eum erigat quem contumeli
as fortiter pertulisse considerat Quem aperto certamine mouere non valuit in secreta cogitatione delectatione temporis

Pacīa

inquinat et que in publico bello perdidit ad exhibendas occulte insidias exardescit. Aliquando namque tempore ad vi
ctoris animum redit et vel dampna rerum vel livore iaculationem ad memoriam reducit, cuncta que sibi illata sunt vehementer
exaggerat, fuisse intolerabilia ostendit et inquietis animum tanto furore conturbat ut plerumque vir paciens illa se
equanimiter tolerasse etiam post victoriam captivus erubescat, seque non reddidisse contumelias doleat et deteriora repen
dere si occasio prebeatur querat. Quibus ergo isti sunt similes nisi hiis qui per fortitudinem in campo victores sunt sed per negligenciam
postmodum intra urbis claustra capiuntur. Quibus isti sunt similes nisi hiis quos irruens gravis languor a vita non sub
trahit sed leniter veniens recidiva febris occidit. Ille ergo veraciter pacienciam servat qui ad tempus aliena mala
sine dolore tolerat et hoc eadem retractans pertulisse se tamen congaudet ne bonum paciencie quietis tempore perdat quod in per
turbacionibus custodivit. Quia natale martyris hodierna die colimus fratres mei, nequaquam nos a virtute
eorum paciencie estimare alienos debemus. Si enim adiuvante nos domino virtutem paciencie servare contendimus et in pace
ecclesie vivimus et tamen palmam martyrii tenemus. Duo quippe sunt martyrii genera, unum in publico, aliud in mente sine
actione. Itaque esse martyres possumus etiam si nullo ferro persequentium trucidemur. Mori quippe a persequente martyrium
in aperto est opere. Ferre vero contumelias, odientem diligere martyrium est in occulta meditacione. Nam quia duo sunt martyrii
genera unum in occulto opere aliud in publico testatur veritas que zebedei filios requirit dicens: Potestis bibere
calicem quem ego bibiturus sum. Cum protinus respondissent: Possumus, illico dominus respondit dicens: Calicem quidem meum bibetis.
Quid enim per calicem nisi dolorem passionis accipimus. De quo et alias dicit: Pater si fieri potest transeat a me calix iste.
Et zebedei filii id est iacobus et iohannes non uterque per martyrium occubuit et tamen quod uterque calicem biberet audivit.
Iohannes namque nequaquam per martyrium vitam finivit sed tamen martyr extitit quia passionem quam non sustinuit in corpore
servavit in mente. Et nos ergo hoc exemplo sine ferro esse martyres possumus si pacienciam veraciter in animo custodimus. Non ab re
arbitror fratres karissimi si vobis unum quomodo suadente paciencia ad edificacionem loquor. Fuit quibusdam diebus vir stephanus
nomine presbiter monasterii iuxta reatine urbis menia constitutus vir valde sanctus paciencie virtute singularis et super
sunt multi qui illum noverunt et eius vitam vel obitum narrant. Erat autem hic lingua rusticus sed doctus vita. Hic
pro amore superne patrie cuncta despexerat, possidere aliquid in hoc mundo fugiebat, tumultus devitabat, horis
crebris ac prolixioribus oracionibus intentus erat. Virtus paciencie in eo tantum excreverat ita ut eum amicum crederet
qui sibi iniurie aliquid irrogasset. Reddebat gracias contumeliis, si quod in ipsa sua inopia ei dampnum fuisset
illatum hoc maximum lucrum putabat, omnes suos adversarios nil aliud quam adiutores estimabat. Hunc cum
dies mortis eius egredi de corpore urgeret convenerunt multi ut tam sancte anime de hoc mundo recedenti suas
animas commendarent. Cumque circa lectum illius hii qui convenerant assisterent, omnes alii corporeis oculis ingre
dientes angelos viderunt sed dicere aliquid nullomodo potuerunt. Alii omnino nichil viderunt, sed omnes qui aderant ita
vehementissimus timor perculit ut nullus egrediente illa sancta anima illic stare potuisset. Et hii qui viderunt et hii
qui omnino nil viderunt uno omnes timore perculsi fugerunt, et nullus qui illic assisteret illo momento potuit. Pensate ergo fratres
qualiter omnipotens deus terreat quando districtus iudex venturus est, si sic assistentes terruit quando gratus remunerans venit,
aut qualiter timeri valeat cum videri poterit, si sic mentes perculsit et quando videri non potuit. Certe fratres
karissimi natus ille et in ecclesiastica pace peracta ad quantum hunc retribucionis culmen erexit qui hunc sine
persecutore intus dedit de quo nobis tantam gloriam in die exitus eius et foris innotuit. Quibus hunc etiam
nisi sanctis martyribus socium, quem attestantibus corporeis quorundam oculis a beatis spiritibus constat esse susceptum. Nullo
hic gladio percussus occubuit et tamen coronam paciencie quam in mente tenuit in egressione percepit. Probatum quoque
verum esse quod ante nos dictum est quia sancta ecclesia electorum floribus plena est. Habet in pace lilia, in bello rosas. Sciendum
postea est quod tribus modis virtus paciencie solet exerceri. Alia namque sunt que a deo, alia que ab antiquo hoste,
alia que a proximo sustinemus. A proximo namque persecuciones, dampna, contumelias, ab antiquo autem adversario
temptamenta, a deo autem flagella toleramus. In omnibus autem his tribus modis vigilanti oculo semetipsam debet
mens circumspicere ne contra mala proximi pertrahatur ad retribucionem mali, ne contra temptamenta diaboli seducatur ad
delectacionem vel consensum criminis, ne contra flagella opificis ad excessum prorumpat murmuracionis. Perfecte enim adversarium
vincit qui mentem inter iram et inter temptamenta eius a delectacione atque consensu et inter contumelias proximi custo
dit ab odio et inter flagella dei compescit a murmuracione. Neque agentes hoc retribucionem nobis parva bona
requiramus. Neque enim pro labore paciencie bona speranda sunt vite ut tunc premium incipiat quando iam omnis
labor funditus cessat. Unde et per prophetam dicitur: Non in finem oblivio erit pauperis, paciencia pauperum non peribit
in finem. Quia enim perire paciencia pauperum creditur cum nichil pro illa in hac vita quibuslibet recompensatur

Sed parva premia in fine non perdit quia tunc eius gloria percipitur cum sic omnia laboriosa timentur. Servate ergo fratres
in mente pacientiam, exercete cum res exigit districtionem. In operatione nullum nostrum ad obtinendum premium contumeliosa verba commoveant,
ac nulla preteritarum rerum rapina perturbet. Si enim fixa mente mansura, rapina preteritarum rerum dispendium
gravia non putatis; si retributionis gloriam conspicitis, de temporali iniuria non doletis. Tolerate ergo adversarios vestros,
sed ut fratres diligite quos toleratis. Eterna premia pro dampnis temporalibus querite. Nec quisquam vestrum sine se viribus
hec implere posse confidat, sed obtinete precibus ut ipse hec qui imperat prestet. Et scimus quia petentes libenter
audiet qui hoc petitur largiri quod iubet. Cum gemitu pulsate in precibus, opitulatur in temptatione per Ihesum.

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis similitudinem hanc: Homo quidam fecit cenam magnam,
et vocavit multos. Et misit servum suum hora cene dicere invitatis ut venirent quia iam parata sunt omnia. Et reliqua. Luce 14

Hoc distare fratres karissimi inter delicias corporis et cordis solet, quod corporales delicie cum non habentur grave
in se desiderium accendunt; cum vero avide eduntur, comedentem protinus in fastidium per saturitatem vertunt. At
contra spirituales delicie cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio, tantoque a comedente amplius
esuriuntur quanto ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet; in istis appetitus
vilis est, experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat; in istis autem appetitus
saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales delicie desiderium in mente dum saciant, quia quanto
magis earum sapor percipitur eo amplius cognoscitur quod avidius ametur. Et ideo non habite amari non possunt, quia
earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Proinde nos psalmista ammonet dicens: Gustate et
videte quoniam suavis est dominus. Ac si aperte dicat: Suavitatem eius non cognoscitis, si hanc minime gustatis, sed
cibum vite ex palato cordis tangite, ut probantes eius dulcedinem amare valeatis. Has autem homo delicias tunc
amisit cum in paradiso peccavit; extra exivit cum os a cibo eterne dulcedinis clausit. Unde nos quoque nati in huius
peregrinationis erumpna huc fastidiosi venimus, nescimus quid desiderare debeamus, tantoque se amplius fastidii
nostri morbus exaggerat, quanto magis ab esu illius dulcedinis animus elongatur. Et eo iam intimas delicias non
appetit quo eas comedere diu longeque dissuevit. Fastidio ergo nostro tabescimus et longa inedie peste fa-
tigamur. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miseri famem nostram. Sed superna nos
pietas nec deserentes se deserit. Voluptates enim illas ad memoriam nostre oculos revocat, easque nobis
proponit in promissione, torporem excutiat ac ut fastidium nostrum repellere debeamus invitat. Hinc homo quidam fecit
cenam magnam et vocavit multos. Quis est iste homo nisi ille de quo per prophetam dicitur: Et homo est et quis cognoscet
eum? Qui fecit cenam magnam, quia saciatatem nobis dulcedinis interne preparavit. Qui vocat multos sed pauci
veniunt, quia nonnumquam ipsi qui ei per fidem subiecti sunt eterno eius convivio male vivendo contradicunt. Et misit
servum suum hora cene dicere invitatis ut venirent. Quid hora cene nisi finis est mundi? In quo nimirum
nos sumus, sicut Paulus dicit: Nos sumus in quos fines seculorum devenerunt. Si ergo hora iam cene est cum
vocamur, tanto minus debemus excusare a convivio dei, quanto iam propinquasse cernimus finem seculi.
Quo cum pensamus quia nil est quod restat, eo debemus pertimescere ne tempus gracie quod presto est pereat. Ideo
autem hoc convivium dei non prandium sed cena nominatur, quia post prandium cena restat, post cenam vero nullum convivium
restat. Et quia eternum dei convivium nobis in extremo preparabitur, recte sunt ut hoc non prandium sed cena vocetur.
Sed quis per hunc servum qui a patrefamilias ad invitandum mittitur nisi predicatorum ordo signatur? De quo videlicet
ordine quamvis ad hoc indignum consistimus, quamvis peccatorum nostrorum ponderibus pregravamur, et nos tamen in istis
diebus sumus, et cum de edificatione vestra vobis aliquid loquor hoc est quod ago. Servus enim sum summi
patrisfamilias, cum vos ammoneo ad conceptum sic invitare venio ad cenam dei. Nemo me propter me
in hoc loco despiciat, et si ad invitandum dignus nequaquam appareo, sed tamen magne sunt delicie quas promitto.
Sepe fratres mei solet evenire quod dico, ut persona potens familiarem habeat despectum, cumque per eum suis
forte vel extraneis aliquod iussum mandat, non despicitur persona loquentis servi, quia servatur in corde reverentia
mittentis domini, nec pensatur quis audiat per quem, sed quid vel a quo audiatur. Ita ergo fratres ita vos agite,
et si nos forsitan digne despicitis, in mente tamen vestra vocantis domini reverentiam servate, convivio fieri
summi patrisfamilias libenter obedite. Corda vestra discutite atque ex eis mortale fastidium pellite.
Ad pellendum namque fastidium nostrum iam parata sunt omnia. Sed si adhuc carnales estis, fortasse epulas
carnales inquiritis. Ecce ipse carnales epule in spirituale vobis alimentum converse sunt. Ad abstergendum
namque internum vestre fastidium in cena dei ille nobis singularis agnus occisus est. Sed quid agimus qui
hoc quod subiungitur adhuc sic a multis videmus: Et ceperunt simul omnes excusare. Offert deus quod rogari
debuit; non rogatus dare vult quod vix sperari poterat, quia dignatur largiri postulatus, et tamen cunctos
intus paratas delicias refectionis eterne denunciat, et tamen simul omnes excusare ponimus in ordine nostro

Scrutat

minima ut possimus digne pensare maiora. Si quispiam potens ad invitandum quemlibet pauperem mitteret, quid
rogo fratres quid pauper ille faceret, nisi de eadem sua invitatione gauderet, sensum humilem redderet, vestem mutaret,
ire quantocius festinaret, ne prior se ad potentis convivium alter accederet? Nunc ergo dives invitat et pauper occurrere
festinat; ad Dei invitamur convivium et excusamus. Sed ecce estimare minime possum quid vestra corda videat;
occultis enim fortasse vestris cogitationibus dicitis: Excusare nolumus. Ad vestrum enim superne refectionis convivium et vocari
et pervenire gratulamur. Loquentes vobis talia mentes vestre verum dicunt, si non plus terrena quam celestia diligunt,
si non amplius rebus corporalibus quam spiritualibus occupantur. Unde hic quoque ipsa excusantium causa subiungitur, que protinus
subinfertur: Primus dixit: Villam emi et necesse habeo exire et videre illam; rogo te habe me excusatum. Quid
per villam nisi terrena substantia designatur? Exit ergo videre villam qui sola exteriora cogitat propter substantiam. Alter dixit:
Iuga boum emi quinque et eo probare illa; rogo te habe me excusatum. Quid in quinque iugis boum nisi quinque
sensus corporis accipimus? Qui recte quoque iuga boum vocati sunt, quia in utroque sexu geminantur. Qui videlicet corporales sensus
quia interna comprehendere nesciunt, sed sola exteriora cognoscunt, et deserentes intima que foris sunt tangunt,
recte per eos curiositas designatur, que dum alienam querit vitam discutere, semper sua intima nesciens studet ex-
teriora cogitare. Grave namque curiositatis est vitium, que dum cuiuslibet mentem ad investigandam vitam proximi exterius
ducit, semper ei sua intima abscondit, ut aliena sciens se nesciat, et curiosi animus quanto peritus fuerit alieni meriti,
tanto fiat ignarus sui. Propter hoc namque et de ipsis quinque iugis boum dicitur: Eo probare illa; rogo te habe me excusatum.
Ipsa enim excusantis verba a rei sue significatione non discrepant, dum dicitur: Eo probare, quia videlicet aliquando pertinere probatio
vel ad curiositatem solet. Sed notandum quod et is qui per villam et is qui per iuga boum se a cena sui invitatoris
excusat, humilitatis verba permiscet dicens: Rogo te habe me excusatum. Dum enim dicit: Rogo te, et tamen venire con-
tempnit, humilitas sonat in voce, superbia in actione. Et ecce hoc dum dicat pravus quisque cum audit, ut bo-
na que diiudicat agere desistit. Nam dum cuilibet perverse agenti dicimus: Convertere, deum sequere, mundum relinque,
ubi habet nisi ad dominicam cenam vocatur? Sed cum respondet: Ora pro me quia peccator sum, hoc facere non possum, quid aliud
agit nisi rogat et excusat? Dicens namque: Peccator sum, humilitatem insinuat; subiungens autem: Quia non possum, superbiam
demonstrat. Rogando ergo excusat qui et humilitatem superducit in voce et superbiam ostendit in actione. Alius
autem dixit: Uxorem duxi et ideo non possum venire. Quid per uxorem nisi voluptas carnis accipitur? Nam quamvis
bonum sit coniugium atque ad propagandam sobolem providentia divina sit constitutum, nonnulli tamen non per hoc fecunditatem
prolis sed desideria expetunt voluptatis, et ideo per rem iustam significari potest non incongrue res iniusta. Ad cenam
nos ergo eterni convivii summus paterfamilias invitat, sed dum alius avaritie, alius curiositati, alius voluptati carnis
est deditus, in proximo reprobi omnes se excusant, quia dum hunc terrena cura occupat, illum aliene actionis sagax cogitatio
devastat, alterius mentem voluptas carnis inquinat, fastidiosus quisque ad eterne vite epulas non festinat.
Sequitur. Reversus servus nuntiavit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo: Exi cito in plateas et
vicos civitatis et pauperes ac debiles cecos et claudos introduc huc. Ecce qui terrene substantie plus iusto
incubat, venire ad dominicam cenam recusat. Qui labori curiositatis insudat, preparata vite alimenta fastidit. Qui
carnalibus desideriis inservit. Cena ergo venire superbi renuunt, pauperes eliguntur. Cur hoc nisi quia iuxta Pauli
vocem infirma mundi eligit Deus ut fortia queque confundat. Sed notandum est nobis quo describantur qui ad cenam
ag[illegible] vocantur et veniunt: pauperes et debiles. Debiles dicuntur qui in iudicio suo apud semetipsos infirmi
sunt. Nam pauperes et quasi fortes sunt qui et positi in paupertate superbi sunt. Ceci vero sunt qui nullum ingenii
lumen habent. Claudi quoque sunt qui rectos gressus in operatione non habent. Sed dum morum vicia in membrorum debilitate
designantur, profecto liquet quia sicut illi peccatores fuerunt qui vocati venire noluerunt, ita hii quoque peccatores sunt
qui invitantur et veniunt. Sed peccatores superbi respuuntur, et peccatores humiles eliguntur. Hos itaque eligit Deus
quos despicit mundus, quia plerumque ipsa despectio hominem revocat ad semetipsum. Is enim qui patrem reliquit
et partem substantie quam perceperat prodige consumpsit, postquam esurire cepit in se reversus dixit: Quanti mercenarii
in domo patris mei habundant panibus. Longe quippe a se discesserat qui peccabat, et si non esurisset, in se-
metipsum minime redisset, quia postquam terrenis rebus indiguit, tunc cogitare cepit quid de spiritualibus amisisset.
Pauperes ac debiles ceci et claudi vocantur et veniunt, quia infirmi quique atque in hoc mundo despecti plerumque
tanto celerius vocem Dei audiunt, quanto et in hoc mundo non habent ubi delectentur. Unde bene Amalechitarum puer ille
egiptius designat, qui Amalechitis pergentibus atque currentibus eger remansit in via, fame sitique aruit,
quem cum David invenit, ei cibum potumque prebuit. Qui ilico convalescens dux David factus est, convivantes
Amalechitas repperit et eos qui se debilem reliquerant cum magna fortitudine prostravit. Amalechita quippe
populus lambens vocatur. Et quid per lambentem populum nisi mentes secularium designantur, que terrena cuncta am-
biendo quasi lambunt, dum solis temporalibus delectantur? Sicut enim populus lambens predam facit, dum terrena diligentes

lucra de alienis rapinis congregavit. Sed puer egyptius eger in via relinquitur, quia peccator quisque dum inhianter ab huius mundi statu cepit, mox lassatis membris in desperatione venit. Quem tamen David invenit, ei quoque cibum potum quia prebet, quia manu fortis dominus abiecta mundi non despicit, et plerumque eos qui sequi mundum minime valentes qui in via remanent, ad amorem gratie convertit, eis quoque verbi sui cibum potumque porrigit, et quia duces sibi in via eligit dum suos eos predicatores facit. Dum enim Christum peccatorum cordibus inserunt, quasi David super hostes ducunt. Cum eo vincentes Amalechitas velut David gladio feriunt, quia superbos quosque qui se in mundo dilataverant dum verbo prosternunt. Puer vero egyptius qui in via remanserat Amalechitas interfecit, quia plerumque ipsi inertes solatium predicatione superant quem prius cum stantibus in hoc mundo currere non valebant. Sed deductus ad cenam pauperibus quod prius subiugat audiat: Domine factum est ut imperasti et adhuc locus est. Multi tales ad cenam venerunt, domum quoque iam multi collecti sunt, sed multitudo que ex israelitico populo credidit locum superni convivii non implevit. Intrante iam frequentia iudeorum sed adhuc locus vacat in regno ubi suscipi debeat numerositas gentium. Unde et eidem servo dicitur: Exi in vias et sepes et compelle intrare ut impleatur domus mea. Cum de vicis et plateis ad cenam quos dominus invitat illum utique populum designat qui tenere legem sub urbana conversatione noverat. Cum vero convivas suos colligi ex viis et sepibus precepit, nimirum agrestem populum colligere id est gentilem querit. Unde consultabunt ligna silvarum ante faciem domini quia venit. Ligna enim silve gentes vocate sunt, quia in infidelitate sua torte et infructuose semper fuerunt. Cum ergo ex illo visu agresti collecti sunt ad cenam domini quia ex sepibus venerunt. Notandum vero quod in hac invitatione tertia dicitur non invita sed compelle intrare. Alii enim vocantur et venire contempnunt. Alii vocantur et veniunt. Alii autem nequaquam dicitur quia vocantur sed compelluntur ut intrent. Vocantur et venire contempnunt qui donum gratie intellectum accipiunt sed eundem intellectum operibus non sequuntur. Vocantur et veniunt qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt. Quidam vero sic vocantur ut etiam compellantur. Itaque sunt nonnulli qui bona facienda intelligunt sed hec facere desistunt. Vident que agere debeant sed hec ex desiderio non sequuntur. Quos ut superna dispensatio plerumque contingit ut eos in carnalibus desideriis suis mundi huius adversitas feriat, apprehendere temporalem gloriam conentur et nequeant, et dum per alta pelagi quasi ad grandiores cautes huius seculi navigare proponunt, per adversos flatibus adiectionis sue littora repelluntur. Cumque se frangi in desideriis suis adversante mundo aspiciunt, quod debere se auctori suo debeat recordantur, ita ut ad eum erubescentes redeat quem eum superbientes per mundi amorem deserebat. Sepe namque nonnulli ad temporalem gloriam proficere volentes aut longa egritudine tabescunt aut afflicti nimis contribulantur aut percussi gravibus dampnis affliguntur, et in mundi dolore vivunt quia nil confidere de eius voluptate debuerint, seque ipsos in suis desideriis reprehendentes ad deum corda convertunt. De his quippe per prophetam dicitur: Osee 2o
Ecce ego sepiam vias tuas spinis et sepiam eas maceria et semitas non inveniet et sequetur amatores suos et non apprehendet eos, queret et non inveniet eos et dicet: Vadam et revertar ad virum meum priorem quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Vir unicuique fidelis anime deus est, quia huic iuncta est per fidem. Sed illa que iuncta deo fuerat anima adhuc se diversis spiritibus in operatione substernit, mundi gloriam querit, carnali delectatione pascitur, exquisitis voluptatibus nutritur. Sed plerumque omnipotens deus talem animam misericorditer respiciat et eius voluptatibus amaritudines permiscet. Unde dicitur: Ego sepiam vias tuas spinis. Vie etenim nostre spinis septe sunt, quia in hoc mundo quod male cupimus dolorum punctiones invenimus. Et sepiam eas maceria et semitas non inveniet. Vie nostre maceria sepiuntur, cum desideriis nostris dure in hoc mundo obiectiones resistunt, et semitas nostras invenire non possumus quia hoc quod male querimus adipisci prohibemur. Et sequetur amatores suos et non apprehendet eos, queret et non inveniet eos, quia maligni spiritus quibus in suis desideriis anima se subdidit ad desideriorum suorum effectum minime comprehendit. Sed de hac salubri adversitate quanta utilitas nascatur adiungit cum subdit et dicit: Vadam et revertar ad virum meum priorem quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Postquam vero vias suas spinis septas invenit, postquam amatores suos apprehendere non valet, ad amorem prioris viri redit. Quia plerumque postquam in hoc mundo non possumus obtinere quod volumus, postquam in terrenis desideriis de impossibilitate lassamur, tunc ad mentem deum reducimus, tunc placere incipit qui displicebat, et eius cuius nobis amara fuerant precepta repente dulcescunt in memoria, et peccatrix anima que adultera est conata esse ut eum apto opere potuit decrevit esse fidelis coniux. Cum ergo huius mundi adversitatibus fracti ad dei amorem redeunt atque a pravis vite desideriis se corrigunt, quid isti fratres karissimi nisi compelluntur intrare? Sed valde timenda est sententia que protinus subinfertur. Intenta hanc cordis aure percipite, fratres et domini mei, inquantum peccatores fratres mei, inquantum iusti domini mei, intenta hanc aure cordis percipite ut tanto acrius sentiatis quanto nunc audistis formidolosius in predicatione. Ait enim: Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt cenam meam gustabit. Ecce vocat per se, vocat per angelos, vocat per patriarchas, vocat per prophetas, vocat per apostolos, vocat per pastores, vocat etiam

nos plerumque per miracula vocat, plerumque per flagella vocat, aliquando per prospera huius mundi vocat, aliquando per adversa. Nemo
contempnat, ne dum vocatus excusat, cum voluerit intrare non valeat. Audite quid Sapientia per Salomonem dicat: Tunc vo-
cabunt me et non exaudiam; mane consurgent et non invenient me. Hinc est enim quod fatue virgines tarde ve-
nientes clamant: Domine domine aperi nobis. Sed iam tunc aditus querentibus clauditur, cui dicitur: Amen dico vobis, nescio
vos. Quid ergo, fratres karissimi? Relinquere omnia debetis, cunctis mundi possessionibus solum eternis desideriis inhiare?
Sed hoc paucorum datum est. Admoneo vos, volo ut relinquatis omnia, sed non presumo. Sed si ergo cuncta relinquere mundi
non potestis, sic tenete que sunt mundi, ut tamen per ea non teneamini in mundo; ut terrena res possideatur et
non possideat; ut sub mentis vestre sit dominio quod habetis, ne si mens vestra terrenarum rerum amore vincitur, a rebus
suis magis ipsa possideatur. Sint ergo res temporales in usu, eterna in desiderio; sint res temporales in itinere, desiderentur
eterna in perventione. Quasi ex latere respiciatur quicquid in mundo agitur. Ante nos autem tendant mentis oculi
dum tota intentione illa conspiciunt ad que pervenire contendunt. Funditus vicia non solum ab actu operis sed etiam
a cogitatione cordis evellantur. Non vos voluptas carnis, non perturbatio curiositatis, non estus ambitionis a
dominica cena prepediat. Sed ipsa etiam que honesta in mundo agimus, quasi ex quodam mentis latere tangamus, ut terrena
quelibet sic nostro corpori inserviant, quatenus cordi minime obsistant. Non ergo, fratres, audemus vobis dicere ut omnia relinquatis [illegible]
[illegible] si sic temporalia geritis ut tota mente ad eterna gaudia tendatis, et tamen si vultis omnia retinendo relinquitis. [illegible]
Hinc etenim Paulus apostolus dicit: Tempus breve est; reliquum est ut qui habent uxores sint tamquam non habentes, et qui
flent tamquam non flentes, et qui gaudent tamquam non gaudentes, et qui emunt tamquam non ementes, et qui utuntur mundo
tamquam non utantur; preterit enim figura huius mundi. Uxorem namque habet sed quasi non habeat qui sic per eam debita carnis persolvit,
et tamen per eam mundo tota mente cognoscitur non inherere. Nam cum ipsis nuptiis egregius predicator dicat: Qui cum uxore est,
uxorem cogitat que sunt huius mundi, quomodo placeat uxori. Ille uxorem habet sed quasi non habeat qui sic studet placere coniugi,
ut tamen non displiceat conditori. Flet quoque sed tamquam non fleat qui sic de temporalibus bonis lamentatur, ut tamen sempiterna
tormenta consideret, et multo quam mente gaudio sublevat quasi continuo pondere pro mundi timore se premat. Emit autem
sed quasi non possideat qui ad usum terrena preparat, et tamen cauta cogitatione prevideat quod hec citius relinquat. Mundo quoque
utitur sed quasi non utatur qui et necessaria cuncta contulit ad vite sue ministerium redigit, et tamen hec eadem non sinit sue menti
dominari, ut subiecta foris serviat et nequaquam interiorum animum ad alia tendentem frangat. Cuiusque ergo hec sunt, profecto
eius terrena omnia non ad desiderium sed ad usum assistunt, quia rebus quibus indiget utitur, sed nichil cum peccato habere cupiunt. De
ipsis quoque rebus habitis quotidie merces querunt, et plus gaudent bono opere quam bona possessione. Ut ne a quibusdam
ista difficilia esse videantur, rem de persona refero quam multi vestrum noverunt, quam videlicet ante biennium in [illegible]
[illegible] urbe a personis fidelibus didici. Namque nuper in eadem civitate Theophanius comes fuit, vir misericordie
actibus deditus, bonis operibus intentus, hospitalitati precipue studens. Commissi comitatus actibus occupatus age-
bat terrena et temporalia; sed ut post ex fine eius claruit, magis ex debito quam ex intentione. Nam cum appropinquante
mortis eius tempore contraria aeris tempestas obsisteret, ne ad sepeliendum duci potuisset, eius coniunx pia
cum fletu vehementissime requireret: Quid faciam? Quomodo te ad sepeliendum efferre queo, que ostium domus huius
egredi pre nimia tempestate non possum? Tunc ille respondit: Noli, mulier, flere, quia mox ut ego defunctus fuero,
aeris serenitas redibit. Cuius protinus vocem mors et mortem serenitas est secuta. Cuius manus ac pedes
podagre humore tumescentes et ipsi in vulneribus fluebant ac profluenti sanie patebant. Sed cum corpus illius
ex more ad lavandum fuisset detectum, ita manus pedesque illius sani reperti sunt ac si nichil umquam vulneris ha-
buissent. Ductus itaque ac sepultus est. Eius quoque coniugi visum est ut quarto die in sepulcro illius marmor
quod suppositum fuerat mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori eius suppositum dum fuisset ablatum, tanta
ex eius corpore fragrantia miri odoris emanavit ac si putrescente carne illius pro vermibus aromata ferbuissent.
Hec ergo dixi, ut extremo exemplo ostenderem posse nonnullos secularem habitum gerere et secularem animum non habere.
Quos enim tales necessitates in mundo ligant, ut ex omni parte componi a mundo non possint, sic debent ea que
mundi sunt tenere, ut tamen eis nesciant ex fractione mentis succumbere. Hec ergo cogitate, et cum relinquere cuncta que
mundi sunt non potestis, exteriora bona exterius agite, sed ardenter intus ad eterna festinate. Nichil sit quod desiderium
vestre mentis retardet, nullius vos rei in hoc mundo delectatio implicet. Si bonum diligitur, et mens in bonis
actibus, id est in celestibus, delectetur. Si malum metuitur, eterna animo proponantur, ut et dum illic esse conspicit et
amplius quod diligat et amplius quod pertimescat, hic omnino non hereat. Ad hec agenda habemus mediatorem
Dei et hominum adiutorem nostrum, per quem cuncta citius obtinebimus, si ad illum vero amore flagramus. Qui vivit et
regnat.

Luc. 14 In illo tempore dixit Iesus turbis: Si quis venit ad me et non odit patrem suum xxxvii
et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.
Si consideremus, fratres karissimi, que et quanta sunt que nobis promittuntur in celis, vilescunt animo omnia
que habentur in terris. Terrena namque substantia superne felicitati comparata pondus est, non subsidium. Temporalis
vita eterne vite comparata mors est potius dicenda quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corr[uptionis]

quid est aliud quam quaedam pluvialis mors. Quae autem lingua valet dicere vel quis intellectus capere sufficit illa superne
civitatis quanta sint gaudia angelorum choris interesse cum beatissimis spiritibus gloriae conditoris assistere presentem dei vul-
tum cernere incircumscriptum lumen videre nullo mortis metu affici incorruptionis perpetue munere letari. Sed ad
haec audita inardescit animus iamque illic cupit assistere ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna praemia perveniri
non potest nisi per magnos labores. Unde et Paulus egregius praedicator dicit Non coronabitur nisi qui legitime certa-
verit. Delectet ergo mentem magnitudo premiorum sed non deterreat certamen laborum. Unde ad se venientibus veritas dicit
Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores adhuc autem et animam suam
non potest meus esse discipulus. Sed percunctari libet quomodo parentes et carnaliter propinquos praecipimur odisse qui iubemur
et inimicos diligere. Et certe de uxore veritas dicit Quod deus coniunxit homo non separet. Et Paulus ait Viri diligite
uxores vestras sicut et Christus dilexit ecclesiam. Ecce discipulus uxorem diligendam praedicat cum magister dicat Qui uxorem
non odit non potest meus esse discipulus. Numquid aliud iudex nuntiat aliud praeco clamat. An simul odisse possumus et di-
ligere. Sed si vim praecepti perpendimus utrumque agere per discretionem valemus ut eos qui nobis carnis cognatione coniuncti
sunt et quos proximos novimus diligamus et quos adversarios in via dei patimur odiendo et fugiendo nesciamus.
Quasi enim per odium diligitur qui carnaliter sapiens dum prava nobis suggerit non auditur. Ut autem dominus demon-
straret hoc erga proximum odium non de inaffectione procedere sed de caritate addidit protinus dicens Adhuc autem et
animam suam. Odisse itaque praecipimur proximos odisse et animam nostram. Constat ergo quia amando debet odisse proximum
qui sic eum odit sicut semetipsum. Tunc enim bene animam nostram odimus cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus
cum eius appetitum frangimus et eius voluptatibus reluctamur. Quae ergo contempta ad melius ducitur quasi per
odium amatur. Sic nimirum exhibere proximis nostris odii discretionem debemus ut in eis et diligamus quod sunt et habeamus
odio quod in dei itinere nobis obsistunt. Certe dum Paulus Ierosolimam pergeret propheta Agabus zonam illius apprehendit
suos sibi pedes alligavit dicens Virum cuius haec zona est sic alligabunt in Ierusalem. Sed is qui animam suam
perfecte oderat quid dicebat Ego non solum alligari sed et mori in Ierusalem paratus sum pro nomine domini Ihesu.
Nec facio animam meam preciosiorem quam me. Ecce quo animam suam amando oderat immo odiens amabat quam
cupiebat pro nomine Ihesu morti tradere ut hanc ad vitam de peccati morte suscitaret. Ab hac ergo discretione
odii mi trahamus formam ad odium proximi. Ametur quilibet in hoc mundo adversarius sed in via dei sentiens
non ametur etiam propinquus. Quisquis enim iam eterna concupiscit in ea quam aggreditur causa dei extra matrem
extra patrem extra uxorem extra filios extra cognatos extra semetipsum fieri debet ut eo verius cognoscat deum quo in
eius causa neminem recognoscit. Multum namque est quod carnalis affectus intentionis nostrae dubiat eius
quod aciem obscurat. Quos tamen nequaquam noxios patimur si eos per mundo teneamus. Amandi ergo sunt proximi
impendenda caritas omnibus et propinquis et extraneis nec tamen per eandem caritatem a dei amore flectendum. Sicut enim
autem cum de terra Philistinorum archa domini ad terram Israelitarum rediret plaustro superposita est et vacce
plaustro subiuncte sunt que fete fuisse memorantur quarum filios clauserunt domi. Et scriptum est Ibant in
directum vacce per viam que ducit Bethsamis unum iter gradiebantur pergentes et mugientes et non de-
clinabant neque ad dexteram neque ad sinistram. Quid enim per vaccas nisi fideles quosque in ecclesia designat qui dum
sacri eloquii praecepta considerant quasi superpositam domini archam portant. De quibus hoc etiam notandum est quod fete
fuisse memorantur quia sunt plerique qui in via dei intus positi solis carnalibus affectibus ligantur sed
non declinant a recto itinere qui archam dei portant in mente. Ibant etenim vacce Bethsamis pergentes.
Bethsamis quippe dicitur domus solis. Et propheta ait Vobis qui timetis dominum orietur sol iustitiae. Si ergo
ad eternum solis habitationem tendimus dignum profecto est ut de dei itinere per carnalibus affectibus non declinemus.
Tota enim virtute pensandum est quod vacce dei plaustro supposite pergunt et gemunt dant ab intimis gemitus
et tamen de itinere non deflectunt gressum. Sic nimirum praedicatores sancti sic fideles quique intra ecclesiam esse debent
esse ut compatiantur proximis per caritatem et tamen de via dei non exorbitent per compassionem. Hoc ipsud vero
odium qualiter exhiberi debeat veritas subdendo manifestat dicens Qui non baiulat crucem suam et venit post
me non potest meus esse discipulus. Crux quippe a cruciatu dicitur. Et duobus modis crucem domini baiulamus cum aut
per abstinentiam carnem afficimus aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus. Qui enim dolorem
exhibet in aliena necessitate crucem portat in mente. Sed sciendum est quod sunt nonnulli qui carnis abstinentiam
non pro deo sed pro inani gloria exhibent. Et sunt plerique qui compassionem proximo non spiritaliter sed carnaliter impendunt
ut ei non ad virtutem sed quasi miserendo ad culpas faveant. Hi itaque crucem quidem videntur ferre sed dominum non sequuntur.
Unde recte hoc eadem veritas dicit Qui non baiulat crucem suam et venit post me non potest meus esse discipulus. Baiulare
etenim crucem et post dominum ire est vel carnis abstinentiam vel compassionem proximo pro studio eterne dulcedinis ex-
hibere. Nam quisquis hoc pro temporali intentione exhibet crucem quidem baiulat sed ire post dominum recusat. Quia vero
sublimia praecepta data sunt protinus comparatio edificande sublimitatis adiungitur cum dicitur Quis enim ex vobis
volens turrim edificare non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt si habeat ad perficiendum ne postea

quia posuit fundamentum et non potuit perficere omnes qui vident illud incipiant illudere ei dicentes quia hic homo cepit edificare
et non potuit consummare. Omne quod agimus prevenire per studium consideracionis debemus. Ecce enim in huius vitalis vite
qui terrenum edificat prius edificii sumptus parat. Si ergo humilitatis terrenum construere cupimus prius nos preparare ad ad
ista humilia scire debemus. Hoc enim inter terrenum et celeste edificium distat quod terrenum edificium expensas colligendo
construitur celeste vero edificium expensas dispergendo consummatur. Ad illud sumptus facimus si non habita colligimus
ad istud sumptus facimus si et habita relinquimus. Istos sumptus ille dives habere noluit qui multas possessiones
possidens magistrum requisivit dicens Magister bone quid faciens vitam eternam possidebo. Qui cum precepta relinquendi
omnia audisset tristis abscessit et inde est angustatus in mente unde foris fuit latior in possessione. Quia enim
in hac vita amabat sumptus celsitudinis tendendo ad eternam patriam noluit habere sumptus humilitatis. Considerandum
vero quod dicitur omnes qui viderint incipient illudere ei quia iuxta Pauli vocem spectaculum facti sumus mundo et angelis
et hominibus et in omni quod agimus considerare occultos nostros adversarios debemus qui semper nostris operibus insistunt
semper de nostro defectu gratulantur. Quos propheta intuens ait Deus meus in te confido non erubescam neque irri-
deant me inimici mei. In bonis enim operibus intenti nisi contra malignos spiritus sollicite cogitemus atque contra
ipsos sollicite vigilemus ipsos irrisores patimur quos ad malum persuasores habemus. Sed quia de struendo
edificio comparacio data est nunc quod minori ad maius similitudo subditur ut rebus minimis maiora pensentur.
Nam sequitur Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem non sedens prius cogitat si possit
cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se. Alioquin adhuc illo longe agente legacionem
mittens rogat ea que pacis sunt. Rex contra regem ex equo venit ad plenum et tamen si se perpendit non posse
sufficere legacionem mittit et ea que pacis sunt postulat. Quibus ergo nos lacrimis sperare veniam debemus
qui in illo tremendo examine cum rege nostro ex equo ad iudicium non venimus quos nostra condicio infirmitatis et causa
inferiores exhibet. Sed fortasse iam mali operis culpas abscidimus iam prava quoque opera declinamus. Numquid
ad redarguenda etiam cogitaciones nostre sufficimus. Nam cum viginti milibus venire dicitur is contra quem minime sufficit iste
qui cum decem milibus venit. Decem milia quippe ad viginti milia simplum ad duplum sunt. Nos autem si multum per-
ficimus vix extoriora nostra opera in rectitudine frenamus. Nam etsi iam liquida carnis abscisa est tamen adhuc
a corde similitudo abscisa non est. Ille autem qui iudicaturus venit exteriora simul et interiora iudicat. Fra-
tres et cogitaciones pensat. Cum duplo ergo exercitu contra simplum venit quia nos vix in solo opere paratos
simul de opere et cogitacione discutit. Quid ergo agendum est fratres nisi ut dum nos cum simplo exercitu contra
duplum illius sufficere non posse conspicimus dum adhuc longe est legacionem mittamus rogemusque ea que pacis
sunt. Longe enim esse dicitur quia adhuc presens per iudicium non videtur. Mittamus ad hunc legacionem lacrimas nostras
mittamus opera misericordie mactemus in eius ara hostias placacionis cognoscamus nos cum eo in iudicio non
posse contendere. Pensemus virtutem eius fortitudinis rogemus ea que pacis sunt. Hec est nostra legacio que regem
venientem placat. Pensate fratres quam benignus sit quia qui suo adventu nos valet opprimere tardat venire.
Mittamus ad hunc ut diximus legacionem nostram oblatam cum lacrimis et benignitate mentis sacri altaris hostia suf-
fragatur. Quia is qui in se surgens a mortuis iam non moritur adhuc per hanc in suo misterio pro nobis iterum
patitur. Nam quociens ei sue hostiam sue passionis offerimus tociens nobis ad absolucionem nostram passionem
illius reparamus. Multos ut reor vestrum fratres karissimi contigit nosse hoc quod volo ad memoriam vestram narrando
exem revocare. Non longe a nostris fertur temporibus factum ut quidam ab hostibus captus longe transductus est. Cumque
diu teneretur in vinculis eum uxor sua cum ex eadem captivitate non recipet extinctum putavit pro quo velut
iam velut mortuo hostias ebdomadibus singulis curabat offerre. Cuius tociens eum oblate fuissent hostie
pro anime eius absolucione. Nam longa post tempora reversus annunciavit valde sue mirantem uxori quod diebus certis
ebdomadibus singulis eius vincula solvebantur. Cumque vero dies eius uxor atque horas discuteret tunc eum
recognovit absolutum cum pro eo sacrificium memini erat oblatum. Hinc ergo fratres karissimi certa consideracione colligite
oblata a vobis sacra hostia quid in nobis solvere valeat ligaturas cordis si oblata pro altero potuit in altero
solvere vincula corporis. Multi vestrum fratres karissimi Cassium Narniensis urbis episcopum noverunt. Cui mos erat quoti-
exem dianas hostias offerre ita ut pene nullus dies vite eius absceder(et) quo non omnipotenti deo hostiam pla-
cacionis ymolaret. Cui cum sacrificio valde concordabat et vita. Nam cuncta que habebat in elemosinis tribuit.
Cumque ad horam offerendi sacrificii venisset velut totus in lacrimis defluens semetipsum cum magna cordis contricione
mactabat. Cuius vitam et obitum a quodam venerabilis vite dyacono qui ab eo fuerat nutritus referente cognovimus.
Qui hoc dicebat enim quod quadam nocte eius presbitero per visum dominus astitit dicens Vade dic episcopo age quod agis operare
quod operaris non cesset pes tuus non cesset manus tua. Natale apostolorum venies ad me et retribuo tibi
mercedem tuam. Surrexit presbiter sed quia iam ex vicino apostolorum natalicii dies imminebat tamquam presumere conta

diem in carne episcopo pertimuit. Alia nocte dominus rediit, eius quoque inobedientiam vehementer increpavit atque eadem missionis
sue verba repetivit. Tunc presbyter surrexit ut pergeret, sed rursus infirmitas cordis impeditus facta est ut in tanta
revelationis admonitione quia iterate missionis obduruit pergere et que viderat manifestare neglexit. Sed
quia magna mansuetudine contempta gravior maior sequi solet ira iudicis, visione tertia dominus apparens iam
verbis addidit verbera et tam districta cede mactatus est ut eo duritiam cordis emolliret livor corporis. Sur-
rexit ergo caesus ex verbere, perrexit ad episcopum, eum quoque iam ex more beati Iuvenalis martyris sepulcrum ad offe-
rendum sacrificium consistentem repperit, secretum a cunctantibus petiit, se quoque eius pedibus stravit. Cuius cum flentem
episcopus vix ad se levare potuit, lacrimarum causas cognoscere studuit. Ille vero relaturus ordinem visionis
prius vestitu ex humeris devoluto, expetit plagas corporis, ut ita dicam, testes visionis et aperte monstravit
quibus attritionum distinctionibus membra illa accepta verbera livore inflicto sulcaverant. Tunc mox ut
episcopus vidit exhorruit, et quis hec talia facere presumpsisset magne obstupefactionis vocibus inclamavit. At ille
retulit se pro ipso fuisse percussum. Horruit cum tremore admiratio. Sed ullas iam presbyter missionis eius mo-
ras adiciens, secretum revelationis aperuit atque visionis ductore per ea que audierat verba narravit dicens: Age
quod agis, operare que operaris, non cesset manus tua, non cesset pes tuus, natale apostolorum venies ad me
et retribuam tibi mercedem tuam. Cumque hoc audisset episcopus, in oratione se cum magna cordis contritione prostravit, et
qui oblaturus sacrificium ad horam tertiam venerat, illud pro consternationis magnitudine ad horam nonam usque pro-
telavit. Atque ex illo magis magisque aucta sunt ei lucra pietatis, sicut quoque est tam fortis in ope quoque ductus
ex munere, quippe qui illum cui ipse debitor fuerat ex promissione iam cepit habere debitorem. Huic autem
consuetudo fuerat annis singulis natalicio apostolorum die Romam venire. Itaque ex hac revelatione suspectus
venire mox more noluit. Eodem ergo tempore completus fuit sextus quoque anno vel tertio in morte, sic expectatione sus-
pensus quarto et quinto similiter. Cum desperaret iam de veritate revelationis potuit, si tibi fide verbera non se-
cissent. Cum vero anno septimo usque ad constituti natalis sacratos vigilias incolumis pervenit, sed levis hunc
in vigiliis calor attigit. Atque ipso die natalicio filiis suis se constantibus missarum sollempnia implesse pos-
se recusavit. Illi vero quia de eius erant prius egressione suspecti, simul ad eum omnes venerunt, sese prostraverunt,
astringentes ut die eodem nequaquam acquiescerent missarum sollempnia celebrare, nisi pro eis apud dominum ipsorum anti-
stes suus accederet. Tunc ille compulsus in episcopi oratorio missas fecit et manu sua corporis dominici signans
pacem quoque omnibus tribuit. Cum cuncto misterio oblato sacrificio peracto ad lectum rediit ibique iacens deum sacerdotes
suos ac ministros conflexisse se vidit, qui ultimum valedicens de servando eos vinculo caritatis admonebat
et qualiter debuissent inter se concordia vivere predicabat. Cum subito inter ipsa sancte exhortationis verba
voce terribili clamavit dicens: Hora est. Moxque assistentibus ipse suis manibus linteum dedit, quod ex more
morientium super vultum facie tenderet. Quo tempore emisit spiritum. Sic quoque sancta illa anima ad gaudia eterna per-
veniens a carnis corruptione soluta est. Quid fratres karissimi, quid vir iste in morte per imitatus est
nisi eum quem in vita sua fuerat contemplatus? Dicens enim Hora est, de corpore exivit, quia et ille pacatis
omnibus cum dixisset Consummatum est, inclinato capite tradidit spiritum. Hec ergo dominus ex pietate sic egit
familias ex vocatione. Ecce quotidiane hostie illa cum elemosinis et lacrimis missa legatio quantum cum
rege veniente gratiam pacis fecit. Relinquat ergo omnia qui potest; qui autem relinquere omnia non potest, cum adhuc
longe est, legationem mittat, lacrimarum, elemosinarum, hostiarum munera offerat. Vult enim placari iudex
qui scit quia portare non possit iratum, quo adhuc mora fuerit venire, legationem pacis sustinet. Venisset
namque si vellet, et cunctos suos adversarios trucidasset. Sed et quam terribilis veniat indicat et tamen ad veni-
endum tardat qui non vult invenire quos puniat iratus. Nobis conceptus iniurie demittat dicens: Sic ex vobis
omnis qui non renunciat omnibus que possidet non potest esse meus discipulus. Et tamen grande salutis reme-
dium confert quia qui per viam non potest fieri, postulate pacis per legationem placari. Lavate ergo fratres
karissimi lacrimis peccatorum maculas, elemosinis tegite, hostiis expiate. Nolite per desiderium que adhuc per
usum mundi reliquistis, spem in solo redemptore figite, ad eternam patriam mente transite. Si enim nichil in-
hic modo amando possidetis, eadem possidendo cuncta relinquitis. Ipse nobis gaudia desiderata concedat
qui nobis eterne pacis remedia contulit, dominus noster Ihesus Christus. Qui vivit.

In illo tempore dicebat Ihesus turbis parabolam hanc: Simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit
nuptias filio suo et misit servos suos vocare invitatos et nolebant venire. Et reliqua. o xviii
Lectionis evangelice fratres karissimi volo si possum sub brevitate transcurrere ut in fine aliquatenus valeam
ad loquendum largius vacare. Sed querendum prius est, an hec apud Matheum ipsa sit lectio que

apud Lucam sub appellatione cene describitur. Et quibusdam nonnulla que dissona esse videntur, quia hic prandium, illic
cena memoratur; hic qui ad nuptias indignus vestibus intravit repulsus est, illic vero qui intrasse dicitur repul-
sus esse perhibetur. Unde pro re certe colligitur quia et hic per nuptias presens ecclesia, et illic per cenam eternum et ultimum
convivium designatur, quia et ad has nonnulli exituri intrant, et ad illud quisquis semel intraverit ulterius non exibit. At
si quis forte contendat hanc esse eandem lectionem, ego melius puto salva fide alieno intellectui cedere quam conten-
tionibus deservire, quia et intelligi congrue potest quod et de reprobo eo qui cum veste nuptiali non venerat, quod Lucas
tacuit Matheus dixit. Nequaquam vero prejudicat quod illam cenam, per hunc autem prandium dicit, nequaquam nostre intelligentie obsistit,
quia cum ad horam nonam apud antiquos cotidie prandium fieret, ipsum quoque prandium cena vocabatur. Sepe autem iam
dixisse me memini quod plerumque in sancto eloquio regnum celorum presens ecclesia nominatur. Congregatio quippe iustorum
regnum celorum dicitur. Quia enim per prophetam dominus dicit: Celum michi sedes est; et Salomon ait: Anima iusti sedes est sapientie;
Paulus etiam dicit: Christum dei virtutem et dei sapientiam; liquido colligere debemus quia si deus dei sapientia est, anima autem
iusti sedes est sapientie, dum celum dicitur sedes dei, celum ergo est anima iusti. Hinc etiam per psalmistam de sanctis predicatoribus
dicitur: Celi enarrant gloriam dei. Regnum ergo celorum est ecclesia iustorum, quia dum eorum corda in terra nil ambiunt, per hoc
quod ad superna suspirant, iam in eis dominus quasi in celestibus regnat. Dicatur ergo: Simile est regnum celorum homini regi
qui fecit nuptias filio suo. Iam intelligit caritas vestra quis est iste rex regis filii pater. Ille nimirum cui psalmista
ait: Deus iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regis. Qui fecit nuptias filio suo. Tunc enim deus pater
deo filio nuptias fecit, quando hunc in utero virginis humane nature coniunxit, quando deum ante secula fieri voluit hominem
in fine seculorum. Sed quia ergo ex duabus personis solet fieri ista coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris ut personam dei et
hominis redemptoris nostri Ihesu Christi ex duabus personis credamus unitam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis
consistere dicimus, sed ex duabus personis compositum credi ut nefas vitamus. Apertius ergo et securius dici potest quia
in hoc pater regi filio nuptias fecit, quo ei per incarnationis misterium sanctam ecclesiam sociavit. Uterus autem genitricis virginis
huius sponsi thalamus fuit. Unde psalmista dicit: In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de
thalamo suo. Tanquam sponsus quippe de thalamo suo processit, quia ad coniungendam sibi ecclesiam incarnatus deus
de incorrupto virginis utero exivit. Misit ergo servos suos ut ad istas nuptias amicos invitaret. Misit semel,
misit iterum, quia incarnationis dominice predicatores et prius prophetas et postmodum apostolos misit. Bis itaque servos ad invi-
tandum misit, quia incarnationem unigeniti et per prophetas dixit futuram, et per apostolos nuntiat factam. Sed quia hi qui prius
invitati sunt ad nuptiarum convivium venire noluerunt, in secunda invitatione iam dicit: Ecce prandium meum paravi,
tauri mei et altilia occisa sunt, et omnia parata sunt. Quid in tauris vel altilibus, fratres karissimi, nisi novi ac
veteris testamenti patres accipimus? Quia enim vulgo loquor, etiam ipsa me necesse est verba eiusdem lectionis exp-
lanare. Altilia enim saginata dicimus ab eo quod est alere; altilia quasi alitilia vocamus. Cum vero in lege scriptum sit:
Diliges amicum tuum et odio habebis inimicum tuum, accepta tunc iustis licentia fuerat ut dei suosque adversarios
quanta possent virtute comprimerent, eosque iure gladii ferirent. Quod in novo profecto testamento compescitur, cum
cum per semetipsam veritas predicat dicens: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Quid ergo per Luc 6
tauros nisi patres testamenti veteris signantur? Nam dum ex permissione legis acceperant quod adversarios suos odii
retributione percuterent, ut ita dixerim, quid aliud quam tauri erant, qui inimicos suos virtute corporis cornu
feriebant? Quid vero per altilia nisi patres testamenti novi figurantur? Qui dum gratiam pinguedinis interne percipiunt
a terrenis desideriis infimis ad sublimia contemplationis sue penna sublevantur. In imo quippe cogitationem
ponere quid est aliud quam quedam ariditas mentis? Cum autem intellectum celestium iam perfecta desideria de supernis
delectationis intime cibo pascuntur, quasi largiori alimento pinguescunt. Hanc enim pinguedinem saginari psalmista
concupiscebat cum dicebat: Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. Quia ergo predicatores dominice incar-
nationis persecutiones ab infidelibus et prius prophete et postmodum sancti apostoli pertulerunt, invitatis et venire nolentibus
dicitur: Tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata, acsi aperte dicatur: Patrum precedentium mortes as-
picite et remedia vite vestre cogitate. Notandum vero quod in priori invitatione nil de tauris et altilibus dicitur. In secunda
autem iam tauri et altilia mactata memorantur, quia omnipotens deus cum verba eius audire nolumus, adiungit
exempla, ut omne quod impossibile credimus tanto nobis ad superandum fiat facilius, quanto per hoc transisse iam et alios audimus.
Sed. Illi autem neglexerunt et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam. In villam ire
est labori terreno immoderate incumbere. In negotiationem vero ire est actionum secularium lucris inhiare.
Quia enim alius intentus labori terreno, alius vero mundi huius actionibus deditus, dum misterium dominice incarnationis
pensat, secundum illud vivere dissimulat, quasi ad villam vel negotium pergens, ad regis nuptias venire recusat.

Et plerumque quod est gravius nonnulli vocantis gratiam non solum respuunt sed etiam persequuntur. Unde subditur: Reliqui vero te-
nuerunt servos eius et contumeliis affectos occiderunt. Sed rex ista cognoscens missis exercitibus suis perdidit homi-
cidas illos et civitates illorum succendit. Homicidas perdidit quia persecutores interemit. Civitatem illorum igne
succendit quia illorum non solum anime sed caro quoque in qua habitaverant etiam gehenne flamma cruciantur. Missis ergo exerci-
tibus convenisse homicidas dicitur quia in hominibus omne iudicium per angelos exhibet. Unde namque sunt illa angelorum
agmina nisi exercitus regis nostri? Unde et ipse dominus noster Sabaoth dicitur. Sabaoth quippe exercituum interpretatur. Ad
perdendos ergo adversarios suos exercitum mittit quia in eorum vindictam per angelos dominus operatur. Cuius vindicte po-
tentiam tunc patres nostri audiebant, nos autem cernimus. Ubi sunt enim illi superbi martyrum persecutores? Ubi illi
qui contra suum conditorem cervices tumidas erigebant et de huius mundi gloria mortifera tumebant? Ecce iam mors
martyrum floret in fide viventium, et hii qui contra illos de crudelitate sua gloriati sunt nequaquam ad memoriam
venit vel in numero mortuorum. Rebus ergo recognoscitis quod in parabolis audivimus. Sed is qui invitatore
se contemptum conspicit regis filii sui nuptias vacuas non habebit. Ad alios mittit quia etsi apud aliquos
laborat verbum dei quoque tamen sermo dei incedit est ubi requiescat. Unde et subditur: Tunc ait servis suis:
Nuptie quidem parate sunt sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum et quoscumque inveneritis
vocate ad nuptias. Si in scriptura sacra vias actiones accipimus et exitus viarum intelligimus actionum defectus,
quia illi plerumque facile ad deum veniunt quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur. Sequitur: Et egressi servi
eius in vias congregaverunt omnes quos invenerunt malos et bonos et implete sunt nuptie discumbentium. Ecce
iam ipsa qualitate convivarum aperte ostenditur quia per has regis nuptias presens ecclesia designatur in qua mali
cum bonis conveniunt. Permixta quippe est diversitate filiorum quia sic omnes ad fidem generat ut tamen omnes per immutationem
vite ad libertatem spiritualis gratie culpis exigentibus non perducat. Quousque namque hic vivimus necesse est ut viam presentis
seculi permixti agamus. Tunc autem discernimur cum pervenimus. Boni enim soli nusquam sunt nisi in celo et mali nusquam
sunt nisi in inferno. Hec autem vita que inter celum et infernum sita est sicut in medio subsistit ita utrorumque partium 23 q 2 hac aut
cives communiter recipit. Quos tamen sancta ecclesia et nunc indiscrete suscipit et postmodum in egressione discernit. Si
igitur boni estis quousque in hac vita subsistitis equanimiter tolerate malos. Nam quisquis malos non tolerat
ipse sibi testis est per intolerantiam suam quia bonus non est. Abel enim esse renuit quem Cayn malicia non exercet.
Sic in terra aree grana sub paleis premuntur, sic flores inter spinas oriuntur, et rosa que redolet crescit
cum spina que pungit. Duos quippe filios habuit primus homo, unus eorum electus alter reprobus fuit. Tres filios
archa Noe continuit, sed cum duo electi sunt et unus reprobus fuit. Duos Abraham filios habuit, sed unus
electus alter vero reprobus fuit. Duos Ysaac filios habuit, sed unus electus alter vero reprobatus. Duodecim filios habuit
Iacob, sed cum unus horum pro innocentia venditus fuit alii vero pro malicia fuerunt venditores. Duodecim apostoli sunt
electi, sed unus cum his admixtus est qui reprobaretur, Christi qui appareret. Septem sunt dyaconi ab apostolis
ordinati, sed septem in fide recta permanentibus unus exstitit auctor erroris. In hac ergo ecclesia nec mali esse
sine bonis nec boni sine malis esse possunt. Anteacta itaque tempora, fratres karissimi, ad mentem revocate et vos ad
malorum tolerantiam roborate. Si enim filii electorum sumus restat necesse est ut per eorum exempla gradiamur.
Boni enim non fuerunt qui malos tolerare recusarunt. Hinc namque est quod de semetipso beatus Iob asserit dicens:
Frater fui draconum et socius struthionum. Hinc per Salomonem sponsi voce sancte ecclesie dicitur: Sicut lilium inter
spinas sic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechielem dominus dicit: Fili hominis increduli et subversores tecum sunt ezech 2
et cum scorpionibus habitas. Hinc beati Loth Petrus vitam glorificat dicens: Et iustum Loth oppressum a nefandorum 2 pet 2
iniuria et a luxuriosa conversatione eripuit; aspectu enim et auditu iustus erat habitans apud eos qui de die
in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus discipulorum vitam laudat et roborat dicens: In medio
nationis prave et perverse inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vite continentes. Hinc Iohannes Pergami phil 2
ecclesie testatur dicens: Scio ubi habitas, ubi est sedes Sathane, et tenes nomen meum et non negasti fidem meam.
Ecce, fratres karissimi, pene omnia percurrendo cognoscitis quia boni non fuerunt quem malorum pravitas non probavit. Ut enim
ita loquar, ferrum nostre anime nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis si hanc non eraserit aliene lima pravitatis.
Terrere autem vos non debet quod in ecclesia multi mali et pauci sunt boni, quia et archa in undis diluvii que huius
ecclesie typum gessit et ampla in inferioribus et angusta in superioribus fuit. Que in summitate etiam sua ad
unius mensuram cubiti contraxit. Infra quippe quadrupedia atque reptilia, supra vero aves et homines
habuisse credenda est. Ibi lata exstitit ubi bestias habuit, ibi angusta ubi homines servavit, quia nimirum sancta
ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritualibus angusta est. Ubi enim tolerat hominum bestiales mores
illic latum sinum laxat; ubi autem eos habet qui spirituali ratione suffulti sunt illic quidem ad summum ducitur.

Sed tu quia pauci sint angustat. Lata quippe est via que ducit ad perditionem et multi sunt qui vadunt per eam, et angusta est que ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam. Eo autem usque archa coangustatur in summis quousque ad mensuram cubiti perducatur, quia in sancta ecclesia quanto sanctiores quique sunt tanto pauciores, qui in summo ad illum perducuntur qui solus deus in hominibus et sine alterius comparatione natus est sanctus, quia in ipso psalmiste voce factus est sicut passer unicus in edificio. Tanto ergo magis mali tolerandi sunt quanto et amplius abundant, quia et in aree tritura pauca sunt grana que intrant horreis, et grandes acervi palearum qui ignibus comburuntur. Sed iam quia largiente domino nuptiarum domum id est sanctam ecclesiam intravistis, solerter fratres karissimi respicite ne aliquid de moribus vestris hinc rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore pensandum est quod protinus subditur: Intravit autem rex ut videret discumbentes et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Quid fratres karissimi per vestem nuptialem putamus? Si enim vestem nuptialem baptisma vel fidem dicamus, quis sine baptismate et fide has nuptias intravit? Eo enim ipso foris est quo necdum credidit. Quid ergo debemus intelligere nuptialem vestem nisi caritatem? Intrat enim ad nuptias sed cum nuptiali veste non intrat, qui in sancta ecclesia assistens fidem habet sed caritatem non habet. Recte enim caritas nuptialis vestis vocatur, quia hanc in se conditor noster habuit dum ad sociandae sibi ecclesiae nuptias venit. Sola quippe dilectione dei actum est ut eius unigenitus mentes sibi electorum hominum uniret. Unde et Iohannes dicit: Sic enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret pro nobis. Qui ergo per caritatem venit ad homines, eandem caritatem innotuit esse vestem nuptialem. Omnis ergo vestrum qui in ecclesia positus deo credidit iam ad nuptias intravit, sed cum nuptiali veste non venit si caritatis gratiam non custodit. Et certe fratres si quis ad carnales nuptias esset invitatus, vestem mutaret, congaudere se sponso et sponse ex ipso sui habitus decore ostenderet, inter gaudentes et festa celebrantes despectis vestibus apparere erubesceret. Nos ad dei nuptias venimus et cordis vestem mutare dissimulamus. Congaudent angeli cum ad celum assumuntur electi. Qua ergo mente hec spiritalia festa agimus qui nuptialem vestem id est caritatem que sola nos speciosos exhibeat non habemus? Sciendum vero est quod sicut in duobus lignis superiori videlicet et inferiori vestis texitur, ita in duobus preceptis caritas habetur: in dilectione dei scilicet et proximi. Scriptum quippe est: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et tota virtute tua, et proximum sicut teipsum. Qua in re notandum est quod in dilectione proximi mensura ponitur amoris cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dei autem dilectio nulla mensura constringitur cum dicitur: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota virtute tua. Non enim iubetur quisque quantum diligat sed ex quanto, cum dicitur ex toto. Quia ille veraciter deum diligit qui sibi de se nichil relinquit. Duo ergo necesse est ut caritatis precepta custodiat quisquis habere in nuptiis vestem nuptialem curat. Hinc est enim quod apud Ezechielem prophetam porte civitatis in monte constitute vestibulum duobus cubitis mensuratur, quia nimirum accessus nobis civitatis celestis non panditur si in hac ecclesia que per hoc quod foris est vestibulum dicitur, dei et proximi dilectio teneatur. Hinc est quod cortinis tabernaculi in ornatu coccum bis tinctum iubetur. Vos estis fratres vos estis cortine tabernaculi qui per fidem in vestris cordibus secreta celestia velatis. Sed cortinis tabernaculi bis tinctus coccus debet inesse. Coccum quippe speciem ignis tenet. Et quid est caritas nisi ignis? Sed ista caritas esse bis tincta debet, ut prius tingatur per amorem dei, tingatur et per amorem proximi. Quisquis enim sic amat deum ut per contemplationem illius negligat proximum, coccum quidem est sed bis tinctum non est. Rursum qui sic amat proximum ut cum contemplationem dei per eius amorem negligat relinquat, coccum est sed bis tinctum non est. Ut ergo caritas vestra bis tincta coccus esse valeat, et ad amorem se dei et proximi accendat, quatenus ergo conpassionem proximi contemplationem relinquat dei nec plus quam debet inherens contemplationem dei compassionem abiciat proximi. Omnis itaque homo inter homines vivens sic ad deum anhelet quem desiderat ut tamen hunc non derelinquat cum quo currebat et sic huic adiutorium ferat ut ab illo nullatenus torpeat ad quem festinabat. Sciendum vero quod est quomodo dilectio proximi in duobus preceptis subdividitur, cum quidam sapiens dicat: Quod tibi odis fieri, vide ne tu alteri feceris. Et per semetipsam veritas dicit: Que vultis ut faciant vobis homines et vos eadem facite illis. Si enim et quod impendi nobis recte volumus aliis impertimur, et quod nobis fieri nolumus hec aliis facere cavemus, caritatis iura illesa servamus. Sed nemo cum quempiam diligit habere se protinus caritatem putet, nisi prius ipsam vim sue dilectionis examinet. Nam quisquis quemlibet amat sed propter deum non amat, caritatem non habet sed habere se putat. Caritas autem vera est cum et in deo diligitur amicus et propter deum diligitur inimicus. Ille enim propter deum diligit eos quos diligit iam et eos diligere a quibus non diligitur scit. Probari enim caritas solet per sola odii adversitate. Unde et per semetipsum dominus dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite hiis qui vos oderunt. Ille ergo securus amat qui propter deum et illum amat a quo se intelligit non amari. Magna sunt hec alta sunt hec et multis ad conplendum difficilia, sed tamen ista est vestis nuptialis. Quisquis hanc recumbens in nuptiis non habet, iam solicitus metuat ingrediente rege quod mittatur foras. Ecce enim ait: Intravit rex ad nuptias ut videret discumbentes et vidit ibi hominem

non vestitum veste nuptiali. Nos sumus fratres qui in nuptiis discubuimus ubi qui iam fidem in ecclesia habemus qui
scripture sacre epulis pascimur qui incarnatum deum ecclesiam esse gaudemus. Considerate ergo si cum veste nuptiali ad
has nuptias venistis. Cogitationes vestras sollicita inquisitione discutite. De singulis rebus corda vestra trutinate
si contra proximum iam odium nullum habetis, si contra felicitatem alienam nulla vos invidie face succenditis, si per occultam
maliciam nemini nocere festinetis. Ecce rex ad nuptias ingreditur et cordis nostri habitum contemplatur atque eum quem
caritate vestitum non invenit protinus iratus dicit: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. Mirandum
valde est fratres karissimi quod hunc et amicum vocat et reprobat. Ac si apertius dicat: Amice et non amice; amice per
fidem sed non amice per operationem. At ille obmutuit quia quod dici sine gemitu non potest, in illa districtione ultime
inquisitionis omne argumentum cessat excusationis, quippe quia ille foris increpat qui testis conscientie intus animum accusat.
Sciendum vero est quia quisquis hanc vestem virtutis habet sed adhuc perfecte non habet ad patris regni ingressum desperare
de venia non debet quia ipse quoque spem nobis per psalmistam tribuens dicit: Imperfectum meum viderunt oculi tui et in libro
tuo omnes scribentur. Sed quia pauca hec in consolatione habuit et insinuantis districtionis nunc ad eum qui hanc omnino non
habet verba terribilia dicit: Tunc rex dixit ministris: Ligatis pedibus et manibus mittite eum in tenebras exteriores ibi erit
fletus et stridor dentium. Ligantur tunc pedes et manus per districtionem sententie qui modo a pravis operibus ligari se nolu-
erunt per meliorationem vite. Vel illos tunc ligat pena quos modo a bonis operibus ligat culpa. Pedes enim qui
visitare egrum noluerunt, manus que nichil indigentibus tribuerunt, a bono opere iam ex voluntate ligate sunt.
Qui ergo nunc sponte ligantur vicio tunc in supplicio ligantur inviti. Bene autem dicitur quia in exteriores tenebras
proiciatur. Interiores quidem tenebras dicimus cecitatem cordis, exteriores vero tenebras eternam noctem dampnationis. Tunc vero dam-
pnatus quisque non in interiores sed in exteriores tenebras mittitur quia illuc invitus proicitur in noctem dampnationis
qui hic sponte cecidit in cecitate cordis. Ibi fletus et stridor dentium esse perhibetur ut illic dentes stri-
deant qui hic de edacitate gaudebant, illic oculi defleant qui hic per illicitas concupiscentias versabantur, quatenus
singula queque membra supplicio subiaceant que hic singulis quibusque viciis subdita serviebant. Sed repulso
uno in quo videlicet omne malorum corpus exprimitur generalis protinus summa subinfertur qua dicitur: Multi autem sunt vocati
pauci vero electi. Tremendum valde est fratres karissimi quod audivimus. Ecce nos iam omnes vocati per fidem ad celestis
regis nuptias venimus, incarnationis eius misterium credimus et confitemur, divini verbi epulas sumimus, sed in futuro die
iudicii cum rex intraturus est quia vocati sumus novimus si sumus electi nescimus. Tanto ergo necesse est ut unus-
quisque nostrum in humilitate se deprimat quanto si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt. Nonnulli
vero que inceperunt minime perficiunt. Alius vero pene totam vitam suam ducere in pravitate conspicitur
sed in ipso fine a pravitate sua per districte penitencie lamenta revocatur. Alius electam vitam videtur ducere et tamen hunc
contingit errorem nequicie in ipso fine vite ducere. Alius bonum inchoat melius consummat. Alius in malis actibus
a puericia etate se deicit et in eisdem operibus se semper deterius consummat. Tanto ergo sibi unusquisque sollicite
metuat quanto ignorat quod restat quia quod sepe dictum est et sub oblivione retinendum: Multi sunt vocati pauci
vero electi. Sed quia nonnunquam mentes audientium plus exempla fidelium quam docentium verba convertunt. Volo vobis aliquid exm
ex proximo dicere quod corda vestra tanto formidolosius audiant quanto eis hoc de propinquo sonat. Neque
enim res longe ante gestas dicimus sed eas de quibus testes qui interfuerunt eis que se interfuisse referunt memoramus.
Patris mei tres sorores fuerunt que cuncte sacre virgines fuerunt quarum una Tarsilla alia Gordiana alia
Emiliana dicebatur. Uno omnes ardore converse uno eodemque tempore sacrate sub districtione regulari degentes
in domo propria socialem vitam ducebant. Cumque essent diu in hac conversatione cepit Gordiana et Tarsilla et Emiliana cotidie
in amore conditoris sui Tarsilla et Emiliana succrescere et cum solo hic essent corpore cotidie animo ad
eterna transire. At contra Gordiane animus cepit a calore intimi amoris per cotidiana detrimenta tabescere
et paulisper ad huius seculi amorem redire. Crebro autem Tarsilla dicere Emiliane sorori sue cum magno ge-
mitu solebat: Video quia Gordiana soror nostra de nostra sorte non est. Perpendo enim quia foris defluit et
cor ad quod proposuit non custodit. Ipsam vero curabant blanda cotidie redargutione corripere atque a levitate
morum ad gravitatem sui habitus reformare. Que quidem resumebat vultum gravitatis inter verba correctionis sed
eadem correctionis hora transacta transibat protinus et supposita gravitatis honestate mox ei ad levia
verba vacabat, puellarum gaudebat societate laicarum, quia persona illi valde onerosa ei erat quecumque huic
mundo dedicata non erat. Quadam vero nocte huic Tarsille amite mee que inter sorores suas virtute con-
tinue orationis, afflictionis studio, abstinentie singularis gravitate vite venerabilis in honore et culmine
sanctitatis excreverat sicut ipsa narravit per visionem Felix atavus meus huius Romane ecclesie antistes
apparuit eique mansionem perpetue claritatis ostendit dicens: Veni quia in hac lucis mansione te suscipio. Que
subsequenti mox febre correpta ad diem pervenit constitutum. Et sicut nobilibus feminis virisque morientibus
multi conveniunt qui eorum proximos consolentur eadem hora exitus eius multi viri ac femine eius lectum

circumsteterunt ut quasi que mater mea fuit. Cum subito sursum illa respiciens ihesum venientem vidit et cum magna
animadversione circumstantibus cepit clamare dicens Recedite recedite ihesus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat
sancta illa anima carne soluta est. tantaque subito fragrantia miri odoris aspersa est ut ipsa quoque suavitas
cunctis ostenderet illuc auctorem suavitatis venisse. Cumque corpus eius ex more mortuorum ad lavandum esset nudatum
longe orationis usu in cubitis eius et in genibus camelorum more inventa est obdurata cutis excrevisse
et quod vivens eius spiritus semper egit caro mortua testabatur. Hec autem gesta sunt ante dominici natalis diem. quo
transacto mox emiliane sorori sue per visitacionem nocturne visionis apparuit dicens. Veni veni quia natalem
dominicum sine te feci. sine te theophanie diem iam tecum faciam. Cui illa protinus de sororis sue gordiane sa
lute sollicita inquit. Et si sola venio sororem nostram gordianam cui dimitto. Cui ipsa iterum tristis vultu
dixit. Veni. Gordiana soror nostra inter laicas deputata est. Quam visionem mox molestia corporis se
cuta est. atque ita ut dictum fuerat ante diem dominice apparicionis eadem molestia ingravescente defuncta est.
Gordiana autem mox ut sola remansisse se repperit eius pravitas excrevit. et quod prius latuit in desiderio
cogitacionis hoc post effectus prave actionis excrevit. Nam oblita divini timoris oblita pudoris et reverencie
oblita consecracionis conductorem agrorum suorum postmodum maritum duxit. Ecce omnes tres uno prius ar
dore conuerse sunt sed non omnes uno eodemque studio permanserunt quia iuxta dominicam vocem multi sunt vocati pauci
vero electi. Hec autem dixi ne quis iam in bono opere positus sibi vires boni operis tribuat. ne quis de bona
virtute confidat quia etsi iam novit hodie qualis sit adhuc tamen quid futurus sit nescit. Nemo ergo iam
de suis operibus securus gaudeat qui adhuc in huius vite incertitudine quis se finis sequatur ignorat. Sed

quia retuli que nos ex divina misericordia perita vestra corda consolentur. quod tunc in sermone alio iam me dixisse memini
sed vos nequaquam affuistis. Ante biennium frater quidam in monasterio meo quod iuxta beatorum martyrum Iohannis et
Pauli ecclesiam situm est gratia conversacionis venit qui diu regulariter protractus quamque susceptus est. Quem frater
suus non ad monasterium causa conversacionis studio sed carnali amore secutus est. Is autem qui ad conversionem venerat
in spiritali amore valde pollebat. Alter vero frater illius longe a vita eius ac moribus discrepabat. Vivebat
tamen in monasterio necessitate potius quam voluntate. Et cum in cunctis actibus perversus existeret pro fratre suo ab omnibus equa
nimiter tolerabatur. Erat enim levis eloquio. pravus actione cultus vestibus moribus incultus. Ferre vero non
poterat si quisquam illi de sancti habitus conversacione loqueretur. Facta autem fuerat vita illius cunctis fratribus visu gravis
sed tamen ut dictum est pro fratre suo erat tolerabilis. Aspernabatur valde si quis ei aliquid de pravitatibus sue
correptione loqueretur. Bona non solum facere sed etiam audire non poterat. Numquam se ad sancte conversacionis habitum
venire iurando irascendo deridendo testabatur. In hac autem pestilencia que nuper huius urbis populum ma
gna ex parte consumpsit percussus in inguine est perductus ad mortem. Cumque extremum spiritum ageret convenerunt
fratres ut egressum illius orando protegerent. Iam corpus eius ab extrema fuerat parte premortuum in solo
tantummodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo enixius ceperunt orare
quanto eum iam videbant sub celeritate discedere. Cum repente cepit eisdem fratribus assistentibus cum quibus
poterat clamare et oraciones eorum interrumpere dicens. Recedite recedite. ecce draconi ad devorandum datus sum
qui propter vestram presenciam me devorare non potest. Caput meum in suo ore iam absorbuit. Date locum ut
me non amplius cruciet sed faciat quod facturus est. Si ei ad devorandum datus sum quare propter vos moras
pacior. Tunc fratres ceperunt ei dicere. Quid est quod loqueris frater. Signum tibi sancte crucis imprime. Respondebat ille
ut poterat dicens. Volo me signare sed non possum quia a dracone premor. Cumque hoc fratres audissent prostrati
in terra cum lacrimis ceperunt pro illius ereptione vehemencius orare. Et ecce subito cepit melioratus eger
quibus valebat vocibus exultare dicens. Gracias ago deo ecce draco qui me ad devorandum acceperat fugit.
oracionibus vestris expulsus est stare non potuit. Pro peccatis meis modo intercedite quia converti paratus
sum et secularem vitam funditus relinquere. Homo ergo qui sicut iam dictum est ab extrema fuerat parte premortuus
reservatus ad vitam toto ad deum corde conversus est. longisque et continuis in eadem conversacione flagellis
eruditus atque ante paucos dies excrescente corporis molestia defunctus est. qui iam draconem moriens non
vidit quia illum per cordis immutacionem vicit. Ecce fratres karissimi gordiana cuius superius dixi a sublimioris habitus
excellencia corruit ad penam. Et frater hic de quo ista narravi ab ipso articulo mortis rediit ad eternam
vitam. Nemo ergo scit quid de se in occultis dei iudiciis agatur quia multi sunt vocati pauci vero electi. Quia
ergo nulli de se certum est electum se esse restat ut omnes trepident omnes de sua actione formident. omnes
in sola divina misericordia gaudeant nullus de suis viribus presumat. At qui presumat fiduciam mentis ille sibi

Ecce dispositione preterit aliud adhuc e vicino refero quod

qui in se dignatus est assumere naturam nostram christum. viuit et regnat.

In illo tempore cum appropinquaret ihesus ierusalem videns ciuitatem fleuit super illam dicens quia si cognouisses et tu. Et reliqua.
Lectionem sancti ewangelii fratres karissimi breuiter si possum volo sermone percurrere ut illius in ea prolixior debeat intentio quam sanctum
... pauca multa cogitare. Fleuit quippe dominus illa ierosolimorum subuersione describebat que a vespasiano et tito
romanis principibus facta est. Illud qui hystoriam euersionis eius legit ignorat. Quia venient dies in
te et circumdabunt te inimici tui vallo et coangustabunt te vndique et ad terram prosternent te et filios tuos qui
in te sunt. Hoc quoque quod additur. Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Et ipsa eiusdem ciuitatis transmigracio
testatur quia dum nunc in eo loco constructa est vbi extra portam fuerat dominus crucifixus. prior illa ierusalem ut dicitur funditus
euersa est. Cui ex qua culpa euersionis sue pena fuit illata subiungitur. Eo quod non cognouisti tempus visitacionis
tue. Creator quippe omnium per incarnacionis sue misterium hanc visitacionem dignatus est. sed ipsa timoris et amoris illius
recordata non est. Vnde etiam per prophetam increpacione cordis humani aues celi ad testimonium deducuntur cum dicitur
Miluus in celis cognouit tempus suum. turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus aduentus sui. populus autem meus
non cognouit iudicium domini. Sed querendum prius est quid sit quod dicitur videns ciuitatem fleuit super illam dicens quia si
cognouisses et tu. Fleuit etenim redemptor noster ruinam perfide ciuitatis quam ipsa ciuitas non cognoscebat
esse venturam. Cui a flente domino recte dicitur quia si cognouisses et tu subauditur fleres que modo quia nescis
quod immineat exultas. Vnde et subditur. Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi. Cum enim carnis voluptatibus
se daret et ventura mala non prospiceret. in die sua que ad pacem ei esse poterat habebat. Cur vero bona pre-
senti ad pacem habuit manifestat cum subditur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim a cordis eius
oculis mala que imminebant abscondita non essent. leta in presentibus prosperis non fuisset. Quia mox etiam pena
que de romanis sicut prediximus principibus imminebat adducta est. qua descripta quid dominus fecerit subditur.
Et ingressus templum cepit eicere vendentes et ementes dicens illis. Scriptum est domus mea domus oracionis
est. vos autem fecistis illam speluncam latronum. Qui enim narrauit mala ventura. et protinus templum ingressus
est ut de illo vendentes et ementes eiceret. profecto innotuit quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit.
Euersionem quippe describens et vendentes in templo et ementes feriens in ipso effectu sui operis ostendit vnde
radix prodijt perdicionis. Sicut autem alibi alio teste didicimus in templo columbe vendebantur. Et quid per co-
lumbas nisi sanctus spiritus donum accipitur. Sed vendentes et ementes de templo eliminat. quia uel eos qui prominenti
imposicionem manuum tribuunt. uel eos qui spiritus donum emere intendunt. dampnat. De quo templo mox subditur. Domus
mea domus oracionis est vos autem fecistis illam speluncam latronum. Qui enim ad accipienda munera in templo re-
sidebat. profecto ad vlciscendum non dantibus leprosos persequi mens dubium non erat. domus ergo oracionis spelunca latronum
facta fuerat. quia ad hoc in templo assistere nouerant ut aut non dantes munera studerent corporaliter persequi. aut
dantes spiritualiter necare. Quia vero redemptor noster predicacionis verba nec indignis et ingratis subtrahit.
postquam discipline vigorem eiciendo prauos tenuit. donum mox gracie ostendit. Nam subditur. Et erat quotidie
docens in templo. Hic modo hystoriam breuiter tractando transcurrimus. Sed quia eiusdem iam ierusalem nomine atque euersione
sua similitudinem commutata. quia compulsos latrones a templo. atque ipsum iam templum cruciatum scimus. Sed eorumque ex
rebus contradictionibus interfusum aliquam similitudinem trahere atque consulte edificiorum parietum more ruinam timere. Videns
enim ciuitatem fleuit super illam dicens quia si cognouisses et tu. Hoc semel egit cum perituram ciuitatem esse innotauit.
Hoc quotidie redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat. cum quosdam ex bona vita ad mores
reprobos peruenisse considerat. plangit enim eos qui nesciunt cur plangantur. quia iuxta salomonis verba letantur
cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Qui si dampnacionem suam que eis imminet agnouissent.
semetipsos cum lacrimis electorum plangerent. Bene autem perituri anime sue que subditur conueniunt. Et quidem
in hac die tua que ad pacem tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Anima hic diem habet anima peruersa
que transitorio gaudet in tempore. Cui ea que adsunt ad pacem sunt. quia dum ex rebus temporalibus letatur. dum honoribus
extollitur. dum carnis voluptate resoluitur. dum nulla venture pene formidine tremit. pacem habet in die sua
que grauis dampnacionis sue scandalum habebit in aliena. Ibi enim affligenda est vbi iusti letabuntur et cun-
cta que modo ei ad pacem sunt. tunc in amaritudinem turbacionis vertuntur. quia ipsam sero incipit cum dampnacionem
quam patitur. non comparauit cum a prospiciendis malis sequentibus oculos mentis clausit. Vnde ei dicitur. Nunc autem abs-
condita sunt ab oculis tuis. Peruersa quippe anima rebus presentibus dedita et terrenis voluptatibus resoluta abscon-
dit sibi mala sequencia. quia prouidere futura refugit que presentem leticiam perturbant. dum quasi in presentis vite oblecta-
cione descendit que quasi clausis oculis ad ignem vadit. Vnde bene scriptum est. In die bonorum ne immemor sis ma-
lorum. Vnde per paulum dicitur. Et qui gaudent. tamquam non gaudentes sint. quia et si qua est presentis temporis ita est agenda le-
ticia ut numquam amaritudo sequentis iudicii recedat a memoria. Vnde per quendam sapientem dicitur. Beatus homo qui semper est pauidus. ... omne vlcionis timore

transfigit, quanto nunc prius laetitia tenuit, post ira subsequens tenet. Hinc namque scriptum est: Beatus homo qui semper est pavidus; qui vero mentis est durae, corruet in malum. Sequitur: quia eam iratus iudex tanto durius districtior portabit, quanto nunc et in culpas minime timet. Sequitur: Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo. Qui enim sunt animae maiores inimici quam maligni spiritus, qui hanc a corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam deceptoriis delectationibus fovent? Quo vallo circumdant, quia ante mentis eius oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, hanc ad societatem suae damnationis coarctant, ut in ipsa iam vitae extremitate deprehensa, et a quibus hostibus circumclusa sit videat, et tamen aditum evadendi invenire non possit, quia operari bona iam non licet, quae cum licuit agere contempsit. De quibus aperte quod sequitur intelligi valet: Circumdabunt te inimici tui vallo, et coangustabunt te undique. Maligni spiritus undique animam angustant, quam ei non solum operis iniquitates locutionis, sed insuper cogitationis iniquitates replicant, ut quae prius se per multa dilataverat in scelere, ad extremum de omnibus angustetur in retributione. Et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt. Anima per cogitationes terram suam ad terram prosternitur, cum caro quam vitam suam credidit, redire in pulverem cogitur. Tunc in morte filii illius cadunt, cum cogitationes illicitae quae modo ex illa prodeunt in extrema vitae ultione dissipantur. Sicut scriptum est: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Quae et durae cogitationes intelligi etiam per lapidum structuram valent. Unde sequitur: Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Perversa etenim mens cum perversae cogitationi adhuc perversiorem adiicit, quid aliud quam lapidem super lapidem ponit? Sed in destructa civitate lapis super lapidem non relinquitur, quia cum ad ultionem suam anima ducitur, omnis ab illa cogitationum suarum constructio dissipatur. Quae cur haec patiatur, adiungit: Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae. Pluribus namque modis omnipotens Deus visitare consuevit. Nam assidue hanc visitat praecepto, aliquando autem flagello, aliquando vero miraculo, ut et vera quae nesciebat audiat, et cum adhuc superbiens atque contemnens, aut dolore compuncta redeat, aut beneficiis devicta malum quod fecerat erubescat. Sed quae visitationis suae tempus minime cognoscit, illis in extremo vitae inimicis traditur, cum quibus in aeterno iudicio damnationis perpetuae societate religatur. Sicut scriptum est: Cum vadis cum adversario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte tradat te ad iudicem, et iudex tradat te exactori, et exactor tradat te in carcerem. Adversarius quippe noster in via est sermo Dei, contrarius nostris carnalibus desideriis in praesenti vita. A quo ipse liberatur qui praeceptis eius humiliter subditur. Alioquin adversarius iudici, et iudex tradet eum exactori, quia sermo Dei contemptus reum peccatorem tenebit in examine iudicis. Quem iudex exactori tradet, quia hunc maligno spiritui ad ultionem trahendum permittit, ut compulsam animam ipse ad poenam a corpore exigat, quae ei ad culpam sponte consensit. Exactor mittit in carcerem, quia per malignum spiritum in infernum retruditur, quousque dies iudicii veniat, quo iam in inferni ignibus et ipse cruciatur. Expleta igitur prophetia eversionis civitatis, quam nos ad peccatricis animae similitudinem traximus, protinus subditur: Et ingressus in templum, coepit eiicere vendentes et ementes de illo. Sicut templum Dei in civitate est, ita in plebe fideli vita religiosorum. Et saepe nonnulli religionis habitum sumunt, et dum sacros ordines locum percipiunt, sacrae religionis officium in commercium terrenae negotiationis trahunt. Vendentes quippe in templo sunt, qui hoc quod quibusdam iure competit ad pretium largiuntur. Iustitiam enim vendere est hanc pro praemii acceptione servare. Ementes vero in templo sunt, qui dum hoc persolvere proximo quod iustum est nolunt, dumque rem iure debitam facere contemnunt, dato patronis pretio emunt peccatum. De quibus dicitur: Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eam speluncam latronum. Quia nimirum dum perversi homines locum religionis tenent, ibi malitiae suae gladios exerunt, ubi vivificare proximos orationis suae intercessione debuerunt. Templum quippe et domus Dei ipsa mens atque conscientia fidelium est. Quae si quando in laesionem proximi perversas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones resident, et simpliciter gradientes interficiunt, qui in eos qui in nullo rei sunt laesionis gladios defigunt. Mens enim infidelium iam non domus orationis, sed spelunca latronum est, quae relicta innocentia et simplicitate sanctitatis, illud conatur agere unde valeat proximis nocere. Sed quia contra perversa omnia verbis Redemptoris nostri per sacras paginas indesinenter instruimur, nunc quoque hoc agitur quod sequitur: Et erat docens quotidie in templo. Cum enim mentes fidelium ad cavenda mala subtiliter erudit, quotidie veritas docet in templo. Sed sciendum nobis est quod veritatis verbis valde erudimur, sed extrema nostra formidolosa est et indesinenter aspicienda, unde et per quemdam sapientem dicitur: In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis. Pensare quippe quotidie debemus quo ex ore Redemptoris nostri vocem audimus: Et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Dum enim districtus iudex sustinet, et adhuc manum eius occurrit in praeparatione a retributione ultionis, ultime esse quae dicta sunt securitas videt. Debemus pensare malum quod sequitur, perversitates gemere, gementes vitare, ea quae commisit peccata indesinenter aspicere, aspicientes flere, flentes abstergere. Nulla nos prosperitas huius temporis laetitiae dissolvat, nec metus nostrae oculos ea quae sunt huius temporis obstruat, ne caecos ad ignem ducat. Sed eum districte pensemus, ut quanto magis ponderis, quod ex ore veritatis cognoscitur, cum negligentibus et futura non praevidentibus dicitur: Et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Hoc cogitandum valde est quantum nobis erit terribilis

hora iam resolutionis quis pavor mentis, quanta tunc omnium malorum memoria que ab animo transacte felicitatis que for-
midis et consideracio iudicis. Quid ergo nobis esse de preteritis ad delectacionem debet, cum cunctis sit transactis non valet
transire quod iminet, cum et hec finiuntur que diligitur et illud incipit ubi dolor nunquam finitur. Tunc maligni
spiritus egredientem animam sua opera requirunt, tunc mala que suaserunt replicant ut sociam ad tormentum trahant. Sed cur
hec de reprobis solummodo anima dicimus, cum ad electos quoque egredientes veniant et suum in illis si prevaleant aliquid requirant.
Unus autem in hominibus extitit qui ante passionem suam libera voce dixit: Iam non multa loquar vobiscum, venit enim
princeps mundi huius et in me non habet quicquam. Quia enim hunc mortalem hominem vidit, suum in illo mundi princeps
aliquid invenire se posse credidit. Sed sine ullo peccato a mundi corruptione exiit qui sine peccato ad mundum venit. Hoc de
se contra mundi principem nec Petrus dicere presumpsit, qui audire meruit: Quecumque ligaveris super terram erit ligata et
in celis, et quecumque solveris super terram soluta erit et in celis. Hoc nec Paulus dicere presumpsit, qui prius quam mortis de-
bitum solveret ad celum tertium raptus pervenit. Hoc nec Iohannes ausus est dicere, qui pro amore precipuo in redemptoris sui pectore
in cena dum recubuit. Nam cum psalmista dicat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea,
sine culpa in mundo esse non potuit qui in mundum cum culpa venit. Hinc namque idem psalmista ait: Non iustificabitur in conspectu
tuo omnis vivens. Hinc Salomon ait: Non est homo iustus in terra qui faciat bonum et non peccet. Hinc Iohannes dicit: Si dixerimus
quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas non est in nobis. Hinc Iacobus ait: In multis offendimus omnes. Con-
stat enim quia omnes qui de carnis delectatione concepti sunt, in corporalibus vel actione vel locutione vel cogi-
tatione aliquid sui principis huius mundi habuerunt. Sed idcirco illos vel post se rapere vel penes se tenere non potuit,
quia eos ille a debitis suis eripuit qui pro nobis sine debito mortis debitum solvit, ut nos iam sub iure hostis
nostri delicta nostra non teneant, quia pro nobis mediator Dei et hominum homo Christus Iesus velut ex debito reddidit
quod non debebat. Tamen enim pro nobis mortem carnis indebite reddidit, nos a debita anime morte liberavit.
Ait ergo: Venit enim princeps mundi huius et in me non habet quicquam. Unde curandum nobis est et cum magnis quotidie
fletibus cogitandum, quam sevus quamque terribilis sua in nobis opera requiret in die mortis nostre idem princeps huius
mundi, si etiam ad Deum carne morientem venit et in illo aliquid quesivit in quo invenire nichil potuit. no
Quid itaque nos miseri dicturi, quid acturi sumus, qui innumera mala commisimus? Quid requirenti adversario et multa
sua in nobis invenienti dicemus, nisi quod nobis solum est certum refugium, solida spes, quia unum cum illo facti sumus
in quo princeps mundi huius et suum aliquid requisivit et invenire minime potuit. Solus est enim inter mortuos liber,
et a peccati iam servitio nati solummodo, quia et ei qui vere liber est unimur. Constat enim, nec negare possumus, quod
veraciter fatemur, quia princeps mundi huius habet in nobis multa, sed tamen mortis nostre tempore iam nos rapere non valet, quia
eius membra effecti sumus in quo non habet quicquam. Sed quid prodest quod eidem redemptori nostro per fidem iungimur,
si ab eo moribus disiungimur? Ipse etenim dicit: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum celorum. Recte
ergo fidei recta iungenda sunt opera, ut mala que fecimus per quotidiana lamenta diluamus, transactas nostras
nequicias fugientes, ab amore Dei et proximi recta opera superent, nulla que possumus fratribus impendere bo-
na refugiamus. Neque enim aliter redemptoris nostri membra efficimur nisi inherendo Deo et compatiendo proximo. Sed
quia ad amorem Dei et proximi plerumque corda audientium plus exempla quam verba convertunt, vestre caritati rem in- Rem
dicare studeo quam is qui presto est filius meus Epiphanius diaconus de Isauria provincia exortus in vicina
sibi terra Lycaonie solet narrare. Ait enim quod in ea quidam Martyrius nomine vite valde venerabilis monachus
fuit, qui ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud monasterium tendebat, cui spiritalis pater preerat. Pergens
itaque leprosum quendam, quem densis vulneribus elephantinus morbus per membra fedaverat, invenit in via
volentem ad suum hospicium redire et pre lassitudine non valentem. Ipso vero itinere se habere perhibebat hospi-
cium quo idem Martyrius monachus ire festinabat. Vir autem Dei compassus leprosi lassitudini mox pallium
quo vestiebatur in terra proiecit et expandit, atque desuper leprosum imposuit, eumque suo pallio undique
constrictum super humeros levavit secumque ferens detulit. Cumque iam monasterii foribus propinquaret, spiritalis
pater eiusdem monasterii magnis clamare vocibus cepit: Currite et ianuas monasterii aperite, quia frater Martyrius
venit Dominum portans. Statim vero ut Martyrius ad monasterii aditum pervenit, is qui leprosus esse videbatur de
collo eius exiliens et in ea specie apparens qua recognosci ab omnibus solet redemptor humani generis Deus
homo Christus Iesus ad celum Martyrio aspiciente rediit, eique dixit: Martyri, tu me non erubuisti super terram, ego te
non erubescam super celos. Qui sanctus vir mox ut est monasterium ingressus, ei pater monasterii dixit: Frater Martyri,
ubi est quem portabas? Cui ille dixit: Ego si scissem quis esset, pedes illius tenuissem. Tunc idem Mar-
tyrius narrabat quod cum eum portasset, pondus eius minime sensisset. Nec mirum. Quomodo enim pondus sentire poterat
qui portantem portabat? Qua in re pensandum est quantum fraterna compassio valeat, quantum nos compati Deo
iungat. Inde enim ei qui est super omnia appropinquamus, unde nos per compassionem proximi
sub et nosmetipsos deponimus. In rebus corporalibus nemo alta tangit nisi qui tenditur, in rebus vero spiritualibus

tum est quod quanto plus per compassionem attrahimur, tanto aliquo verius appropinquamus. Ecce autem redemptor generis humani ad
edificacionem nostram minime sufficit quod in domo medicus discumbens se tangi a peccatrice permisit. Quamdiu fecistis uni ex hiis fratribus
meis minimis mihi fecistis, nisi et ad iudicium hic in se ostendit quod dixisset, ut videlicet demonstraret quod quisquis nunc bona
opera indigentibus exhibet, ei hoc spiritualiter impendit, cuius se amore exhibuit, et tanto se plus quisque maiorem
mercedem recipit, quanto in eum despicit qui amplius despiciendus videtur. Quid enim in humana carne abiectius
carne leprosi, que tumescentibus vulneribus sordidatur et crescentibus fetoribus impletur? Sed ecce in specie leprosi appa
ruit et is qui est venerandus super omnia, videri despectus infra omnia dedignatus non est. Cur hoc nisi ut nos
spiritu tardiores admoneret quod quisquis ei qui in celo est festinat assistere, humiliari in terra et compati etiam
abiectis et despicabilibus fratribus non recuset, eloquium caritatis vere sublimitate dedignetur. Sed quod non est in
homine via eius, docentis sermo retineri non potest, quem disponit ipse de quo loquitur. Cum vivit et regnat.

Luc 16 In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Homo quidam erat dives et indue
batur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus. Et reliqua.
In verbis sacri eloquii, fratres karissimi, prius servanda est veritas hystorie, et postmodum requirenda spiritalis in
telligencia allegorie. Tunc namque allegorie fructus suaviter carpitur, cum prius per hystoriam veritatis radice solidatur. Sed quia nonnumquam
allegoria fidem edificat et hystoria moralitatem, nos qui auctore Deo iam fidelibus loquimur, non ab re
credimus si ipsum loquendi ordinem paulisper commutemus, quatinus qui fidem iam fixam tenetis, prius de allegoria aliquid
breviter audire debeatis, et quod vobis de moralitate hystorie valde est necessarium, hoc in expositionis nostre ordine
sequitur, quoniam quod ea plerumque solet melius recoli que contigit post audiri. Breviter ergo allegorie sub-
limitate transcurrimus, ut ad moralitatis latitudinem citius venire valeamus. Homo quidam erat dives qui et indue
batur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide. Et cuius fratres karissimi, quem dives iste qui induebatur
purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide, nisi iudaycum populum significat, qui cultum vite exterius habuit,
qui acceptae legis deliciis ad nitorem usus est non ad utilitatem? Quem vero Lazarus ulceribus plenus nisi
gentilem populum figuraliter exprimit, qui dum conversus ad Deum peccata sua confiteri non erubuit, huic vulnus
in cute fuit. In cutis quippe vulnere virus a visceribus trahitur et foras erumpit. Quid est ergo peccatorum con
fessio nisi quedam vulnerum ruptio? Quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestifere latebat in
mente. Vulnera enim cutis in superficie trahunt humorem putredinis, et confitendo peccata quid aliud agimus nisi
quod malum quod in nobis latebat aperimus? Sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis que cadebant
de mensa divitis, et nemo illi dabat, quia gentilem quemque ad cognitionem legis admittere superbus ille populus
despiciebat. Cum ipse doctrina legis non ad caritatem haberet, sed ad elacionem, quasi de acceptis opibus tumuit,
et quia ei verba defluebant de scientia, quasi mice cadebant de mensa. At contra iacentis pauperis vulnera linge
bant canes. Non numquam solet in sacro eloquio per canes predicatores intelligi. Canum etenim lingua vulnus
dum lingit sanat, quia et doctores sancti dum in confessione peccati nos instruunt, quasi vulnus mentis per linguam
dum tangunt, et quia nos loquendo a peccatis eripiunt, quasi tangendo vulnera ad salutem reducunt. Quia enim canum
nomine predicatorum lingua signatur, dum per psalmistam dicitur: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ex inimicis quippe
infidelibus sancti predicatores electi sunt, qui in assertione veritatis contra fures latrones quasi vehementes magnos
ut ita dicam latratus per Deum dederunt. Unde etiam de quotidiana increpacione dicitur: Canes muti non valentes
latrare. Quia ergo predicatores sancti peccata dampnant, confessionem vero peccatorum approbant, dum confitentium altitudinem
peccata vera et orate pro invicem ut salvemini. Ulcera Lazari canes lingunt. Sancti etenim doctores dum gentilium
confessiones accipiunt, mentium vulnera saluti restituunt. Unde et bene Lazarus interpretatur adiutus, quia et quem ipsi
huc ad redempcionem invitat, qui eius vulnera per lingue correpcionem curant. Potest etiam et per linctorum canum lin
guas adulatorum lingua signari. Adulantibus enim vulnera nostra lingere est, quia plerumque solet etiam ipsa mala
que nos in nobis reprehendimus, impro favore laudare. Contigit vero ut uterque moreretur. Dives qui indu
ebatur purpura sepultus est in inferno. In sinum vero Abrahe Lazarus ab angelis deductus est. Quid Abrahe
sinum nisi secretam requiem significat patris? De qua veritas dicit: Multi venient ab oriente et occidente et re
cumbent cum Abraham et Ysaac et Iacob in regno celorum. Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores.
Illi autem qui purpura induti sunt filii regni vocantur, qui de longinquo ad videndum Lazarum oculos levant,
quia infideles in imo sunt. Fideles quoque ante diem extremi iudicii supra se
quia dum per dampnacionis sue supplicia infideles in imo sunt, fideles quos ante diem extremi iudicii super se
in requie attendunt, quorum post gaudia contemplari ulterius non possunt. Longe vero est quod conspiciunt,
quia illuc per meritum non attingunt. Sed lingua autem amplius ardere ostenditur, cum dicitur: Mitte Lazarum ut intingat
extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quia infidelis populus
verba legis in ore tenuit, que opere servare contempsit. Ibi ergo magis ardebat, ubi se ostendit scire quod
facere noluit. Quapropter bene de doctis et negligentibus per Salomonem dicitur: Omnis labor hominis in ore eius,
sed anima illius non implebitur. Bonus quippe quisquis hoc solum laborat ut sciat loqui quod debebat, ab
ipso refectionis sue scientie mente vacua ieiunat. Ab extremo digiti tangi se desiderat, quia etiam supplicis

datus optat operatione iniustorum vel ultima participare. Cum videtur quia in hac vita bona recepit quia omne suum gau-
dium felicitate transitoria habere putavit. Hic etenim habent et iusti bona, nec tamen hec in recompensatione recipi-
unt, quia dum meliora, id est eterna appetunt, eorum iudicio quelibet bona cum presentis desideriis estuant, bona minime videntur.
Unde David propheta, qui regni divitias multisque obsequentibus subditis habebat, quamvis et hec ad usum temporis bona esse con-
spiceret, unum tamen singulariter bonum inhians estuabat dicens: Michi autem adherere Deo bonum est. Notandum vero nobis
est quod ei dicitur: Memento fili. Ecce eum Abraham filium vocat, quem tamen a tormento non liberat, quia infideles huius
populi precedentes patres fideles, quia multos a sua fide deviasse conspiciunt, eos nulla compassione a tormentis
eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem dives positus quinque fratres se habere perhibet,
quia superbi istius incredulus populus, qui ex magna parte iam dampnatus, sequaces suos quos superstites reliquit
quinque Moysi libros carnaliter intelligentes vel quinque sensibus corporis deditos nominat. Quinario ergo numero fratres quos
reliquerat exprimit, qui eos ad spiritalem intelligentiam non assurgere in inferno positus gemit. Petit ut ad
eos Lazarus mittatur, cum quod Moysen et prophetas habebant. Sed ait quia non credent nisi quis ex mortuis resur-
rexerit. Recte de Moyse veritas dicit: Si crederetis Moysi crederetis et michi, de me enim ille scripsit. Impletur
ergo quod per Abrahe responsionem dicitur, quia mortuus cum Dominus resurrexit, sed incredulus ille populus qui Moysi credere
noluit, ei etiam qui resurrexit credere contempsit. Cumque Moysi verba spiritaliter intelligere contempsit, ad
eum de quo Moyses locutus fuerat non pervenit. Sed fratres karissimi nos pro indagandis allegorie misteriis sic
cuncta transcurrisse sufficiat. Nunc ad tuenda laxius rei geste moralitate animus revocatur. Homo quidam erat dives
qui induebatur purpura et bysso et epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus qui
iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus. Nonnulli putant precepta veteris testamenti districtiora quam novi, sed
hii minus perspicua consideratione falluntur. In illo enim non tenacia sed rapina multatur. Ibi res iniuste
sublata restitutione quadrupla punitur. Hic autem dives iste non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria
non dedisse. Nec dicitur quia vi quempiam oppressit, sed quia in acceptis rebus extulit se. Hinc ergo summopere colligendum
est qua pena multandus sit qui aliena diripit, si inferni dampnatione percutitur qui propria non largitur.
Nemo itaque se tutum estimet dicens: Ecce aliena non rapio, sed concessis licenter rebus fruor, quia dives
iste non ideo punitus est quia aliena abstulit, sed quia acceptis rebus semetipsum male dereliquit. Hoc itaque
[..]nde fuit fuit quod hunc inferno tradidit, quia hic in sua felicitate timidus non fuit, quia percepta dona ad usum arrogantie
inflexit, quia viscera pietatis ignoravit, quia peccata sua redimere cum tamen sibi habundaret precio noluit. Et sunt
nonnulli qui cultum subtilium vestium non putant esse peccatum. Quod si culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam
vigilanter exprimeret quod dives qui torquebatur apud inferos bysso et purpura indutus fuisset. Nemo quippe
vestimenta precipua nisi ad inanem gloriam querit, videlicet ut honorabilior ceteris esse videatur. Nam quia pro sola ina-
ni gloria vestimentum preciosum queritur, res ipsa testatur, quia nemo vult ibi preciosis vestibus indui ubi ab a-
liis non possit videri. Quam culpam possumus melius e contrario colligere, quia si abiectio vilis indumenti
virtus non esset, ewangelista tam vigilanter non diceret: Erat indutus pilis camelorum. Sed videndum nobis magnopere
est in ore veritatis de superbo divite et humili paupere quis sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur: Homo quidam
erat dives, et protinus subditur: Et erat quidam mendicus nomine Lazarus. Certe in populo solent plus nomina
divitum quam pauperum sciri. Quid est ergo quod Dominus de paupere et divite verba faciens nomen pauperis dicat
et nomen divitis non dicit, nisi quia Deus humiles novit atque approbat et superbos ignorat. Unde et quibusdam
de miraculorum virtute superbientibus in fine dicturus est: Nescio vos unde sitis, discedite a me omnes qui
operamini iniquitatem. At contra Moysi dicitur: Novi te ex nomine. Dicit ergo de divite Homo quidam, dicit de paupere e-
genus nomine Lazarus. Ac si aperte dicat: humilem pauperem scio, superbum divitem nescio. Illum cognitum per
approbationem habeo, hunc per iudicium reprobationis ignoro. Pensandum vero nobis est quanta conditor noster
omnia consideratione dispensat. Una etenim res non pro una re agitur. Nam ecce plenus ulceribus men-
dicus Lazarus ante ianuam divitis iacet. Qua re una Dominus duo iudicia complevit. Habuisset enim for-
sitan aliquam excusationem dives si Lazarus pauper et ulcerosus ad ianuam eius non iacuisset, si re-
motus fuisset, si eius inopia non esset oculis apta. Si longe esset dives ab oculis ulcerosi pauperis,
minorem tolerasset in animo temptationem pauper. Sed dum egenum et vulneratum ad ianuam divitis et
deliciis affluentis posuit, in una eademque re ex visione pauperis non miserantis divitis cumulum dampnationis
tribuit, et rursum ex visione divitis temptatum cotidie pauperem probavit. Quantas namque hunc egenum
et vulneribus obsessum temptationes creditis in sua cogitatione tolerasse, cum ipse egeret pane et non haberet et
salutem, atque ante se divitem cerneret salutem et delicias habere cum voluptate, se dolore et frigore affici,
illum gaudere conspiceret bysso et purpura vestiri, se deprimi vulneribus, illum defluere acceptis rebus,
se egere, illum nolle largiri. Quantus putatis fratres karissimi tunc in corde pauperis tumultus temptationis fuit

cum ergo portaret ad penam sufficeret paupertas etiam si sanus fuisset. Rursum sufficeret egritudo etiam si subsidium adesset.
sed ut probaretur pauper amplius simul hunc paupertas et egritudo tabefecit. atque insuper videbat incedentem divitem
obsequentibus clientibus fulciri et se in infirmitate et inopia a nullo visitari. Nam quia nemo ad visitandum ei aderat
testantur canes qui libenter vulnera lingebant. Uno vero ergo re duo iudicia exhibuit omnipotens deus dum
lazarum pauperem ante ianuam divitis iacere permisit et ut dives impius dampnationis sue augeret ultionem et
temptatus pauper cresceret ad remunerationem. conspiciebat cotidie ille miserum. videbat iste de quo probaretur.
Duo inquam corda sed unus desuper inspector qui et hunc temptando exercebat ad gloriam et illum tolerando ex-
spectabat ad penam. Nam sequitur. Factum est ut moreretur lazarus et portaretur ab angelis in sinum abrahe. Mortuus
est autem et dives et sepultus est in inferno. Ecce nunc dives qui in hac vita misereri noluit in suo iam
supplicio positus patronum querit. Nam ecce subiungitur. Cum elevans oculos cum esset in tormentis vidit
abraham a longe et lazarum in sinu eius et ipse clamans dixit pater abraham miserere mei et mitte lazarum
ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma. O quanta
est sublimitas iudiciorum dei. O quam districte agitur bonorum actuum malorumque retributio. Certe superius dictum est
quia in hac vita lazarus cadentes micas de mensa divitis querebat et nemo illi dabat. Nunc de supplicio
dives dicitur quia de extremo digito lazari distillari aquam in os suum concupiscit. Hinc ergo fratres colligite quanta
sit districtio severitatis dei. Dives enim iste qui vulnerato pauperi mense sue vel minima dare noluit in
inferno positus usque ad minima querenda pervenit. Nam guttam aque petiit qui micas panis lazaro negavit.
Sed notandum nobis est quid sit quod dives in igne positus linguam suam refrigerari petiit. Mos quippe est
sacri eloquii ut aliquando aliud dicat sed ex eodem dicto aliud innuat. Superius autem hunc superbum divitem dum
non loquacitati vacantem diceret sed superflue comessatione. Neque hunc de loquacitate narravit sed cum
elatione tenacia de ebrietate preterisse. Sed quia habundare in conviviis loquacitas solet is qui male
convivasse dicitur apud inferos gravius in lingua ardere perhibetur. Prima namque male convivantibus famulatur
culpa loquacitatis post loquacitatem vero ludendi etiam levitas sequitur. Nam quia ebrietati ludus sequitur
testatur sacra scriptura que ait. Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. Sed prius quam ad ludum
moveatur corpus ad iocos ad verba vana movetur lingua. Dignum est ergo quod innuitur quia in tormentis positus
dives linguam suam refrigerari postulat nisi quia is qui convivando magis de loquacitate peccaverat
pro retributionis iustitia in lingua atrocius ardebat. Sed cum gravi mentis valde est pensandum hoc quod ei per
abrahe responsionem dicitur. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala. Nunc autem hic
consolatur tu vero cruciaris. Ista fratres sententia pavore potius indiget quam expositione. Nam si qui estis qui in
hoc mundo exteriorum bonorum aliquid accepistis ipsum ut ita dicam donum exterius pertimescere debetis ne vobis
pro quibusdam actibus recompensatio sit datum ne iudex qui hic bona exteriora restituit a retributione
boni intimi repellat ne honor hic vel divitie non in adiumentum virtutis sed remuneratio sint laboris.
Ecce enim dum dicitur recepisti bona in vita tua indicatur et dives iste aliquid boni habuisse ex quo in hac vita
bona reciperet. Rursum quia quia dum de lazaro dicitur quia recepit mala profecto monstratur et lazarus habuisse
mali aliquid quod purgaretur. Sed mala lazari purgavit ignis inopie et bona divitis remuneravit
felicitas transeuntis vite. Illum paupertas afflixit et tersit istum habundantia remuneravit et repulit.
Quicumque ergo bene in hoc seculo habetis cum vos bona egisse recolitis valde de ipsis pertimescite ne concessa
vobis prosperitas eorum remuneratio sit bonorum. Et cum quoslibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare
conspicitis nolite despicere nolite desperare quia fortasse quos superfluitas tenuissime pravitatis inquinat
caminus paupertatis purgat. De vobis omnino pertimescite quia nonnulla etiam male acta prospera vita secuta
est. De illis vero sollicite pensate quia eorum vitam magistra paupertas cruciat quousque ad vite rectitudinem
perducat. Sequitur. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est ut hii qui volunt ad vos
transire non possint neque hinc inde transmeare. Certum valde querendum est. Quomodo dicatur hii qui volunt
ad vos transire non possunt. Certum enim hii qui in inferno sunt ad beatorum sortem transire cupiunt. Dubium non est
qui vero iam beatitudinis sorte suscepti sunt quo pacto dicitur quia transire ad eos qui in inferno cruciantur volunt.
Sed sic transire reprobi ad electos cupiunt id est a suppliciorum suorum afflictione migrare. ita ad afflictos
atque in tormentis positos transire iustorum est mente ire per misericordiam et eos quia velle liberare. Sed qui volunt de
beatorum sede ad afflictos atque in tormentis positos transire non possunt quia iustorum anime etiam si misereri velint
iam tunc omnino non possunt quia iustorum anime quamvis in sue nature bonitate misericordiam habeant iam tunc auctoris sui
iustitie coniuncte tanta rectitudine stringuntur ut nulla ad reprobos compassione moveantur. Sed quippe iudici
[illegible] concordant cum iniquis non possunt nec ex misericordia condescendunt quia tanto illos tunc a se
discordant cum inherent et eis quos eripere non possunt nec ad ea que diligunt auctorem suo conspiciunt repulsos. Nec iniusti ergo ad beatorum
videbunt conditorem quanto et ab eo quem diligunt auctore suo conspiciunt repulsos. Nec iniusti ergo ad beatorum
sortem transeunt quia dampnatione perpetua constringuntur ut iusti ad reprobos transire possunt quia erecti iam per
iustitiam iudicii eis nullo ex aliqua compassione miserentur. Sed postquam ardenti diviti de se spem tollit

animus eius ad propinquos quos reliquerat recurrit quia reproborum mentem pena sua quandoque inutiliter erudit ad caritatem ut iam tunc etiam suos spiritaliter diligat qui hic dum peccata diligebant nec se amabant. Unde nunc dicitur: Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres ut testetur illis ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Qua in re notandum est ardenti diviti quanta ad supplicium cumulantur. Ad penam namque suam et cognitio servatur et memoria. Cognoscit enim lazarum quem despexit fratrum quoque suorum meminit quos reliquit. Perfecta quippe ei ultio de paupere non esset si hunc in retributione non cognosceret et perfecta pena in igne non esset si non hoc quod ipse patitur etiam in suis timeret. Ut ergo peccatores in suppliciis amplius puniantur et eorum vident gloriam quos contempserunt et illorum etiam pena torquentur quos inutiliter amaverunt. Credendum vero est quia ante retributionem extremi iudicii iniusti quosdam iustos conspiciunt ut eos videntes in gaudio non solum de suo supplicio sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti vero in tormentis semper intuentur iniustos ut hinc eorum gaudium crescat quia malum conspiciunt quod dei misericordia evaserunt tantoque maiores ereptori suo gratias referunt quanto videt in aliis quod ipsi perpeti si essent derelicti potuerunt. Nec iam tante beatitudinis claritatem apud iustorum animum fuscat aspecta pena reproborum quia ubi iam compassio miserie non erit minuere procul dubio beatorum leticiam non valebit. Quid autem mirum si dum iusti iniustorum tormenta conspiciunt hoc eis eveniat in obsequio gaudiorum quando et in pictura niger color substernitur ut albus vel rubeus clarior videatur. Sic dictum est tanto bonis sua gaudia concrescunt quanto eorum oculis dampnatorum mala subiacent que evaserunt. Et quamvis eis sua gaudia ad perfruendum plene sufficiant mala tamen reproborum absque dubio semper aspiciunt quia qui claritatem sui conditoris vident nichil in creatura agitur quod videre non possint. Petenti autem diviti ut lazarus mittatur abraham protinus respondit: Habent moysen et prophetas illos audiant. Sed qui dei verba despexerat hec audire non posse sequaces estimabat. Unde et respondit dives: Non pater abraham sed si quis ad eos ex mortuis ierit credent. Cui mox veraciter sententia dicitur: Si moysen et prophetas non audiunt neque si quis ex mortuis surrexerit credent ei quia nimirum qui verba legis despiciunt redemptoris precepta qui ex mortuis surrexit quanto subtiliora sunt tanto difficilius implebunt. Hinc est enim quod per legem dicitur quod hoc quod per dominum iubetur. Illa enim dari decimas precepit redemptor noster ab hiis qui perfectionem sequuntur omnia dimitti iubet. Illa peccata carnis resecat redemptor noster illicitas etiam cogitationes dampnat. Si ergo moysen et prophetas non audiunt neque si quis ex mortuis resurrexerit credent ei quia qui viliora legis precepta negligunt salvatoris nostri mandatis altioribus obedire quomodo convalescunt. Et nimirum constat quia tunc implere dicta renuunt cum procul dubio credere recusant. Hec nos de ipsa rei geste consideratione dixisse sufficiat. Sed vos fratres karissimi et requiem lazari et penam divitis cognoscentes solerter agite culparum vestrarum intercessores querite atque advocatos vobis in die iudicii pauperes procurate. Habetis etenim lazaros nunc habetis ante ianuas vestras iacentes atque his indigent que vobis iam saciatis quotidie de mensa cadunt. Verba sacre lectionis hinc vos instruere debent ad implenda mandata pietatis. Quotidie lazarum si querimus invenimus quotidie lazarum et si non querimus cernimus. Ecce importune se pauperes offerunt rogant vos qui tunc pro vobis intercessores veniant. Certe nos omnino rogare debemus et tamen rogamur. Videte si negare debemus quod petitur qui patroni sunt. Nolite ergo misericordie tempora perdere nolite accepta remedia dissimulare. Cum quosdam in hoc mundo abiectos aspicitis et si qua reprehensibilia esse eorum videant nolite despicere quia fortasse quos morum infirmitas vulnerat medicina paupertatis curat. Quorum si qua sunt alia que debeant reprehendi hec et vobis ad usum vestre mercedis inflectitis ut ex ipsis eorum vicissim cumulent vobis incrementa pietatis quibus panem porrigitis dentes et verbi panem refectionis cum verbo correptionis et duo a vobis alimenta percipiat qui unum querebat sed et potius cibo et intus saciat. Eloquio pauper vos si reprehensibile cernitis monere debet et despici non debet. Si vero reprehensibilis nichil habet venerari summopere sicut intercessor debet. Sed ecce multos cernimus quibus merita nescimus. Omnes ergo veneranda sunt tanto quod necesse est ut te humilians debeas quanto quis sit christus ignoras.

Rem fratres refero quam bene is qui presto est et presbiter meus speciosus novit. Eo tempore quo monasterium petii anus quedam redempta nomine in sanctimoniali habitu constituta in urbe hac iuxta beate marie semper virginis ecclesiam manebat. Hec illius herundinis discipula fuerat que magnis virtutibus pollens super prenestinos montes vitam heremiticam duxisse ferebatur. Huic due in eodem habitu discipule adherebant. Una nomine romula et altera que nunc adhuc superest quam quidem facie scio sed nomine nescio. Tres itaque hee uno habitaculo commorantes morum quidem diviciis plenam sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hec autem quam prefatus sum romula aliam quam predixi condiscipulam suam magnis vite meritis antecibat. Erat quippe mire pacientie summe obedientie custos oris sui ad silencium studiosa valde ad continue orationis usum

Sed quia plerumque hi quos iam perfectos homines estimamus adhuc ante oculos summi opificis aliquid imperfectionis habent, sicut sepe imperiti homines necdum perfecte sculpta sigilla conspicimus et ea iam quasi perfecta laudamus, que adhuc artifex considerat et limat, laudari iam audit et tamen tundere meliorando non desinit. Hec quam predixi Romula ea quam greco vocabulo medici paralysim vocant molestia corporali percussa est, multisque annis in lectulo decubans pene iacebat omni membrorum officio destituta. Non tamen eandem hec eius mentem ad impacienciam flagella perduxerant. Nam ipsa eius detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum, quia tanto sollicitius ad usum orationis surrexerat, quanto et aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte igitur quadam eandem Redemptam, quam prefatus sum, que utrasque discipulas suas filiarum loco nutriebat, vocavit dicens: Mater veni, mater veni. Que mox cum alia condiscipula surrexit, sicut utrisque referentibus et multis res eadem claruit et ego quoque in eodem tempore agnovi. Cumque noctis medio lectulo iacentis assisterent, subito celitus lux emissa omne illius cellule spacium implevit, et splendor tante claritatis emicuit, ut corda assistencium inestimabili timore perstringeret, atque ut post ipse referebant, omne in eis corpus obriguisset et in subito stupore remanerent. Cepit namque quasi cuiusdam magne multitudinis ingredientis sonitus audiri, ostium cellule concuti, ac si ingredientium turba premeretur, atque ut dicebant, intrancium multitudinem senciebant, sed nimietate timoris et lucis videre non poterant, quia earum oculos pavor depresserat et ipsa tanti luminis claritas reverberabat. Quam lucem protinus miri odoris est fragrancia subsecuta, ita ut earum animum, quia lux emissa terruerat, odoris suavitas refoveret. Sed cum vim claritatis illius ferre non possent, cepit eadem Romula assistentem et trementem Redemptam suorum morum magistram blanda voce consolari dicens: Noli timere mater, non morior modo. Cumque hoc crebro diceret, paulatim lux que fuerat emissa subtracta est, sed is qui secutus fuerat odor remansit. Sicque dies secundus et tercius transiit, ut aspersa fragrancia odoris maneret. Nocte ergo quarta eandem magistram suam vocavit, qua veniente viaticum peciit et accepit. Necdum vero eadem Redempta vel alia eius discipula a lectulo iacentis abscesserat, et ecce subito in platea ante eiusdem cellule ostium duo chori psallencium constiterunt, et sicut se dicebant sexus ex vocibus discrevisse, psalmodie cantum dicebant viri et femine succinebant. Cumque ante fores cellule celebrarentur celestes exequie, sancta illa anima carne soluta est. Que ad celum ducta, quanto chori psallencium altius ascendebant, tanto cepit psalmodia lenius audiri, quousque eiusdem psalmodie sonitus et odoris suavitas elongata finiretur. Hec ergo quamdiu vixit in corpore, quis illam habebat in honore? Indigna cunctis omnibusque despecta videbatur. Quis ad illam attendere, quis illam videre dignaretur? Sed latebat in sterquilinio margarita dei. Sterquilinium fratres karissimi corruptibilitatem corporis appello, sterquilinium abiectionem paupertatis nomino. Assumpta est margarita que iacebat in sterquilinio et posita est in celestis regis ornamento. Iam inter supernos cives emicat, iam inter ignitos illos lapides eterni diadematis coruscat. O vos qui divites in hoc mundo aut esse creditis aut estis, conferte si potestis falsas divicias vestras veris diviciis Romule. Vos in huius mundi via omnia amissuri possidetis, illa nil quesivit in itinere et omnia invenit in plenitudine. Vos letam vitam ducitis, tristem mortem timetis; illa vitam tristem pertulit, ad letam vitam pervenit. Vos ad tempus queritis obsequia hominum; illa despecta ab hominibus invenit socios choros angelorum. Discite ergo temporalia cuncta despicere, discite honorem transitorium contempnere, eternam gloriam amare. Honorate quos pauperes cernitis, et quos foris conspicitis despectos seculi, intus arbitramini amicos dei. Cum his participamini quod habetis, ut quandoque dignentur vobiscum participari quod habent. Pensate quod ore magistri gencium dicitur: In hoc tempore vestra habundancia illorum inopiam suppleat, ut et illorum habundancia vestre inopie sit supplementum. Pensate quod ipsa veritas dicit: Quamdiu fecistis uni de fratribus meis his minimis, mihi fecistis. Ad tribuendum ergo pigri cur estis, quia hoc quod iacenti in terra porrigitis, sedenti in celo datis. Sed hec omnipotens deus qui per me in vestris auribus loquitur, ipse in vestris mentibus loquatur. Qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit omelie beati Gregorii pape numero xl^ta. [illegible]

Prefacio beati Gregorii pape super Ezechielem

Dilectissimo fratri Mariano episcopo Gregorius servus servorum Dei. Omelias quas in beato Ezechiel propheta coram populo loquebar excepte sunt. Multis curis irruentibus in oblivione reliqueram. Sed post annos octo petentibus fratribus notariorum schedas requirere studui, easque favente Domino transcurrens, in quantum mihi ab angustiis tribulationum licuit emendavi. Tua itaque dilectio has sibi ad legendum mitti poposcerat. Et valde incongruum credidi ut aquam despicabilem hauriret, quem constat de beatorum patrum Ambrosii atque Augustini torrentibus profunda ac perspicua fluenta assidue bibere. Sed rursum dum cogito quod sepe inter quotidianas delicias etiam viliores cibi suaviter sapiunt, huiusmodi munera legenti porrexi, ut dum cibus grossior velut pro fastidio sumitur, ad subtiliores epulas avidius revocetur.

Dei omnipotentis aspiratione de Ezechiel propheta locuturus, prius debeo modos et tempora aperire prophetie, ut dum accessus eius ostenditur, virtus melius agnoscatur. Prophetie tempora tria sunt, scilicet preteritum, presens et futurum. Sed sciendum est quod in duobus temporibus prophetia ethymologiam perdit. Quia enim ideo prophetia dicta est quod futura predicat, quando de preterito vel presenti loquitur, rationem sui nominis amittit, quia non predicit quod venturum est, sed vel ea memorat que transacta sunt, vel ea que sunt. Que tamen tria prophetie tempora verius loqui si et sacre scripture testimoniis ostendamus. Prophetia de futuro est: Ecce virgo concipiet et pariet filium. Prophetia de preterito: In principio creavit Deus celum et terram. De illo enim dixit homo tempore quo non erat homo. Prophetia de presenti est, quam Paulus apostolus dicit: Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis aut ydiota, convincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt, et ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis sit. Cum igitur dicitur: occulta cordis eius manifesta fiunt, profecto monstratur quia per hunc modum prophetie spiritus non predicat quod futurum est, sed ostendit quod est. Quo autem pacto prophetia dicitur que nihil futurum indicat, sed presens narrat? Qua in re animadvertendum est quod recte prophetia dicitur, non quia predicat ventura, sed quia prodit occulta.

Rem quippe qualibet sicut ab oculis nostris in futuro subtrahit tempus, ita ab oculis nostris in presenti subtrahit causa. Ventura etenim res occultatur in futuro tempore, presens autem cogitatio absconditur in latenti corde. Est etiam prophetia presens cum res quelibet non per animum sed per absentiam loci tegitur, que tamen per spiritum demonstratur, et ibi fit presens prophetanti, ubi per presentiam non est corporis. Nam Giezi longe a propheta recesserat, cum Naaman Syri munera percipiebat, cui tamen in fide propheta dicit:

Nonne cor meum in presenti erat quando reversus est homo de curru suo in occursum tibi? Sciendum quoque est quod prophetie tempora invicem sibi concurrunt ad probationem, ut aliquando ex futuris predicta, aliquando vero ex preteritis probentur futura. Dixit enim Moyses: In principio creavit Deus celum et terram. Et quis crederet quod vir de preterito diceret, si de futuro etiam non dixisset? In ipso enim libri fine, in cuius exordio illa de preterito dixerat, aliquid prophetie per Iacob vocem de futuris promisit dicens: Non auferetur sceptrum de Iuda et dux de femoribus eius, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Tunc etiam per semetipsum eundem qui mittendus erat et quem ducebat populo prophetavit dicens: Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus vestris, tamquam me ipsum audietis. Erit autem quicumque non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo suo. Cur ergo promisit presentes ventura, nisi ut dum implerentur ea que de futuro predixerat, ostenderet et quia de preterito vera dixisset? Quia iam docuimus qualiter ex futuris prophetia probaverit preterita, restat nunc ut adhuc de sacris eloquiis ostendamus quomodo in prophetie spiritu ex preteritis probentur futura. Certe rex Babiloniorum cum somnium vidisset, iussit ad magos et ariolos omnesque sapientes Babilonie convocari, nec ab eis solum interpretationem somnii, sed etiam somnium quesivit, ut nimirum ex preterito colligeret si quid in eorum responsionibus de venturo certum teneret. Quod cum nulla arte potuisset, Daniel deductus ad medium est. Qui de interpretatione somnii et de narratione requisitus, non solum hoc vidit quod interrogatus est, sed ipsius somnii originem replicavit dicens: Tu rex cepisti cogitare in strato tuo quid esset futurum post hec. Et paulo post: Tu rex videbas, et ecce quasi statua una grandis. Cuius vero somnii mox ordinem dixit et quicquid ex eodem venturorum sequebatur aperuit. Per semetipsum ergo ordine propheta a cogitationibus venit ad somnium, a somnio pervenit ad futura. Cum ergo respondit ita dicendo radice somnii protulit, profecto ex preteritis probavit quod vera essent que de futuris diceret. Prophetia autem presentis temporis nec preteriti attestatione indiget nec futuri, quia cum res occulta per prophetie verba detegitur, veritati illius res ipsa que ostenditur attestatur. Igitur quia de temporibus prophetie tractavimus, restat ut de modis eius ac qualitatibus aliqua disseramus. De modis prophetie Spiritus quippe prophetie nec semper nec eodem modo prophete tangit animum. Aliquando enim ex presenti tangit animum prophetantis et ex futuro nequaquam tangit, aliquando ex futuro tangit et ex presenti non tangit. Aliquando vero ex presenti et futuro tangit, aliquando autem ex preterito et ex presenti atque ex futuro simul animum tangit prophetantis. Aliquando tangit ex preterito prophetie spiritus nec tangit ex futuro, aliquando autem tangit ex futuro nec tangit ex preterito, aliquando vero in presenti ex parte tangit et ex parte non tangit. Et hec ipsa si possumus eo ordine quo promissa sunt sacre scripture testimoniis ostendamus. De presenti enim prophetie spiritus prophetantis animum tangit atque ex futuro non tangit, sicut Iohannes Baptista venientem Dominum videns ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et cum iam moriturus esset, missis discipulis requirebat dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? In quibus verbis ostenditur quia in mundum venisse redemptorem noverat, sed an per semetipsum ad aperienda inferni claustra descenderet dubitabat. Ex presenti ergo prophetie spiritu tactus fuerat, qui humanitatem mediatoris videns et eius divinitatem intelligens confitebatur agnum qui peccata mundi tolleret. Et tactus ex futuro non fuerat, qui adventum illius in inferno nesciebat. Aliquando vero prophetie spiritus animum prophetantis ex futuro tangit atque ex presenti non tangit, sicut apte libri Geneseos hystoria testatur. Cum Ysaac Esau filium suum ad venandum misit, cum minorem filium ad benedicendum Rebecca supposuit, qui hedinis pellibus indutus, patrio palpatu corporis fratrem finxit. Cui ille minori filio tamquam maiori benedictionem dedit, que quia et essent longe futura intimavit, sed quis esset qui coram se assisteret scire non potuit. Prophetie ergo spiritus ex futuro prophetantis animum tetigit atque ex presenti non tetigit, qui caligantibus oculis previdit et ventura percipiebat et presentem filium nesciebat. Aliquando vero prophetantis animum ex presenti pariter et ex futuro tangit, quod ex eodem libro Geneseos liquido docemur. In illo quippe scriptum est quia in vite iam termino patriarcha Iacob duos filios Ioseph fecit assistere, ut ex benedictione illius possent longe post futura promereri. Sed maiorem ad dexteram, minorem vero posuit ad sinistram. Cumque ille oculos senectute

caligantibus nepotes suos quis per quem deesset moriens quamvis visu discernere nequaquam posset. directis in obliquum brachiis
dextram manum minori, sinistram maiori posuit. Quod dum corrigere filius vellet qui ait: Non ita convenit pater quia hic est primogenitus,
respondit: Scio fili mi scio; et iste quidem erit in populos et multiplicabitur, sed frater eius minor maior erit illo. Prophetiae ergo spiritus
ex praesenti praeteritum et ex futuro prophetantis animum tetigit, dum Iacob et ventura nuntiabat, et eos quos corporis oculis videre non
poterat, ante se positos per spiritum discernebat. Sic Achiae prophetae spiritus animum ex praesenti atque futuro tetigerat, cum caligantibus oculis
eam que se esse aliam simulabat, et uxorem Ieroboam esse cognovit, et quaeque ei futura essent aperuit dicens: Ingredere uxor
Ieroboam. Quare aliam esse te simulas? Ego autem missus sum ad te durus nuntius. Vade et dic Ieroboam: Haec dicit dominus deus Israel:
Quia operatus es male super omnes qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos et conflatiles ut me ad iracundiam provocares,
me autem proiecisti post corpus tuum, idcirco ego inducam mala super domum Ieroboam. Ex praesenti ergo atque futuro prophetantis animus
tactus fuerat, qui et ingredientem deprehendere potuit et ei ventura nuntiare. Aliquando autem ex praeterito et ex praesenti atque ex futuro
prophetantis animus tangitur. Prophetavit sic Elizabeth ad se venientem Mariam conspiciens, quia incarnatum verbum gestaret in utero agnovit;
eam quam iam domini sui matrem vocavit dicens: Unde hoc mihi ut mater domini mei veniat ad me? De eius conceptione per angelum
quondam ad Ioseph dicitur: Quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. Quae videlicet Elizabeth dicit: Beata quae credidisti quoniam perficientur ea
quae dicta sunt tibi a domino. Dicens enim Beata quae credidisti, aperte indicat quia verba angeli quae dicta ad Mariam fuerant per
spiritum agnovit. Atque subiungens: perficientur ea quae dicta sunt tibi a domino, quae eam etiam in futuro sequerentur praevidit. Ergo
de praeterito et praesenti atque ex futuro prophetiae spiritu tacta est, quae et eam promissionibus angeli credidisse cognovit, et ma-
trem nominans quia redemptorem humani generis in utero portaret intellexit, et cum omnia perficienda praediceret quid etiam de futuro
sequeretur aspexit. Aliquando vero prophetiae spiritus ex praeterito tangit animum nec tangit ex futuro, sicut in Paulo apostolo aperte
ostenditur qui dicit: Notum vobis facio fratres evangelium quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem, neque enim
ab homine accepi illud atque didici, sed per revelationem Ihesu Christi. Unde alias quoque dicit: Secundum revelationem notum mihi factum est
sacramentum. Qui tamen hoc ipsum evangelium quod per revelationem cognoverat, cum Ierusalem praedicaturus ascenderet ait: Ecce ego alligatus
spiritu vado in Ierusalem, quae in ea ventura sunt mihi ignorans. Hoc quippe evangelii sacramentum est quia unigenitus patris incarnatus
atque perfectus homo factus est, qui crucifixus mortuus et sepultus die tertia resurrexit, die quadragesima ascendit in caelum atque in dextera
patris sedet. Cum ergo per revelationem evangelium agnovit, prophetiae spiritu de praeterito tactus est; sed quia quibus pro eodem evangelio passurus
esset ignoravit, de futuro procul dubio tactus non est. Nam et se dicit nisi quod spiritus sanctus per omnes civitates protestatur mihi
dicens quoniam vincula et tribulationes me manent. Aperte ostendit quia ea quae ipsi futura essent aliis de ipso revelata erant,
non autem ipsi de se, sicut de illo per alium dicitur: Virum cuius haec zona est ita alligabunt in Ierusalem. Aliquando autem prophetiae spiritus
tangit ex futuro nec tangit ex praeterito, sicut de Helisei facto scriptum est, quia cum unus ex filiis prophetarum materiam succideret,
ferrum in aquam cecidit. Qui exclamavit: Heu heu domine mi, et hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo dei: Ubi
cecidit? At ille monstravit ei locum. Praecidit ergo lignum et misit illuc, natavitque ferrum. In quo videlicet prophetae facto cognoscitur
quia qui requirit ubi cecidisset ignorabat, prophetiae spiritus de praeterito non tangebat, qui et scire ut praefinibus dimersum quia revocaturus
ergo spiritus Helisei mentem ex futuro tetigerat, sed ex praeterito non tangebat, quia et sciri potuit quid esset facturus, sed ubi cecidit omnino nesciunt. Aliquando vero prophetiae spiritus in praesenti ex parte tangit et ex parte
esset ad superficiem scire potuit, sed ubi cecidit omnino nesciunt. Aliquando vero prophetiae spiritus in praesenti ex parte tangit et ex parte
non tangit, quod Petri apostoli historia testatur. Cum missi ad eum a Cornelio milites ei sunt per spiritum nuntiati. Scriptum quippe est:
Dixit spiritus ei: Ecce viri tres quaerunt te. Ad quos ille descendit et requirens dixit: Quae causa est propter quam venistis? In
praesenti ergo mentem Petri spiritus
tunc verbis ostendit, quia eandem causam per spiritum non audierat, quam a militibus requirebat. Aliquando vero spiritus
et ex parte tetigit et ex parte non tetigit, qui et adesse milites dixit, et pro qua causa venerant tacuit. Aliquando vero spiritus
prophetiae in futuro ex parte tangit et ex parte non tangit, sicut filiis prophetarum de auferendo Helia ad Heliseum dicunt: Numquid nosti
quia hodie dominus tollat dominum tuum a te? Quo tamen ablato, sese per diversa dispergunt eum quaerentes etiam in rupibus et vallibus, quem
In futuro ergo mentes prophetiae spiritus et ex parte tetigerat et ex parte minime tangebat, quem cum quaerere tollendum noverant, non
inveniendum quaerebant. Ex parte itaque tacti sunt atque ex parte non tacti, qui et sciebant quod tolli posset et nesciebant quod
inveniri non posset. Idem quoque Heliseus per prophetiae spiritum de futuro ex parte tactus erat, et ex parte non tactus, cum regi Israel diceret:
Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus et stetisset, iratus est contra eum vir dei et ait: Si percussisses quinquies
aut sexies sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem; nunc autem tribus vicibus percuties eam. Qui nam noverat quia
quoties percuteret terram, toties percussisset Syriam, sed cum ei diceret percute terram, quoties eam percussurus esset ignorabat.
Profecto constat quia de futuro ex parte tactus fuerat, ex parte non tactus.
Cumque quia et indignatus est terram tantum tribus vicibus fuisse percussam. Sic Samuel cum ad ungendum David a domino mitteretur, videlicet
qui Syriam percuti praedixit, sed terram percuti amplius voluit. Sic Samuel cum ad ungendum David a domino mitteretur, dixit
nec tamen a Saule occisus est. Ex parte ergo de
futuro tactus prophetiae animus fuerat et ex parte non tactus, qui et ungendum David in regno noverat, et quia a Saule non
esset occidendus ignorabat. Sciendum quoque est quod prophetiae quosdam ex proximo tangit atque e longinquo minime tangit. Alios
vero e longinquo et non tangit ex proximo. Alios autem e longinquo et ex proximo prophetiae spiritus tangit. Nam quosdam
tangit ex proximo et non e longinquo, sicut Samuel perditas asinas noverat, eas quoque inventas esse nuntiabat,
sed quia post regis electum futurum sit non praedicat. Saul regem futurum praedicat. David quoque quia in eius regno succederet nuntiavit.
Quosdam vero tangit e longinquo et non tangit ex proximo, sicut in fide David incarnandum unigenitum dei noverat,
et quem de mea dicens hoc natus est in ea et ipse fundavit eam altissimus, atque hunc ad caelos ascensurum et ad patris dexteram
sessurum intelligit dicens: Dixit dominus domino meo: Sede a dextris meis; et tamen multa quae e vicino acta sunt minime praevidit
ut enim pauca de multis loquamur, filium Miphiboseth apud eum dominum suum mentientem non intellexit et Amasam praeferens
dixit: Haec faciat mihi deus et haec addat, si non magister militiae fueris coram me omni tempore pro Ioab; quod videlicet sequentem iudicio
quia idem Amasa non solum principatum militiae pro Ioab non susciperet, sed et per Ioab post paululum vitam finiret.

Et cum templum Deo construere voluit, quid eventus sequeretur nesciens, prophetam Nathan requisivit. Aliquando vero e longinquo tan-
gitur et e proximo, sicut Isaias longe post futura praenuntiat dicens: Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur
nomen eius Emmanuel. De quo rursus ait: Parvulus natus est nobis et filius datus est nobis et vocabitur nomen eius
Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri saeculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis.
Cum etiam de Ezechia rege prophetiae spiritu tactus e vicino quia de infirmitate sua surgeret praedixit, et quot annos post
infirmitatem viveret nuntiavit. Aliquando vero prophetiae spiritus prophetis deest, nec semper eorum mentibus praesto est, quatenus cum hunc non
habent, se hunc cognoscant ex dono habere cum habent. Unde Heliseus cum flentem Sunamitem mulierem a suis pedibus per
Giezi puerum accedentem prohiberet, dixit: Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, et Dominus celavit a me et non indicavit
mihi. Cum Iosaphat de futuris requireret et prophetiae ei spiritus deesset, psaltem fecit applicari, ut prophetiae
ad hunc spiritus per laudem psalmodiae descenderet atque eius animum de venturis repleret. Vox etenim psalmodiae cum per
intentionem cordis agitur, per hanc omnipotenti Domino ad cor iter paratur, ut intentae menti vel prophetiae mysteria
vel compunctionis gratiam infundat. Unde scriptum est: Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter est quo ostendam illi
salutare Dei. Quod enim Latine salutare, hoc Hebraice Ihesus dicitur. In sacrificio ergo laudis fit in Ihesum iter ostensionis,
quia dum per psalmodiam compunctio effunditur, via nobis in corde fit per quam ad Ihesum in fine pervenitur, sicut ipse
de sua ostensione loquitur dicens: Qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum.
Hinc quoque scriptum est: Cantate Domino, psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen
ei. Ipse etenim super occasum ascendit, qui mortem resurgendo calcavit. Cui dum cantamus iter facimus, ut ad nostrum
cor veniat et sui nos amoris gratia accendat. Quia ergo prophetis prophetiae spiritus non semper adest, etiam vir Dei
indicat, qui contra Samariam missus mala quae erant ventura nuntiavit. Cum tamen prohibitus in via a Domino comedere,
prophetae falsi persuasione deceptus est. Quem fallax sermo non deciperet, si prophetiae spiritum praesentem habuisset. Sanctorum
quoque est quod aliqui prophetae, sciti dum consuluntur, ex magno usu prophetandi quaedam ex suo spiritu proferunt, et se haec ex
prophetiae spiritu dicere suspicantur. Sed quia sancti sunt, per sanctum spiritum citius correpti, ab eo quae vera sunt audiunt, et se-
metipsos quia falsa dixerunt reprehendunt. Nathan etenim prophetam sanctum virum fuisse quis nesciat? qui David regem
et de culpa aperte reprehendit, et quae ei pro culpa eadem essent ventura nuntiavit. Qui tamen dum isdem David quia
templum Deo vellet construere requisisset, illico ait: Omne quod est in corde tuo vade et fac, quia Dominus tecum est.
De quo illic statim subditur: Factum est autem nocte illa, et ecce sermo Domini ad Nathan dicens: Vade, loquere ad servum
meum David: Haec dicit Dominus Deus: Numquid tu aedificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitavi in domo
ex die qua eduxi filios Israel de terra Aegypti usque in diem hanc. Et paulo post: Cum completi fuerint dies tui
et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te quod egredietur de utero tuo et firmabo regnum eius;
ipse aedificabit domum nomini meo. Ecce Nathan propheta, qui prius regi dixerat Vade et fac, ipse postmodum per
prophetiae spiritum edoctus hoc fieri non posse denuntiavit, et regis consiliis et suis sermonibus contradixit, quia quod ex suo
spiritu dixerat, falsum fuisse reprehendit. Quia inter prophetas veros et falsos ista distantia est, quod prophetae veri si quid
aliquando per suum spiritum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per sanctum spiritum eruditi citius corrigunt; prophetae autem falsi et falsa
denuntiant et alieni a sancto spiritu in sua falsitate perdurant. Consideratis igitur prophetiae temporibus et modis, intueri libet
qualiter omnipotens Deus ad profectum hominum vitae suae moderamina dispensat. Israeliticus quippe populus conditori suo
deliquerat, et ideo regi Babylonico in captivitate serviebat. Cum quo tamen Ezechiel propheta in captivitate mittitur,
quem divina gratia ita ibi placabiliorem fecerat, ut per eum ventura quaeque praediceret et afflicti populi mentem consolari
dignaretur. Consideremus ergo, si possumus, quanta est dispensatio supernae pietatis, quia sic iratus est populo suo Dominus ut
tamen non omnimodo vastaret. Nam si iratus non esset, in captivitate populum minime tradidisset. Et si omnino iratus
esset, electos suos in captivitate cum illo non mitteret. Sed agit hoc divina misericordia, ut ex una eademque re, ex qua
carnalibus dat flagellum, ex ea spiritalibus virtutis praestet incrementum. Cumque illos per tribulationem purgat, istos ex so-
cietate tribulationum ad maiora praemia provocat, et sic iuste irascitur ut tamen corda per iustorum consortium con-
soletur, ne se omnimodo deserat, ne post culpas ad poenam redeat. Tenendo igitur repellit et repellendo tenet,
quando cum his quos diiudicat, illos in tribulatione mittit quos amat. Cuius ista tante pietatis viscera pensare suf-
ficiat, et quod culpas populi Dominus sine vindicta non deserit, quod tamen delinquentem et populum a se funditus non repellit. Sic enim
Moyses ad repromissionis terram exploratores XII misisset, ex quibus cum X postmodum desperationem populo fecerunt, isdem populus
in ira murmurationis accensus seductum se a Domino esse conquestus est, ut eius cadavera iacerent in deserto. Cui superbe Dominus
iratus dixit quod nullus eorum terram repromissionis intraret. Quo terrore compuncti, sine se egisse cognoverunt, sese in lacrimis
afflixerunt et accincti bellicis armis protinus coeperunt contra hostes ascendere, ut repromissionis terram post lacrimas intrare
potuissent. Quibus per Moysen Dominus dixit: Dic eis: Nolite ascendere neque pugnetis, non enim sum vobiscum, ne cadatis
coram inimicis vestris. Quia in re pensandum est, si cum ipsis non erat, cur eos ne caderent ascendere prohibebat? Si autem
cum ipsis erat, quid est quod ait: Non sum vobiscum? Sed miro dispensationis disciplinae actum est, et cum ipsis erat et cum
ipsis non erat. Cum ipsis non erat ut vincerent, sed cum ipsis erat ne ab hostibus perirent. O ineffabilia pietatis viscera!
culpas insequitur et tamen paenitentes protegit, iratum se indicat et tamen ab hostibus defendit. Sic plerumque parvulo filio

delinquenti irascitur mater, reprehendit, increpat, verberat ac si non diligeret. Sed si hunc in praeceps ire conspiciat, ubi mortis
in periculum ruat, manum tendit et retinet. Et que sic irata verberavit ac si non diligeret, sic diligendo retinet ac si
irata non verberasset. Hec in sola prefatione colloquentes namque intra quasi intra portum concitati steteramus, ut ad inda-
ganda prophetie mysteria velut in immensitatem pelagi post vela pandamus. Sed tamen non in nostra virtute presumimus,
sed in eo qui linguas infantium facit disertas, quia spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia
scientiam habet vocis. Omnipotens enim Deus sermo patris omnipotens est, et qui de illo loqui concupiscimus, muti in illo nullo modo
erimus. Dabit verba verba omnipotens verbum, quod pro nobis incarnatum vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum. Amen. / Omelia secunda

Usus prophetice locutionis est ut prius personas, tempus, locum quoque describat, et postmodum dicere mysteria prophetie inci-
piat, quatenus ad veritatem solidius ostendendam ante hystorie radicem figat, et post fructus spiritus per
signa et allegorias proferat. Ezechiel itaque etatis sue tempus indicat dicens: Et factum est in tricesimo anno
in quinto mense in quinta mensis. Locum quoque denuntians adiungit: Cum essem in medio captivorum iuxta flumen Chobar
aperti sunt celi et vidi visiones Dei. Tempus captivitatis etiam insinuat subdens: In quinta mensis, ipse est annus quintus trans-
migrationis regis Ioachim. Qui ut suam personam indicet, etiam genus narrat cum subditur: Et factum est verbum Domini ad Eze-
chiel filium Buzi sacerdotem. Sed prima nobis questio oritur: cur is qui nichil adhuc dixerat, ita exorsus est dicens:
Et factum est in tricesimo anno. Nam sermo coniunctionis est, et scimus quia non coniungitur sermo subsequens nisi sermoni pre-
cedenti. Cum igitur nichil dixerat, cur dicit: Et factum est, cum non sit sermo cui hoc quod incipit subiungat? Qua in re intuendum
est quia sicut nos corporalia, sic prophete spiritualia aspiciunt, eisque et illa sunt presentia que nostre ignorantie absentia
videntur. Unde fit ut in mente prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interiora, quatenus simul utraque videant, simulque in eis
fiat et intus verbum quod audiunt et foris quod dicunt. Patet igitur causa cur qui nichil dixerat inchoavit dicens:
Et factum est in tricesimo anno, quia hoc verbum quod foris protulit illi verbo quod intus audierat coniunxit. Continuavit er-
go verba que foris protulit visioni interne, et ideo incipit dicens: Et factum est. Subiungit enim hoc quod exterius
loqui inchoat ac si et illud foris sit quod intus videt. Hoc autem quod dicitur quia tricesimo anno spiritum prophetie accepit,
indicat nobis aliquid considerandum, videlicet quia iuxta rationis usum doctrine sermo non suppetit nisi in etate perfecta. Unde et ipse
Dominus anno duodecimo etatis sue in medio doctorum in templo sedens non docens sed interrogans voluit inveniri. Ut
enim non auderent homines in infirma etate predicare, ille anno duodecimo etatis sue interrogare homines est dignatus in terra,
qui per divinitatem suam semper angelos docet in celo. Quia enim ipse est Dei sapientia, de ipso angeli videndo vivunt hoc
quoque beatitudine eterna satiantur. Quod Moyses quoque sub allegorie mysterio admonet dicens: Non arabis in primogenito bovis.
Primogenitum enim bovis accipimus in infirma etate primum nostri temporis bonam operationem, in qua tunc arandum non est, quia
cum prima sunt adolescentie vel iuventutis nostre tempora, nobis adhuc a predicatione cessandum est, ut vomer lingue nostre
proscindere non audeat terram cordis alieni. Quousque etenim infirmi sumus, continere nos intra nosmetipsos debemus,
ne dum tenera bona citius ostendimus amittamus. Quia et arbusta plantata si prius in terra radicata non fuerint,
manu tacta citius arescunt. At si semel radicem fixerint, manus tangit et tamen nil afficit, venti impellunt nec
tamen impellentes ledunt. Et constructi parietes si impellantur eruuntur, nisi a suo prius fuerint humore siccati. Mens
itaque quousque ab humore pravitatis sue perfecte non fuit excoctata, aliene lingue manu tangi non debet, ne prius quam
plene percipiat soliditatem suam, ne impulsa ruat, ne velut arbustum sine radicibus dum plus quam tolerare
valeat concutitur arescat. Ad exemplum ergo non sunt ostendenda nisi que firma sunt. Prius etenim convalescere debemus
atque ad utilitatem proximorum postmodum demonstrari, cum iam nec per laudem elevata corruat, nec per vituperationem
percussa contabescat. Nam et si Timotheo dicitur: Precipe hec et doce, et cohortatur: Nemo adolescentiam tuam contempnat, sciendum dicit
est quia in sacro eloquio nonnumquam adolescens iuvenis vocatur. Unde scriptum est: Letare iuvenis in adolescentia tua.
Propheta igitur ut ostendat cum auctoritas sit in predicatione etatis solide esse debere, quibus et tunc vita et spiritus omnia que
ad predicandum cogitur convenire videantur. Nec conturbet quempiam quod dicitur quia Ieremias atque Daniel prophete
spiritum pueri perceperunt, quia miracula per exemplum operationis non sunt trahenda. Omnipotens enim Deus et linguas
infantium facit disertas, et ex ore infantium atque lactentium perficit laudem. Sed aliud est quod nos doctrine usu atque dis-
ciplina discimus, aliud quod de miraculo scimus. Quamvis et si queritur ut in ipsa quoque etatis illius expressione mysticum aliquid
designet, absurdum non est, quia propheta Dominum cuius verbis deserviebat ipso quoque etatis sue tempore designet ostendat. Anno
tricesimo Ezechieli prophete celi aperti sunt et vidit visiones Dei iuxta flumen Chobar, quia et quasi anno tricesimo
etatis sue Dominus ad flumen Iordanis venit. Ibi itaque celi aperti sunt, quia spiritus in columba descendit, vox quoque de
celo sonuit dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Sed et ipsa Hebrea verba multum nobis
ad mysterium interpretanda valent. Nam Chobar interpretatur gravitudo vel gravitas, Ezechiel fortitudo Dei, Buzi despectus
vel contemptus, Chaldei captivantes vel quasi demones. Venit ergo Ezechiel iuxta flumen Chobar. Quia enim Chobar
gravitudo vel gravitas dicitur, quid per Chobar flumen nisi humanum genus congrue designatur, quod ab ortu defluit ad
mortem, et grave est ex peccatis que perpetrat et portat? Quia sicut scriptum est: Iniquitas in talentum plumbi sedet.
Omne enim peccatum grave est, quia non permittit animam ad sublimia levari. Unde et per psalmistam dicitur: Filii hominum
usquequo gravi corde? Scriptum vero de Domino est quia ipse est Dei virtus et sapientia. Venit ergo Ezechiel iuxta flumen Chobar,
quia fortitudo Dei per incarnationis sue mysterium propinquare dignata est peccatorum suorum pondera portanti generi
humano, quod ab ortu suo quotidie defluit ad mortem. Sicut de illo et per psalmistam dicitur: Et erit tamquam lignum
quod plantatum est secus decursus aquarum. Iuxta decursus quippe aquarum plantatus est, quia iuxta lapsus
incarnatus est et defluentium populorum. Ezechiel autem fortitudo Dei, Buzi vero despectus interpretari diximus

Sed ezechiel filius est buzi, quia ex illo populo unigenitus incarnari dignatus est, quem propter culpam perfidie sue despexit.
Fortitudo ergo dei ex contemptu vel despectu nascitur, quia redemptor noster humanitatem assumere de populo perfido et con-
tempto dignatus est. Venit vero in terram chaldeorum. Chaldei interpretantur ut diximus captivantes vel quasi demones. Iniqui
etenim qui et ipsi iniquitates perpetrant et ad iniquitatem alios persuadendo pertrahunt, iure captivantes sunt. Qui recte quoque
et quasi demones interpretantur, quia hii qui et alios ad iniquitatem suadendo trahunt, in semetipsis ministerium demonum ad iniqui-
tatem susceperunt, quamvis demones per naturam non sint. Venit ergo fortitudo dei in terram chaldeorum, quia inter eos unigenitus
dei patris apparuit qui de semetipsis ad peccatum defluxerant et ad peccata alios captivantes trahebant. Sed exponens
sermo ad prophete iam redeat personam. Et facta est super eum ibi manus domini. Manus vel brachium domini filius dicitur quia
per ipsum omnia facta sunt. De quo etiam psalmista ait: Fiat manus tua ut salvum me faciat. Manus quippe dei
que per divinitatem non est facta sed genita, per humanitatem facta est ut humani generis vulnera sanaret. Ibi ergo propheta
incarnacionem unigeniti agnovit ubi super se manum domini factam vidit. Quid vero hic subditur? Et vidi et ecce ventus
turbinis veniebat ab aquilone. Intuendus nobis est quis sit in prophete verbis ordo locucionis. Qui enim superius
de seipso dixerat: Aperti sunt celi et vidi visiones dei, postea tamquam si de alio narraret adiungit: Et facta est super
eum ibi manus domini, ac deinde quasi ad se redit et dicit: Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone.
Quid est hoc quod ezechiel modo loquitur, modo de ezechiele? Si per totum diceret de se, questio non esset. Si per totum
diceret quasi de alio, nichilominus questio non fuisset. Quid igitur est hoc quod sic narrat sermo propheticus, ut modo propheta de se
loquatur, modo autem de seipso quasi alio loqui videatur? Sed sciendum est quia hii qui prophetie spiritu replentur, per hoc quod aperte
nonnumquam loquuntur de se et nonnumquam de aliis proferunt, indicant quia non propheta sed sanctus spiritus loquitur per prophetam. Pro eo
enim quod per ipsos sermo fit, ipsi locuti sunt de se, et pro eo quod aspirante spiritu sancto locuti, idem sanctus spiritus per ipsos loquitur
de ipsis, veritate attestante que dicit: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Hinc etiam
moyses ait: Erat moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Qui enim dicit non dixit eram sed erat,
profecto aperte indicat quia is qui per illum de illo loquebatur alius erat. Hinc iohannes ait: Vidit illum discipulum quem diligebat
ihesus. Unde et paulus, ut non se esse qui loquebatur ostenderet, dixit: An experimentum queritis eius qui in me loquitur christus?
Quia ergo in locucione prophetica alter est qui presidet, alter qui obsequitur, cum de seipso propheta loquitur, persona obsequentis est.
Cum vero per prophetam spiritus loquitur, sublimitas presidentis ostenditur. Recte ergo tamquam de alio dicitur: Facta est super eum ibi
manus domini, et de se protinus adiungit: Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Nunc itaque discutiendum
nobis est quid sit quod dicitur: Et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone et nubes magna. Pro eo quod ventus
aquilo constringit in frigore, non incongrue aquilonis nomine torpor maligni spiritus designatur. Quod ysaias quoque
propheta testatur, qui diversa dyaboli denuntiat dicens: Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Malignus enim
spiritus montem testamenti tenuit, quia ad incarnacionem populum qui legem acceperat sibi in perfidia subiugavit. Quia enim do-
ctorum corda tenet, montem testamenti dyabolus possidet. Qui etiam in lateribus aquilonis sedet, quia mentes hominum frigi-
das possidet. Unde et sponsi voce in cantico canticorum dicitur: Surge aquilo et veni auster, perfla ortum meum et fluant
aromata illius. Cum enim iubente deo spiritus frigidus recedit, calidus spiritus mentem fidelium occupat qui ortum dei
id est sanctam ecclesiam perflat ut opiniones virtutum eius ad multorum noticiam velut aromata defluant. Recedente etenim aqui-
lone id est maligno spiritu, spiritus sanctus mentem quasi auster replet, qui dum calefaciendo flaverit, statim de fidelium cordibus
aromata virtutum fluunt. Propheta ergo ea que essent in fine ventura conspiciens, venire ab aquilone ventum turbinis
vidit, quia in extremo seculo mentes hominum torporis sui frigore malignus spiritus generaliter occupabit. Unde scriptum est: Ve terre
et mari, quia descendit dyabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Antiquus quippe adversarius
insidiarum suarum volumina in humanis mentibus gravius coaggeravit, cum tunc crescente superbia incarnati manifesta
est humilitas dei, atque ut humanum genus a suo languore sanaret, tunc magna apparuit potentia medici, cum
languor crevit egroti. Bene autem maligni spiritus immissio ventus turbinis appellatur. Turbo quippe edi-
ficium quod tangit concutiendo subruit, et omnis antiqui hostis temptacio que agitur in mente ventus est turbinis,
quia hanc concutiendo per desideria ab statu sue rectitudinis evellit. Sed nos ista reticentes que humano generi erant ab
hoste callido in fine ventura, ad solam iudeam ex qua propheta fuit et eius perditionem prophetando conspicit verba vertamus.
Que incarnato domino tanto gravius ab aquilone ventum turbinis pertulit, quanto a sua rectitudine concussa cadens per
torporem mentis in perfidia frigida remansit. Ventus ergo turbinis ab aquilone venit cum vitam incarnati populi ma-
lignus spiritus in temptacione concussit. Ubi et recte additur: Et nubes magna, quia quanto quisque plus obduratus sit
in crudelitate, tanto amplius obcecari meruit in ignorantie sue caligine. Redemptorem quippe humani generis
quem in lege ac prophetis intelligentes expectaverant, videntes negabant. Unde actum est ut eorum mens magna igno-
rantie sue nube tegeretur, ne hunc post insurrectionem agnoscerent quem prius et denuntiare potuerunt et amare renue-
bant. Hanc cum modo eius virtutes et miracula, modo autem passiones, magna ab aquilone veniebat ex peccati sui frigore
propter infirmitatem passionis illius et inter signa caligabat. Quid vero ex illa nubis magne caligine sit secutum
subiungitur cum protinus dicit: Et ignis involvens. Ignis enim nomine per scripturam dicitur aliquando spiritus sanctus, aliquando autem mentis ma-
licia designatur. De bono enim igne scriptum est: Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut accendatur? Ignis
quippe in terram mittitur cum per ardorem sancti spiritus afflata terrena mens a carnalibus suis desideriis concrematur.
De malo autem igne dicitur: Et nunc ignis adversarios consumit, quia cor pessimum ex sua malicia tabescit. Sicut
autem ignis amoris mentem erigit, ita ignis malicie involvit, quia et sanctus spiritus cor quod replet elevat, et
ardor malicie ad inferiora semper inclinat. Iudea ergo nube sue ignorantie cecata quia mox ad persecucionis

nequicia erupit, igne suo conclusa est, que in obligatione sue nequicie perdendi ipsam crudelitatem qua arsit implicantur.
Ventus ergo turbinis veniebat ab aquilone et nubes magna et ignis involvens. quia ex torporis sui frigore ad igno
rancie sue caligine perducta usque ad maliciam persecucionis erupit. Unde ad alium quoque prophetam dicitur: Quid tu vides? Qui ilico
respondit: Ollam succensam ego video et faciem eius a facie aquilonis. Iudeorum quippe mens in persecucionem seviens atque
in crudelitate malicie undas cogitacionum volvens, quid aliud quam olla succensa fuit? Cuius faciem a facie aqui
lonis esse dicit, quia si se adverso spiritui per torporem mentis non subderet, contra bonos in tanta malicia non arsisset. Unde
itaque sequitur: ignis involvens. quia in eius cecitate mentis secuta est crudelitas persecucionis. Si enim cognovissent,
nunquam dominum glorie crucifixissent. Sed iste ignis alibi arsit atque alibi splenduit. Nam subditur: Et splendor in circuitu
eius. Unde enim persecucio in Iudea agitur, sancta predicacio apostolorum in universo mundo dispersa est, sicut ipsi dicunt: Vobis
missum fuerat verbum dei, sed quia indignos vos iudicastis, ecce imus ad gentes. De crudelitate ergo malicie que mentem
Iudee concremavit, omnipotens deus lucem gentibus sparsit, quia per hoc quod illa redemptorem suum ac membra eius perse
cuta est, sanctis apostolis per diversa dispersis, nos qui in Iudee circuitu positi in tenebris fuimus, dono celestis gracie splen
dorem vere lucis vidimus. Unde scriptum est: Sedentibus in tenebris et in umbra mortis lux orta est eis. Iste itaque
ignis malicie qui a Iudeorum cordibus arsit in persecucionem prius quam sanctos apostolos persequendo affligeret, in ipso concurrit
auctore ac redemptore generis humani. Unde et subditur: Et de medio ignis quasi species electri. Quid electri species
nisi Christus Ihesus mediator dei et hominum designatur? Electrum quippe ex auro et argento est. In electro dum aurum
argentumque miscetur, argentum ad claritatem crescit, aurum vero a suo fulgore pallescit. Illud ad claritatem proficit,
hoc ad claritatem temperatur. Quia ergo in unigenito dei filio nature divinitatis unita est natura nostra, in qua adunacione
humanitas in maiestatis gloria excrevit, divinitas vero a sui fulgoris potencia humanis se oculis temperavit, per hoc quod huma
na clarior facta est, quasi per aurum crevit argentum. Et quia divinitas a fulgore suo nostris est aspectibus temperata, quasi
aurum nobis palluit, argentum crevit. Illa enim natura immutabilis que in se manens innovat omnia, si ita ut est nobis
apparere voluisset, fulgore suo nos incenderet potius quam renovaret. Sed claritatem sue magnitudinis temperavit nostris
oculis deus, ut dum nobis eius claritas temperatur, etiam nostra infirmitas per eius similitudinem in eius luce claresceret,
et per acceptam graciam ut ita dicam sue similitudinis colorem mutaret. Cum electrum ergo in igne est, deus homo factus in per
secucione. Sequitur: Et in medio eius similitudo quatuor animalium. Et in medio eius dicitur, sive electri sive ignis, non obstat
intelligi. Quatuor animalia sancti evangeliste, et ex eisdem dominice incarnacionis ad fidei virtutem solidati sunt
et in igne persecucionis multis tribulacionibus afflicti. Et si quis hec que de primo domini adventu diximus, etiam de secundo
velit accipere, celeri sensu sequendum est, quia sepe prophetie spiritu in uno quod loquitur multa simul intuetur. Ventus enim tur
binis ab aquilone venit, quia iniquitas peccatorum compungit ut districti iudicii concussio omnia simul elementa perturbet. Turbo
enim perturbacionis ultricem unde venire dicitur, unde generatur. Nam quia ad feriendas frigidas peccatorum mentes iudicium
perturbacionis ultricis agitur, recte ab aquilone ventus turbinis venire perhibetur. Que vero concussio apte ventus
turbinis dicitur, quia in illo die cunctorum qui tunc in carne mortali inventi fuerint in pavore nimio corda convo
luentur. Tunc enim cepit impleri quod scriptum est: Sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum et stelle cadent
de celo et virtutes celorum commovebuntur. Que mens erit hominis eterni iudicis faciem non formidantis? Ibi enim tunc
cuncta simul peccata ante oculos redeunt, ibi omnia que cum delectacione acta sunt ad memoriam cum pavore revocantur, ibi
caligo cogitacionis miserie ex pene proxime dampnacionis. Unde et subditur: Et nubes magna. Tunc quippe
ex peccatorum memoria sensum mentis deprimit caligo cecitatis, cum unigenitum dei filium in forma divinitatis conspicere
reprobi non permittuntur. Videbunt enim in quem transfixerunt, et tollatur impius ne videat gloriam dei. Unde et apte
subditur: Et ignis involvens. quia videlicet ignis ille iudicii qui celum aerem et terram concremat, peccatores iam in sua su
perbia non permittit erigi, sed involvit quos procul dubio in pene sue dampnacione constringit. Et splendor in circuitu
eius. quia sicut fulgur exit ab oriente et paret usque ad occidentem, ita erit adventus filii hominis. Ubi nullus tunc
a iudicio in sua mente letari permittitur, quia ipsius iudicis fulgore penetratur. In quo mox iudice subditur:
Et de medio eius quasi species electri, id est de medio ignis. Ipse enim angelis atque archangelis omnibusque virtutibus pre
sidens redemptor noster, qui velut in electri similitudine unus ex utroque et in utroque unus et deus permansit, ad pre
ad redempcionem nostram factus est mortalis cum hominibus, in suo throno tunc videbitur. Et quia ignis iudicii in reproborum
vindicta famulatur, hinc propheta ait: Deus manifeste veniet, deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu eius arde
bit et in circuitu eius tempestas valida. Hinc Petrus apostolus dicit: Adveniet dies domini ut fur, in quo celi impe
tu magno transient, elementa vero ignis ardore solventur. Et quia tunc sancti omnes qui modo perfecte reliquerunt, iudices
venient, apte mox subditur: Et in medio eius similitudo quatuor animalium. Quid enim per quatuor animalia nisi quatuor evangeliste
signantur? Hoc dicto per evangelistas numerus perfectorum omnium comprehenditur, quia omnes qui in ecclesia modo perfecti sunt
perfectionis sue rectitudinem per eorum eruditionem didicerunt. De medio enim eius similitudo quatuor animalium, quia illi tunc eius corpori
uniti, eius maiestati coniuncti et simul facti cum eo iudices videbuntur, qui modo perfecta opera iuxta evangelica
precepta secuti sunt. Hinc est enim quod ipsis sanctis apostolis dicitur: Vos qui secuti estis me, in regeneracione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Hinc Ysaias ait: Dominus ad iu
dicium veniet cum senioribus populi sui. Hinc Salomon de ecclesia loquitur dicens: Nobilis in portis vir eius, cum sederit
cum senatoribus terre. Hec itaque sub brevitate transcurrens, adventus primi ordine sic recepimus, quesivimus; ad evan
gelistarum personas in exposicione redeamus. Sequitur: Et hic aspectus eorum, similitudo hominis erat in eis. Quis
hoc loco homo describitur nisi ille de quo scriptum est: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse

se equalem deo sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus est ut homo. Sic itaque
et alia ut surgere ad summitatis uirtute ualeat, ad huius hominis similitudinem tendunt. Sancta enim non essent, si huius hominis similitudinem
non haberent. Cum namque in eis de uisceribus pietatis, quemque de mansuetudine spiritus, quemque de zelo rectitudinis, quemque de
custodia humilitatis, quemque de feruore caritatis est, hoc ab ipso fonte misericordie et ab ipsa radice mansuetudinis et ab ipsa
uirtute iustitie, id est a mediatore dei et hominum deo duce traxerunt. Huius se hominis similitudinem habere egregius predicator
dicens ostendit: Imitatores mei estote sicut et ego Christi. Ad eius similitudinem nos surgere admonet cum dicit: Primus
homo de terra terrenus, secundus homo de celo celestis. Sicut portauimus ymaginem terreni, portemus et ymaginem eius qui de
celo descendit. Electus etenim quisque adtunc ad similitudinem huius hominis ducitur, cum in uita sua redemptoris imitatur.
Nam ab eius mandatis atque operibus discordare, quid est aliud quam a similitudine longe recedere? Plangunt ad uitam
delinquentium predicatores sancti, sicut de ipso nostro capite scriptum est quia fleuit super urbem. Gaudent de bonis actibus subditorum (actibus
et recte operantes diligunt, sicut de redemptore nostro scriptum est quia cum adolescens quidam diceret: Hec omnia custodiui a
iuuentute mea, magis dilexit eum. Portant illatas contumelias predicatores sancti et nullam ab iniuria contumeliam reddunt,
sicut cum redemptori nostro diceretur: Demonium habes, non iniuriam reddidit, sed mansuete uidetur dicens: ego demonium non habeo.
Feruent zelo rectitudinis predicatores sancti, sicut redemptor omnium flagello de resticulis facto uendentes et ementes eie-
cit de templo, cathedras uendentium columbas subuertit et nummulariorum effudit es. In omne quod fortiter agunt
humilitatem tota intentione custodiunt, sicut per redemptorem nostrum dicitur: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Persecuto-
res suos diligunt predicatores sancti, sicut ipse auctor omnium ac redemptor in passione positus pro persecutoribus intercessit
dicens: Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Chebra sua posuit in passione et pro fidelibus et pro electorum uita
usque ad mortem se tradidit auctor uite. Dicatur ergo de sanctis animalibus quia similitudo hominis in eis est, quia quod sancta quatuor sunt
hoc in eis de specie similitudinis est, id est de uirtute imitationis. Caput quippe omnium nostrum redemptor noster est, quod per Salomonem
dicitur: Oculi sapientis in capite eius, stultus autem in tenebris ambulat. Qui enim in capite oculos habemus, cum ad uitam
redemptoris nostri tanta cogitatione se erigit, ne uias suas aspicere oculus neglexerit, statim clausus in tenebris — aspicere cum oculus nostra intentio in eius intentione
erroris cadat. Ad huius similitudinem hominis surgere festinabat propheta cum diceret: In mandatis tuis me exercebo et con-
siderabo uias tuas. Qui enim etenim uias domini tacita in mente considerat et sese exercere mandatis illius festinat, quid
aliud in semetipso nisi ymaginem noui hominis reformat? Quod quia in sanctorum cordibus incessanter agitur, recte
nunc de animalibus dicitur: similitudo hominis in eis. Post hanc uero similitudinem que nunc in moribus tenetur, quique ad similitudinem
glorie peruenient. Hinc etenim Iohannes dicit: Nunc filii dei sumus et nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quia cum appa-
ruerit similes ei erimus. Cum modo unde hoc sit ualeat adiungit dicens: Quoniam uidebimus eum sicuti est. Esse etenim dei
est eternum hunc atque incommutabilem permanere. Nam omne quod mutatur desinit esse quod fuit et incipit esse quod non
fuit. Dei uero esse est desinit numquam esse. Unde ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum, et: Dices filiis Israel: Qui est
misit me ad uos. Iacobus quoque ait: Apud quem non est transmutatio nec uicissitudinis obumbratio. Itaque per Iohannem
dicitur: Similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est, quia per hoc quod aspicimus eius eternitatem nature, a mutabilitate nostra
liberati figimur in eternitate. Inmutabimur quippe in ipso quem uidebimus, quia morte carebimus uidendo uitam,
mutabilitatem nostram transcendemus uidendo inmutabilem, corruptione nulla tenebimur uidendo incorruptionem.
Erit autem tunc similitudo hominis etiam in corporibus nostris. Hinc enim per Paulum dicitur: Nostra conuersatio in celis est, unde etiam
saluatorem expectamus dominum Ihesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue.
Erunt ergo tunc electorum corpora claritati dominici corporis configurata, que etsi equalitatem glorie eius non habent per natu-
ram similitudinem tamen configurationis eius habebunt per gratiam. Prima itaque per similitudinem similitudo uite eius nunc in moribus
trahitur electorum et in resurrectione sequitur similitudo eternitatis in mente, quia uidebimus eum sicuti est, et quod similitudinem
quoque illic etiam corpora nostra percipient in configuratione. Dicatur recte de sanctis animalibus: similitudo hominis in eis. Hec nos
in expositionis exordio prelibasse sufficiat, ut loquendi uires silentio refocillata ad indaganda mystica que
secuntur robustior exurgat. Certi etenim sumus quia ipsum de quo loquimur habemus adiutorem, qui uiuit et
regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen. Omelia tertia 3

Sancta quatuor animalia que prophete spiritu futura preuident, subtili narratione describuntur cum dicitur: Quatuor
facies uni et quatuor penne uni. Quid per faciem nisi notitia et quid per pennam nisi uolatus exprimitur?
Per faciem quippe unusquisque cognoscitur, per pennam uero in altum auium corpora subleuantur. Facies itaque
ad fidem pertinet, penna ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotente deo cognoscimur, sicut ipse de suis
ouibus dicit: Ego sum pastor bonus et cognosco meas et cognoscunt me mee. Qui rursus ait: Ego scio quos
elegerim. Per contemplationem uero qua super nosipsos tollimur quasi in aere leuamur. Quatuor ergo facies
uni sunt, quia si requiras quid Matheus de incarnatione domini sentiat, hoc idem sentit quod Marcus, Lucas
et Iohannes. Si queras quid Iohannes sentiat, hoc procul dubio quod Lucas, Marcus et Matheus. Si queras quid Lucas,
hoc quod Iohannes et Marcus et Matheus sentiunt. Si queras quid Marcus, hoc quod Matheus, Iohannes et Lucas. Quatuor ergo
facies uni sunt, quia notitia fidei qua cognoscuntur a deo, ipsa est in uno que est simul in quatuor. Quicquid enim in uno
inuenis, hoc in omnibus simul quatuor recognoscis. Et quatuor penne uni, quia dei omnipotentis filium dominum Ihesum
Christum simul omnes concorditer predicant et ad diuinitatem eius mentis oculos leuantes penna contemplationis uo-
lant. Euangelistarum ergo facies ad humanitatem domini pertinet, penna ad diuinitatem, quia in eo quem corporeum

aspiciunt quasi facies intendunt. Si deum habere esse incircumscriptum atque incorporeum ex divinitate annunciat, per contemplationis pennas quasi in aere levantur. Quia itaque et una est fides incarnationis eius in omnibus et per contemplationem divinitatis eius in singulis, recte unicuique dicuntur quatuor facies uni et quatuor penne uni. Sed que utilis esset si fidem atque contemplationem dei haberent predicatores illi, sancta opera non haberent? Sequitur: Et pedes eorum pedes recti. Quid per pedes nisi gressus actionum designatur? Quatuor ergo animalium pedes recti esse describuntur, quia sanctorum evangelistarum atque omnium perfectorum opera ad sequendam iniquitatem non sunt retorta. Hii autem pedes rectos non habent qui ad mala inde que reliquerant ~~respiciunt~~ reflectuntur. De quibus scriptum est: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti. Dolebat de quibusdam doctor egregius quasi pedum rectitudines retro detorserant, quibus per increpationem dicebat: Quomodo iterum convertimini ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis? Dies observatis et tempora et annos. Timeo ne forte sine causa laboraverim in vobis. Cum alios admonet dicens: Propter quod remissas manus et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris. Ut vero in eisdem sanctis predicatoribus vite gravitas, fortitudo atque discretio monstraretur, recte subiungitur: Et planta pedis eorum planta pedis vituli. Quia enim predicatores sancti boum nomine designantur, doctor Paulus apostolus legis testimonium proponens: Non obturabis os bovi trituranti. In sanctis ergo predicatoribus planta pedis est vituli, scilicet mature incedens et fortis et divisa. Quia unusquisque predicator et venerationem habet in maturitate et fortitudinem in opere et divisionem ungule in discretione. Non enim facile predicatio eius accipitur si levis in moribus esse videatur, et nulla erit maturitatis censio si contra adversa omnia non affuerit operis fortitudo. Virtutis autem nimium ipsa fortitudo operis amittit si discreta in intellectu non fuerit. Sunt enim sacram scripturam legentes qui omnia ad litteram sentiunt, virtute discretionis amissa. Sunt qui omnia ad spiritalem allegoriam ducentes semet indiscretionis stulticia ligaverunt. Leguntur enim sacra eloquia quia predicatores sancti et aliqua in historia litteram susceperunt, aliqua vero per significationem littere spiritum requirunt. Et modo bona facta priorum precedentium sicut iuxta litteram inveniunt imitantur, modo quedam que iuxta historiam imitanda non sunt spiritaliter intelligunt et ad profectum tendunt. Quid aliud ergo predicatores sancti in suo opere nisi in pede ungulam findunt? De quibus adhuc apte subditur: Et scintille quasi aspectus eris candentis. Eris metallum ultra sonorum est. Et recte voces predicantium eri comparantur, quia in omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Bene autem es candens dicitur, quia vita predicantium sonat et ardet. Ardet enim desiderio, sonat verbo. Es ergo candens est predicatio accensa. Sed de candenti ere scintille prodeunt, quia de eorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. Recte autem predicatorum verba scintille appellata sunt, quia eos quos in corde tetigerint incendunt. Considerandum quoque est quod scintille subtiles valde et tenues sunt, quia cum predicatores sancti de celesti patria locuntur, non tantum valent aperire verbo quantum prius ardent desiderio. Ex eorum lingua quasi quedam ad nos scintille veniunt, quia de celesti patria in eorum voce vix tenue aliquid cognoscitur. Quod tamen ab eis non tenuiter amatur. Neque enim celestem gloriam aut tantum videre sufficiunt quantum est, aut tantum loqui prevalent quantum vident. Candens ergo es scintillas parit, quia vix tenuiter predicator loqui sufficit hoc unde ipse fortiter ignescit. Divina autem pietate agitur ut ex ipsis scintillis tenuissimis aliqui audientes inflammentur, quia sunt quidam qui dum parva audiunt, maiori desiderio replentur et inde perfecte in dei amore ardent, unde iuxta tenuissimas verborum scintillas acceperunt. Verbum quippe predicationis semen in corde audientium est, et auditor bonus inde postmodum magnam messem fert, unde parvum prius accepit semen lingue. Cuius rei bene convenit factum in vidua, que ne duos filios absente creditore amitteret, prophete dictis obedivit, et ex eo ab Heliseo propheta iussa modicum quod parum olei habebat per vasa vacua effudit, que cuncta post usque ad summum repleta sunt, et ex eorum repletione mulier a creditoris sui debito est soluta. Quam vero mulierem quam aliam nisi sanctam ecclesiam signat, que duorum populorum, iudaici et gentilis, quasi duorum filiorum mater est, que prius ex prisco opere per callidi hostis persuasionem quasi quoddam indebitum peccati a creditore acceperat, et duos quos in fide genuit amittere filios timebat. Sed prophete verbis, id est scripture sacre preceptis obediens, ex parvo quod habebat olei vasa vacua infudit, quia cum ab unius ore doctoris parum quid de amore divinitatis multorum vacue mentes audiunt, cooperante gratia unguento divini amoris usque ad summum replentur. Etiam nunc multorum corda que prius fuerant vacua vasula unguento spiritus plena sunt, que ex paucitate olei solummodo infusa videbantur. Dum aliis atque aliis datur et ab auditoribus fides accipitur, excepta mulier vero sancta ecclesia sub creditoris sui iam debito non tenetur. Sequitur: Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. Possunt hoc in loco quatuor partes regionis quatuor mundi accipi, scilicet oriens, occidens, meridies et septentrio, quia sanctorum predicatio auctore deo in cunctis mundi partibus est egressa. Possunt etiam per quatuor partes principales quatuor virtutes accipi, ex quibus relique virtutes oriuntur, videlicet prudentia, fortitudo, iustitia atque temperantia, quas nisi virtutes tenere valeat accipimus cum eorum ordine custodiri. Prima quippe prudentia, secunda fortitudo, tertia iustitia, quarta temperantia est. Quid enim prodesse potest prudentia si fortitudo desit? Quia qui prudenter intelligit quid agat et fortitudine caret, etiam cum quod non potest facere pena magis quam virtus est. Sed qui prudenter intelligit quid agat et fortiter agit quod intellexerit, iam procul dubio iustus est. Sed eius iustitiam temperantia sequi debet, quia plerumque iustitia si modum non habet in crudelitatem cadit. Ipsa ergo iustitia vere iustitia est que se temperantie freno moderatur, ut in zelo quo quisque fervet sit etiam temperans, ne si plus ferveat perdat iustitiam cum frenare moderamina ignorat. Due autem sunt sanctorum predicatorum vite, activa scilicet et contemplativa. Sed activa prior est tempore quam contemplativa, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. Contemplativa autem maior est merito quam activa, quia hec in usu presentis operis laborat, illa vero sapore intimo venturam iam requiem degustat. Quid itaque per manus nisi activa et quid per pennas nisi contemplativa vita signatur? Manus ergo hominis sub pennis eorum est, id est virtus operis sub volatu contemplationis. Quod bene in evangelio due ille mulieres designant, Martha scilicet et Maria.

Martha etenim satagebat circa frequens ministerium, Maria autem sedebat ad pedes Domini et verba eius audiebat. Erant ergo
una intenta operi, altera contemplationi; una activae serviebat per exterius ministerium, altera contemplativae per suspensionem cordis
in verbum. Et quamvis activa bona sit, melior tamen est contemplativa, quia ista cum mortali vita deficit, illa vero in immortali vita
plenius excrescit. Unde dicitur: Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. Activa ergo minor est merito
quam contemplativa. Recte nunc dicitur: Et manus hominis sub pennis eorum. Nam etsi per activam boni aliquid agimus, ad caeleste tamen
desiderium per contemplativam volamus. Unde et apud Moysen activa servitus, contemplativa autem libertas vocatur. Et cum utraque
vitae ex dono sint gratiae, quamdiu tamen inter proximos vivimus, una nobis in necessitate est, altera in voluntate. Quis enim co-
gnoscens Deum ad eius regnum ingreditur, nisi bene prius operetur? Sine contemplativa ergo vita intrare possunt ad caelestem
patriam qui bona quae possunt operari non negligunt; sine activa autem intrare non possunt, si negligunt bona operari quae possunt.
Illa ergo in necessitate, haec in voluntate est; illa in servitute, ista in libertate. Hinc est enim quod ad Moysen dicitur: Si emeris servum
Hebraeum, sex annis serviet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intraverit, cum tali exeat. Si ha-
bens uxorem, et uxor egrediatur simul. Sin autem dominus dedit illi uxorem et peperit filios et filias, mulier et liberi
eius erunt domini sui, ipse vero exibit cum vestitu suo. Quod si dixerit servus: Diligo dominum meum et uxorem ac liberos,
non egrediar liber, offeret eum dominus diis et applicabitur ad ostium et postes, perforabitque aurem eius subula, et
erit ei servus in saeculum. Paulo latius testimonium dedimus, ut distinctionem servitutis atque libertatis in utraque vita monstremus.
Sed non debet onerosum esse si hoc exponendo exequimur, unde ipsa lex quae diximus [?]. Hebraeus enim transitor
interpretatur, et servus Hebraeus emitur, quando unusquisque qui iam ab hoc saeculo mente transit, servitio omnipotentis Domini subditur.
Ille etenim vere Deo servire appetit qui ab hoc saeculo mente transire didicit. Hinc Moyses transiit ut videret visionem.
Hinc David cum videret impium exaltatum et elevatum super cedros Libani, transivit, et ecce non erat, quia inferiorum potentias
esse magnum aliquid fortasse credimus, nisi ad permanens saeculum mente transeamus. Servus vero Hebraeus emptus sex
annis servire praecipitur, ita ut in septimo liber exeat gratis. Quid enim per senarium numerum nisi activae vitae perfectio
designatur? Quid per septenarium nisi contemplativa exprimitur? Sex ergo annis servit et septimo egreditur liber, quia per
activam quam perfecte exhibuit ad contemplativae vitae libertatem transit. Et notandum quod gratis liber egreditur, quia
hi qui postquam omnia fecerunt dicunt se inutiles servos esse, procul dubio sicut ipsa activa vita servit ex munere, ita
erit ex gratia etiam contemplativa. Cum quali veste intravit, cum tali exeat, quia omnino necesse est ut unusquisque nostrum
in hoc quod incipit perseveret atque usque ad finem operis in ea qua inchoavit intentione perducat. Ille quippe
bene ad contemplativam transit qui in activa vita intentionis suae vestem ad deteriora non mutavit. Et sunt
nonnulli qui prius quam omnipotentis Dei servitio in sancta conversatione [?] sociarentur, iam bona operari diligunt. Sunt vero alii qui
bona opera postquam ad servitium omnipotentis Dei venerint didicerunt. Cum ergo operationem bonam et prius quam ad servitium Dei
veniret habere studuit, Hebraeus servus cum uxore emptus est. Et plerumque is qui talis est, pervenit ad contemplativam vitam
transire et tamen activam non deserere. Unde et illic subditur: Si habens uxorem et uxor ingrediatur simul. Cum eo enim ad
libertatem et uxor egreditur, quia is qui ad contemplationem pervenit etiam foris actionem boni operis, qua prodesse possit
aliis, non relinquit. Sin autem dominus dedit illi uxorem et peperit filios et filias, mulier et liberi eius erunt
domini sui, ipse vero exibit cum vestitu suo. Servo empto dominus dat uxorem, cum praedicator quisque eum quem invenit
omnipotentis manu paravit bonae actioni coniungit. Nam et praedicatores domini vocantur, sicut Heliseus propheta de prae-
dicatore suo dicit: Scis quod dominus tuus tollatur a te. Uxor vero servi empticii filios et filias parit, quia bona actio
fortes vel teneros fructus generat. Sed mulier quae a domino data est, eidem domino cum filiis remanet, ipse vero
servus liber exit cum vestitu suo, quia bona actio vel emptae bonae actionis fructus praedicatoris mercedi repu-
tantur; ipse vero in desiderii sui intentione liber egreditur. Quod si dixerit servus: Diligo dominum meum et uxorem
et liberos, non egrediar liber. Servus dominum suum diligit quando praedicatoris verba perlata mente custodit;
uxorem quoque amans et liberos liber egredi recusat, quando activam vitam eiusque fructus diligens transire ad con-
templationem non vult, quia bona opera se habere in ministerii sui servitute considerans, ad libertatis quietem re-
cusat recedere. Sed offerat eum dominus diis et applicetur ad ostium et postes et perforet aurem eius subula, ut sit
ei servus in saeculum. Is enim qui in activa disposuit vita permanere, a domino diis offertur, quando a praedicatore suo
antiquorum patrum dictis eruditur, qui nobis in via omnipotentis Dei sacerdotes fuerunt, atque ad ostium et postes taber-
naculi ducitur, ut de ingressu caelestis habitaculi aliquid audiat et tremendi iudicii diem subtiliter agno-
scat, ne per bona opera quae facit placere hominibus appetat. Hic quoque aurem eius subula perforat, quando mentem
illius timoris Dei subtilitate perfodit, ut ubi acumine perspicuo pro omni quod agit venire ingressum regni st[?]
attendere, et quasi ab ostio et poste tabernaculi perforatam aurem portare. Tunc erit servus in saeculum, ut esse
post saeculum liber possit. In saeculo etenim servus est qui per activam vitam hominibus servire disposuit, ut post praesens
saeculum ad libertatem veram valeat pervenire. De qua per Paulum dicitur: Quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis
in libertatem gloriae filiorum Dei. Tunc etenim vera in nobis libertas erit, cum ad gloriam filiorum Dei adoptio nostra per-
venerit. Nunc vero non solum activa vita in servitute est, sed ipsa quoque contemplatio qua super nos rapimur libertatem
mentis adhuc perfecte non obtinet, sed imitatur, quia illa quaedam intima in aenigmate videt. Ipsa tamen qualiscumque
sit contemplationis angustia, activae vitae iam valde est latior atque sublimior, quae ad quandam mentis libertatem
transit, temporalia non cogitans sed aeterna. Quia itaque contemplativa vita ad superiora volat et activae vitae longe
superest quadam, ut ita dicam, dignitate sanctitatis suae, apte nunc dicitur: Et manus hominis sub pennis eorum.
Quia nisi Deus homo fieret, qui mentes praedicantium ad caelestia sublevasset, illa quae apparent animalia non volarent

Nec immito manus hominis esse sub pennis d'r qr de eodem redemptore nro scriptum est. Qui cu sit splendor glorie et figura
substancie eius portans q3 omnia uerbo uirtutis sue. Ipsius g° manus corda nra portat eius manus in contemplacione nos subleuat. nisi enim
ut dictum est omnipotens uerbum propter homines homo fieret humana corda ad contemplanda diuina non volarent. Inde g°
excelse facte sunt hominum mentes. unde int' homines apparuit humilis. Dicat' itaq3 de sanctis alibi. Et manus hominis sub
pennis eorum. De quibus adhuc subditur. Et facies et pennas per quatuor partes habebant. iunctc q3 erant penne eorum alterius ad
alterum. per quatuor partes facies et pennas habent qr in cunctis mundi regionibus predicatores demonstrant quicquid de humanitate
quicquid de diuinitate nri redemptoris senciunt. qr dum incarnatum deum ubique predicant in quatuor mundi partibus faciem demonstrant.
Dum eq3 eum unum esse cu patre et sancto spiritu annunciant ubique penna contemplacionis volant. Quorum penne iuncte sunt alterius ad alterum
qr oes eorum uirtus omnis sapiencia qua electos homines contemplacionis sue volatu sustendunt. vicissim sibi in pace atq3 unanimitate
coniungunt. Unde scriptum est. Que desursum est sapiencia primum quidem pudica est deinde pacifica. Unde eisdem suis predicatoribus ueritas
dicit. habete in vobis sal et pacem habete int' vos. Penna g° alterius alterius ad alterum iungitur qr sanctorum predicatorum uirtus atq3 sapiencia
vicissim sibi in caritatis atq3 in concordie pace sociatur. Penna aut' alterius ad alterum diuisa esset. si in hoc q° unusquisq3 in sapiencia
euolat. habere pacem cu altero recusaret. Sequitur. Non reuertebantur cu incederent sed unumquodq3 ante faciem suam gradiebatur.
Pennata animalia uel predicatores sancti cu incedunt minime reuertuntur. qr sic a terrenis actibus ad spiritalia transeunt. ut ad ea que re
liquerunt ulterius nullatenus reflectantur. Qr enim per quandam viam eis incedere est mente ire. sed ad meliora. Quorum de reprobis
dicitur qr reuersi sunt corde in egipto. per semetipsam q3 ueritas dicit. Nemo mittens manum suam ad aratrum et aspiciens retro aptus
est regno dei. Manum quippe in aratrum mittere est qr per quendam uomerem conpunctionis ad producendos fructus terram sui
cordis aperire. Sed retro post aratrum respicit qui post exordia boni operis ad mala redit que reliquit. Quod qr electis
dei minime contingit. recte nunc per prophetam dicitur. Non reuertebantur cu incederent. Quia cur non redeant indicat cu subiungit
unumquodq3 ante faciem suam gradiebatur. Ante nos enim etiam sunt post nos temporalia. qr et illa pergentes inuenimus et ista re
cedentes que post dorsum relinquimus. Unde et magnum illud pennatum animal dicebat qd usq3 ad tercium celum volauerat.
Unum vero que retro oblitus. in ea que sunt ante extendens me. sequor ad palmam superne uocacionis. In anteriora etenim
vigilantes extendens se. oblitus que retro sunt. qr temporalia despiciens. sola que sunt eterna requirebat. Ante faciem g° suam
gradiuntur sancta animalia. qr et ea que reliquerunt nullo iam appetitu respiciunt. et in eternis que appetunt sub contemplacionis
sue oculo boni operis pedem ponunt. Unusquisq3 itaq3 iam ante faciem suam ambulare debet. magna ei consideracione
pensandum est q° aliter retro aspicitur opere. atq3 aliter cogitacione. Sunt etenim quidam qui magna deliberant et peccatorum
suorum consiliis multa de his que possident egenis distribuere pertractant. ut culpas suas ante dei oculos mercedibus redimant
consilium multa de his que possidet egenis distribuere pertractat. ut culpas suas ante dei oculos mercedibus redimant
iam q3 hec operari inchoant et plerumq3 cu operantur paupertatis timor eorum animum contulit. atq3 timentes ne egeant erga
egentes tenaces fiunt. sese q3 ab ea qua ceperant bona operacione suspendunt. Hii nimirum mercedes et reuersi sunt. qr ante
egentes tenaces fiunt. Quos recte per salomonem dicitur. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit g° estate
faciem suam ambulare noluerunt. Quos recte per salomonem dicitur propter pauorem metus atq3 torporis bona operari negligit. cu sol iusticie in iudicio velut
et non dabitur ei. Qui enim nunc propter pauorem metus atq3 torporis bona operari negligit cu sol iusticie in iudicio velut
in estate claruerit. mendicat vitam sed non accipit. qr propter illa bona operari contempsit. Aliquis despectis carnis desideriis
in estate claruerit. Aliquis despectis carnis desideriis
cuncta relinquere. et omnipotentis dei se subdere famulatui pertractat. sese q3 ipsum restringere sub continencie et castitatis freno de
liberat. sed cu cecidisse alios etiam post castitatem conspicit. hoc ipsum facere qd deliberat pertimescit. fit q3 ut retro per cogi
tacionem redeat qui ad interiora respiciens iam mentis gressibus ad alta ibat. De quo bene per salomonem dicitur. Qui obseruat ventum
non seminat. et qui considerat nubes numq3 metet. Venti quippe nomine malignus spiritus qui in temptacionibus inpellit.
Nubis vero appellacione peccator exprimitur. qui temptacionibus inpulsionis commouetur. Qui g° attendit ventum non seminat et
qui considerat nubes numq3 metet. qr is qui temptacionem maligni spiritus et iniquorum lapsus aspiciens semetipsum despexit
neq3 nunc operatur in bono semine operis neq3 post reficitur de munere iuste retribucionis. Sunt vero et nonnulli qui
bona quidem que inchoant operantur. atq3 operantes meliora deliberant. sed retractantes meliora que deliberant inmutant
et quidem bona agunt que ceperant. sed melioribus que deliberauerunt succumbunt. Hii nimirum ante humana iudicia stare videntur
in opere. sed ante omnipotentis dei oculos ceciderunt in deliberacione. Unde fit plerumq3 ut et bonum opus eorum minus placeat deo
qr cu pes mentis in meliori gradu deliberacionis inconstant ponitur. hoc ipsa cogitacionis inconstancia accusat. Sed qr
perfecti quiq3 magna se districcionis subtilitate aspiciunt ne ad deteriora umq3 uel in opere uel in cogitacione dilabantur
quantum quotidie proficiant incessanter pensant. recte de hiis dicitur. Non reuertebantur cu incederent. sed unumquodq3 ante faciem suam
gradiebatur. Inter hec igitur considerare libet nos ad ista tractanda qui sumus vnde venimus et usq3 ad que sacri eloquii
misteria perscrutanda subleuamur. Ecce in antiquis patribus nris cultores ydolorum sumus. sed ecce per ipsum gracie verba iam cele
stia rimamur. Unde hoc nobis sed inplevit redemptor humani generis quod per prophetam dixit. Et deserta in ubertate versa ad
ueniente comedent. Hec quippe prophetarum dicta deserta apud iudeos fuerunt. qr per intellectum misticum ea concolere inquirendo noluerunt.
Nobis aut in ubertate versa sunt. qr iam historia visionis dicta largiente deo intellectu nre spiritaliter sapiunt. et iam
aduenientes comedimus que ciues legis manducare noluerunt. Donante gracia unigenito sit laus eterne sapiencie que uiuit et
regnat cu patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen

Per scitum prophete spiritum pennata animalia subtiliter describuntur. ut hec euangelistarum figuram personas ipsa nobis subti
litas descripcionis aperiat. mentis q3 famino dei uiro intellectui dubietatis reliquat. Ecce enim dicitur. Simi
litudo aut' vultus eorum facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor. Facies aut' bouis a sinistris
ipsorum quatuor. et facies aquile desuper ipsorum quatuor. Qui enim quatuor hec pennata animalia sanctos quatuor euangelistas
designent ipsa uniuscuiusq3 libri euangelici exordia testantur. Nam qr ab humana generacione cepit iure per hominem
Matheus. qr per clamorem in deserto recte per leonem Marcus. qr a sacrificio exorsus est bene per uitulum Lucas. Ua
vero a diuinitate verbi cepit digne per aquilam signatur Iohannes qui dicit. In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus
erat verbum. Dum in ipsa diuinitatis substancia intendit. qr more aquile oculos in solem figit. Sed qr electi omnes membra
sunt redemptoris nri. ipse aut' redemptor nr caput est omnium electorum. per hoc q° membra eius figurata sunt. nil
obstat si etiam in hiis omnibus et ipse signetur. Ipse enim unigenitus dei filius veraciter factus est homo. ipse in sacrificio
nre redempcionis dignatus est mori ut uitulus. ipse per uirtute sue fortitudinis surrexit ut leo. Leo etiam aptus

oculos dormiens prohibet, quia in ipsa morte in qua ex humanitate redemptor noster dormire potuit, ex divinitate sua immortalis
permanendo vigilavit. Ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad celos in superioribus est elevatus ut aquila. Totus igitur simul est
nobis, qui et nascendo homo et moriendo vitulus et resurgendo leo et ad celos ascendendo aquila factus est. Sed quia per hec
animalia ewangeliste quatuor et sub eorum specie simul perfectos omnes iam superius fratres dixisse testatur ut quo unusquisque electorum
iste alium visionibus proficit. Omnis etenim electus atque in via dei perfectus et homo et vitulus et leo simul et aquila est.
Homo enim rationale animal est; vitulus autem in sacrificio mactari solet; leo vero fortis est bestia, sicut scriptum est: Leo fortissimus bestiarum
ad nullius pavebit occursum. Aquila ad sublimia volat et irreverberatis oculis solis radiis intendit. Quis itaque qui in ratione
perfectus est homo est, et quo semetipsum ab huius mundi voluptate mortificat vitulus. Quia vero ipsa sua spontanea mortificatione
contra adversa omnia fortitudinem securitatis habet, unde scriptum est: Iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit, leo est. Quia vero sublimiter
contemplatur ea que celestia atque eterna sunt, aquila est. Igitur quia iustus quisque per rationem homo, per sacrificium mortificationis sue
vitulus, per fortitudinem securitatis leo, per contemplationem vero efficitur aquila, recte per hec sancta animalia signari unusquisque perfectus potest. Quod
ideo diximus ut ea que de mediatore alibi dicta sunt pertinere quoque etiam ad perfectorum singulos demonstremus. Sed magna nobis
de ewangelistis et sanctis predicatoribus questio oritur cur homo et leo a dextris eorum mediatoris, vitulus vero a sinistris eorum esse perhibetur.
Neque enim sine misterio est cur duo illa a dextris et unum hoc a sinistris esse dicitur. Et rursum querendum cur aquila non a dex-
tris sed desuper eorum mediatoris esse memoratur. Duas itaque nobis questiones obiciunt, quas oremus ut aperiente deo dissolvamus. Ho-
mo igitur et leo a dextris, vitulus a sinistris esse perhibetur. A dextris etenim leta, a sinistris vero tristia designantur. Unde et sinistram nos-
tram esse dicamus hoc quod adversum esse deputamus. Et sic profecto sumus per hominem incarnatio, per vitulum passio, per leonem vero auctoris
nostri resurrectio designatur. De incarnatione autem unigeniti filii qua redempti sumus omnes electi letati sunt. De morte vero illius
ipsi electorum primi sancti apostoli contristati, qui tamen de eius resurrectione gavisi sunt. Quia vero et eius nativitatis et resurrectionis
letitiam discipulis prebuit quos eius passio contristavit, homo et leo a dextris, vitulus vero a sinistris eis fuisse descri-
bitur. Ipsi namque ewangeliste sancti de eius humanitate gavisi sunt, de eius resurrectione confirmati, qui de eius passione fuerant con-
tristati. Homo ergo et leo a dextris est, quia redemptoris nostri eos incarnatio vivificavit, resurrectio confirmavit. Sed vitulus
a sinistris, quia mors illius eos ad momentum temporis in infidelitate prostravit. Iure autem locus aquile non iuxta sed de-
super esse describitur, quia sive per hoc quod eius ascensionem signat, sive quia verbum principium deum apud patrem esse denuntiat, sur-
sum esse describitur, quia sive per hoc quod eius ascensionem signat, sive quod et de eius deitate loquitur. Hac tamen omnibus subtilius conte-
ewangelistas ceteros virtute contemplationis excedit, cum quibus et de eius deitate loquitur, iuxta animalia esse meruit, sed desuper eorum mediatoris esse describitur.
plat. Sed si aquila cum tribus aliis adiuncta mediatoris animalia esse meruit, nimirum quod desuper eorum mediatoris esse describitur
tur, quia iohannes per hoc quod in principio verbum vidit, etiam super semetipsum transiit. Nam nisi non transisset, verbum in principio non vidisset.
Cum ergo et seipsum transgressus est, non iam solum super tria sed adiuncto et se super quatuor fuit. Et facies eorum
et penne eorum extente desuper. Facies et penne extente desuper describuntur, quia omnis intentio omnis que contemplatio sanctorum
super se tendit, ut illud possit adipisci quod in celestibus appetit. Sive enim bono operi seu rei insudet, contemplationi
super se tendit ut illud possit adipisci quod in celestibus appetit. Nam qui bona agere videtur et per hec
tunc vacat hoc quod agit bonum est, quia ei placere concupiscit a quo est. Nam qui bona agere videtur et per hec
non deo sed hominibus placere desiderat, intentionis sue faciem deorsum premit. Et qui ideo in sacro eloquio ea que
non deo sed hominibus placere desiderat, intentionis sue faciem deorsum premit. Et qui non dulcedine queste beati-
tudinis sit contemplatus, ut per hoc quod intelligit occupari ad questiones possit, quia non dulcedine queste beati-
tudinis sacram appetit, sed doctus videri, iste mentis intellectus sui pennas desuper non extendit. Sed quoquo studio sui
vigilantiam in terreno appetitu occupet, pennas quas sublevare in altum et quibus sublevari ipse potuit in
imis deponit. Quia in re pensandum est ut omne bonum quod agitur per intentionem semper ad celestia levetur. Cum enim
per bona que facit terrena gloriam concupiscit, pennas suas et faciem deorsum deprimit. Hic enim per prophetam de quibus
dam dicitur: Victimas enim in profundo declinabant. Quid enim sunt aliud lacrime orationis nisi victime oblationis
nec sicut scriptum est: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Et sunt nonnulli qui ideo se in prece et lamentis affligunt
ut aut inde terrena commoda acquirant aut hominibus sancti esse videantur. Quid isti nisi victimas in profundo
deferunt, qui per hoc quod ima sunt que requirunt, orationis sue sacrificium deorsum deponunt. Electi autem quia et in bono
opere omnipotenti deo placere appetunt, et per contemplationis sue gratiam eterna iam beatitudine degustare concupiscunt,
facies et pennas desuper extendunt. Sequitur: Due penne singulorum iungebantur et due tegebant corpora eorum.
Dictum fuerat: Facies et penne eorum extente desuper. Atque mox subiunctum est hoc quod protulimus, quia due penne sin-
gulorum iungebantur. Ubi aperte intelligitur quia et extendebantur desuper et iungebantur. Due vero tegebant corpora eorum.
Quid autem penne aliud nisi ale nominantur? Quia in re nobis diligenti perscrutatione querendum est que sunt quatuor
penne sanctorum ex quibus due superius extense iunguntur, due vero eorum corpora contegunt. Si enim vigilanter aspicimus, quatuor
esse virtutes invenimus que a terrenis actibus omne penatum animal levant: in futuris videlicet amor et spes, de preteritis autem
timor et penitentia. Penne ergo binimet mente superius extenduntur, quia sanctorum mentem amor et spes ad superna elevant, quia
apte quasi coniuncte nominantur, quia electi pro celestibus et amant celestia que sperant et sperant que amant. Due vero cor-
pora contegunt, quia timor et penitentia ab omnipotentis dei oculis eorum mala preterita abscondunt. Due itaque ut dictum est
penne iunguntur sursum, quia amor et spes electorum corda ad superiora elevant, ad celestia suspendunt. Due autem
penne tegunt corpora, quia eorum mala preterita a conspectu eterni iudicis timor et penitentia abscondunt. In eo enim quod se
peccasse meminerunt, quia pertimescunt et deflent, quid aliud quam corpus cooperiunt, quia facta carnalia per superducta
bona opera a districto iudicis examine abscondunt? Scriptum quippe est: Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum
tecta sunt peccata. Peccata enim tegimus cum bona facta malis actibus superponimus. Omne enim quod operitur, infra ponitur
et hoc unde operitur desuper ducitur. Cum ergo abdimus mala que fecimus et eligimus bona que faciamus, quasi tegimine
ei rei superducimus quam erubescimus videre. Carnales enim sancti viri in hac vita adhuc sunt, sunt tamen quod ante dei
oculos operire debeant, quia omnino est impossibile ut in opere aut in locutione aut in cogitatione nunquam delinquant.
Unde et beatus iob qui perfecta quidem hominibus dixerat, dei tamen vocem audiens se quasi ipsum de ipsa sua perfecta locutione

reprehendens dicebat: Manum meam ponam super os meum. In manu quippe operatio, in ore locutio est. Manum ergo super os ponere est peccata locutionis per virtutem boni operis tegere. Libet, fratres karissimi, ad huius rei testimonium magnum gentium vocatorem, qualiter illud sanctum animal alis quatuor utatur, aspicere. Ecce quibus duabus ad superiora evolat, duabus vero pennis corpus contegit, quia plurima que egerat abscondit. Videamus ergo quantus hunc amor ad celestia elevet: Michi vivere Christus est et mori lucrum. Cognoscamus quanta spe ad superiora tollitur: Nostra conversatio in celis est, unde etiam salvatorem expectamus dominum nostrum Ihesum Christum. Videamus si et in tantis virtutibus positus adhuc timet: Castigo corpus meum et in servitutem subicio, ne forte cum aliis predicaverim ipse reprobus efficiar. Cognoscamus si hunc mala fecisse penitet: Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam Dei. In cuius verbis quid aliud quam duricia nostre mentis accusatur, quia ipse plangit quod ante baptisma commiserat, nos vero et post baptisma multa commisimus et tamen flere recusamus? Quatuor itaque pennis sancta animalia utuntur, quia et per amorem et spem ad celestia evolant, et per timorem et penitentiam facta in se illicita deplorant. Sed quod dictum est: Due penne singulorum iungebantur, hoc fortasse intelligitur quod non pennas proprias elevatas iungant, sed unius ad alterum penna iuncta sit, ut penne vero elevate vicissim sibi in coniunctione concordent. Qua in re questio oritur. Prima si due penne que levantur per amorem et spem, due vero que corpus contegunt timorem et penitentiam designant, cur due que extense sunt dicuntur esse coniuncte, et due que corpus contegunt non dicuntur esse coniuncte? Sed hac in re facilis largiente Deo ratio occurrit. Nam sanctorum penne coniuncte sunt amor et spes; due vero penne que corpus contegunt semetipsis ad alterutrum coniuncta non sunt, timor et penitentia. David enim per lapsum carnis timendo et penitendo affligitur, Petrus casum perfidie flevit amare, Paulus in se crudelitatem preterite persecutionis plangit. Omnes tamen unam patriam appetunt, ad unum auctorem omnium pervenire festinant. Due ergo penne singulorum coniuncte sunt et due non sunt, quia per amorem et spem unum est quod desiderant, sed per timorem et penitentiam diversum est quod deplorant. Sequitur: Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Dictum superius fuerat: Unumquodque eorum ante faciem suam gradiebatur; nunc autem dicitur: Coram facie sua ambulabat. Ipsa itaque repetita videtur esse sententia. Sed quia coram in presenti dicimus, possumus subtilius inquirendo discutere quod aliud sit ante faciem ambulare atque aliud in presenti. Ante faciem ambulare est anteriora aspiciendo petere, in presenti vero ambulare est sibimetipsi absconditum non esse. Ante quippe faciem ambulat, qui vitam suam sollicitus aspicit et diligenter considerat quantum cotidie in bonis crescat, aut fortasse quantum a bonis decrescat. Omnis etenim iustus qui vitam suam sollicitus aspicit, coram se ambulat, quippe qui vigilanter videt utrum surgat. Iste quia se ante se ponit, coram se ambulat. Quisquis vero vite sue custodiam negligit, discutere que agit, que loquitur, que cogitat, aut despicit an defleat, coram se iste non ambulat, quia qualis sit in suis moribus vel actibus ignorat, nec sibimetipsi presens est, aut nescit. Ille autem nec ante se ponit nec in presenti est, qui semetipsum cotidie conquirere atque cognoscere sollicitus non est, sed in suis actibus tanquam alium intendit. Nam sunt multa peccata que committimus, sed ideo nobis gravia non videntur, quia privato nos amore diligentes, clausis nobis oculis, in nostra deceptione blandimur. Unde fit plerumque ut et nostra gravia levia et proximorum mala graviter iudicemus. Scriptum est: Erunt homines seipsos amantes. Et scimus quia velut claudit oculum cordis amor privatus, ex quo fit ut hoc quod nos agimus grave esse non estimemus. Sed agit a proximo, ut hoc quod nobis leve videbatur in nobis, grave videtur in proximo, nimis nobis detestabile esse videtur. Sed quare hoc, nisi quia nec nos sicut proximum nec proximum conspicimus sicut nos? Si enim nos sicut proximum aspiceremus, nostra reprehensibilia nobis omnis actio appareret intolerabilis, qui similia districte videmus; et rursum si proximum aspiceremus ut nos, [illegible] intolerabile fecisse putabamus. Hoc male divisum [illegible] sepe fortasse talia egimus et nil nobis [in] proximo intolerabile fecisse [putabamus]. Hinc est quod per legis preceptum Moyses studuit ad dicere(?) ut iustus debet esse modius, equus et sextarius. Hinc Salomon congruit(?): Pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abominabile est apud Deum. Scimus quia in negotiatorum duplicitate aut pondus et pondus, mensura et mensura, cum aliud pondus habent ad quod pensant sibi et aliud pondus ad quod pensant ponderis: aliud maius, aliud minus est. Nam aliud pondus habent ad quod pensant sibi; ad accipiendum vero gravia preparant. Omnis itaque homo qui aliter pensat proximo, ad dandum pondera aliena levia, pondus et pondus habet; utrumque ergo abhominabile apud Deum, quia si sic proximum ea que proximi et aliter que sua sunt ... Et si se sicut proximum aspiceret, et se in malis sicut proximum iudicaret; ut se diligeret, hunc in bonis sicut se amaret. Debemus ergo nosmetipsos sollicite sicut alios videre, nos quoque ipsos, ut dictum est, ante nos ponere, ut coram facie nostra semper ambulemus. Perversi autem penitus animalia incessanter mutantes(?) ne nesciamus quid agimus. Coram facie sua non ambulat, quia ea que agunt numquam considerant. Ad interitum sicut paulo ante iam diximus, coram facie sua non ambulat, quia ea que agunt numquam considerant, ad interitum tendunt, pravis actibus exultant, de quibus scriptum est: Qui letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Sepe vero iniustus qui eos conspicit deflet, sed ipsi freneticorum more plangunt et rident. Alii indigentibus de rebus propriis multa largiuntur, sed cum occasionis tempus invenerint, indigentes opprimunt, eos quoque quibus valuerint rapinis devastant. Ponunt ante cogitationis sue oculos bona que faciunt, et non ponunt perversa que committunt. Qui si sibimetipsis presentes essent, cuncta subtiliter que agunt viderent, qualiter sibi vero coram facie sua non ambulat, quia se sibimetipsis presentes essent cuncta subtiliter que agunt videntes, qualiter bona opera malis actibus perdunt agnoscerent, sicut scriptum est: Et qui mercedes aggregavit, misit eas in sacculum pertusum. De pertuso quippe sacculo aliunde perit quod aliunde mittitur, quia indiscrete mercedes recedunt que ex bono opere acquiruntur; non aspiciunt quo ex malo opere perdat. Alius castitatem corporis servat, se quoque vigilanter circumspicit ne quid foris reprehensibiliter admittat; suis contentus est, aliena non diripit; sed tamen in corde odium fortasse contra proximum servat, et tamen scriptum sit: Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Considerat quod sit mundus foris in opere, et non perpendit quod sit crudelis in mente. Unde iste nisi sibimetipsi absens est, qui in cordis sui tenebris ambulat et ignorat? Alius aliena iam non diripit, iam corpus ab inmundicia custodit, iam mente puram proximum diligit et malorum preteritorum conscius lamentis se in fletibus affligit, sed similia frequenter leta in hoc mundo de quibus gaudeat requirit et transitoria gaudia tuscedit(?). Fit quoque ut bonum libet gaudiis animum dimittit, nec curat ne in eo lacrimarum mensuram immoderata gaudia tuscedant(?), sit quoque ut bona nimie ridendo perdat quod plangendo lucratus est. Hic itaque coram facie sua non ambulat, quia dampna que patitur conspicere recusat. Scriptum quippe est: Cor sapientium ubi tristicia, et cor stultorum ubi leticia. In cunctis ergo que agimus, diligenter nosmetipsos et conspicere intus et considerare debemus, ut penata animalia sequentes nobismetipsis

parentes simus et coram facie tua semper ambulemus habentes adiutorem unicum patris Ihesum Christum dominum nostrum qui cum eo
vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen

O Quam mira est profunditas eloquiorum dei. libet hinc intendere. libet eius intima gratia duce penetrare. Hec quociens intelligendo discutimus quid aliud quam silvarum opacitatem ingredimur ut in eius refrigerio ab huius seculi estibus abscondamur. Ibi quasi viridissimas sententiarum herbas legendo carpimus tractando ruminamus. In ea locucione que ad vos superius habita est nudis adhuc verbis facta est qualiter [illegible] animalia vel receptore [illegible] vel interior eius extremitas atque perfectos omnes sequentur dictum est. quorum vero aliorum subtilius adhuc virtus exprimitur ut ad eorum imitacionem nos quamvis infimi et despicabiles inquantum deo largiente possumus extendamur. Sequitur enim. Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. In electis et reprobis diversi sunt impetus. in electis vero impetus spiritus. in reprobis impetus carnis. Impetus quippe carnis ad odium ad elacionem ad invidiam ad rapinam ad [illegible] gloriam ad crudelitatem ad perfidiam ad desperacionem ad iram ad iurgia ad voluptates animum impellit. Impetus vero spiritus ad caritatem ad humilitatem ad continenciam ad largitatem mentis ad interiorem profectum ad pietatis opera ad eternorum fidem ad spem sequentis gaudii ad pacem ad pacienciam ad consideracionem vite mortalis et lacrimas mentem pertrahit. Unde necesse est et magna sit cura considerare debemus in omne quod agimus quo nos impetus ducat. utrum nostra cogitacio per impetum carnis an per impetum spiritus impellatur. Amare etenim terrena temporalia eternis preponere exteriora bona non ad usum necessitatis sed ad voluptatem concupiscere. ulcionem de inimico querere. de emuli casu gaudere impetus carnis est. At contra amare celestia contempnere terrena substancia non ad fructum voluptatis custodire sed ad usum necessitatis querere. de inimici morte tribulari impetus spiritus est. Et quia perfecti quique in istis se semper virtutibus coercent. recte nunc de sanctis alibi dicitur. Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. Sciendum nobis est quod plerumque impetus carnis se sub velamine spiritualis impetus palliat. et quod carnaliter facit mentitur sibimet ipsa cogitacio quia hoc spiritualiter faciat. Nam sepe quis iracundie stimulis victus cum delinquentes zelo ulciscende iusticie in ulcione plus quam necesse est inflammatur. et iusticie limitem in ulcione transiens agit crudeliter quod se agere iuste suspicatur. Impetus igitur carnis hinc sub specie spiritus velatus est. quia et hoc quod iuste agi credidit. sub discretionis moderamine mansuetudinis non tenet. Et sepe alius nimie mansuetudini studens subiectorum vicia aspicit atque hec per fervorem zeli corrigere renuit. que in eis crudelius non corrigendo multiplicat. fitque ut eius lenitas et sibi sit et subiectis nociva. qui torporem mentis sue quasi pacienciam deputat. per carnis spiritum ab impetu spiritus elongatur. Prima ergo nobis cogitacio in requisicione nostri cordis est sollicite. ne ad quedam que agimus per affectum carnis impetu ducamur. ne prius delectacionibus eius seducti mala esse cognoscat et tunc fiat. Secunda vero nobis cura est vigilantes reddere. ne se impetus carnis quasi impetu spiritus latenter subiciat. et culpas quas agimus nobis virtutes fingat. Sciendum vero est quia quedam mores culpe sunt que sub specie virtutes mentiuntur. quia ille in aperto cognite animum in confusionem deiciunt atque ad penitenciam trahunt. Iste vero non solum in pena non humiliant sed etiam mentem operantis elevant dum virtutes putantur. Hoc autem quod de sanctis alibi dictum superius fuerat ut alaque coniuncte ibant replicatur. Non revertebantur cum ambularent. quia electi quique sic ad bona tendunt ut ad mala perpetranda non redeant. Qui enim perseveraverit usque in finem hic salvus erit. et nunc per Salomonem dicitur. Iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem. In eorum namque animo boni desiderium atque intellectus lucis eterne iam pars diei est. sed quia usque ad finem vite in virtute proficiunt ad perfectum diem tunc veniunt. cum ad regna celestia perducti in ea luce quam desiderabant iam minus aliquid non habebunt. Sequitur. Et similitudo animalium aspectus eorum quasi carbonum ignis ardencium et quasi aspectus lampadarum. Aspectus animalium carbonibus ignis ardentibus atque lampadibus comparatur. Quisquis enim carbonem tangit incenditur. quia qui viro sancto adheret ex consuetudine visionis. usu locucionis. exemplo operis accipit ut accendatur in amore veritatis. peccatorum suorum tenebras fugiat. in desiderio lucis exardescat. et iam per veri amorem ardeat. qui prius in iniquitate tunc mortuus quantum frigidus iacebat. Lampades vero lucem suam longe spargunt. et cum in alio loco sunt in alio resplendent. Cum vero spiritu prophecie verbo doctrine miraculorum pollet gratia. hic opinio longe lateque ut lampas lucet. Et quique bona eius audiunt quia per hec ad amorem celestium surgunt. in eo quod se per bona opera exhibent quasi ex lampadis lumine resplendent. Quia ergo sancti viri quosdam iuxta se positos quasi tangendo ad amorem patrie celestis accendunt. carbones sunt. Quia vero quibusdam et longe positis lucent eorum in itinere ne in peccati sui tenebras corruant. lampades sunt. Hoc vero inter carbonem et lampades distat. quod carbones ardent quidem. sed eius loci in quo iacuerint tenebras non expellunt. lampades autem quia magno flammarum lumine resplendent diffusas circumquaque tenebras effugant. Quia ergo res nova est quod sunt plerumque sanctorum ita simplices et occulti. sese quasi in locis minoribus sub magno silencio contegentes ut vix eorum vita ab aliis possit agnosci. quid itaque isti nisi carbones sunt. qui etsi per fervorem spiritus ardorem habent. ita tamen quod flammam non habent. nec in alienis cordibus tenebras peccatorum vincunt. quia vita sua otio studii refugiunt. sibimetipsis quidem accensi sunt. sed aliis in exemplo lucis non sunt. Hii autem qui et exempla virtutum prerogant et lumen boni operis per vitam et verbum itineratibus demonstrant. iure lampades appellantur. quia et per ardorem desiderii et per flammam verbi a peccatorum cordibus errorum tenebras repellunt. Qui ergo in occulto bene vivit. sed in alieno profectu minime proficit. carbo est. Qui vero in imitacione sanctitatis positus lumine ex se rectitudinis multis demonstrat. lampas est. quia et sibi ardet et aliis lucet. Sequitur. Et hec erat visio discurrens in medio animalium. splendor ignis et de igne fulgor egrediens. Splendor ignis et de igne fulgor egrediens in medio animalium discurrens videtur. quia et nisi ab igne veritatis penetrata illa animalia calorem suscipiunt. ipsa in carbonum atque lampadarum similitudine non ardent. Ignis enim nomine spiritus sanctus figurari solet. de quo in evangelio dominus dicit. Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut accendatur. Quem enim carnalis mens sanctum spiritum accipit. spirituali amore succensa mala plangit que fecit. et terra ardere

quia accusante se conscientia cor peccatoris uritur atque in dolore penitentie crematur. Hinc rursum scriptum est: Deus tuus ignis consumens est.
Flamma enim mentem quam replevit eam a peccatorum rubigine mundam reddit. Auctor ergo noster et ignis dicitur et consumens. Deus ergo
spiritus in medio animalium splendor ignis et de igne fulgor egrediens describitur, quia unusquisque creaturam replens in
electorum cordibus ex seipso flammas amoris pariens coruscantis more per terrorem feriat et ad amorem suum corda tor-
pentia accendat. Sed quia spiritus sanctus deus cum patre est et filio coeternus, querendum nobis est cur discurrere dica-
tur. Omnis etenim qui discurrit accedit ad locum in quo non fuit et eum deserit in quo fuit. Cum igitur iure discurrere spiritus
dicatur, cum cuncta intra ipsum sint et locus nusquam sit ubi non sit, sicut scriptum est: Spiritus domini replevit orbem terrarum. Et
tunc cum laude sapientie describeretur, adiunctum est: Est enim in illa spiritus intellectus sanctus unicus multiplex subtilis mobilis, et
paulo post: manens stabilis. In quibus rursum verbis magna nobis questio oritur cur iste spiritus implens omnia sit mobilis
dicatur et stabilis. Sed si ad usum consuetudinis humane redimus, citius loquentes invenimus. Is quippe qui in ea re-
gione que est ubique discurrit procul dubio namque ubique obvia venit et repente ubi non creditur invenitur. Discurrere er-
go spiritus ut ubique presentia figuraret. Sic mobilis et stabilis dicitur: stabilis quia per naturam omnia continet, mobilis autem dicitur
quia ubique etiam nescientibus occurrit. Tenens ergo omnia stabilis, presentem se in omnibus exhibens mobilis appellatur. Splen-
dor ergo ignis et de igne fulgor egrediens inter pennata animalia discurrit, quia sanctus spiritus sic singulis atque omnibus
presto sit et incendit quos contigit, illuminat quos incendit, ut post frigus pristinum accensi ardeant et per ignem amoris
quem acceperint flammas exemplorum reddant. Fulgor quippe de hoc igne egrediens torpentes mentes percutit,
eas quia precedendo excitat et inflammat ut post amorem illius ardentes sint et lucentes. Unde alias scriptum est:
Throni eius flamma ignis, rote eius ignis accensus. Hi quippe qui custodes sunt et pascendi gregis omnia suste-
nent, mutare minime loca permittuntur. Sed quia uno in loco positi divinitatis in se presentiam portant et ardent, throni
dei flamma ignis dicuntur. Hi autem qui amore dei in predicatione discurrunt rote eius ignis ardens sunt, quia dum ex eius
desiderio per varia loca discurrunt, unde ipsi ardent et alios accendunt. Potest tamen discursus atque mutabilitas spiritus
requisitione altius intelligi consideratione. In electorum quippe cordibus in quasdam virtutes semper permanet, in quasdam
vero recessurus venit et venturus recedit. In fide etenim spe atque caritate et in bonis aliis sine quibus ad celestem
patriam non potest veniri, sicut est humilitas castitas iustitia atque misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetie vero virtute do-
ctrine facundia miraculorum exhibitione electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. Adest ut eleventur et semetipsum
subtrahit ut humilientur. Adest ut eos ostensa virtute glorificet, recedit ut semetipsos subtracta eius virtute cognoscant.
Adest ut ostendat quid per ipsum sint, recedit ut patefaciat qui vel quales remaneant sine ipso. In his itaque virtutibus
sine quibus ad vitam minime pervenitur sanctus spiritus in electorum suorum cordibus permanet. In his vero per quas sanctitatis virtus
ostenditur aliquando misericorditer presto est et aliquando misericorditer recedit. Discurrens ergo et mobilis spiritus dicitur quia in signis atque
virtutibus in his unicuique quod voluerit continue non habetur. Bene autem inter sancta animalia discurrere perhibetur, discursum quippe ad
celeritatem pertinet. Inter perfectos autem discurrit spiritus quia etsi ab eorum corde ad momentum recessit citius redit. Sequitur:
Et animalia ibant et revertebantur in similitudinem fulgoris coruscantis. Cum superius dictum sit: Non revertebantur cum ambularent,
et nunc rursum dicitur: Animalia ibant et revertebantur, valde diversa videntur esse quia ibant et non revertebantur, et ibant
et revertebantur. Sed qualiter intelligendum sit citius agnoscimus si duas vitas, activam scilicet et contemplativam, solliciti distinguimus.
In una enim semper permanere possumus, in alia autem intentam mentem tenere nullo modo valemus. Cum enim torpore ut in-
relinquimus nosque ipsos ad bone operationis studium concitamus, quo alibi nisi ad activam imus? A qua redire post
nos nullo modo debemus, quia qui post illam ad torporem negligentie ad perpetratas nequitias quas reliquerat redit,
esse sine dubio celeste animal nescit. Cum vero ab activa vita ad contemplativam surgimus, quia diu mens stare in contem-
platione non valet, sed omne quod de eternitate per speculum et in enigmate conspicit quasi furtim et per transitum videt, sua
infirmitate et ab immensitate tante celsitudinis aliquando repulsa in semetipsa relabitur, et necesse est ut ad activam
redeat seque ipsum continue in usu bone operationis exerceat, ut cum mens surgere ad contemplanda celestia non
valet, queque potest agere bona non renuat, sicque fit ut ipsis suis bonis actibus ad superiora rursum in contemplatione
surgat et amoris pastum de pabulo contemplative veritatis accipiat. In qua quia diu se tenere ipsa corruptionis
infirmitas non potest, ad bona rursum opera rediens suavitatis dei memoria pascitur, et foris piis actibus, intus
vero sanctis desideriis nutritur. Hinc etenim de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicitur: Memoriam sua-
vitatis tue eructabunt. Dulcedinem quippe suavitatis intime quia utcumque per rimam velut ex quodam chorusco
pregustando tangere, eius memoriam studet recolendo semper et loquendo ructare. Unde et apte nos psalmista admonet
dicens: Lux orta est iusto et rectis corde letitia. Letamini iusti in domino et confitemini memorie sanctitatis eius.
Cum rursum ait: Quam magna multitudo dulcedinis tue domine. Certe vero quia magna esset nullo modo agnosceret nisi hanc
aliquatenus contemplando gustasset. Hinc iterum dicit: Ego dixi in extasi mea: proiectus sum a vultu oculorum tuorum.
Nisi enim in mentis excessu sublevatus dulcedinem suavitatis eterne cognovisset, in hoc adhuc mundo retentus non
discerneret quam longe proiectus iacet. Eunt ergo animalia, vadunt et non revertuntur, atque vadunt et redeunt, quia sancti viri
ab activa vita quam apprehenderint ad nequitias non convertuntur, et a contemplativa quam tenere incipiunt non prevalent, in
activam relabuntur. Sicut enim dictum est, ipso infirmitatis sue pondere devicti ad semetipsos repulsi redeunt, ut eun-
tes discant quid desiderant, et revertentes ubi iaceant sciant; euntes intelligant ubi nondum sunt, redeuntes
quid sint. Sed qualiter sancta animalia redeant demonstrat cum subditur: In similitudinem fulgoris coruscantis. Bene
autem revertentia animalia coruscanti fulgori comparantur, quia sancti viri cum ad superna contemplanda evolant, cum pri-
mitias sui spiritus in celestis patrie amore ligant, sed gravati humane corruptionis pondere ad semetipsos redeunt,
bona celestia que solummodo per speculum contemplari potuerint, fratribus denuntiant eorumque animos in amorem intime cla-
ritatis accendunt, quam nec videre sicut est nec loqui prevalent sicut viderunt. Loquentes autem verbis suis corda
audientium feriunt et incendunt. Quasi ergo fulgor coruscans redeunt quando celestia loquuntur, quia per eos superni lu-
minis intimitas ad amorem celestis patrie mentes audientium inflammat. More autem coruscantis fulgoris

cum loquendo praedicant ignem spiritalis desiderii spargunt. Alio quoque modo sancta animalia vadunt et redeunt. Vadunt enim cum ad
insinuandam caelestis doni gratiam in praedicatione mittuntur atque ut ad fidem trahant mira coram infidelibus faciunt. Sed redeunt
quia haec omnipotentis dei virtuti tribuentes semetipsis quae fecerunt non ascribunt. Cum enim stupenda faciunt fulgor sunt
quia corda intuentium quatiunt terrent illuminant et accendunt. Unde scriptum est: In luce iacula tua ibunt in splendore ful-
guris armorum tuorum. Iacula dei sunt verba sanctorum quae corda penetrando feriunt. Sed ista iacula haec arma. Satis fratres
karissimi quia praedicatores vel iacula mittunt vel armis nos muniunt. Unde ergo verbis adhuc munita quia armis se muniunt
ne ipsi feriantur. In luce iacula tua ibunt quia in aperto operum verba dei quae comitari docent suas doctorum sancta mi-
racula vitae subiungit. In splendore fulguris armorum tuorum quia dum addis eis arma iniquorum mentes persequen-
tium fulgorat ut eos persequi non praesumant. Haec itaque animalia vadunt et revertuntur in similitudine fulguris coruscantis
quia postquam mira sancti viri coram hominibus faciunt postquam corda audientium praedicando luce incendunt ad dandam auctori suo gloriam
redeunt ut illi laudem reddant per quem se posse talia sciunt. Sic Petrus cum sanato homine qui claudus ex utero matris
fuerat signum fecit quod omnes qui cognoscebant verba valde mirarentur dixit: Viri israhelitae quid miramini in hoc aut nos quid intu-
emini quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham deus Ysaac et deus Iacob deus patrum
nostrorum glorificavit filium suum Ihesum. Et paulo post: In fide nominis eius hunc quem vidistis et nostis confirmavit nomen eius.
Signum quippe faciens intuentium oculos miraculi luce perstrinxit sed humilitatem custodiens et laudem auctori reddens
quasi unde venerat rediit quia lux fulgoris unde fuit ostendit. Sancta itaque animalia cum ad signa operanda veniunt et cum
ad reddendam auctori suo gloriam intus apud semetipsa redeunt fulgor sunt quia et ostendendo miracula et exempla
humilitatis praebendo mentes intuentium feriunt et incendunt in omni autem quod faciunt intro semper ad laudem creatoris redeunt
ut in ea virtute quam acceperunt veram stabilitatem persistant. Nam si quid sibi tribuunt mox quod acceperant stare non possent.
Unde bene etiam per Salomonem dicitur: Ad locum de quo exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant. Sive enim in virtutibus seu in doctrina
quid aliud sunt sancti viri quam flumina quae terram cordis carnalium aridam rigant. Sed sive in operatione quam faciunt seu
in doctrinae verbis quae seminaverunt nisi per intentionem cordis se solliciti ad locum de quo exeunt reducerent. Si enim intra se
ad cor non redeunt ac sese in amore conditoris desideriorum vinculis non astringunt et manus ab eo quod agebant de-
ficit et lingua ab eo quod loquebatur arescit. Sed intus semper per amorem redeunt et hoc quod in publico operantes
atque loquentes fundunt in secreto suo de amoris fonte hauriunt. Amando enim discunt quod docendo proferunt. Ad
locum ergo de quo exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant quia aquam sapientiae inde semper hauriunt unde oriuntur ne ad currendum
arescerent. Per omne ergo quod agimus ad fontem veri luminis redeamus sollicita mente reddamusque creatori nostro gratias de bo-
nis quae accepimus ei quoque cum Ysaia propheta supplicantes dicamus: Omnia opera nostra operatus es nobis. Bona enim nostra eius
sunt opera cuius misericordia non sufficit ut nos erigeret nisi et semetipsum pro nobis inclinaret. Si enim coaeternus patri deus
ante saecula non fieret homo in tempore quis homo temporalis saperet aeterna. Descensio ergo virtutis ascensio facta est humilitatis nostrae
denique ei gloriam deinque laudem qui vivit cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula. Amen. 6

Tenebrosa aqua in nubibus aeris quia obscura est scientia in prophetis. Sed Salomonis voce attestante didicimus:
Gloria regum celare verbum et gloria dei est investigare sermonem quia et honor est hominum eorum secreta abs-
condere et gloria dei est inquirendo sermonis eius aperire. Ipsa autem per se Veritas dixit: Quae dico vobis
in tenebris dicite in lumine, id est aperte exponite quae in allegoriarum obscuritatibus audistis. Magnae vero utilitatis
est ipsa obscuritas eloquiorum dei quia exercet sensum ut fatigatione dilatetur et exercitatus capiat quod capere non posset
otiosus. Habet quoque adhuc maius aliud quia scripturae intelligentia si in cunctis esset aperta vilesceret. In quibusdam locis
obscurioribus tanto maiori dulcedine inventa reficit quanto maiori labore fatigat animum quaesita. Ecce enim sancti
Ezechielis nostra voce dicitur: Cumque aspicerem animalia apparuit rota una super terram. Quid autem rota nisi sacram scripturam
signat quae ex omni parte ad auditorum mentes volvitur et nullo errorum angulo a praedicatione sua via retinetur.
Ex omni autem parte volvitur quia inter adversa et prospera et recte et humiliter incedit. Circuli quippe praeceptorum illius
modo sursum modo deorsum est quia ipsa quae perfectioribus spiritaliter dicuntur infirmis iuxta litteram congruunt et ipsa
quae parvuli iuxta litteram intelligunt docti viri per spiritalem intelligentiam in altum ducunt. Quid namque parvulorum in Gn 21
facto Esau et Iacob quod alter ad venatum mittitur ut benedicatur alter vero per suppositionem matris a patre benedicitur
nisi iuxta sacrae lectionis historiam pascitur? In qua videlicet historia si ad intellectum paulo subtilius astringatur
videt quia Iacob primogeniti benedictionem non per fraudem surripuit sed ut sibi debitam accepit quam concedente fratre
dato lentis mercede emerat. At vero si quis altius sentiens utraque facta velit per allegoriam arcana discu-
tere protinus ad historiam in mysterium surgit. Quid est enim quod Ysaac de maioris filii sui venatione vesci con-
cupiscit nisi quod omnipotens deus iudaici populi bona operatione pasci desideravit. Sed illo tardante minorem Rebecca
supposuit quia dum iudaicus populus bona opera foras quaerit gentilem populum mater gratia instruxit ut opportuni
patri cibum boni operis offerret et benedictionem maioris fratris acciperet. Qui eorum cibos ex domesticis animalibus praebuit
quia gentilis populus placere deo de oblationibus sacrificiis non quaerens per vocem prophetae dicit: In me sunt vota tua quae
reddam laudationes tibi. Quid est quod isdem Iacob manus et brachia et collum hedinis pellibus texit nisi quod eos
per peccato offerri consueverunt et gentilis populus carnis quibus in se peccata mactavit sed coopertum se carnalibus peccatis
confiteri non erubuit. Quid est quod vestimentis fratris maioris induitur nisi quod sacrae scripturae praeceptis quae maiori
populo data fuerant in bona operatione vestitus est. Et eius mater in domo utitur quae maior foras exiens intra
reliquit quia ille gentilis populus praecepta tenet in mente quae iudaicus populus litterae non potuit. Sed placet in eis
litteram attendit. Et quid est quod Ysaac eundem filium nescit quem benedicit nisi hoc quod de gentili populo deus per
psalmistam dixit: Populus quem non cognovi servivit mihi in auditu auris obedivit mihi. Quid est quod pater non
videt et tamen quae ei in futuro veniant videt nisi quod omnipotens deus cum per prophetas suos praedicaret gentilitati gratiam

Proinde quia eam in puteo per gratiam non videt quia tunc meritis derelinquit et tunc quia hac quoque collectum erat per benedictionis gratiam perdidit. Unde et idem Iacob gentilis populi figuram tenens in benedictione dicit: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus deus. Dicit enim in euangelio veritas: Et ager est hic mundus. Et quia gentilis populus ad fidem perductus per electos suos in universo mundo virtutibus redolet, odor filii odor est agri pleni. Olet namque olet flos rose quia magna est virtus et opinio predicatorum qui debriant mentes audientium. Olet flos olive quia suave est opus misericordie quod more olei refovet et lucet. Olet flos rose quia mira est fragrancia que rutilat et redolet ex amore martirum. Olet flos lilii quia candida vita carnis est de incorruptione virginum. Olet flos viole quia magna virtus est humilium qui ex desiderio loca ultima tenentes super humilitate a terra in altum non sublevat et celestis regni possidere in mente suadet. Olet redolet spica cum ad maturitatem perducitur quia bonorum operum perfectio ad sacietatem eorum qui iusticiam esuriunt preparatur. Quia ergo gentilis populus in electis suis ubique per mundum sparsus est et ex eis virtutibus quas agit omnes qui intelligunt odore bone opinionis replet, dicatur recte: Odor filii mei sic odor agri pleni. Sed quia easdem virtutes ex semetipso non habet, adiungit: Cui benedixit dominus deus. Et quoniam iidem electorum populus per quosdam etiam in contemplationem surgit, per quosdam vero in active vite solummodo opera pinguescit, recte illic additur: Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre. Ros enim desuper et subtiliter cadit, et rorem de rore celi accipimus quotiens per infusionem contemplationis intime aliquid de supernis tenuiter videmus. Cum vero bona opera etiam per corpus agimus de terre pinguedine ditamur. Sciendum est autem quod Esau tarde ad patrem redit, nisi quod iudaicus populus ad placandum dominum redit. Cui et hoc in benedictione dicitur: Tempus quod erit cum solvatur iugum de collo tuo, quia a servitute peccati iudaicus populus in fine liberatur. Sic scriptum est: Donec plenitudo gentium intraret et sic omnis Israel salvus fieret. Nunc vero ut plurimorum ipsa euangelica historia in miraculi operatione referat quod ydrias aqua impleri precepit easdemque aquam postmodum in vinum vertit. Sed cum hoc vigilantiores ingenio audiunt et sacram historiam scrutando venerantur, Io 2°

quid intus innuat requirunt. Qui enim mutare aquam in vinum potuit etiam vacuas ydrias valuit vino statim replere. Sed impleri aquas ydrias iubet quia prius per sacre lectionis historiam corda nostra replenda sunt, et aquam nobis in vinum vertit cum ipsa historia per allegorie misterium in spiritalem nobis intelligentiam commutatur. Rota ergo quia per terram trahitur quia pusillis humili sermone concordat et tamen magnis spiritalia infundens quos studium in altum levat et inde sursum erigit. Unde tertium celum tangere Paulo aperte videbat. Rota vero undique edificat quia per studium rota erat vir. Et in lege scriptum est: Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius et calamos, Exo 2

scyphos et sperulas et lilia ex ipso procedentia. Quid in candelabro nisi redemptor humani generis designatur qui in natura humanitatis infulsit lumen divinitatis ut nostri candelabrum fieret, quatenus in eius lumine omnis peccator in quo iacet tenebris videret. Quod pro eo quod naturam nostram sine culpa suscepit, candelabrum tabernaculi ex auro purissimo fieri iubet. Ductile autem feriendo producitur, quia et redemptor noster qui ex conceptione et nativitate perfectus deus et homo extitit, passionum dolores pertulit et ad resurrectionis gloriam pervenit. Ex auro ergo mundissimo ductile candelabrum fieri, quia et peccatum non habuit et tamen corpus eius per passiones contunsionis ad immortalitatem perficitur. Nam in mundo virtutes autem quo persuasionibus potuisset perficere omnino non habuit. In membris autem suis que nos sumus cotidie persuasionibus perficitur quia dum nos tundimur efficimur ut eius corpus esse mereamur. Ipse perficitur de cuius corpore scriptum est: Ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum dei. Col 2

Corpus quippe illius nos omnes sumus, per nexus vero et coniunctiones corpus ligatur quia dum capiti pectus, dum pectori brachia, dum brachiis manus, digiti manibus sic coniuncti ac membra certa membris inherent, corpus omne perficitur. Sicut sancti apostoli qui redemptori nostro proximi extiterunt quasi pectus capiti inheserunt, quos quia imitati sunt secuti quasi membra brachia pectori fuerunt. Quibus dum pastores et doctores submitti sunt per bona opera manus brachiis inheserunt. Hoc vero omne corpus redemptoris nostri cotidie per nexus et coniunctiones subministratur in celo quia cum ad eum illuc electe anime ducuntur ei sua membra colligantur. De quo bene dicitur: Subministratum et constructum crescit in augmentum dei, quia deus omnipotens redemptor noster qui in se quo perficiatur non habet, adhuc per membra sua cotidie augmentum habet. Unde rursus scriptum est: Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi. Hastile vero eiusdem candelabri ipsa ecclesia debet intelligi que corpus eius est quia inter adversa libratur terra. Calami autem qui de hastili procedunt predicatores sunt qui dulce sonum in mundo ediderunt, videlicet canticum novum. Scyphi autem vino repleri solent. Quid ergo mentes auditorum nisi scyphi sunt que sanctis predicantibus vino scientie replentur. Sperula autem quid est aliud nisi volubilitas predicationis. Spera enim ex omni parte volvitur. Et predicatio que nec ad adversitate teneri potest nec prosperitatibus elevatur, spera est, quia et inter adversa et inter prospera humilis nec timoris habet angulum nec elationis. In cursu ergo suo figi non valet quia per cuncta se volubiliter trahit. Ut autem hoc quod exempli causa protulimus consequamur, bene post scyphos calamos et sperulas in candelabro lilia describuntur, quia post eam quam diximus predicationis gratiam atque volubilitatem illa virens patria sequitur que candidis sanctis id est floribus vernat eternis. Sperule ergo ad laborem pertinent, lilia ad retributionem. Itaque sicut apud Moysen sperula doctrina predicationis accipitur, ita per rotam ipsa sacra scriptura signatur. Ipsa ergo dum sancta alia videt admiratur: Cumque aspicerem animalia apparuit rota una super terram. Quia in re querendum est cum nusquam rote describuntur, cur una rota prius apparuisse dicatur, nisi quia antiquo populo vetus solummodo testamentum datum est quod ad erudiendam mentem illius quasi rota volveretur. Bene autem rota eadem super terram apparuisse dicitur, peccanti enim homini dictum est: Terra es et in terram ibis. Rota ergo super terram apparuit quia deus omnipotens legem super corda peccantium dedit. Sed quia hec prelata animalia sanctos ut diximus evangelistas designant, quod prius animalia et postmodum rota una appareat, dum ante testamentum vetus fuit et postmodum sancti evangeliste secuti. Sed intelligere in his possumus quod illi prius a prophetia visi sunt qui multo transcendunt. Namque quanto sanctum evangelium testamentum vetus precellit, tanto et predicatores eius in descriptione prophetica preferri debuerunt. Quamvis sit adhuc aliud quod in hac descriptione considerari debeat, quia prophetie spiritus sic inter semetipsum antiora et postiora sibi colligit ut et sibi prophetie lingua preferre

non possit. Si ampla que videt descriptis sermonibus enarrat et nunc ultima post prima nunc vero prima post ultima loquitur.
Unde Ezechiel propheta sub figura scite visionis currus et evangeliorum gloriam per quatuor animalia in plenitudine vidit et tunc illa repente
subiungit que antiquioribus et posterioribus temporibus gesta sunt ut patenter indicet sic se vidisse quod carnis lingua non suffi
ceret sic dicere. Prima vero per quatuor animalia eciam perfectos omnes sanctorum duorum conspicimus quod est quosdam sanctorum et ante
legem fuisse qui in naturali lege districte vivunt et omnipotenti deo placent. Post animalia ergo rota describitur quia
electorum multi apud omnipotentem deum perfecti et ante legem fuerunt. Sin vero animalia solos ut diximus evangelistas
debemus accipere est adhuc aliud quod considerare debeamus. Videbat enim spiritu propheta quia hec ipsa verba que obscura
tibi obvoluta proferebat non in Iudeo populo sed gentibus panderentur. Nobis igitur loquens prius animalia et post rotam
describere debuit quia nos largiente deo ad fidem venientes non per legem evangelium sed per sanctum evangelium legem didicimus.
(Ubi vero vel qualis rota appareat adiungit cum dicit iuxta animalia habens quatuor facies. Ubi adhuc subditur: Et
aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris et una similitudo ipsarum quatuor et aspectus earum et opera quasi sit rota
in medio rote. Quid est hoc quod cum una rota diceretur paulo post adiungit quasi si sit rota in medio rote nisi quod
testamenti veteris litera testamentum novum latuit per allegoriam. Unde et rota eadem que iuxta animalia apparuit
quatuor facies habere describitur quia scriptura sacra per utraque testamenta in quatuor partibus est distincta. Vetus etenim
testamentum in lege et prophetis, novum vero in evangeliis atque apostolorum actibus et dictis. Sed notandum quia ubi faciem
intendimus ibi quod notum est videmus. Rota ergo quatuor habet facies quia prius ventura mala in prophetis vidit per
legem postmodum vidit per prophetas, subtilius vero per evangelium, ad consummationem autem per apostolos ea que in cultis hominum re
seravit apperuit. Potest quoque intelligi quod quatuor facies rota habeat propterea quod scriptura sacra per gratiam predicationis
extensa in quatuor mundi partes innotuit. Unde et hic eadem rota una prius iuxta animalia apparuisse et post modum
quatuor facies habuisse describitur quia nisi eos evangelio concordaret in quatuor mundi partibus non innotesceret. Sequitur:
(Aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris. Recte sacra eloquia visioni maris similia narrantur quia in
eis magna sunt volumina sententiarum, cumuli sensuum. Nec immerito mari similis scriptura sacra dicitur quia fluctuant in ea
sine locutionibus sacramento baptismatis. Velut etiam comparandum quia navibus in mari navigamus cum ad desideratas
terras tendimus. Nobis autem quid est in desiderio nisi illa terra de qua scriptum est: Portio mea in terra viventium. Lignum
autem ut dixi evehit qui mare transit et sciendum quia scriptura sacra lignum crucis per legem nobis prenunciat cum dicat:
Maledictus omnis qui pendet in ligno. Quod redemptori nostro Paulus attestatur dicens: Factus pro nobis maledictum.
Per prophetas quoque lignum annunciat cum dicit: Dominus regnavit a ligno. Et rursum: Mittamus lignum in panem eius. Per evangelium
vero lignum crucis aperte ostenditur ubi ipsa passio domini que prophetata est declaratur. Per apostolos autem hec eadem crux et in verbis
et operibus tenetur cum Paulus dicit: Michi mundus crucifixus est et ego mundo. Et rursum: Michi autem absit gloriari nisi in cruce
domini nostri Iesu Christi. (Nobis ergo qui ad eternam tendimus patriam scriptura sacra per quatuor suas facies mare est quod ante
annunciat quia nos ad terram viventium ligno portat. Visio autem maris scripturam sacram similem tenet propheta. Inde dixisse
(Repleta est terra scientia domini sicut aqua maris operientis. Sequitur: Et una similitudo ipsarum quatuor et aspectus earum
et opera quasi sit rota in medio rote. Una similitudo ipsarum est quatuor quia quod predicat lex hoc eciam prophete,
quod denunciaverunt prophete hoc exhibet evangelium, quod exhibuit evangelium hoc predicaverunt apostoli per mundum. Una est ergo
similitudo ipsarum quatuor quia divina eloquia etsi temporibus distincta sunt tamen sensibus unita. Et aspectus earum et opera quasi
sit rota in medio rote. (Rota in rota est testamentum ~~veteris~~ sicut diximus novum intra testamentum veteris quia quod de
signavit testamentum vetus hoc testamentum novum exhibuit. Ut enim pauca de multis loquar, quid est quod Adam dor
miente Eva producitur nisi quod moriente Christo ecclesia formatur. Quid est quod Isaac ad immolandum ducitur et ligna
portare super imponitur et vivit nisi quod redemptor noster ad passionem ductus lignum crucis ipse portavit et in passione
pro nobis ex humanitate est mortuus ut tamen immortalis maneret ex divinitate. Quid est quod homicida post mortem summi
pontificis absolutus ad terram propriam redit nisi quod humanum genus quod peccando diu incurrit mortem intulit, post mortem
veri sacerdotis videlicet redemptoris nostri peccatorum suorum vinculis solvitur et in paradisi possessione reparatur. Quid est Exo 27
quod in tabernaculo propiciatorium fieri iubetur super quod duo cherubim unum a summitate una et alterum a summitate
altera ex auro mundissimo ponuntur expandentes alas et operientes oraculum qui se mutuo respiciunt versis
vultibus in propiciatorium nisi quod utraque testamenta ita sibi in mediatore dei et hominum congruunt ut quod unum figurat
hoc alterum exhibeat. Quid enim per propiciatorium nisi ipse redemptor humani generis designatur. De quo per Paulum
dicitur: Quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. Quid ergo per duo cherubim que plenitudo scientie dicuntur
nisi utraque testamenta signata sunt. Ex quibus unum a summitate una propiciatorii, aliud vero a summitate altera stat
quia quod testamentum vetus de incarnatione nostri redemptoris cepit prophetando promittere hoc testamentum novum perfecte
narrat completum. Duo autem cherubim ex auro mundissimo facta sunt quia utraque testamenta pura et simplici veritate
describuntur. Expandunt vero alas et oraculum operiunt quia nos omnipotentis dei oraculum sumus a culpis immunitatis
scripture sacre edificatione protegimur. Cumque dum suas sublimitate aspicimus ab errore ignorantie eius alis ve
lamur. Duo vero cherubim se mutuo respiciunt versis vultibus in propiciatorium quia utraque testamenta in nullo a
se discrepant et quasi ad semetipsa vicissim facies tenent quia quod unum promittit hoc aliud exhibet. Dum inter se
positum mediatorem dei et hominum vident, faciem quippe a semetipsis cherubim averterent si quod unum testa
mentum promitteret aliud negaret. Sed dum concorditer de mediatore dei et hominum loquuntur ut vicissim se respiciant
in propiciatorium intendunt. (Rota ergo in medio rote est quia inest testamento veteri testamentum novum, et sicut sepe
iam diximus quod testamentum vetus promisit hoc novum exhibuit, et quod illud occulte annunciat hoc istud
exhibitum aperte clamat. Propheta ergo vidit rotam in medio rote quia testamenti novi testamentum vetus est.

et composicio testamenti veteris testamentum novum. Sequitur: Per quatuor partes earum ibant et non revertebantur. Quo alibi divina eloquia nisi ad corda hominum vadunt? Sed per quatuor partes euntes ibant, quia scriptura sacra per legem ad corda hominum vadit significando misterium, per prophetas vadit patenter apertius prophetando dominum, per evangelium vadit exhibendo que prophetavit, per apostolos vadit predicando eum quem pater in nostra redempcione exhibuit. Habet ergo rote facies et vias, quia ostendunt sacra eloquia notitiam preceptorum cum exhibicione operum. Et per quatuor partes vadunt, quia distincte ut per diversa tempora loquuntur, vel certe quia in cunctis mundi regionibus incarnatum dominum predicant, de quibus apte mox subditur: Et non revertebantur cum ambularent. Hec superius de alibus dicta sunt, sed non eadem intelligi de rotis que de alibus puto. Rotas quippe signare testamenta diximus, et testamentum vetus ambulavit quidem, per predicatores ad mentes hominum venit, sed post semetipsum reversum est, quia in ipsis literis in preceptis suis et sacrificiis usque ad finem servari non potuit. Non enim sine mutacione permansit, cum in eo spiritalis intelligencia defuit, sed cum redemptor noster in mundum venit, hoc spiritaliter dixit intelligi quod carnaliter invenit teneri. Itaque dum spiritaliter litera omnis intelligitur, omnis in eo illa carnalis exhibicio immutatur. Testamentum vero novum etiam per testamentum veteris pagine testamentum etiam appellatum est, quia intellectus illius numquam mutatur. Bene ergo dicitur quod rote euntes ibant et non revertebantur cum ambularent, quia dum novum testamentum non refundit, unde vetus iam spiritaliter per intellectum tenetur, post se non redeunt, que usque ad finem mundi immutabilia persistunt. Ambulant ergo sed non revertuntur, quia sic spiritaliter ad cor meum veniunt ut eorum precepta vel studia ultra non mutentur. Sequitur: Statura quoque erat rotis et altitudo et horribilis aspectus. Quid est quod scripture sacre eloquiis tria hec inesse narrantur, ut staturam, altitudinem et horribilem aspectum in se habere memorentur? Considerandum nobis magnopere est que sit scripture statura, que altitudo, quis horribilis aspectus dicitur. Statura ergo est quia stare ad vitam cogit bene operantes. Unde per Paulum dicitur: Qui stat videat ne cadat. Qui etiam discipulis dicit: State fratres in domino. Et propheta qui se vita ac moribus ante dominum videbat, ait: Vivit dominus in cuius conspectu sto. Altitudo vero est celestis regni promissio, ad quam pertingit qui iam mortalis vite omnem corrupcionem subiugat. Horribilis vero aspectus est terror gehenne, que sine fine reprobos cruciat et semper in cruciatu consumat. Statura ergo in rectitudine preceptorum est, altitudo in celsitudine superne promissionis, horribilis vero aspectus in minis atque terroribus suppliciorum sequencium. Scriptura igitur sacra staturam habet, quia mores ad standum dirigit, ut auditorum mentes ad terrena concupiscenda non curvent. Altitudinem habet, quia in celesti patria eterne vite gaudia promittit. Horribilem quoque aspectum habet, quia horribilibus reprobis gehenne supplicia minatur. Audit igitur staturam suam in edificacione morum, audit altitudinem in promissione premiorum, audit horribilem aspectum in terroribus suppliciorum. Recta est enim in preceptis, alta in promissionibus, horribilis in minis. Habet staturam cum per prophetam dicit: Quiescite agere perverse, discite benefacere, querite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et rursum: Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum operi eum, et domesticos seminis tui ne despexeris. Habet altitudinem cum per eundem prophetam dicit: Et non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lune illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, et deus tuus in gloriam tuam. Habet horribilem aspectum cum infernum describens dicit: Dies ulcionis domini, annus retribucionis iudicii Syon. Et convertentur torrentes eius in picem et humus eius in sulphur, et erit terra eius in
1566 picem ardentem nocte et die, non extinguetur in sempiternum. Quam beatus quoque Job describit dicens: Terram tenebrosam et opertam mortis caligine, terram miserie et tenebrarum, ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Habet staturam cum per eundem prophetam dominus pollicetur dicens: Sicut celi novi et terra nova que ego stare facio coram me, dicit dominus, sic stabit semen vestrum et nomen vestrum. Ille enim coram deo stare qui vitam suam in pravitate non dissipat. Habet altitudinem cum statim subdit: Et erit mensis ex mense et sabbatum ex sabbato, et veniet omnis caro ut adoret coram facie mea, dicit dominus. Quid est mensis nisi perfectio dierum, et quid est sabbatum nisi quies in qua opus servile fieri non licebat? Mensis ergo ex mense est, quia qui hic perfecte vivit, illuc ad perfectam glorie perducitur. Sabbatum vero ex sabbato est, quia qui hic cessavit a pravo opere, illic quiescit in celesti retribucione. Habet eciam horribilem aspectum cum protinus adiungit: Et egredientur et videbunt cadavera virorum qui prevaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur. Quid hoc horribilius dici, quid vero cogitari potest, quam damnacionis vulnera sustinere et dolores vulnerum numquam finire? De hoc horribili aspectu rotarum dicitur per Sophoniam, dicit cum supervenientem diem iudicii duris mentibus denunciat: Iuxta est dies domini magnus, iuxta et velox nimis. Vox diei dies tribulacionis et angustie domini amara; tribulabitur ibi fortis. Dies ire dies illa, dies tribulacionis et angustie, dies calamitatis et miserie, dies tenebrarum et caliginis, dies nebule et turbinis, dies tube et clamoris. Sed quia in exteriorem rote dicta posuimus, restat nunc ut interioris quoque staturam et altitudinem et horribilem aspectum perscrutari debeamus. Habet quippe rota interior staturam suam cum per semetipsam evangelium ad terrena desideria incurvari nos prohibet, redemptoris nostri vocibus dicens: Attendite ut non graventur corda vestra in crapula et ebrietate aut in curis huius vite. Habet altitudinem cum de eodem redemptore promittit dicens: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quid enim hac potestate altius, quid hac altitudine dici sublimius potest, in qua tales quisque efficitur filius creatoris? Habet horribilem aspectum cum de reprobis loquitur dicens: Ibunt in supplicium eternum. Habet staturam cum veritas discipulos admonet dicens: Vendite que possidetis et date elemosinam, facite vobis sacculos non veterascentes. Habet promissionis altitudinem cum dicit: Venient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham, Ysaac et Iacob in regno celorum. Habet horribilem aspectum cum subdit: Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dencium. Quibus rursus voce veritatis dicit: Vos in peccatis vestris moriemini. Habet staturam cum primi pastoris voce dicitur: Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem pacienciam, in paciencia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem. Habet altitudinem cum paulo post dicit: Sic enim habundanter ministrabitur vobis introitus in eternum regnum domini et salvatoris nostri Ihesu Christi. Et rursum bonis pastoribus pollicetur dicens: Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem glorie coronam. Habet horribilem aspectum cum dicit: Adveniet autem dies domini ut fur, in qua celi magno impetu transient, elementa vero calore

solvetur. Cum hec igitur omnia dissolvenda sint, quales oportet nos esse in sanctis conversationibus et pietatibus, expectantes in adventu diei
dei per quem celi ardentes solventur et elementa vero ignis calore tabescent. Habet staturam cum per Paulum nos a terrenis desideriis
erigit de mortificatione membrorum nostrorum que sunt super terram fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam et avariciam que est
ydolorum servitus. Habet altitudinem cum promittit de vita nostra abscondita est cum Christo in deo. Cum Christus apparuerit vita nostra tunc
et vos apparebitis cum illo in gloria. Habet horribilem aspectum cum minatur dicens In revelatione domini nostri Ihesu Christi de celo cum angelis
virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam hiis qui non noverunt deum et qui non obediunt evangelio domini nostri Ihesu Christi qui
penas dabunt in interitu eternas a facie domini et a gloria virtutis eius. Habet staturam cum nos admonet dicens Videte ne quis alicui
malum pro malo reddat sed semper quod bonum est sectamini invicem et in omnes. Habet altitudinem cum promittit dicens Si commorimur et con-
vivemus, si sustinemus et conregnabimus, et rursum Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis.
Habet horribilem aspectum cum minatur dicens Terribilis quedam expectatio iudicii et ignis emulatio que consumptura est adversarios.
Item rursum Horrendum est incidere in manus dei viventis. Que cum ita sint quis dominum attingit sicut dicit ut possitis comprehendere
cum omnibus sanctis que sit latitudo longitudo sublimitas et profundum. Lata quippe est caritas que et inimicorum dilectionem capit
et per eam caritatem qua nos omnipotens deus late diligit, eciam longanimiter portat. Hec ergo nos debemus exhibere proximis
quod indigemus nobis a creatore nostro conspicimus exhiberi. Latitudo itaque et longitudo ad staturam pertinet quia per amorem
mores dilatat ut statura. Mala caritas longanimiter portat. Sublimitas autem est eternorum illa remuneratio premiorum de
qua dicitur quia nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Hec ergo
in sublimitate altitudinem quia eciam sanctorum gaudia nulla nunc prevalet cogitatio penetrare. Profundum quoque est illa vestra
bilis dampnationis suppliciorum que eos quos susceperit in imis deducit in quibus sacra eloquia horribilem aspectu-
habet quia destinabilem terrorem audientibus incutit cum supplicia inferni loquitur. Bene ergo dicitur Statura quoque erat rotis
et altitudo et horribilis aspectus quia scriptura sacra in utroque testamento et admonendo recta est et promittendo alta et
minando terribilis. Hec vos fratres karissimi hodierna die dixisse sufficiat ut ad discenda ea que subiecta sunt ocio
reparati redeamus in auctore omnium domino nostro Ihesu Christo confidentes qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sicut nostis fratres karissimi consuetudo prophetie est nunc ista nunc illa aspicere et ab aliis in aliud subito verba
derivare sicut psalmista cum de deo loquitur dicens Deus iudex iustus fortis et paciens longanimis numquid
irascitur per singulos dies. Nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit arcum suum tetendit et paravit illud et
in ipso paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Repente subiunxit Concepit dolorem et peperit iniquitatem
lacum aperuit et effodit eum et incidit in foveam quam fecit. Ecce cum deum narraret iniquorum qui non mutata voce
repente peccatoris intulit culpam quod unum me exempli causa dixisse sufficiat quia quisquis in prophetico usu
lectionis hec crebro ista fieri non ignorat unde nunc Ezechiel propheta cum de rotis loquitur adiungit Et totum corpus
plenum oculis in circuitu ipsorum quatuor. Cum enim non ipsarum sed ipsorum dixit, profecto indicat quia repente sermo eius
a rotis ad animalia redit. Perque in persona perfecti quoque ut predictum est designantur. Corpora itaque animalium undique plena oculis
describuntur quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est bona desiderabiliter providens mala solerter cavens. Et hoc est
laboriosum ubi sanctorum mens vehementer invigilat ne se ante corporis oculos mala sub bonorum specie abscondat.
Circumspecta est ergo vita sanctorum ne se sit libera ut superba sit quia sepe superbia concedit et videri appetit libertas
puritatis. Ne se sit humilis ut formidolosa quia aliquando timor restringit animum ut loqui que recta sunt non presumat.
Sed cum in ipsa timida cogitatione humilitatem esse simulat. Ne se sit parca ut tenax sit quia plerumque tenacia
parsimonia appetit estimari ut iuste ac mitiore videatur tenere quod egenti proximo misericorditer non libet tendere.
Ne se sit misericors ut effusa sit quia nonnumquam effusio esse magis putat. Aliud est enim pietatis studio necessaria proro-
gare aliud ea que possidentur sine mercedis intencione dispergere. Quamquam ergo agitur in radice intencionis pen-
sandum est quo merito apud iudicium creatoris habeatur. Unde et ipse creator dicit Si oculus tuus simplex fuerit totum corpus
tuum lucidum erit. Oculum vero intencionem vocans corpus vero actionem quia si nostra intencio apud deum simplex fuerit in
eius iudicio nostra actio tenebrosa non erit. Quia sancti viri solerter invigilant ut se undique aspiciant ubique
custodiant ne aut mala ipsa appetant aut hec eadem sub specie bonorum agant. Sive ne se eis vicia virtutes mentiantur
esse totum corpus plenum in circuitu oculis habent quia omnis corporis actio prudentia sollicitudinis et repletur et circumdatur.
Hinc est quod Paulus apostolus dum tumidam penitentem de perpetrato facinore Corinthios prospiceret voluisse misereri aut
Si cui aliquid donastis et ego. Nam et ego quod donavi propter vos in persona Christi ut non circumveniamur a Sathana.
Non enim ignoramus cogitationes eius. Si enim parcendum erat cur se humilitate tanta voluntati discipulorum magister
egregius sociat ut neque ipse a discipulis neque ab eo discipuli in compassionis causa diversi videantur nisi quia
simplicitate prudentie oculo attendit quod plerumque dum alter donat alter irascitur et quale iam est misericordie sacrificium
quod cum discordia proximi offertur. Unde recte aut ut non circumveniamur a Sathana. Non enim ignoramus cogitationes
eius quia vero inde in altitudine cordis ipse malum solet immittere unde altius conspicit pietatis negocium fecisse im-
perfectum. Enim bonum est quod sic agitur ut neque eis per alio latere malum surrepat non attendatur nisi forte
hoc quod sine cuiuspiam scandalo fieri non potest culpa sit non fecisse. Hoc vero ideo dicimus ut notum vestre dilectioni faciamus
quia in nostro bono opere aliquando cavendum est scandalum proximi aliquando vero pro nichilo contempnendum. Quod in ipso nostro auctore
didicimus qui dum tributum petito magistro pateretur prius paradigma proposuit per quod se nichil debere indicat dicens Reges
terre a quibus accipiunt tributum vel censum a filiis suis an ab alienis. Cum dum diceretur Ab alienis illico indicat Ergo
liberi sunt filii. Sed postquam se liberos esse monstravit, ne fortasse scandalum cuiquam faceret subdidit. Ut autem non scan-
dalizemus eos vade ad mare et mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit tolle et aperto ore eius invenies
staterem. Illum sumens da eis pro me et te. Cum rursum cum diceret quia omne quod in os intrat non coinquinat hominem

Et tunc accedentes discipuli dixerunt: Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plantatio quam non
plantavit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos, ceci sunt duces cecorum. Ecce magister veritatis ne in quorumdam cordibus magister veritatis
scandalum gigneret, et quod non debuit tributum dedit. Et rursum quia gravari scandalo in quorumdam cordibus contra veritatem vidit,
in suo eos scandalo remanere permisit. Ex qua re nobis considerandum est quia in quantum possumus vitare proximorum scandalum
debemus. Si autem de veritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum quam veritas relinquatur. Corpora ergo animalium plena
sunt oculis, cum se hinc inde caute circumspiciunt. Sed studium nobis est quia sepe dum aliis rebus intendimus, fit ut alia ne-
gligamus, et ubi negligimus, ibi procul dubio oculum non habemus. Nam phariseus ille qui ascenderat in templum orare, testante veritate,
que dixit per agnitionem. Ait enim: Deus gratias ago tibi. Recte autem Deo gratias agebat, a quo acceperat bona ut faceret.
Sed cum etiam subiungit: Quia non sum sicut ceteri raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus; ieiuno bis in sabbato, de-
cimas do omnium que possideo; ecce ad cohibendam abstinentiam et ad impendendam misericordiam, ad referendas Deo gratias oculum
phariseus habuit, sed ad humilitatis custodiam oculum non habet. Et quid prodest quod contra hostium insidias pene tota civitas
caute custoditur, si unum foramen apertum relinquitur unde ab hostibus intretur? Quid ergo prodest custodia que pene
ubique circumponitur, quando inimicis tota civitas per neglectum loci unius aperitur? Phariseus qui ieiunium cohibuit, decimas dedit,
Deo gratias retulit, quasi per cuncta in sue civitatis custodia invigilavit, sed quia unum in se foramen superbie non
attendit, ibi hostem pertulit ubi per negligentiam oculum clausit. Animalia ergo sanctorum mentes undique se caute inspicientes vi-
gilant, atque in omni suo opere pavoris et sollicitudinis oculum circumducunt, ne aut prava agant, aut recta que percepta sunt
non agant, aut bonis actibus completis in suis cogitationibus intumescant, et tanto gravius offendant quanto quem minus
vident foris oculosque precavent. Recte dicitur: Totum corpus eorum plenum oculis in circuitu. Sanctum quoque quod in translatione veteri
non habetur: totum corpus eorum plenum oculis in circuitu, sed dicitur: Dorsa eorum plena sunt oculis; que sententia ab edificationis
intellectu non discrepat. Ea enim que sunt in facie sepe etiam peccatores homines custodire solent. Iusti autem viri quia
se et in eis custodiunt que in prompto et in facie non vident, in dorsis oculos habere referuntur. Animalia ergo et ea que in
occultis sunt discutiunt, atque ab ipsis se custodiunt que latent. Profecto in dorsis oculos habent. Quod tamen intelligi et aliter
potest, quia ea que sunt ante faciem nostram videmus, dorsa autem nostra alius in nobis videt et nos videre non possumus. Animalia
ergo sancti viri solerter se aspiciunt in quibus ab aliis imitari possunt, et districte se videt, sicut sepe districte ab aliis
videntur. Sed qui in se non ea que se late portant ignorant, lumen in dorso portant. Sequitur: Cum ambularent animalia
ambulabant pariter et rote iuxta ea. Et cum elevarentur animalia de terra, elevabantur simul et rote. Ambulant animalia
cum sancti viri in scriptura sacra intelligunt quemadmodum moraliter vivant. Elevantur vero a terra animalia cum sancti viri se
in contemplatione suspendunt. Et quia unusquisque sanctorum quanto in scriptura sacra profecerit, tanto hec eadem scriptura sacra
proficit apud ipsum. Recte dicitur: Cum ambularent animalia ambulabant pariter et rote, et cum elevarentur animalia de terra
elevabantur simul et rote. Quia divina eloquia cum legente crescunt. Nam tanto quisque illa altius intelligit quanto in
eis altius intendit. Unde nec elevantur si non elevantur animalia, quia nisi elongatum mentes ad alta profecerint, divina dicta
velut in imis non intellecta iacent. Cum enim legenti cuilibet sermo scripture sacre tepidus videtur, sensus divini eloquii
eius mentem non excitat et in cogitatione sua nullo intellectus lumine emicat, rota et otiosa et in terra est, quia
animal non elevatur a terra. At vero si animal ambulet, id est bene vivendi ordines querat et per gressum cordis inveniat
quemadmodum gressum boni operis ponat, ambulant pariter et rote, quia tantum in sacro eloquio provectum invenies
quantum apud illud ipse profeceris. Si vero pennatum animal sese in contemplatione tendit, rote protinus a terra sublevantur,
quia terrena non esse intelliguntur que prius in sacro eloquio iuxta terrenum morem dicta credidisti. Fit quoque ut scrip-
ture sacre verba esse celestia sentias, si accensus per contemplationis gratiam temetipsum ad celestia suspendas. Et
miram ineffabilis sacri eloquii virtutem agnoscit cum superno amore legentis animus penetratur. Anima ergo al
ad alta se sublevat, rota volat. Sequitur: Ubi ibat spiritus illuc eunte spiritu et rote pariter levabantur sequentes
eum. Quo enim spiritus legentis tendit, illuc et divina eloquia levantur, quia si in eis altum quid videndo et sentien-
do quesieris, hec eadem sacra eloquia tecum crescunt, tecum in altioribus ascendunt. Bene de eisdem rotis dicitur: sequentes
eum. Legentis enim spiritus si quid in eis sane morale aut historicum querat, sensus hunc moralis historie sequitur.
Si quid typicum, mox figurata locutio agnoscitur. Si quid contemplativum, statim rote quasi pennas accipiunt et
in aere suspenduntur, quia in verbis sacri eloquii intelligentia celestis aperitur. Quocumque ergo ibat spiritus illuc
eunte spiritu et rote pariter levabantur sequentes eum. Rote enim spiritum sequuntur, quia verba sacri eloquii ut iam sepe
dictum est iuxta sensum legentium per intellectum crescunt. In una enim eademque scripture sententia alius sola historia pascitur,
alius typicam, alius vero intelligentiam per typicam contemplationem querit, et fit plerumque sicut dictum est in una
eademque sententia dicta sit, tamen valeat invenire. Moyses enim cum de ardente rubo vocatus fuisset, accessit propius
ut videret visum. Et ecce rubus ardebat et non consumebatur. Magnum est hoc miraculum si sola in eo historia
requiras. Est unde nutriatur legentis animus, ut videas quod in ligno ignis ardeat et non consumat. Iam vero si
typicam intelligentiam queras, quid flamma nisi legem, de qua scriptum est: In dextera eius ignea lex. Et quid
rubus ille nisi iudaicum populum designavit, peccatorum suorum spinis obsitum. Sed rubus ardens consumi non potuit,
quia iudaicus populus et ignem quidem legis accepit, et tamen peccatorum suorum spinas non deseruit, nec eius vitia
divini sermonis flamma concremavit. Fortasse in hoc facto aliquid maiora per typum contemplari desiderat, hinc quod
[illegible] dei qui peccata sua non habuit
[illegible] elevetur pariter et rota. Inter homines enim per carnem homo factus est unicus dei qui peccata sua non habuit,
sed in se metipso
spinas nostre nequitie suscepit atque usque ad passionem pro nobis humiliari dignatus est, et in semetipso
ignem tribulationis nostre suscepit, sed arsit et non arsit, quia ex humanitate mortuus est et tamen immortalis ex divinitate.

permansit. Suscepit a nobis unde sacrificium pro nobis fieret, et tamen impassibilis atque incommutabilis permansit in sese, ut nos commutaret a malis. Alius fortasse historiam, moralitatem atque per allegoriam intelligentiam contemplationis requirit. Pensat enim in historia hoc quod in lege scriptum est, ut turtur quae pro peccato offertur retorqueat caput suum ad pennas, ita ut collo inhaereat et non penitus abrumpatur. In quibus verbis dubius legentibus sensus historiae non est. Sed si hic intelligentiam moralitatis requiras, agitur rota dum ad moralem intelligentiam ducitur sacri verbi sententia. Nos enim ipsi in omnipotentis Dei sacrificio esse turtures debemus, ita ut caput nostrum retorqueamus ad pennulas, id est ad virtutes. Non enim immerito caput mentem per intelligimus, quia sicut caput corpus, ita mens actiones regit. Sed caput ad pennulas retorqueri praecipitur, ut ea quae dicis facias et os ad opera coniungas. Nec ita caput abscindendum est ut a corpore dividatur, sed ex parte detortum corpori suo videbitur inhaerere, quia videlicet mens nostra a carnali delectatione incidenda est, sed a curis carnis necessariis incidenda non est. Hinc enim scriptum est: Carnis curam ne feceritis in desideriis. In desideriis enim prohibet, consulendum in necessitate concedit. Caput ergo turturis ex parte abscisum sit et ex parte inhaereat, ut sic detortum est, et a voluptate carnis mens nostra incisa sit et tamen a necessitate non sit abscisa. Quod si hoc sacrificii genus sub typica nostri redemptoris intelligentia aliquis ad contemplationem requirat, ascendat ergo ad fortiora, quia elevantur animalia ut eleventur pariter et rotae. Quis enim caput meum est, nisi redemptor generis humani, de quo scriptum est: Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam quae est corpus ipsius. Quem dum in medio persequentes nomen eius delere de terra conati sunt, cumque eum crucifixum et sepultum viderunt, hunc se ab amore omnium dimisisse crediderunt. Sed caput turturis et incisum est et tamen a suo corpore divisum non est, quia per hoc quod pro nobis mortem pertulit omnes nos interius in ipsa sua morte composuit, et per hoc quod se nostris oculis visibiliter subtraxit, nostris se mentibus invisibiliter radicavit. Caput ergo turturis incisum inhaesit corpori, quia pro nobis quidem redemptor noster passus est, sed a nobis separatus per passionem non est. Summa ergo dicta sacri eloquii cum legentium spiritu concrescunt, recte nunc dicitur: Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu et rotae pariter levabantur sequentes eum. Et subditur: In rotis enim spiritus vitae est, quia in sacra eloquia dono spiritus vivificamur, ut mortifera a nobis opera repellamus. Potest etiam intelligi quia spiritus vadit cum legentium animum diversis modis et ordinibus tangit Deus. Cum hunc per verba sacri eloquii modo in zelo contritus ad ultionem erigit, modo ad patientiam mitigat, modo in praedicatione instruit, modo ad paenitentiae lamenta compungit. Sed transeamus breviter per haec eadem verba quae diximus, et videamus quomodo sequuntur rotae spiritum qui vitae. Si enim legentis animum spiritus vitae in zeli fervore tetigit, protinus in sacris eloquiis spiritus dicitur et rotis inesse perhibetur. Certe si legentis animus ... videt quod Moyses in castra rediens et populum per idola peccasse cognoscens, hunc per fervorem spiritus gladiis stravit; quod Petrus mentientes sibimet verbo percussit et occidit; quod Phinees persequendo luxuriam virum gladio Deum placavit; quod Paulus negligentibus discolis virgam minatur. Si spiritus vitae legentis animum ad suadendam patientiam tangit, statim sequuntur et rotae, quia in sacris eloquiis inveniunt quod Moyses et Aaron cum loquentes verba persecutionis populi passi sunt, ad tabernaculum currunt. Dedit autem corpus mens et timorem superbientium pertulit, et tamen contra eos ad orationem concurrunt pro ipsis orantes quem fugiebant. Vera tolerantia sed odisse non est, virtus mansuetudinis odium non recipit. Patientia enim vera est quae et ipsum amat quem portat. Nam tolerare sed odisse non est virtus mansuetudinis. Inveniunt quod Samuel de principatus culmine deiectus orasse se etiam pro deiectore si velamine suo furoris. In eisdem quoque eloquiis inveniunt quod Samuel de principatus culmine deiectus orasse se etiam pro deiectore ... Quia ipse auctor ac redemptor generis humani ... confitetur quod nemo sanctorum ad caelestem gloriam nisi patientiam suadendo pervenit. Ipse auctor ac redemptor ... sputa, colaphos, spineam coronam, crucem, lanceam pertulit et tamen pro persecutoribus oravit. Si vitae spiritus legentis animum ad studium praedicationis concitat, statim sequuntur et rotae, quia in sacris eloquiis inveniunt Moysen iubente Deo contra Aegypti regem in quiete se praedicationis liberis verbis erexit. Quod Stephanus in mediis persidentibus dicit: Vos semper spiritui sancto restitistis; nec inter lapides timuit. Quod Petrus flagellis caesus ne in nomine Iesu loqueretur, cum magna libertate respondit: Oboedire oportet Deo magis quam hominibus. Quod Paulus catenarum vinculis stringitur, sed tamen verbum Dei non est alligatum. Si vitae spiritus ad paenitentiae lamenta compungit, sequuntur protinus rotae, cum scripturae sacrae verba David prima perfecerit. Quod rex reprehensus a propheta, qui subiectus caelesti regi non fuit, subito increpanti non erubuit confiteri quod fecit. Quod publicanus qui reatum suae nequitiae cognovit, et sic iustus ad templum venit, iustificatus a templo rediit. Quod Petrus negationis maculas lacrimis lavit. Quod latro qui in cruce cognovit culpam, in ipsa iam morte invenit veniam. De quibus adhuc rotis eadem prophetia replicat atque subiungit: Cum euntibus ibat, et cum stantibus stabat, et cum elevatis a terra pariter elevabantur et rotae sequentes ea, quia spiritus vitae erat in rotis. Haec sicut nostis fratres karissimi ex magna iam parte dicta sunt, sed iterata descriptione narrantur. Nec nos itaque pigeat eadem breviter exponendo repetere quae spiritus per prophetam dignatus est replicando narrare. Hoc enim solum in his verbis novum dicitur quod dictum est: Cum stantibus stabat. Sunt autem quidam qui iustitiae ad hoc proficiunt ut terrena quae acceperunt bene dispensare noverint, misericordiae operibus intendant, oppressis subveniant. Hi vero vadunt in eo quod a se ad proximi utilitatem tendunt. Cum his ergo rotae gradiuntur, quia sacra eloquia dictorum suorum passus in eis omnino disponunt. Et sunt alii qui in fide quam acceperunt ita ad tenendum fortes sunt ut adversis quibusque resistere valeant, et non solum minime adversitate flectuntur per fidem, sed etiam prava loquentes impugnent eos qui ad rectitudinem perstant. Cum istis stantibus stant etiam rotae, quia eis rectitudinem suam sacri eloquii verba confirmant, cum in eis audiunt: State et tenete traditiones quas didicistis. Et rursum: Adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit quaerens quem devoret, cui resistite fortes in fide. Et sunt alii qui omnia terrena despiciunt, nulla quae praesentis sunt possidere diligunt, in Dei se ut praedictum est contemplatione suspendunt. Cum his elevatis et rotae pariter levantur, quia in quantum quisque ad alta profecerit, in tantum ei et sacra eloquia de altioribus loquuntur. Vadunt ergo alia ad utilitatem proximi, stant ad custodiam sui, elevantur ad contemplationem Dei. Sed et rotae pariter vadunt, stant, elevantur, quia quaesita sacra lectio talis invenitur qualis sit et ipse a quo quaeritur. Ad activam enim vitam profecisti, ambulantem tecum ... ad immobilitatem atque constantiam spiritus

perfecisti, stat terra. Ad contemplativam vitam per dei gratiam pervenisti, volat terra. Et rursum subditur: quia spiritus vitae erat in rotis. Sed iuxta sensum dictum vitae spiritum in rotis esse, quia scripturae sacrae duo sunt testamenta quae utraque dei spiritus scribi voluit ut nos ab aeterna morte liberaret. Vel certe quia duo sunt praecepta caritatis, dilectio videlicet dei et dilectio proximi, per quae utraque nos sacrae scripturae dicta vivificant. Recte ergo dicitur quia spiritus vitae erat in rotis, quia dilectionem dei et proximi capimus in eloquiis divinis. Per praecepta enim scripturae sacrae revixistis qui mortui in culpa iacebatis. Unde omnipotenti domino per psalmistam dicitur: In aeternum non obliviscar iustificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me. Iustificationes enim praecepta domini dicuntur, in quibus nos corrigendo iustificat. De quibus psalmista apertius dicit: In iustificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos. In eis itaque nos vivificat, quia per haec nobis spiritalem vitam demonstrat, eamque per afflatum spiritus nostris mentibus infundit. Ecce quam quotidie per donum gratiae in electorum mentibus agitur. Spiritus vitae erat in rotis, quia nobis scriptura in tenebris vitae praesentis facta est lucerna in tenebris. Hinc etenim Petrus ait: Cui benefacitis intendentes quasi lucernae lucenti in caliginoso loco. Hinc psalmista dicit: Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis. Sed tamen quia et ipsa nobis lucerna obscura est nisi hanc in nostris mentibus veritas illustret, unde iterum psalmista ait: Quoniam tu illuminas lucernam meam, domine; deus meus, illumina tenebras meas. Quid enim lucerna ardens nisi lumen est? Sed lumen creatum nobis non lucet nisi illuminetur a lumine non creato. Quia igitur omnipotens deus ad salutem nostram utrorumque testamentorum dicta et ipse creavit et ipse aperuit, spiritus vitae erat in rotis dicitur. Et similitudo super capita animalium firmamenti quasi aspectus cristalli horribilis extenti super capita eorum. Haec legentem duo duobus modis proponemus, ut lectoris animi iudicio quid eligendum censeat relinquimus. Possunt enim firmamenti nomine caelestes potestates intelligi; quod firmamentum recte quasi aspectus cristalli dicitur, quia videlicet cristallum forte quidem nimis est, sed ex aqua solidatur. Et natura angelica quae tanta libertatis arbitrio accepit ut utrum vellet in humilitate persisteret et omnipotentis dei conspectu permaneret an ad superbiam laberetur et a beatitudine caderet, per solitudinem aqua fuit; sed quia cadentibus aliis sancti angeli in sua beatitudine persisterunt, atque hoc acceperunt in munere ut iam cadere omnino non possunt, in eis natura sua, quae iam dici mutabilis non potest, quasi in magnitudinem cristalli durata est. Quod cristallum horribile super capita animalium dicitur, quia illae potestates angelicae quae omnipotentis dei conspectui assistunt nobis adhuc in hac corruptione positis terribiles atque pavendae sunt. Quorum nunc gaudia quia suspirare nostra mens conatur, super capita animalium esse memorantur. Quis enim in carne corruptibili positus comprehendere valeat quae sit illa angelorum ineffabilis et sine fine laetitia, quae beatitudo sine defectu vultum videre creatoris atque in eius delectatione sine immutatione persistere? Possunt autem firmamenti nomine ipse per figuram noster redemptor intelligi, verus deus super omnia et factus inter omnia homo perfectus, in quo natura nostra apud patrem confirmata est. De quo etiam per psalmistam prophetando dicitur: Fiat manus tua super virum dexterae tuae et super filium hominis quem confirmasti tibi. Humana etenim natura prius quam a creatore omnium susciperetur terra erat, natura firmamentum non erat. Peccatori quippe homini dictum est: Terra es et in terram ibis. At postquam assumpta est ab auctore omnium atque in caelis sublevata et super angelos ducta, firmamentum facta est quae terra fuit. Sed firmamentum quod apparuit cum habeat similitudinem subinfertur recte dicitur quasi aspectus cristalli horribilis. Cristallum sicut dictum est ex aqua congelascit et robustum fit. Scimus vero quanta sit aquae mobilitas. Corpus autem redemptoris nostri quia usque ad mortem passioni subiacuit aquae simile nimirum aquis fuit, quia nascendo crescendo lassescendo esuriendo sitiendo moriendo usque ad passionem suam per momenta temporum mobiliter decucurrit. Cuius cursum propheta intuens ait: Exultavit ut gigas ad currendam viam. Sed quia per resurrectionis suae gloriam ex ipsa sua corruptione in incorruptionis virtute convaluit, quasi cristalli more ex aqua duruit, ut in illo et haec eadem natura esset et ipsa iam quae fuerat corruptionis mutabilitas non esset. Aqua ergo in cristallum versa est, quia corruptionis eius infirmitas per resurrectionem suam ad incorruptionis est firmitatem mutata. Sed notandum quod hoc cristallum horribile id est pavendum dicitur. Cuius autem nesciat cuius pulchritudinis sit cristallum et interrogandum quomodo in hoc cristallo grata pulchritudo cum pavore. Sed omnibus videlicet sanctis constat quia redemptor humani generis cum iudex apparuerit et speciosus iustis et terribilis erit iniustis. Quem enim mansuetum aspiciunt electi, hunc eundem pavendum atque terribilem conspiciunt reprobi. Sed hunc vero tunc electi terribilem non videbunt, quia terrorem illius considerare non cessant. Studiose enim considerant quam terribilis ad iudicium veniat, culpas anteactas deflent, iniunctas declinant, pavorem illius quotidie ante oculos mentis ponunt, et qui timendus appareat sine cessatione suspecti sunt atque quotidie timendo agunt ne quem venientem pertimescant. Similitudo ergo super capita animalium firmamenti quasi cristalli aspectus horribilis. Et quia ipse pavor eius quem in suis cogitationibus tenent eorum mentes protegit, recte subiungitur: Extenti super capita eorum desuper. Sic firmamentum hoc quod in similitudine cristalli super capita animalium apparet et horribile et extentum est, quia bonorum mentes unde terret et inde protegit. Si enim pavendum in eorum cordibus non esset, protector et modo apertius et post a suppliciis non fuisset. Quia autem considerant quem pavor ex iudicio immineat, virtutum pennas in rectitudine confirmant, unde et apte mox subditur: Sub firmamento autem pennae eorum rectae alterius ad alterum. Tunc pennae virtutum sub firmamento rectae sunt quando bonum quod alter habet alteri impendit, ut qui terrenam substantiam accepit indigentis proximi inopiam sublevet. Qui doctrinae gratia plenus est ignorantis proximi tenebras verbo sanctae praedicationis illustret. Qui temporali potestati sublimior est oppressos a violentiis relevet. Qui prophetiae spiritu plenus est a vita proximi mala imminentia bona suadendo declinet. Qui gratiam curationis accepit intercessione sua saluti infirmantium pie et humiliter impendat. Qui a terrenis actibus liber soli deo vacare meruit pro delinquentibus proximis exoret. Fit autem saepe ut qui terrena substantia minus occupatur orationem non quantum debet impleat. Et fit plerumque ut is qui ad exorandum deum curis mundi oneribus expeditus vacat sustentationem victui non habeat. Sed dum dives porrigit alimentum atque vestitum pauperi, et dum pauper orationem suam animae divitis impendit, pennae alterius ad alterum tendunt. Habet dives ille qui verbo praedicationis prohibet et lucem veritatis ex corde meo ignorantiae tenebras expellit, dum quod illi ego quia fortasse a mundi huius potestate opprimitur, solacium meae defensionis impertior

atque hunc de violentis manibus eruendo. Vicissim nobis pennas nostras tendimus ut nos affectu et ope mutua quod bono quod accepimus
tangamus. Unde beatus primus pastor admonet dicens: Omnium finis appropinquavit. Estote itaque prudentes et vigilate in orationibus. Ante
omnia mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione
et omnibus unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Quod ergo apud Ezechielem penna, hoc apud Petrum apostolum
accepta gratia dicitur. Et quod ille ait recte pennae alterius ad alterum, hic etiam pastor dicit unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum
administrantes. Pennae enim nostrae recte iunctae non sunt si ad utilitatem nostram solummodo reflectuntur. Sed tunc recte sunt cum in utilitate
proximi diriguntur. Quod habemus gratia enim bona nostra non a nobis sunt sed ab eo hoc accepimus a quo factum est ut essemus. Tanto ea nobis
non debemus retinere privata quanto ea nobis conspicimus ab auctore nostro ad quorum utilitatem data. Unde recte Petrus apostolus
in cohortatione huius vel subditur dicens: Sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei. Atque adhuc adiciat: Si quis loquitur
quasi sermones Dei. Si quis ministrat tanquam ex virtute quam administrat Deus. Ac si aperte dicat: Humilitate impendite proximis bonum
quod scitis vobis non a vobis esse quod habetis. Singulae enim pennae virtutum cum ad proximorum impendendo tendunt recta non erunt si
humilitate carent. Sequitur: Unumquodque duabus alis velabat corpus suum et alterum similiter velabatur. Quoniam per corpus actio per alas
vero virtutes signantur, superius iam diximus. Et cum iam dicat sub firmamento autem pennae eorum rectae alterius ad alterum, quaerendum est quid
subditur: Unumquodque duabus alis velabat corpus suum. Quia in re hoc patenter indicatur quia et pennas et alas ad alterum tendebat
debebat et tamen duabus alis corpus proprium velabat. Quid nimirum est hoc nisi quia sic debemus virtutes quas accepimus aliis impendere ut
et ea in quibus peccavimus non desinamus caute cogitare et reatum nostrum quotidie per timorem et penitentiam plangere. Duas enim
alas super quibus corpus velatur timorem et penitentiam dicimus. Sic ergo in caritate crescimus ut pennas tendimus in proximos
ut nunquam desinamus cogitare et plangere nosmetipsos. Pennae tendunt in proximos, pennae cooperiant corpus ut et de bonis
actibus proximis exempla et mala quae egimus abscondat a iudicio timor et penitentia. In translatione autem veteri de his
alis dicitur: Singulis duae iunctae et tegentes corpora eorum. In quibus verbis intelligitur quia et ipse erat pennae quae iungebatur
alterius ad alterum et ipse quae eorum corpora cooperiebat. Quod per signum hic accipitur quia illae nobis virtutes apud omnipotentem
Deum proficiunt quae ex caritate proximis exhibentur [illegible] in quibus Deum offendimus nostra mala quae fecimus velamus.
Potest ergo etiam per has alas duo praecepta caritatis intelligi, amor scilicet Dei et proximi. Amando enim Deum mala in nobis
mala persequimur corpus velamus, diligendo autem proximum ei in quo prodesse possumus festinamus, id est alas ad alterum tendimus.
Hoc autem quod subditur et alterum similiter velabatur in translatione veteri non habetur. Et quaeri potest cur postquam dictum est unumquodque
duabus velabat corpus suum, subiungitur et alterum similiter velabatur. Translationem autem septuaginta interpretum Aquile et Symmachi
[illegible] perscrutantes [illegible] Hebraicam veritatem ita posita non [illegible] invenit. Quaeri etiam potest cur postquam dictum est unumquodque vela-
bat corpus suum, statim subditur et alterum similiter velabatur. Si enim diceret unum et alterum loquendi ratio staret. Postquam
vero dictum est unumquodque, cur adicitur alterum cum in unoquoque omnia comprehenduntur? Sed si et perfectorum vitam et proficientium vitam
distinguimus et unumquodque et alterum non incongrue positum videmus. Cum enim et sua defleant et virtutum pennas ad proximos
in exemplum tendunt perfectorum profecto sunt. Sunt autem plerique parvulorum qui eorum lacrimas conspiciunt et imitantur et
qui nudi in suis pravitatibus esse potuissent, eos vigilantes quos videbant consideraverunt, modo quod suis pravitatibus [illegible] ac-
cedunt ut plangere inflammantur ad penitentiam atque ut velarent suos corpora sua conspiciunt ita ipsi quod lacrimarum [illegible] palliis
velant. Corpora enim magnis increpationibus feriunt cur qui virtutes non habent peccata sua minus deplorant. Si tamen illi
adhuc plangere non desistunt qui iam virtutum pennas per exempla ad proximos tendunt. In quibus verbis nostrum est
ut nos qui adhuc parvuli sumus perfectorum et virtutes et lacrimas ante mentis nostre oculos ponamus. Imitentur que
in illis aspicimus ut [illegible] per [illegible] possimus ab illo districto examine mala quae fecimus velare.
In assiduis enim fletibus in quotidiana nostra penitentia habemus sacerdotem in celis qui interpellat pro nobis. De quo per
Iohannem dicitur: Si quis peccaverit advocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.
Ecce consolatur [illegible] cum advocati nostri potestatem audimus. Sed consolationem nostram iterum remordet timor quia ipse qui nobis
advocatus est dicitur iustus. Nos enim causas iniustas habemus. Iustus vero advocatus iniustas causas nullo modo suscipit nec
verba dare pro iniustitia consentit. Quid ergo agimus fratres mei? Sed ecce occurrit modo quod agimus. Mala quae
fecimus defleamus. Scriptum est: Iustus in principio accusator est sui. Cumque etenim peccator conversus in fletibus iam iustus
esse inchoat, cum coepit accusare quod fecit. Cur enim iustus non sit qui contra sua iniusta iam per lacrimas saevit?
Iustus igitur advocatus noster iustos nos defendet in iudicio quia nosmetipsos et cognoscimus et accusamus
iniustos. Non ergo in fletibus non in actibus nostris sed in advocati nostri allegatione confidamus. Qui vivit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia seculorum secula. Amen.

Omelia VIIII 8

Quod per exempla iustorum multi proficiunt superiori locutione sufficienter tractatum est. Atque hoc ipsum propheta
nobis adhuc aperit cum hic quae dicuntur adiungit: Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum.
Solet in sacro eloquio per aquas populus designari. Unde per Iohannem dicitur: Aque vero sunt populi. Et idcirco autem aquis
plurimis designatur quia et in vita sonum habet ex tumultu currens et quotidie defluit ex decursu mortalitatis. Ut autem
sepe iam diximus, alae sunt animalium virtutes sanctorum. Quid est ergo quod propheta alarum sonum audit quasi sonum aquarum multarum
nisi quod ex omnipotentis Dei pietate illae alae virtutum quae in paucis prius sanctis sonabant etiam nunc praedicatione diffusa
in multorum populorum conversatione resonant. Incarnato enim passo ac resurgente domino pauca penitus [illegible] fuerunt
quia viri valde contriverunt qui celestia desideraverunt et virtutum pennis se in alta suspenderunt. Sed postquam divinitatis
eius praedicatio in mundo diffusa est, quanti iam parvuli quanti seniores quanti fortes iuvenes quanti imbecilles quanti

conuersi peccatores, quanti continentes, quante uirgines per fidem, per spem, per amorem ad celestia euolant, quis dicere, quis estimare sufficiat? Ecce alarum sonitus qui prius in paucis animalibus fuit, iam nunc in pluribus resonat, iam nunc inde multitudinem ad celeste desiderium pene uniuersitatis leuat. Bene ergo dicitur: Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quia sicut prefati sumus, ille uirtutum sonus qui in aure Dei prius ex paucis sanctis factus est, postmodum ex aquis multis, id est ex innumerabilibus est populis multiplicatus. De quo adhuc sono bene additur: Quasi sonus sublimis Dei. Quid est quod alarum sonus in sanctis animalibus quasi sonus sublimis Dei dicitur, nisi quod omnipotens Deus et ipse implet mentes sanctorum celesti desiderio et ipse congaudet impletas? Ipse etenim creat in sanctorum cordibus amorem et ipse ex amantibus cordibus suscipit precem. Negationis suae Petrus fleuit amare, sed tu illic premittitur: Quia respexit Petrum. Uenit mala magdalena post multas maculas culpe ad pedes redemptoris nostri cum lacrimis. Sed quis illas infudit intus nisi qui benigne suscepit foris? Quis illam ad lacrimas urgebat per compunctionem spiritus, nisi qui hanc corporaliter coram sibi recumbentibus recipiebat ad ueniam? Redemptor ergo in peccatoris mulieris mente et trahebat et suscipiebat. Trahebat cum de culpa compungeret, suscipiebat ut a culpa liberaret. Bene ergo iste alarum sonus quasi sonus sublimis Dei dicitur, quia quicquid in sanctorum uirtutibus agitur, eius est gratie qui mira largitur. Qui recte per prophetam sublimis Deus esse memoratur. In scriptura etenim sacra aliquando Deus nuncupatiue, aliquando uero essentialiter dicitur. Nuncupatiue enim dicitur, sicut scriptum est: Ecce constitui te deum pharaonis. Et sicut Moyses ait: Si quis hoc uel illud fecerit, applicet illum ad deos, uidelicet ad sacerdotes. Qui rursus dicit: Diis non detrahes, id est sacerdotibus. Et sicut psalmista ait: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat. Essentialiter autem Deus dicitur, sicut ad Moysen dicit: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Ysaac, Deus Iacob. Unde Paulus apostolus uolens nuncupatiuum Dei nomen ab essentiali distinguere, de redemptore nostro locutus est dicens: Quorum patres ex quibus Christus secundum carnem, qui est inter omnia et super omnia benedictus in secula. Cum enim nuncupatiue Deus dicitur, inter omnia; cum uero essentialiter, est super omnia est. Ut ergo ostenderet Christum naturaliter Deum, non hunc tantum Deum, sed Deum super omnia memorauit. Cra et elcs qstr sic primus uel in ore iustitie prolongando positus dici Deus potest, sed inter omnia qui nuncupatiue Deus. Christus autem Deus est super omnia quia naturaliter Deus. Quem ergo Paulus Deum super omnia, hunc Ezechiel propheta Deum sublimem nominat. Postquam uero dictum est: Audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quia adhuc additur: Quasi sonus sublimis Dei, etiam hoc intelligere possumus quod futurum electis omnibus scimus. Alarum enim sonitus sicut diximus fuit in predicatoribus sanctis, aquarum sonitus in conuersis et sequentibus populis, sed idem nobis sonitus erit quasi sonus sublimis Dei, quia multitudo que nunc ad fidem per sanctos doctores colligitur, quandoque in celesti patria congregatur, ut ibi omnes electi sine fine laudent quem uiderint, sine fine quem laudent. Et quia tunc perfecte corpus redemptoris efficitur omnis multitudo sanctorum, iuxta Pauli uocem dicentis: Et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum Dei, cum quia ita tunc inherent ut eos de corruptione que per resurrectionem uincatur iam nichil in suo sancto amore contradicat, sed unita glorie sui redemptoris fiat, recte dicitur: Quasi sonus sublimis Dei. Notandus est ordo describentis, quia prius sonus ex aliis alarum, qui postmodum quasi sonus aquarum multarum, ad extremum uero quasi sonus sublimis Dei dicitur. Que enim prius predicauerunt sancti, hec postmodum crediderunt atque tenuerunt gentes ad fidem populi, qui ad extremum quoque liberatori omnium reddent laudem in celestia subleuati. Sonus itaque alarum fit sonus aquarum, et sonus aquarum fit quasi sonus sublimis Dei, quia laudem omnipotentis Dei quam prius in mundo pauci, hanc postmodum clamauerunt, et quam nunc multi clamant cum adhuc eis in semetipsis sua corruptio repugnat, hanc in celesti patria electi omnes suo iam capiti uniti resonabunt. Adhuc autem sanctorum alarum opera uirtutesque describuntur cum subditur: Cum ambularent quasi sonus erat multitudinis ut sonus castrorum. Et per sonum sublimis Dei laus nostri conditoris in celesti patria designatur. Mirandum non est quod rursus ad sanctorum opera in hac adhuc uita uiuentium propheticus sermo refunditur, quia sanctus spiritus in corde prophetarum quod sic audit intus non sic enarrat per linguam foras. Aqua quippe strie q prophetantium atque repletur, in contemplatione uehementer commouebatur. Sed quia angustum est spiritui omne os hominis, in foramine carnis ad repellendam illam immensitatem que conspiratur, modo hoc modo illud quod aspirat profundo lingua ualeat. Postquam ergo sonum alarum quasi sonum sublimis Dei esse conspexit in celis, rursus ad terras redit et pennata animalia quid hic agant loquitur, ut illuc summa meant, dicens: Cum ambularent quasi sonus erat multitudinis ut sonitus castrorum. Cum predicatores sancti modo predicando et tacendo currunt, animalia ambulant, et quia hii etiam quos colligunt statim ut crediderint in laude nostri conditoris conueniunt, fit sonus quasi sonus multitudinis. Et quia in predicatione eorum bellum contra aereas potestates sumunt, recte subiungitur: Ut sonitus castrorum. Cum enim sanctis predicatoribus fideles populi coniunguntur contra malignos spiritus in procinctu fidei, multitudines castrorum fiunt. Et dum quotidie fideles quoque fidelibus desideriis replentur, terrena despiciunt, dura pro amore superne patrie sustinuerunt, contra potestates aereas castra fiunt, quia armati fide et bonis operibus inimicis resistunt. Quasi enim quibusdam castris spiritualis exercitus per Paulum dicitur: Induite uos armaturam Dei ut possitis stare aduersus insidias diaboli, quia non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principes et potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in celestibus. Horum ergo multitudines castra sunt que bellum contra potestates aereas susceperunt. Unde sancta et uniuersalis ecclesia ita sub specie dilecte describitur ut dicatur: Pulchra es amica mea, suauis et decora sicut Ierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Prima enim Ierusalem pacis uisio interpretatur, cuius nomine patria celestis exprimitur. Sancta ecclesia suauis et decora ut Ierusalem dicitur, quia uita eius et desiderium uisioni iam patrie intime comparatur, ut in eo quod auctorem suum diligit, quod eius speciem uidere concupiscit, de quo scriptum est: In quem desiderant angeli prospicere, per ipsa iam amoris sui desideria angelis similis dicatur. Sed quia quanto Deo amabilis efficitur, tanto agit ut malignis spiritibus terribilis fiat. Qualiter autem sit terribilis subiuncta comparatione ostenditur, id est ut castrorum acies ordinata. Quid est quod sancta ecclesia hostibus suis ut castrorum acies sit timenda? Non enim a magno intellectu uacat ista comparatio, et ideo est subtiliter intuenda. Scimus et constat quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur cum ita fuerit constipata atque densata ut in nullo loco inter-

rupta videatur. Nam si ita disponitur ut locus vacuus per quem hostis possit ingredi dimittatur, profecto iam suis
hostibus terribilis non est. Et nos ergo cum contra malignos spiritus spiritalis certamus aciem ponimus, summopere necesse est ut
per caritatem semper uniti atque constricti et numquam interrupti per discordiam inveniamur. Quia quelibet bona in nobis opera Nota concordia hic
fuerint, si caritas desit, per malum discordie locus aperitur in acie unde ad feriendos nos valeat hostis intrare.
Antiquus vero inimicus castitatem in nobis si sine caritate fuerit non timet, quia nec ipse carne premitur ut in eius luxuria
dissolvatur. Abstinentiam non timet quia ipse cibo non utitur qui necessitate corporis non urgetur. Distributionem terrenarum rerum non
timet si eidem operi caritas desit, quia divitiarum subsidiis nec ipse eget. Valde autem in nobis caritatem veram id est amorem
humilem quem nobis vicissim impendimus timet, et nimis concordie nostre invidet quia hanc nos tenemus in terra quam
ipse tenere nolens amisit in celo. Bene ergo dicitur terribilis ut castrorum acies ordinata, quia electorum multitudinem eo
malignus spiritus pertimescit quo eos per caritatis concordiam unitos contra se et conglobatos aspicit. Quanta autem sit
concordie virtus ostenditur cum sine illa virtutes reliquie virtutes non esse monstrantur. Magna enim est virtus abstinentie,
sed si quis ita ab alimentis abstineat ut ceteros in cibo diiudicet et alimenta eadem que deus creavit ad percipiendum
cum gratiarum actione fidelibus etiam dampnet, quid huic virtus abstinentia facta est nisi quidam laqueus culpe? Unde psalmista
quoque nullam esse abstinentiam sine concordia designans ait: Laudate eum in tympano et choro. In tympano enim corium
siccum resonat, in choro autem voces concorditer cantant. Quid ergo per tympanum nisi abstinentia et quid per chorum nisi
caritatis concordia designatur? Qui itaque sic abstinentiam tenet ut concordiam deserat, laudat quidem in tympano
sed non laudat in choro. Et sunt nonnulli qui dum plus sapere quam necesse est student a proximorum pace resiliunt, dum eos
velut hebetes stultosque contempnunt. Unde per se veritas admonet dicens: Habete in vobis sal et pacem habete inter vos. Ut sal
quisquis habere sal sapientie studet, curet necesse est quatenus a pace concordie numquam recedat. Quod vero de hiis duabus virtu-
tibus dixerim, hoc est de ceteris omnibus senciendum. Unde terribiliter paulus admonet dicens: Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam
sine qua nemo videbit deum. Quam autem nichil sine concordia deo placeat per se veritas demonstrat dicens: Si offers
munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus deliquit adversum te, relinque ibi munus tuum ante
altare et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum. Ecce a discordantibus accipere non vult
sacrificium, holocaustum suscipere recusat. Hinc ergo perpendite quantum sit malum discordie propter quod et illud amittitur per quod
culpa laxatur. Quia vero electi semper in caritate coniuncti sunt et hec eadem eorum caritas sonum laudis reddit auctori,
malignis vero spiritibus id est antiquis suis hostibus penam incutit timoris, recte nunc de penatis alibi dicitur: Cum ambu-
larent quasi sonus erat multitudinis ut sonitus castrorum. Libet autem ab exortu sancte ecclesie fidei oculos usque ad finem mundi
tendere et hec eadem castra quomodo ambulent videre. Castra enim multitudines appellantur que cum in procinctu pergunt aut
certo quolibet loco in itinere demorantur. Castrorum ergo via est vita priorum sanctorum omnibus concorditer viventibus sanctis. Alia autem
sunt castra predicancium qui huc illucque pro colligendis animabus in sancti operis procinctu laborant. Alia castra continentium
atque ab hoc mundo recedencium qui contra malignorum spirituum bella cotidie in corde se preparant. Alia castra bonorum
coniugatorum qui viventes in amore omnipotentis dei concorditer sic vicissim sibi carnis debitum solvunt ut tamen quod deo
de bonis operibus debeant nullatenus obliviscantur. Sed et si qua ut homines delinquunt, hec incessanter piis actibus re-
dimunt. Quia ergo distincti fidelium ordines ab exortu sancte ecclesie usque ad finem mundi concorditer viventes contra
potestates aereas dimicant, castra ambulant et fit quasi quidam castrorum et sonitus, quia in eis ad laudem omnipotentis dei
et virtutum gladii et arma miraculorum sonant. De sanctis vero alibi adhuc subditur: Cumque starent dimittebant penne
eorum. Stant sancta animalia cum ea que dei sunt intenta contemplatione considerant, suorum pennas deponunt, quia dum alta
dei iudicia aspiciunt sue eis virtutes vilescunt. Quod apte proponitur cum statim subditur: Nam cum fieret vox super
firmamentum quod erat super caput eorum stabant et submittebant alas suas. Firmamentum superius sub intellectu
sub intellectu duplici indicavimus exponendum, quia nunc sicut dictum est firmamenti nomine celestes potestates intelligi
et post firmamenti nomine incarnatum unigenitum per hoc quod in eo natura nostra ad eternitatem firmata est designari. Prius
ergo quod sentimus de angelis et postmodum de deo angelorum loquamur. Ecce enim dicitur: Cum fieret vox super firmamentum
stabant et submittebant alas suas. Quo in loco hoc primum sciendum est quia non submittere ab inferiori ad superiora tendere
sed a superiori ad inferiora alas deponere dicitur. Intelligitur ergo hoc quod premissum est: Cum starent dimittebant penne eorum. Que-
rendum itaque nobis est que sit vox super firmamentum. Sed eandem vocem melius intelligimus si ab imis ad superiora
gradientes quasi quibusdam passibus ascendamus. Sicut auditus corporis concitatur voce ita sensus mentis concitatur
intellectu quod de interioribus agitur. Vox ergo est in mente quasi quidam sonus intelligencie. Sed sciendum est quia interius sensibus alia vox carnis loquitur
aliqua vox anime, aliqua vox firmamenti, aliqua vox que super firmamentum est. Ponamus enim ante oculos quod quispiam
sit lesus a proximo, qui ex humana ratione cogitat ut vicem lesioni reddat, malum pro malo retribuat. Huic vox
carnis loquitur in mente. Quia cum divina mandata percipiat bene nos facere hiis qui nos oderunt, qui hiis mala facere
se odientibus cogitat, in eius anima carnis vox sonat. Multa terrena cotidie agimus, post hec ad orationem redimus,
accenditur a compunctione animus, sed earum rerum quas egimus ymagines versantur in mente, et intencionem compunctionis
impediunt in oratione, et que volentes foris egimus hec inviti patimur intus, ut quedam cogitacionum fantasmata mentem
per ymagines corporeas dispergant ne stricte tota in ordine se colligat. Hec quoque vox carnis est. Cum vero iam ista
subiugimus atque ab oculis mentis etiam corporeas ymagines effugamus, ipsam in nobismetipsis nostram animam querentes
qualis sit que carnem vivificare potest, sed semetipsam stringere in bonis cogitacionibus sicut desiderat non potest,
invenimus quendam intellectualem spiritum per creatoris potenciam vivere corpus quod sustinet vivificantem, sed
tamen oblivioni subditum mutabilitati subiectum, quem sepe timor afficiat, leticia extollit. Ipse itaque intelle-

anime vox eius est quia sonat quod est, que tamen adhuc vox sub firmamento est. Sed transcendentes etiam vocem de firmamento
querimus tamen illa superiorum angelorum innumera multitudo in omnipotentis dei conspectu qualis sit investigamus, que sit in eis sum-
ma festivitas visionis dei, que leticia sine defectu, qui amoris ardor non cruciat sed delectat, quantum in eis sit
desiderium visionis dei cum satietate, et quanta satietas cum desiderio, in quibus nec desiderium penam generat nec satietas fasti-
dium parit, quomodo inherendo beatitudini sunt beati, quomodo contemplando sue eternitati sunt eterni, quomodo coniuncti vero lumini facti sunt
lux, quomodo aspicientes semper incommutabilem mutati sunt in incommutabilitatem. Sed cum ista de angelis cogitamus adhuc vox
de firmamento est non super firmamentum. Transcendat ergo animus et ab ipsis transcendat omne quod creatum nobis in solo creatoris sui lumine
fidei oculos figat. Qui unus vivificet omnia que creavit deus, quomodo ubique totus est, quomodo incircumscriptus et incomprehensibilis sentiri
potest et videri non potest. Qui iniustis deest et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est, quomodo et ibi deest quia ubi non est per gratiam
adest per vindictam. Qui omnia tangit nec tamen equaliter omnia tangit. Quedam enim tangit ut sint, nec tamen ut vivant
et sentiant, sicut sunt cuncta insensibilia. Quedam tangit ut sint, vivant et sentiant, nec tamen discernant, sicut sunt bruta animalia.
Quedam tangit ut sint, vivant et sentiant et discernant, sicut est humana et angelica natura. Et cum ipse numquam sibimetipsi
sit dissimilis, dissimiliter tamen tangit dissimilia. Qui ubique presens est et inveniri vix potest, quem stantem sequi et apprehendere non
valemus. Ponamus ergo ante oculos mentis que illa natura sit que tenet omnia, implet omnia, circumplectitur omnia, superexcedit omnia,
sustinet omnia. Nec alia ex parte sustinet atque alia superexcedit, nec alia ex parte implet atque alia circumplectitur, sed circumple-
ctendo implet, implendo circumplectitur, sustinendo superexcedit, superexcedendo sustinet. Hinc namque pensamus cum strictus in ea
cogitat animus vox super firmamentum fit, quia eius intellectum concipit qui et angelorum spiritum sua incomprehensibilitate transcendit.
Cum ergo vox super firmamentum fit, stant animalia et submittunt alas suas, quia sanctorum mentes cum creatoris sui potentiam intenta
contemplatione considerant, vilescunt eorum animo virtutes quas habent, et tanto fiunt apud se humiles quanto eis illud altum est
quod super angelos sonat. Fortasse enim doctores sunt cum ceperint tanta mente cogitare que sit ineffabilis dei sapientia que
mentes hominum sine strepitu verborum docet, et quomodo hec eadem sapientia si auditorum mentes non doceat vox docentium vacue la-
borat, sua eis protinus doctrina vilescit quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. For-
tasse prophete sunt, sed cum tacita mente considerant quia prophetie sue oculo sublimia divinitatis mysteria penetrare non possunt, quia sicut
ait apostolus ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus, in illa secretorum immensitate videt quia parum est omne quod videt, atque ex
ipsa amplitudine luminis considerant quam minus sit illud quod intento oculo quasi per rimas viderit. Deponant ergo alas suas cum
vox super firmamentum fit, id est humilientur in eo quod deprehendunt cum superna conspiciunt que ab eis comprehendi non possunt. Sepe
etiam sanctorum cogitationibus ipsa que habent bona blandiuntur, ut eorum mentes in aliqua sui fiducia elevet. Sed protinus ad oc-
culta dei iudicia recurrunt, quomodo alii ex virtutibus ad infimum per elationem corruunt, alii ex viciis conversi ad celum per humilitatem
levantur. Unde nos ad humilitatem revocans psalmista terret et admonet dicens: Venite et videte opera domini quam terribilis in consiliis
super filios hominum. Quis enim digne considerare valeat quantus super nos terror sit consiliorum dei, quando et alter ex virtutibus
in fine tendit ad vicia et alter ex viciis in virtutibus concludit finem? Quia iuxta Salomonis vocem sunt iusti atque sapientes
et opera eorum in manu dei, et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta. Et est via
que videtur homini recta, et novissima eius ducunt ad mortem. Hec itaque occulta iudicia profunda cogitare quid est aliud
quam alas deponere, id est de nulla iam virtute confidere, sed sub magno terrore trepidare? Cum enim omnipotentis dei nescimus quomodo pendent
sive eius iudicia pendeant, trepidat, pertimescit. Quia ergo alas deponere est virtutes quas habent humiliare, ecce
Abraham alas deposuit qui cum loqui cum deo cepit pulverem et cinerem se esse cognovit dicens: Loquar ad dominum
meum cum sim pulvis et cinis. Ecce Moyses alas deposuit qui eruditus omni sapientia Egiptiorum, mox ut verba domini
audivit, verba se non habere deprehendit dicens: Obsecro domine, non sum eloquens ab heri et nudius tercius, ex quo locutus
es ad servum tuum, impeditioris et tardioris lingue sum. Ac si aperte diceret: postquam ante verba vite audio, confusum me
in verbis pravis agnosco. Ecce Ysaias cuius vita domino ad predicandum placuerat, cum eundem dominum contemplatur et hoc
de altari mox tactus est ait: Ve mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum. Ecce ad superiora sublevatus, semet-
ipsum de labiorum pollutione displicuit. Nisi enim celestis iudicii alta conspiceret, esse se vituperabilem non inve-
nisset. Ecce loquente domino Ieremias clamabat: A a a domine deus ecce nescio loqui quia puer ego sum. Iuxta enim
ea verba que audiebat verba se non habere cognoverat. Ecce Daniel sublimem visionem videns per plurimos dies
elanguit et egrotavit, quia et hii qui virtutibus fortes sunt cum altiora dei conspiciunt, in sua sibimet estimatione
infirmi atque imbecilles fiunt. Ecce beatus Iob de quo dominus amicis illius dixit: Non estis locuti coram me rectum
sicut servus meus Iob, cum verba dei colloquentis audiret, respondit dicens: Insipienter locutus sum et que ultra modum ex-
cederent scientiam meam. Et paulo post: Idcirco ipse me reprehendo et ago penitentiam in favilla et cinere. Cum enim quantum
ad homines sapienter locutus fuerat, loquente deo audiens insipienter se locutum fuisse reprehendit, quia in contem-
platione vere sapientie sua ei sapientia viluit. Dum vox ergo desuper veniret, alia alas deponunt, quia virtute dei su-
i in natura sua contemplantes requiescunt in occultis iudiciis investigare cogimur, pro eo quod nobis eius alta impenetra-
bilia sunt, intra nobis si qua esse bona credebant vilescunt, et qui in quantulacumque scientia volare credebant, invisibilia
super nos nec et impenetrabilia eius iudicia perpendentes, submissis alis humiliter stamus. Sequitur: Et super firmamentum
quod erat imminens capiti eorum quasi aspectus lapidis saphiri similitudo throni, et super similitudinem throni similitudo quasi aspectus
hominis desuper. Quid per thronum nisi ille virtutes angelice designantur que ipsos quoque angelos dignitate loci superio-
ris precedunt? Nam cum angeli nuntii dicantur et sepe angeli ad annuntiandum hominibus veniant, throni nusquam ad ministerium
nuntii missi leguntur, quia eis longe sublimius creator omnium presidet. Unde Paulus apostolus ordines celestium agminum quos
ad tercium celum raptus viderit describens ait: Sive throni sive dominationes sive principatus sive potestates, omnia per ipsum
et in ipso creata sunt. Thronos quoque ante eos angelorum ordines dixit, quibus illos prelatos esse cognovit. Bene autem
thronus lapidi saphiro comparatur, quia lapis saphirus aerei habet coloris. Virtutes ergo celestium lapidi saphiro
designantur, quia hii spiritus quibus deus omnipotens altius presidet superiorem loci in celestibus dignitatem tenent. Super thronum
vero similitudo hominis, quia et super illas virtutes que et ipsos angelos antecedunt nostri est gloria redemptoris.

Notandum ergo quis ordo servatur. Super animalia enim firmamentum, super firmamentum thronus, super thronum homo esse describitur, quia et super sanctos adhuc homines in hac corruptione corporis viventes, et super angelos superiores, et super omnes angelicas potestates. Super potestates vero per potentiam elevatus est mediator Dei et hominum homo Christus Iesus. Quem vero ut praediximus firmamenti nomine mediatorem Dei et hominum per assumpta humanitate debet intelligi, quia sub unius nominis appellatione solent per propheticum spiritum multa significari, vox super firmamentum facta est, quae super baptizatum Dominum de caelo sonuit dicens: Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui. Vel sicut per Mattheum alium dicitur: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Cum ergo quando hac voce animalia audiunt et alas deponunt, Abacuc propheta requisitus dicat: Domine audivi auditum tuum et timui, consideravi opera tua et expavi. Quid est quod pater de filio loquitur dicens: in quo mihi complacui? Omnis enim qui paenitendo corrigit aliqua quae fecit, eo ipso paenitet, quod sibi displicuisse indicat quia emendat quod fecit. Et quia omnipotens pater sic ab hominibus intelligi potuit quemadmodum modo locutus est de peccatoribus dicens: Paenitet me fecisse hominem super terram, quia sibimet displicuit in peccatoribus quos creavit.

In solo autem unigenito domino nostro Iesu Christo ei complacuit, quia hunc inter homines hominem creasse eum non paenituit, in quo peccatum nullum omnino invenit, sicut de illo per psalmistam dicitur: Iuravit Dominus et non paenitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. In solo ergo redemptore nostro complacet pater, quia in solo non invenit culpam in qua se reprehendat quasi per paenitentiam. Recta itaque animalia voce super firmamentum audiunt et pertimescunt, quia si solus sine peccato est, in eius conspectu aspiciunt in quibus ipsi quotidie delinquant. Unde necesse est ut incessanter defleant, considerant quippe quia et ipse auctor vitae sine passionis dolore ex hac vita non transiit. Etsi ergo vox super firmamentum facta est quia omnipotens pater sapientiam suam etiam de morte ac resurrectione unigeniti praescivit. Sed cum vox super firmamentum fit, stant animalia et submittunt alas suas, quia sancti quique ad ipsum quem unigenitum flagellatum in hoc mundo conspiciunt, deponunt si quid de suis virtutibus praesumunt. Nam si ipse hic sine flagello non transiit qui venit sine peccato, quo flagellis digni non erunt qui huc cum peccato venerunt? Super ergo firmamentum quod est super caput animalium, id est quod transcendit merita sanctorum, habet super se vocem, quia redemptor noster eorum quae ante praedisposuit ex divinitate sua protulit in carne, quam audientes iusti tremunt et omnes de suis viribus praesumptionem deponunt. Quibuslibet enim virtutibus polleant, quid digna vita peccatorum, si et eius vita pro nobis flagello subiacuit quae sine dubio nulla peccato fuit. Sed curae considerandum nobis quod occurrit cum dicitur quia super firmamentum quod erat imminens capiti eorum quasi aspectus lapidis zaphiri similitudo throni. Si enim per firmamentum dominus et per lapidem zaphirum et similitudinem throni supernae illae potestates angelicae figurantur, quomodo super firmamentum id est super dominum credendae esse sunt, cum et mox subditur: per similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. Nam si ita ut dictum est firmamento exprimitur dominus et rursum homo accipitur dominus, qua ratione potest intelligi et ipse super thronum et ipse sub throno? Sed ad strictos huius quaestionis nodos ipse solvit de quo loquimur, qui afflatu sancti spiritus ea quae clausa sunt aperit. Incarnatus enim unigenitus patris per hoc quod homo factus est infra angelos fuit, sicut de eo scriptum est: Minuisti eum paulominus ab angelis. Resurgens autem et ascendens in caelum omnibus angelicis potestatibus praesidet, sicut de eo illic rursum scriptum est: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Et sicut ipse ait: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Firmamentum ergo sub throno et homo super thronum est, quia per humanae assumptionem naturae et ipse est sub angelis natus et ipse super angelos exaltatus. Tamen et prius per rationem exaltaretur gloriam divinitate super angelos fuit, sed tamen angelis ut dictum est humanitate minoratus, ex qua et morti subiacuit. At postquam mortem resurgendo calcavit, humanitatem suam etiam maiestatibus angelorum supposuit. Prius itaque thronus super firmamentum, et post homo super thronum visus esse describitur, quia humani generis redemptor humanitatem quam descendendo sub angelis assumpsit, ascendendo super angelos exaltavit. Sic vero factum eum sub angelis dicimus sicut factum sub lege praedicante apostolo audimus. Assumpta ergo humanitate super angelos suscepit per eam innovatione in qua dignatus est apparere. Nam mox ut verbum caro factum est, mox de hac potestate super angelos fuit. De ipso quippe ante passionem scriptum est: Ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. Sed tamen ut humanitatis eius infirmitas monstraretur, rursum de eo scriptum est: Apparuit illi angelus de caelo confortans eum. In dominatu ergo utriusque naturae huic et angelus ministrare, huic et angelus confortare describitur. Unus quippe in utraque natura, qui quam Deus ante saecula exstitit, homo factus est in fine saeculorum. Cum tamen et ante passionem suam et angeli ministrant et hunc angelus confortat,

post passionem vero atque resurrectionem eius huic angeli ministrare perhibentur, sed iam hunc confortare non perhibentur, quia sicut scriptum est, et si prius firmamentum super throno apparuit, iam tamen homo super thronum est. In cuius persona ut propheta suus admirationem utriusque naturae se vidisse ostenderet, protinus adiunxit: Et vidi quasi speciem electri. Quid est quod aspectus hominis videtur in throno quasi species electri, nisi quod in electro, sicut longe superius diximus, auro argentum commiscetur, ut una ex metallis duobus fiat, in qua et per argentum auri claritas temperatur et per auri claritatem species clarescit argenti. In redemptore autem nostro una divinitatis et humanitatis ita inconfuse et inseparabiliter unita sibimet natura coniuncta est, ut et per humanitatem divinitatis eius claritas nostris potuisset oculis temperari, et per divinitatem humana in eo natura clarescet atque exaltata fulgore ultra hoc quod creata fuerat haberet. Ipse vero aspectus hominis super thronum et species electri quam vidit, qualis ei apparuit adhuc describendo subiungitur: Velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum a lumbis eius et desuper, et a lumbis eius usque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu. Quid est quod mediator Dei et hominum homo Christus Iesus a lumbis et desuper aspectus ignis intrinsecus per circuitum hic describitur, et a lumbis et deorsum speciem ignis splendentis in circuitu? Investigandum namque est quare a lumbis et desuper ignem intrinsecus, nec tamen splendentem ignem hic narrat. A lumbis vero et deorsum hic ignis speciem dicatur, nec hunc hic intrinsecus memorat, quia et splendentem et in circuitu hunc hic describit. Quid enim lumborum nomine nisi propago mortalitatis exprimitur? propter quod etiam et Levi dicitur quia adhuc in lumbis patris erat cum Melchisedech occurrit Abrahae. De lumbis vero Abrahae virgo Maria orta est. In cuius utero unigenitus patris per spiritum sanctum incarnari dignatus est, ex qua incarnatione venire voluit noster Deus, sicut et per psalmistam dicitur: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Gladium etenim circa femur potentissimus supposuit quia sermo praedicationis illius ex incarnatione convaluit. Quid vero iste ignis designat nisi ardorem sancti spiritus qui corda quae replevit

incendit. De quo ipsa veritas dicit: Ignem veni mittere in terram. Quid est ergo quod in hoc aspectu hominis qui desuper apparuit
a lumbis superius intrinsecus per circuitum ignis ardet, a lumbis vero inferius non ignis intrinsecus sed in circuitu resplendet, nisi
quod ante incarnationem unigeniti redemptoris nostri sola intus se in Iudea ardere amore eius fecit. Post incarnationem
vero illius in circuitu ignis resplenduit, quia in universo mundo gentibus claritatem sancti spiritus effudit. Prius ergo intus
ignis erat sed splendor non erat, quia sancti spiritus in multis quidem patribus Iudeam replebat, sed ad notitiam gentium
nequaquam eius lucem emicuerat. A lumbis vero eius et deorsum ignis in circuitu splendet, quia postquam de virgine
carnem suscepit, in humano genere longe lateque sancti spiritus dona dilatavit. Et notandum quod ignis iste a lumbis
superius per circuitum esse describitur non exterius sed intrinsecus, quia amor sive flamma sua deus est in electis atque spi-
ritalibus viris utique in suis finibus Iudeam replevit, nec tamen exibat exterius, quia in multitudine gentium sese non
dilatabat. Tunc ardoris flamma visa est per gyrum in circuitu splendere, quia per incarnationem mediatoris in universis gen-
tibus omnipotentis dei cepit amor convertere. Erat ergo prius ignis intrinsecus cum Iacob diceret: Salutare tuum expecta-
bo domine. Quid enim salutare domini lingua latina hoc verbo hebraico dicitur Ihesus. In quo verbo beatus Iacob meus ostenditur
quod Ihesum desiderio ardebat quem se moriens expectare perhibebat. Ardebat ignis cum Moyses diceret: Si
inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum ut videam te. Ardebat ignis in mente cum David diceret:
Sitivit anima mea ad deum vivum, quando veniam et parebo ante faciem dei. Qui incarnationem ubi desiderans ait:
Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. Ardebat ignis cum Symeon de corruptione vite
prius exire desiderans audivit non prius se visurum mortem nisi videret Christum domini. Sed ecce iam ignis
iste qui sub lumbis exterius resplendet, quia universa gentilitas incarnati dei est amore succensa. Quod tamen
intelligi et aliter potest, quia redemptor noster dominus Ihesus Christus per humanitatem suam hominibus innotuit, qui per divinitatem notus
angelis et ante incarnationem fuit. Nobis ergo a lumbis inferius resplendet in circuitu, cuius ignis intrinsecus a
nobis superius ardet in celo, quia illi celestes spiritus eum in divinitate sua conspiciunt et amoris eius ignibus
accenduntur. Nos vero qui hunc ex assumpta humanitate diligimus, adhuc in hac corruptibili vita splendorem
ignis illius foris cernimus. Unus itaque super thronum est qui et super lumbos ignem intrinsecus habet in angelis et
sub lumbis ignem in circuitu habet in hominibus, quia in omne quod ab angelis amatur et omne quod ab hominibus desideratur
unus est qui in cordibus ardet amatum. Hinc est enim quod magne ille potestates angelice seraphim id est incendium
nominantur. Hinc de ipso omnium creatore scriptum est: Deus noster ignis consumens est. Ignis enim deus dicitur, quia
flammis amoris sui incendit mentes quas replet. Et ideo seraphim incendium dicuntur, quia potestates ei proxime
in celis inestimabili amoris eius igne succense sunt. Ex hoc igne succensa ardent in terra corda iustorum.
Hoc igne calefacta redeunt ad prima corda peccatorum, que inflammata vehementer timorem in amorem vertunt.
Nam prius tabescente metu tepuerunt, postmodum igne amoris flagrant. Et quia eius membra sunt electi angeli
in celo, eius membra sunt quoque homines in terra. Unus idemque est qui et super lumbos ardet intrinsecus et sub lumbis inferius
ignis sui ardore splendorem in circuitu emittit, quia et angelos ad amorem suum per divinitatem tenuit et homines
ad sancti ardoris sui desiderium ex humanitate denotavit revocat. Sequitur: Velut aspectus arcus cum fuerit
in nube in die pluvie. Arcum omnipotens deus inter se et homines in signo posuit, ut ultra mundum diluvio non deleret,
arcus dicens: Arcum meum ponam in nubibus celi et erit signum federis inter me et inter terram. Cumque obduxero nubibus celum
apparebit arcus meus in nubibus. Et ex parte est ceruleus et ex parte est rubicundus, ut utriusque iudicii testis sit:
unius videlicet faciendi et alterius facti. Sed non ultra faciendi, quia mundus quidem iudicii igne cremabitur, sed aqua iam
diluvii non delebitur. Quid est ergo quod splendente igne a lumbis homo throno presidens sic aspectus arcus cum
fuit in nube in die pluvie prophetia asserit. Quia enim per ignem sicut dictum est ardor sancti spiritus designatur
que similitudo est arcus et spiritus, ut ignis qui apparuit quasi aspectus arcus apparuisse dicitur. Sed si ipsum quoque
predicationis visionem arcus intuemur, quo arcus fiat prius videmus. In arcu quippe sicut prefati sumus aqua et ignis
apparet. Et post mediatoris adventum virtus sancti spiritus in humano genere claruit, quia electos dei et aqua bap-
tismatis lavit et igne divini amoris accendit. Quasi enim admixto colore aque simul et ignis quidam arcus in
nube ad propitiationem ponitur, cum veritas dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum
dei. Quasi arcus in nube est in die pluvie, quia in divina incarnatione in effusione predicationis ostenditur, ut ad ve-
ram corda credentium duo pariter renoventur. Nubem enim redemptoris carnem non incongrue accipimus,
de qua per Psalmistam dicitur: Qui ponit nubem ascensum suum. Nubem quippe ascensum suum posuit, quia is qui
divinitate ubique est carne ad celestia ascendit. Expleta vero omni mystica visione subiungit: Hic erat aspectus sple-
ndoris per gyrum, hec visio similitudinis glorie domini. Quid enim in universo mundo sancti spiritus gratia agit aspiciens ait: Hic erat
aspectus splendoris per gyrum. Tunc vero intus eiusdem sancti spiritus gloria maneat considerare volens, sed sicut erat non
valens, subiungit: Hec visio similitudinis glorie domini. Non enim ait visio glorie, sed similitudinis glorie, ut videlicet ostendat quia
quantalibet se intentione mens humana tetenderit, etiam si iam fantasmata imaginum corporalium a cogitatione compescat,
si iam omnes circumscriptos spiritus ab oculis cordis amovet, adhuc tamen in corde carne mortali posita videre gloriam
dei non valet sicut est. Sed quicquid de illa est quod in mente resplendet similitudo et non ipsa est. Unde et ille predicator
qui raptus ad tertium celum fuerat dicebat: Videmus nunc per speculum in enigmate. Quia in re non desperanda nobis
quod erit. Cum Iohannes evangelista cum erga miracula redemptoris nostri incredulorum perfidiam eam ergo verbis prophetie describens
adiungit: Hec dixit Ysaias quando vidit gloriam eius et locutus est de eo. Et si Ezechiel non gloriam sed glorie similitudinem
vidit, quid est quod iste similitudinem glorie et ille eius gloriam vidisse describitur? Sed cum Iohannes evangelista prius miracula
redemptoris nostri narravit atque infidelitatem postmodum incredulorum subdidit, hanc eiusdem redemptoris nostri gloriam que
in mundo apparuit Ysaiam vidisse manifestat. Omne enim quod in terra incarnatus dominus agit gloria omnipotentis dei est, et
eius gloria in omnibus sanctis videtur. Ysaias ergo eius gloriam in terra vidit. Ezechiel vero eius gloriam in celo sicut est
videre non potuit, quia aliter est gloria eius in rebus factis atque aliter in semetipso. Hec ergo eius gloria que in rebus
est videri potest, illa vero que in ipso est videri modo nisi per similitudinem non potest. Sed ante eandem similitudinem glorie

vel sublevatus portaret propheta potuit agnoscamus. Sequitur. Et vidi et cecidi in faciem meam. Unde ergo de hoc viro fiet
si ita ut est eius gloriam viderit qui semel vel semel gloriae illius visionem sed ferre non valens cecidit. Sua in re cum magno merore pen-
sare et considerare cum lacrimis debemus in quanta miseria et infirmitate cecidimus quia et ipsum bonum ferre non possumus ad quod
videndum conditi sumus. Est tamen et aliud quod de prophete facto consideremus in nobis. Propheta enim mox ut gloriam domini semel vel semel
vidit in faciem suam cecidit. Cum ergo splendorem gloriae quam nos per spiritum prophetie videre non possumus hanc assidue cognoscere et speculari
contemplari in sacro eloquio in celestibus monitis in preceptis spiritalibus debemus quia cum aliquid de deo conspicimus in fa-
ciem nostram cadimus quia de malis erubescimus que nos meminimus perpetrasse. Ibi enim cadit homo ubi confunditur. Unde et
paulus quibusdam in facie iacentibus dicebat. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Fratres
celestis gratie dono largiente obvolutum visionibus libri inicium in ezechiel propheta discussimus et dicta mystica mo-
ralitate disserentes volante prophetie hystoria ad terras traximus ut que penulorum arte multis quam plurimis volabat sed non
levabat iam nunc ab eis legatur et cognoscatur evolet et levet. Agamus ergo gratias redemptori nostro qui spiritali
se alimento nos reficit quia panis vivus descendit de celo et dat vitam mundo. Qui vivit et regnat cum patre in
unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Inicium libri in Ezechiel propheta magnis obscuritatibus clausum et quibusdam mysteriorum nodis ligatum.
in omeliis octo deo domino nostro ihesu christo largiente discussi. Iam nunc plana oratio sit et minus difficilia que
secuntur. Cantati itaque vestre colloquium cum omnipotenti deo gratias referentes quia post tot opaca silvarum tandem
leti ad campos exivimus in quibus liberis gressibus locutionis nostre intrepidum pedem ponamus. Ecce enim postquam
propheta splendorem gloriae domini contemplatus in faciem suam cecidit adiungit. Et audivi vocem loquentis et dixit ad me
Fili hominis sta super pedes tuos et loquar tecum. Ubi adhuc subditur. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus
est mihi et statuit me super pedes meos. Ecce divina vox iacenti prophete iussit ut surgeret sed surgere omnino non
posset nisi in hunc omnipotentis dei spiritus intrasset quia per omnipotentis dei gratiam ad bona opera conari quidem possumus
sed hec implere non possumus si ipse non adiuvat qui iubet. Sic paulus cum discipulos admonet dicens Cum metu et tremore
vestram ipsorum salutem operamini illico quibus in eis hec ipsa bona operaretur adiunxit dicens Deus est enim qui operatur in
nobis et velle et perficere pro bona voluntate. Hinc est quod ipsa veritas discipulis dicit Sine me nichil potestis facere
sed in hiis considerandum est quia si bona nostra sic omnipotentis dei dona sunt ut in eis aliquid nostrum non sit cur nobis quasi
pro nostris ad eterna retribucionem querimus. Si autem ita nostra sunt ut dona omnipotentis dei non sint quid eis omnipotenti deo gratias
agamus. Sed sciendum est quia mala nostra solummodo nostra sunt bona autem nostra et omnipotentis dei sunt et nostra quia ipse aspi-
rando nos prevenit ut velimus qui adiuvando subsequitur ne inaniter velimus sed non possimus implere quod volumus
preveniente ergo gratia et bona voluntate subsequente hoc quod omnipotentis dei donum est fit meritum nostrum. Quod bene
paulus breviter sua explicat dicens Plus illis omnibus laboravi. Qui ne videretur sue virtuti tribuisse quod fecerat
adiunxit. Non autem ego sed gratia dei mecum. Quia enim celesti dono preventus est quasi alienum se a bono opere
suo agnovit dicens Non autem ego. Sed quia preveniens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bono quo libero arbitrio
eandem gratiam est subsecutus in opere adiunxit Sed gratia dei mecum. Acsi diceret In bono opere laboravi non ego
sed ego in eo enim quo solo domini dono preventus sum non ego in eo autem quo dono voluntate subsecutus et ego. Hinc ergo Domini
brevem contra pelagium et celestinum dictis ad exponendum redeamus Fili hominis sta super pedes tuos et loquar tecum
Notandum nobis est ordo locutionis et operis quia prius plenitudo gloriae domini apparuit ut deiceret postmodum alloquitur
ut elevet. Deinde superfundens gratiam spiritum mittit et levat ac super pedes statuit. Nisi enim aliquid de eternitate
in mente videamus numquam in faciem nostram penitendo cadimus. Sed iam iacentes vox domini consolatur ut in opere sur-
gamus. Quod tamen nos facere nostra virtute non possumus. Spiritus ergo nos spiritus implet et levat super pedes nostros statuit
ut qui prius in penitentia pro culpa iacuimus recti postmodum in bono opere stemus. Sed stans propheta quid audierit
adiungit dicens Et audivi loquentem ad me et dicentem Fili hominis mitto ego te ad filios israel ad gentes a-
postatrices que recesserunt a me. Sic propheta describit sua ut significet nostra. Nam quid est hoc quod ei iacenti
dicitur. Sta super pedes tuos et loquar tecum. Cum enim iacenti loqueretur cur non se nisi stanti promittit esse lo-
cuturum. Sed sciendum quia alia sunt que iacentes alia que stantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur ut surgat stanti
autem precipitur ut ad predicacionis officium proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus preberi
non debet auctoritas predicacionis. Sed cum iam in bono opere surgimus cum iam recte stare cepimus dignum est
ut ad lucrandos alios in predicacionem mitti debeamus. Stans ergo propheta et visionem spiritalem vidit et cecidit
cadens vero iam admonicionis verbum suscepit ut surgeret. Surgens autem preceptum audivit ut predicaret. Nam
qui adhuc ex superbie vertice stamus cum iam de eternitatis timore aliquid sentire cepimus dignum est ut ad
penitentiam cadamus. Et cum infirmitatem nostram subtiliter cognoscentes humiliter iacemus per divini verbi consolacionem surgere
ad fortia opera iubemur. Et cum iam in bonorum operum soliditate persistimus necesse est ut unde nosmetipsos
correximus inde iam predicantes et alios levemus. Iacenti ergo non precipitur ut ad predicacionem pergat ne infirmus ne
quisquis hoc quod verbo edificare potest hoc opere destruat. Unde recte quoque per psalmistam dicitur Eduxit me de lacu
miserie et de luto fecis et statuit super petram pedes meos et direxit gressus meos et misit in os meum
canticum novum ymnum deo iacob nostro. Prius enim de luto pluralitatis educitur ut eius pedes per fidem in petra
solidentur. Sed quia rectam fidem recta subsequi debet operacio gressus eius directi sunt ut post direccionem
gressuum id est post perfeccionem boni operis in ore accipiat etiam bonum canticum predicacionis. Sic paulus dum pergebat
damascum pergeret redemptoris voce prostratus iacuit et qui predicator futurus erat non tamen mox ut predicaret
quod videat audivit. Sed ei iacenti dicitur ingredere civitatem et dicetur tibi quid te oporteat facere. Iacens

Hoc ergo solum audire potuit ut surgens disceret quod audiret. Surgens vero hoc didicit ut que cognoverat predicaret. Sed
querendum nobis est cur Ezechiel et Paulus in faciem cadunt, et de ascensore equi, id est de eo qui in hoc mundo gloria elatus
est, dicitur ut cadat ascensor eius retro. Rursum quod retrorsum quod de persecutoribus domini scriptum est: Abierunt retrorsum et
ceciderunt in terram. Quid est hoc quod electi in faciem et reprobi retrorsum cadunt, nisi quod omnis qui post se cadit, ibi
vbi procul dubio cadit ubi non videt. Qui vero ante se cadit, ibi cadit ubi videt. Iniqui ergo quia in invisibilibus cadunt,
post se cadere dicuntur, quia ibi corruunt ubi quid eos tunc sequatur modo videre non possunt. Iusti vero quia in istis visibilibus
semetipsos sponte deiciunt ut invisibilibus erigantur, quasi in faciem cadunt quia timore compuncti videntes humiliantur.
Notandum vero quod dicitur: Mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices que recesserunt a me. Sicut enim duobus
modis a deo receditur, ita duobus modis a deo apostate homines fiunt. Nam unusquisque a conditore suo aut fide
recedit aut opere. Sicut ergo qui fide recedit apostata est, ita qui ad perversum opus quod deseruerat redit, ab omni-
potente deo apostata absque ulla dubietate deputabitur, etiam si fidem tenere videatur. Unum enim sine altero prodesse
nichil valet, quia nec fides sine operibus nec opera adiuvant sine fide, nisi fortasse pro fide percipienda fiant,
sicut Cornelius ante pro bonis operibus meruit audiri quam fidelis existeret. Qua ergo re colligitur quia bona opera
pro fide percipienda faciebat. Nam cum ab angelo dicitur: Orationes tue et elemosine tue ascenderunt in memoriam
in conspectu dei, et mox per quendam qui ei veniens predicare debeat, constat quia hoc percipit unde meruit exaudiri.
Sequitur: Patres eorum prevaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc, et filii dura facie et indomabili corde
sunt, ad quos ego mitto te. Ecce est una culpa superbie quia prevaricati sunt pactum. Ecce altera obstinacionis quia
usque ad diem hanc. Ecce in iniquitate filiorum culpa gravius impudentie quia dura facie, quo mala que faciunt etiam
nec erubescunt, et nunquam vel post culpas ad penitentiam redeunt, quia indomabili corde sunt. Qui vero tante pravitatis,
tante quoque obstinationis sunt hii ad quos propheta mittitur, quis iam non videat quod persona prophete a tam perversis
hominibus despici valeat? Sed ecce auctoritas persone tribuitur cum subditur: Et dices ad eos: Hec dicit dominus deus. Ac si
aperte dicat: Quia ergo te despiciunt, ergo mea voce utendum est ut loquaris, ne contempnere possint qui mittitur, verba
mea proferens unde qui misit. Sequitur: Si forte vel ipsi audiant et si forte quiescant, quia domus exasperans est. Cum
constat quod omnipotens omnia sciat, mirandum valde est cur dicitur: Si forte audiant et si forte quiescant. Quapropter
sciendum nobis est quia ista dubitatio locutionis dei non ex ignorantia sed ex aliqua significatione descendit.
Iam quis nesciat quod qui fecit et videt omnia sciat omnia? Et per semetipsam in evangelio de antichristi predicatoribus
dicit: Dabunt signa magna et prodigia ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Cur hoc sub dubitatione
dicit cum quod futurum sit a domino prescitur? Unum vero ergo duobus est: quia si electi sunt, fieri non potest; si autem fieri potest, electi
non sunt. Et tamen dicitur: In errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ista ergo divini sermonis dubitatio ex electorum cor-
dibus designatio temptationis fuit, quia qui electi sunt ad persistendum per signa predicatorum antichristi temptabuntur
ad cadendum. Per hoc ergo quod dicitur si fieri potest, hoc exprimitur quod electi in corde temptabuntur. Nutant enim in corde sed non
cadunt. Dicitur ergo si fieri potest quia trepidabunt, et tamen dicitur electi, quia non cadunt. Dubitatio itaque sermonis a domino in
electis exprimit trepidationem mentis, quos et electos nominat quia certum quod in fide et bono opere persistunt.
Unde hic quoque dicitur: Si forte audiant et si forte quiescant. Per hoc enim quod dicitur si forte, quia ex magna multitudine pauci
auditores sunt demonstratur. Per dubitationem ergo sermonis dei quid sciatur aliud nisi paucitas auditorum? Notandum
vero quod postquam mala preteritorum defunctorum dixerat, mittens prophetam ad filios dicit: Si forte vel ipsi audiant et si for-
te quiescant. Quid est dicere vel ipsi, nisi quia eorum patres qui in culpa defuncti sunt audire noluerunt? Pensemus
ergo que vis sit in hoc divini sermonis defectu ut dicat: Si forte vel ipsi audiant. Nobis hoc nobis apte
dicitur qui afflicti, qui obsessi, a quibus omnia que in hoc mundo habuimus bona perdidimus. Urbes eversas, castra
depopulatos agros, suffossas ecclesias videmus, et tamen adhuc pravos mores ad iniquitatem sequimur. Ab eorum elatione
quam vidimus non mutamur. Et illi quidem mundi gaudia, nos vero quod est gravius et mundi flagella perdimus. Sed ecce
omnipotens deus iniquitates nostras imitatus, iam patres nostros abstulit, iam ad iudicium compellit, sed pacientie nobis longa-
nimitate prorogat vitam. Nostris patribus propterea dicens: Si forte vel ipsi audiant et si forte quiescant, quia domus
exasperans est. Omnis anima etiam post acceptam fidem in perversitate sua aut permanens aut revertens domus ex-
asperans vocatur, quia eum quem per fidem susceperat repellit a se pravis moribus habitatorem dominum. Nam domus habitatur
a domino. Si ergo domus, quare exasperans? Si vero exasperans, quare domus? Que utique iam non habitatur. Sed domus
quia in ea deus per fidem habitare ceperat. Exasperans vero est quia ab ea pravis moribus repulsus cepit ut vacua re-
maneat quam prius celestis inhabitator replebat. Unde etiam sicut veritatis voce cognovimus, nequissimus spiritus
cum septem aliis rediens domum scopis mundatam invenit, quia mentem a virtutibus alienam replet. Sequitur:
Et scient quia propheta fuit in medio eorum. Malos scire bonos aut ad adiutorium salutis proficere aut ad testimonium
dampnationis solet. Sciant ergo quia in medio eorum propheta fuit, ut audita predicatione aut adiuvantur ut surgant
aut se dampnent ut excusatione careant. Sequitur: Tu ergo fili hominis ne timeas eos neque sermones eorum metuas,
quoniam increduli et subversores sunt tecum et cum scorpionibus habitas. Patet ad quod perversos in predicatione mittitur qui
ne timeat admonetur. Et quia pravi quoque bona sibi loquentibus alia iniqua faciunt, dicitur: Ne timeas eos. Et propterea hec
quod minantur adiungitur: neque sermones eorum metuas. Vel certe quia reprobi et mala bonis ingerunt et eorum se
actibus derogant, propheta missus admonetur ne eorum vel crudelitatem metuat vel verba pertimescat. In hoc itaque quod
dicitur ne timeas, prophete datur auctoritas predicationis. Et quia omnes qui in verbo domini organa veritatis sumus,
ut sepe per alium in me, sepe vero alii loquantur per me. Sic nobis bonum verbi messe auctoritas datur, ut et is qui preest
dicat recta libere, et is qui subest inferiore bona humiliter non recuset. Bonum enim quod maiori a minore dici-
tur vere bonum est si humiliter dicatur. Nam si rectitudo sentiendi humilitate loquendi perdit radicem superbie

in ramo lingue viciant, quod videlicet vicium iam non ex ramo sed ex radice est, quia nisi cor intumesceret lingua minime super-
biret. Inesse ergo ad loquendum potest humilis auctoritas, inesse autem minori libera humilitas debet. Sed sepe in hominibus
ipse loquendi ordo confunditur, sicut et longe superius diximus. Nam aliquis quis per timorem elacionis loquitur et
loqui se per auctoritatem libertatis existimat, et aliquis alius per stultum timorem tacet et tacere se per humilitatem putat.
Ille locum sui regiminis attendens non metitur superbiam timoris; iste locum sue subiectionis considerans timet dicere bona
que sentit et ignorat quantum caritati reus efficitur tacendo. Sic vero sub auctoritate superbia et quamquam timor sub
humilitate se palliat, ut sepe nec valeat considerare quid dicat nec iste quid dicat proximo. Nam ille eos qui
sibi subiecti sunt conspicit et eis tamen omnibus subiacet non intendit; in elacione attollitur et de elacione sua velut
de auctoritate gloriatur. Iste vero nonnumquam dum timet ne amoris graciam amittat atque per hoc aliquid temporalis dampni
sustineat, recta que intelligit occultat atque apud se tractans ipsum timorem quo constringitur humilitatem nominat,
sed cum in nichil valet dicere, tacendo in cogitacione se iudicat (?), fit quod ut unde se humilem existimat inde gravius
fit superbus. Discernenda ergo sunt libertas et superbia, humilitas et timor, ne aut timor humilitatem aut se superbia
libertatem fingat. Hinc Ezechiel utique qui non solum populo sed senioribus loqui mittebatur, ne incautum timorem
humilitatem crederet, ut timere non debeat admonetur dum dicitur: Ne timeas eos. Et ne forte derogacione sermonum
verba pertimescat, adiungit: Neque sermones eorum metuas. Cur autem linguas derogancium timere non debeat causam
subiungitur, cum protinus submissum est: Quoniam increduli et subversores sunt tecum et cum scorpionibus habitas. no
Timendi enim essent hii quibus loqui mittebatur, si in fide et opere deo omnipotenti placuissent. Cum autem increduli
et subversores sunt, in suis sermonibus derogantes timendi non sunt, quia stultum valde est, si illis placere querimus
quos non placere deo scimus. Debent autem hii in metu et reverencia iudicia iustorum que membra omnipotentis dei
sunt, et hoc ipsum in terra reprehendunt quod deus redarguit e celo. Nam pravorum derogacio vite nostre approbacio
est, quia iam ostenditur nos aliquid iusticie habere si illis displicere incipimus qui non placent deo. Nemo etenim
potest in una eademque re omnipotenti deo atque eius hostibus gratus existere. Nam deo se amicum denegat qui eius
placet inimico, et inimicus veritatis adversabitur qui eidem veritati in mente subiugatur. Unde sancti viri in
vocis libere increpacione sunt erecti (?), eos ad sua odia excitare non metuunt quos deum non diligere cognoscunt.
Quod zelo ardentis ostendens cantator omnium qui in nimie obtulit deo: Nonne qui oderunt te deus oderam et
super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Unde apostolus dicat: Perpensa quod in
te diligo qui tuorum hostium excitare contra me inimicicias non pertimesco. Hinc itidem dicitur: Qui retribuebat mala
pro bonis detrahebat mihi quoniam sequebar bonitatem. Subsecutus (?) ... Bonum valde est quod iustis obvenit
qui male agentibus libera voce contradicit. Sed pravi mala pro bonis retribuunt cum iustis derogant, quia contra
eos iusticie defensionem servant. Non enim iusti humana iudicia sed eciam iudices quamvis (?) despiciunt atque eorum
derogancium verba contempnunt. Hinc eciam derogantibus Chorinthiis Paulus dicebat: Michi autem pro minimo
est ut a vobis iudicer aut ab humano die. Cum nec in corde suo unde se reprehendere potuisset inveniret
adiungit: Sed neque meipsum iudico. Videns autem quia ei ad perfeccionem sanctitatis nec suum iudicium sufficeret, subdidit:
Sed non in hoc iustificatus sum. Qui vero nec sibimetipsi de seipso credidit, causam reddidit cum subiungit: Qui autem
iudicat me dominus est. Unde apostolus dicat: Nec michi de meo iudicio credendum existimo, quia ille me iudicat cuius
ego iudicium non comprehendo. Hinc beatus Iob cum pro amicorum derogancium linguas michi dolores vulnerum patet-
iacula verborum cogitacione protinus ad conscienciam recurrit atque ubi melius solidius haberet apposuit dicens: Ecce
enim in celo testis meus et conscius meus in excelsis. Cui eciam subdidit: Verbosi amici mei, ad deum stillat
oculus meus. In omne enim quod de nobis dicitur, si tracti recurre ad mentem debemus interiorem testem et iudicem
querere. Quid eciam prodest ut omnes laudent cum consciencia accuset? Aut quid poterit obesse si omnes nobis
derogent et sola nos consciencia defendat? Beatus ergo Iob inter linguas derogancium inflexa mente persistens,
quia in terra se impugnari falsis sermonibus vidit, e celo testem quesivit. Hinc Ysaias ait: Populus meus qui
te beatificant et ipsi te decipiunt et viam gressuum tuorum dissipant. Cum videlicet populus ne verba sue laudis at-
tenderet et in culpis alciori statum ei dicit queritque aspiciat cuius iudicium pertimescat, cum subditur: Stat
ad iudicandum dominus, stat ad iudicandos populos. Unde apostolus dicit: Iudicia humana cur sequeris cum stare super
te celestem iudicem scis? Hinc est quod Iohannem Baptistam vitiis esse arundinem vento agitatam negat dicens:
Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Quod quia negando dixit non affirmando, subiuncta
verba testantur. Ait enim: Sed quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur
in domibus regum sunt. Arundo autem vento agitata modo flatibus erigitur modo flatibus inclinatur. Sic
autem infirma quique qui vel derogacione deiciuntur vel laudibus exaltantur. Arundo vento agitata est quod Iohannes
non erat, qui inflexibilem mentis verticem inter laudes hominum et derogaciones tenebat. Sed magna in-
discrecione res indiget: cum recti operis viam tenemus, utrumque se despicere derogancium verba debeamus an ea aliquando
compescere. De qua re sciendum est quia linguas detrahencium sicut nostro studio non debemus excitare ne ipsi pereant, [illegible] de [illegible] fama
ita per suam maliciam excitatas debemus equanimiter tolerare ut nobis meritum crescat. Aliquando autem eciam
compescere, ne dum de nobis mala disseminant, eorum qui audire nos ad bona poterant corda innocencium
corrumpant. Hinc est etenim quod Iohannes obtrectatoris sui linguam redarguit dicens: Diotrephes qui amat primatum
gerere in eis non recipit nos. Propter hoc si venero commonebo eius opera que facit verbis malignis In 3a canonica

garriens in nos. Hinc paulus contra detrahentibus chorinthiis loquitur dicens Epistole inquiunt graves sunt et fortes presencia autem
corporis infirma et sermo contemptibilis hoc cogitet qui eiusmodi est quia quales sumus verbo per epistolas absentes tales
et presentes in opere. Hii etenim quorum vita in exemplo imitacionis est posita debent si possunt detrahencium sibi verba compescere
ne eorum predicacionem non audiant qui audire poterant et in pravis moribus remanentes bene vivere contempnant. Sed hac in re
subtili inquisicione necesse est ut semetipsum animus investiget ne forte sue laudis gloriam querat et aliorum lucrum se querere
inani cogitacione simulet. Sepe enim sub nostris laude animus pascitur et qui sub obtentu lucrorum spiritualium cum de se bona dici
cognoverit letatur et sepe sue glorie defensione contra detrahentes irascitur et fingit et sibi mentitur quod hoc pro eorum zelo fa-
ciat quorum corda bono itinere detrahentes sermo perturbat. Illi ergo debent magnopere curare ne contra eorum opinionem detrahencium
verba prevaleant qui suam conscienciam subtiliter discucientes se in ea inveniunt de amore private glorie nil habere. Hinc est enim
quod iusti atque perfecti aliquando virtutes suas predicant bona que divinitus acceperunt narrant non ut ipsi apud homines sua
ostensione proficiant sed ut eos quibus predicant exemplo suo ad vitam trahant. Unde paulus apostolus quociens fustibus cesus
quociens lapidatus quociens naufragium pertulit quanta pro veritate sustinuit quod ad tercium celum raptus quod in paradisum
ductus sit chorinthiis narrat ut eorum sensum a falsis predicatoribus avertat et dum se innotescit qualis esset illi eius vi-
lescerent quos ab eis cognoverat inique variari. Quod perfecti cum faciunt id est virtutes proprias cum loquuntur in hoc quoque omnipotentis
dei imitatores sunt qui laudes suas hominibus loquitur ut ab hominibus cognoscatur. Namque cum per scripturam suam precipiat dicens
laudet te alienus et non os tuum quod facit ipse non prohibet. Sed si virtutes suas omnipotens deus taceret cum nullus agnosceret
deum nullus agnosceret nullus amaret si nullus amaret nullus ad vitam rediret. Unde et per psalmistam de eo dicitur Virtutem operum
suorum annunciabit populo suo ut det illis hereditatem gencium. Virtutes ergo suas annunciat non ut laudibus suis ipse pro-
ficiat sed ut hii qui hunc ex sua laude cognoverint ad perpetuam hereditatem intrant. Iusti itaque atque perfecti non solum cum
vituperacionis sue verba reprehendunt sed eciam cum virtutes quas habent in semetipsis loquuntur reprehensibiles non sunt quia per suam
vitam quam referunt aliorum animas ad vitam querunt. De quibus tamen sciendum est quia numquam bona sua detegunt nisi eos
ut dixi aut proximorum utilitas aut certe nimia necessitas cogat. Unde paulus apostolus cum virtutes suas chorinthiis
enumerasset adiunxit Factus sum insipiens vos me coegistis. Fit vobis aliquando ut necessitate compulsi in bonis que de se referunt
non aliorum utilitatem sed suam requirant sicut beatus Iob facta sua enumerat dicens Oculus fui ceco et pes claudo pater
eram pauperum et causam quam nesciebam diligentissime investigabam et multa alia que se pie egisse commemorat
Sed quia in volumine doloris positus ab amicis increpantibus impie egisse et violentus proximis atque oppressor pauperum
fuisse dicebatur. Vir sanctus inter flagella dei et humane increpacionis verba deprehensus mentem suam graviter concuti
atque ad desperacionis foveam compulit impelli. Quam iam iamque quia cadere poterat nisi ad memoriam sua bene acta
revocasset ut ad spem animam reduceret ne oppressus verbis et vulneribus in desperacionem rueret. Quia ergo bona sua e-
numerat non innotescere aliis quia pro laude desiderat sed ad spem animum reformat. Isti itaque sicut sine arrogancia loquuntur
aliis bona que agunt ita sine zelo private glorie detrahencium sibi linguas redarguunt quia noxia loquuntur. Cum vero lingue
derogancium corrigi nequiunt equanimiter sunt per omnia tolerande. Nec obtrectacionis sermo timendus est ne dum pravorum
vituperacio metuitur recti operis via deseratur. Unde mox ezechieli prophete dicitur Sermones eorum ne metuas quia increduli
et subversores sunt tecum. Minus autem mali essent si hii qui sunt increduli subversores minime fuissent. Quia enim ipsi vel ce-
lestis regni premia vel gehenne esse supplicia non credunt in suis pravitatibus dimissi a fide et spe eciam alios
subvertunt ut regnum quod ipsi appetere nolunt nec alter assequatur. Hii namque cum teneriores quosdam bona incipere
mala iam devitare cognoverint modo irridendo quod in celis promittitur modo despiciendo quod deus omnipotens de inferni sup-
pliciis minatur modo laudando bona temporalia et delectaciones presentis seculi callida persuasione pollicendo deficientium
mentes inoretenus eorum que itinera putrunt. Gaudent si quos poterint a vita revocare ad mortem trahere letantur
in pravitatibus suis exultant in alienis ut quibus pena sua non sufficit qui agunt ne soli moriantur. At si fortasse
in iustis quempiam tante iam virtutis inveniunt ut ei contra loqui non presumant quia subversores esse non possunt statim
scorpiones fiunt. Scorpio enim palpando mordet sed cauda ferit non mordet a facie sed a posterioribus nocet. Scor-
piones ergo sunt homines blandi et maliciosi qui bonis quidem in facie non resistunt sed mox ut recesserint derogant
alios quos voluerint infamant quecumque possunt noxia inmittunt mortifera inferre occulte non desinunt. Scorpiones
ergo sunt qui blandi et innoxii in facie videntur sed post dorsum portant unde venenum fundant. Quam enim in occulto
feriunt quia mortem latenter trahunt. Unde eciam per psalmistam dicitur Circumdederunt me sicut apes exarserunt sicut ignis
in spinis. Apes enim in ore mel habent in aculeo caude vulnus et omnes qui lingua blandiuntur sed latenter conmalia
ferunt apes sunt quia loquendo dulcedinem mellis proponunt sed occulte feriendo vulnus inferunt. Ista vero facientes
conardescunt sicut ignis in spinis quia per flammas detrahencium non iustorum vita comburitur sed si que eis inesse
potuerant peccatorum spine cremantur. Dicatur ergo Increduli et subversores sunt tecum et cum scorpionibus habitas. Mu-
nitis sit deo (?) subversores vero insinuacionibus proximis scorpiones autem eciam fortibus ac robustis animis et si in facie
contradicere non presumant ex occulto tamen vulnus derogacionis inferunt. Increduli quippe sunt subversores et scorpiones
contradicere non presumant ex occulto tamen vulnus derogacionis inferunt

sunt quia et audita ea que dei sunt non credunt et eos quos prevalent a bonis moribus subvertunt et quos infestare
non valent occultis machinacionibus feriunt. Qua in re hoc quoque nobis est quod cum propheta dicitur increduli et subversores sunt
tecum et cum scorpionibus habitas nobis consolacionis medicamentum profertur. Quos sepe tedet vivere dum nolumus cum malis
habitare. Querimus etenim cur non omnes boni sunt qui nobiscum vivunt. Mala proximorum ferre nolumus omnes sanctos iam
debere esse definimus dum esse nolumus quod ex proximis portemus. Sed hac in re luce clarius patet dum malos portare
renuimus quia multum adhuc ipsi de bono minus habemus. Neque enim perfecte bonus est nisi qui fuerit et cum malis bonus.
Hinc beatus Iob de semetipso asserit dicens Frater fui draconum et socius strucionum. Hinc paulus apostolus discipulis dicit In medio
nacionis prave et perverse inter quos lucetis sicut luminaria in medio. Hinc petrus gregis domini pastor dicit Iustum Loth op-
pressum a nephandorum iniuria et conversacione eripuit aspectu enim et auditu iustus erat habitans apud eos qui

de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabat. Sepe vero cum de vita pravorum quisque mutare locum contemnit, secretum vite remotioris eligere; verum nec ignorare debet quia si desit spiritus non adiuvat locus. Ipse enim Loth de quo loquimur in Sodomis sanctus exstitit, in monte peccavit. Quia autem loca non mentem muniunt ipse humani generis parens testatur qui et in paradiso cecidit. Sed numquid sic omnia que loquimur? Nam si locus salvare potuisset, Sathan de celo non caderet. Unde propheta ubique in hoc mundo temptationes esse conspiciens quesivit locum ut fugeret, sed sine deo inveniri non potuit munitum. Hoc quarere et ipsum sibi locum sibi petiit qui ait: Esto mihi in deum protectorem et in locum munitum ut salvum me facias. Tolerandi ergo ubique sunt pravi, quia Abel fieri non valet quem Cayn malicia non exercet. Unum vero est pro quo vitari societas debeat malorum, ne si fortasse corrigi non valent ad imitationem nos trahant, et cum ipsi a sua malicia non mutantur, eos qui sibi coniuncti fuerant pervertant. Unde Paulus ait: Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et sicut per Salomonem dicitur: Noli esse amicus homini iracundo neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius et sumas scandalum anime tue. Sic enim perfecti viri perversos proximos non debent fugere, quia et eos sepe ad rectitudinem trahunt et ipsi ad perversitatem numquam trahuntur. Infirmi vero quique societatem debent declinare pravorum, ne mala que frequenter aspiciunt et corrigere non valent, delectentur imitari. Sic enim verba pravorum audientes quotidie sumimus in mente sicut flando atque respirando aerem trahimus corpore, et sicut malus aer assiduo flatu tractus, audita infusum inficit animum ut trahebat delectatione pravi operis assidui iniquitate sermonis. Sed verba eorum ne timeas et vultus eorum ne formides quia domus exasperans est. Ideo boni timendi sunt ne offendantur, ne fortasse per eos ille provocetur ad iram qui eorum corda inhabitat. Iram sicut superius dictum est, si malos offendis, timere minime debes, quia illis nostra actio displicet quibus neque ipse conditor placet. Quando ergo timendi est si nobis irati sunt qui deo amabiles non sunt. Unde recte nunc dicitur: Verba eorum ne timeas et vultus eorum ne formides quia domus exasperans est. Ac si apte diceret: Timendi essent nisi me in suis actibus exasperarent. De quibus adhuc subditur: Loqueris ergo verba mea ad eos si forte audiant et quiescant, quia irritatores sunt. Omnes qui peccant quid aliud quam conditoris sui in se iracundiam irritant? Et scimus quia quotiens actu, quotiens verbo, quotiens cogitatione delinquimus, contra nos totiens irritabimus; sed tamen sustinet et clementer exspectat per patientiam, per predicatores autem suos verbum nobis exhortationis prerogat. Is autem qui recta predicat si auditur, iram irritati conditoris super prevaricatorem populum placat. Unde necesse est ut ipse non debeat agere malum quod solet in populo suo contra conditorem irritare. Propter quod etiam subditur: Tu autem fili hominis audi quecumque loquor ad te et noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est, id est mala que scis aspicis ipse non facias, ne hec que prohibes incurras ipse committas. Omnis etenim predicator intenta semper debet mente pensare ne qui missus est lapsos erigere ipse in pravitate operis cum lapsis cadat, et Pauli hoc sua feriat dictum: In quo alterum iudicas teipsum condempnas. Unde Balaam dei spiritu repletus ad loquendum, sed tamen in carnalem vitam suo spiritu retentus, de semetipso loquitur dicens: Dixit auditor sermonum dei qui novit doctrinam altissimi et visiones omnipotentis dei vidit, qui cadens apertos habet oculos. Cadens apertos oculos habet qui rectum quod dicit videt sed recte vivere contempsit. Cadens videlicet in pravo opere et apertos habens oculos in sancta predicatione. Estne tamen aliud quod possit intelligi cum beatus Ezechiel qui ad predicationem mittitur esse exasperans prohibetur? Nisi enim ad loquenda verba cum mittebatur obediret omnipotenti deum, sicut pravus de pravo opere, sic propheta de suo silentio exasperasset. Nam sicut mali deum exasperant quia loquuntur vel faciunt mala, ita nonnumquam boni exasperant quia reticent bona. Illis itaque culpa est perversa agere, istis recta reticere. In hoc ergo cum malis etiam boni sicut deum exasperant quia cum perversos non increpant, eis per suum silentium perficiendi licentiam prestant. Sequitur: Aperi os tuum et comede quecumque do tibi. Aperimus os nostrum cum recta loquimur, et comedimus quod a deo accipimus, quia et tribuitur et augetur in nostris sensibus cibus vite cum predicationem recipimus. Unde propheta aliquando dicit: Os meum aperui et attraxi spiritum. Non enim spiritum attraxisset nisi os aperiret, quia nisi ad predicandum proximis se impenderet, spiritalis doctrine in eo gratia non transisset. Sequitur: Et vidi et ecce manus missa ad me in qua erat involutus liber et expandit illum coram me qui erat scriptus intus et foris. Sicut per prophetam predicatorum ordo, sic per librum quem accepit scripture sacre pagina designatur. Liber autem involutus est scripture sacre eloquium obscurum quod profunditate sententiarum involvitur ut non facile sensu omnium penetretur. Sed coram propheta liber expanditur, quia coram predicatoribus sacri eloquii obscuritas aperitur. Involutum librum manus dei porrexerat cum apostolis dicebat: Simile est regnum celorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius et superseminavit zizania in medio tritici et abiit. Cum autem crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania. Et reliqua que caritas vestra etiam me reticente recognoscit. Sed librum quem involutum ostenderat expandit cum hoc quod per enigmata loquebatur exposuit dicens: Qui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum vero semen hii sunt filii regni. Zizania autem filii sunt nequam. Inimicus qui seminat ea dyabolus est. Messis vero consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania et igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. Involutus itaque liber expanditur cum hoc quod obscure prolatum fuerat per latitudinem intellectus aperitur. Hunc involutum librum veritas expandit cum in discipulis egit quod scriptum est: Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. De quo adhuc libro subditur: Qui erat scriptus intus et foris. Liber enim sacri eloquii intus scriptus est per allegoriam, foris per hystoriam. Intus per spiritalem intellectum, foris autem per sensum litere simplicem adhuc infirmantibus congruentem. Intus quia invisibilia promittit, foris quia visibilia preceptorum suorum rectitudine disponit. Intus quia celestia pollicetur, foris autem quia terrena contemptibilia que sunt sint vel in usu habenda vel ex desiderio fugienda precipit. Alia namque de secretis celestibus loquitur, alia vero in cotidianis actionibus iubet, et ea quidem que foris precipit patent, sed illa que de intus narrat plene apprehendi nequeunt. Unde scriptum est: Extendens celum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. Quid enim celi nomine nisi sacra scriptura signatur? De qua nobis et sol sapientie et luna scientie, cum antiquis patribus stella exemplorum atque virtutum lucet. Celum sicut pellis extenditur, quia per scriptores suos carnis lingua formatum ante oculos nostros

inficit corpus sic prava locutio assidue

per verba doctorum componendo explicatur. Quid vero aquarum nomine nisi scientissimi angelorum significantur chori, de quibus scriptum est: Qui tegit aquis superiora eius. Celi ergo superiora dominus in aquis tegit, quia alta sacri eloquii, id est ea que de natura divinitatis vel de eternis gaudiis narrat, nobis adhuc nescientibus solis angelis in secreto sunt cognita. Celum ergo hoc et tota nobis contendit, et tamen in aquis superiora eius contegit, quia et quedam sacri eloquii iam nobis per apertionem spiritus patent, et quedam que solis angelis puto esse manifesta nobis adhuc fuerant occulta. De quibus tamen occultis iam per eam per spiritalem intelligentiam sentimus, iam sancti spiritus pignus accepimus, quia hec et plene necdum cognovimus et tamen ea medullitus amamus, et in multis spiritalibus sensibus quos iam cognovimus vitalis pabulo pascimur. Dicat ergo quidem cantet scriptura iusta et fortis, quia in sacro eloquio et dictis occultioribus atque sublimioribus sanat fortes, et preceptis apertioribus nos parvulos nutrivit. Unde scriptum est: Montes excelsi cervis, petra refugium erinaciis. Habitant enim montes intelligentie qui iam contemplationis saltu dare noverunt, sed petra fit refugium erinaciis, quia nos parvuli et peccatorum nostrorum spinis cooperti, et si intelligere alta non possumus, in petre nostre refugio, id est in Christi fide salvamur. Unde et quibusdam dicitur: Nichil me iudicavi scire inter vos nisi Christum Ihesum et hunc crucifixum. Ac si diceret: quia vos capere divinitatis eius mysteria non posse pensavi, sola vobis humanitatis eius infirma locutus sum. Sequitur: Et scripte erant in eo lamentationes, carmen et ve. Carmen aliquando in bono, aliquando vero in malo dicitur. Dubium non est quia et letum carmen et lugubre carmen dicere possumus, sed nos scripture sacre usum sequentes, que ponere carmen pro ponere in prosperis solet, hoc in loco pro bona parte dictum carmen accipimus. Nam cum omnipotens deus populum suum de mari rubro liberasset, scriptum est: Tunc Moyses et filii Israel cecinerunt carmen domino. Et cum David victoriam de hostibus fecisset, scriptum est: Locutus est David domino verba carminis huius. Salomon quoque ait: Acetum in nitro et qui cantat carmina cordi pessimo. Acetum quippe si mittatur in nitro, fervescit nitrum protinus et ebullit. Et prava mens cum per increpationem corripitur aut per predicatoris dulcedinem bona suadentur, de correptione fit deterior, et inde in murmurationis iniquitate succenditur unde debuit ab iniquitate compesci. Per Helyu quoque de iusto ac sese despiciente dicitur: Et non dixit: Ubi est deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte. Carmen quippe in nocte est leticia in tribulatione. Carmen in nocte accipimus cum in pressuris presentibus de futuris gaudiis consolamur. Carmen nobis in nocte ostendebat apostolus cum dicebat: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Carmen in nocte se David indicat habere dicens: Tu michi es refugium a pressura que circumdedit me, exultatio mea, redime me a circumdantibus. Cum enim circumdari se pressuris narrat, et tamen dominum sibi esse exultationem nominat, procul dubio ~~pone scriptura sacra~~ carmen in nocte cantat. Quia ergo pene semper in bono carmen ponere scriptura sacra consuevit, ita a nobis etiam in hoc loco debet intelligi. Ve autem in scriptura sacra sepius de eterno luctu quod perituris solet intelligi. Unde scriptum est: Ve impio in malo, retributio enim manuum eius fiet ei. Et beatus Iob loquitur dicens: Si impius fuero, ve michi est; si autem iustus, non levabo caput saturatus afflictione et miseria. Iustorum enim afflictio temporalis est. Ve ergo quod dixit a temporali distinxit, quia et iustorum afflictionem et impiorum ve here prohibuit. Per semetipsam quoque veritas dicit: Ve mundo ab scandalis. Et: Ve vobis qui ridetis, quia flebitis. Et: Ve pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Pensandum ergo nobis est quo hec tria in sacro volumine scripta sunt: lamentationes, carmen et ve. Lamentationes utique quia in eo scripta est penitentia peccatorum. Carmen vero quia ibi predicantur gaudia iustorum. Ve autem quia illic expressa est dampnatio reproborum. Ut ergo peccata puniantur, lege que in hoc volumine scripta sunt lamenta: Scindite corda vestra et non vestimenta vestra. Et rursus: Miseri estote et lugete, risus vester in luctum convertatur et gaudium in merorem. Ut autem de perfectione gaudii sequentis hilarescas, cognosce que in hoc volumine scripta sunt carmina laudis eterne: Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Et sicut per quendam sapientem de celesti urbe dicitur: Ex lapide candido et mundo omnes platee eius sternentur, et per omnes vicos eius alleluia cantabitur. Hoc nobis carmen celestis patrie nuntiare cives eius venerant cum concorditer clamabant: Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Sed si adhuc peccatis mente inheres, si adhuc terrenis voluptatibus delectaris, amare non potes gaudia celestia que audis. Cognosce ergo in hoc volumine ve quod in eo scriptum est, atque ab amore per timorem compelle quod diligis, ut possis compunctus carmen amare quod legis. Ibi quippe sub una dampnationis sententia multitudo omnis comprimitur reproborum, cum voce veritatis dicitur: Ligatis pedibus eius ac manibus mittite eum in tenebras exteriores, illic erit fletus et stridor dentium. Tunc enim reprobi in exteriores tenebras ardentes cadunt, quia nunc in interioribus se sua sponte deiecerunt, ut vitalis lucis nec credendo nec bene operando sequerentur. In quibus ligatis pedibus ac manibus mitti precipiuntur, quia nunc dum tempus operandi atque tendendi habere manus et pedes liberos in bona actione noluerunt. Ubi de reproborum scriptum est: Vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur. Ubi a dampnatis ac repulsis dicitur: Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. In hoc itaque volumine cuncta que edificant, omnia que erudiunt scripta continentur. Peccasti enim et iam te penitet illicita perpetrasse, ut ad agendam penitentiam docearis ibi invenis lamenta. Spe celestium gaudiorum mentem relevare desideras, ibi ad consolationem tuam invenis carmen. Sin vero et mala perpetrasti et hec te perpetrasse non penitet, sed cervicem mentis erigis, ad ullas penitentie lamentationes inclinaris, ulla celestium gaudiorum contemplatione compungeris, velis nolis ibi scriptum auditurus es ve, ut is quem nec terror ad penitentiam humiliat, nec spes ad superna premia exaltat, dampnationis sue iam nunc penam prospiciat, et sine consolatione in eterna supplicia cadat. Quid ergo fratres quid agendum est miseris nobis nisi ut [illegible] ad hec verba voluminis, et mala que nos egisse meminimus fletibus puniamus, ut per lamenta penitentie perveniamus ad carmen vite. Ne si affligi modo penitendo nolimus, ve post modum sine fine sentiamus, nec nos morum [illegible]

multitudo in desperationem deprimat, quia maior est potentia medici quam magnitudo languoris nostri. Quid est enim quod reparare
ad salutem non possit, qui potuit omnia ex nichilo creare? Unigenitus quippe est omnipotentis patris coeternus, qui cum eo
vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.

Solent quidam scripta sacri eloquii legentes, cum sublimiora eius sinuamina penetrant, minora mandata
que in sermonibus data sunt tamquam si sint despicere, et ea velle in alio intellectu permutare. Qui si recte
in eo alta intelligerent, mandata quoque minima despectui non haberent, quia divina precepta sic in quibusdam
locuta magnis, ut tamen in quibusdam congruant parvulis, qui per incrementa intelligentie quasi quibusdam passibus
mentis crescant, atque ad maiora intelligenda perveniant. Unde nunc sancto prophete dicitur: Fili hominis quodcumque inveneris
comede. Quicquid enim in sacra scriptura invenitur edendum est, quia et eius parva simplicem componunt vitam, et
eius magna subtilem edificant intelligentiam. Sequitur: Comede volumen istud, et vadens loquere ad filios Israel.
Et aperui os meum, et cibavit me volumine illo. Scriptura sacra cibus et potus est. Unde etiam per prophetam aliud com-
minatur: Mittam famem in terram, non famem panis neque sitim aque, sed audiendi verbum domini. Cum ergo subtracto suo
eloquio fame ac siti nos dicit attenuari, quia eius verba et cibus nobis et potus sint demonstrat. Sed notandum quod
aliud cibus, aliud potus sunt. In rebus enim obscurioribus que intelligi nequeunt nisi exponantur scriptura sacra cibus est,
quia quicquid exponitur ut intelligatur, quasi manditur ut glutiatur. In rebus vero apertioribus potus est. Potum enim non
mandendo glutimus. Apertiora ergo mandata bibimus, quia et non exposita intelligere valemus. Pro eo autem quod multa
Ezechiel propheta obscura atque perplexa auditurus erat, nequaquam ei de sacro volumine dicitur: Bibe, sed comede, ac si
diceretur: pertracta et intellige, id est prius mande et tunc deglutire. Sed in verbis sacri eloquii iste sit studii nostri ordo ut
narrari, ut hec ideo cognoscamus quibus de iniquitate nostra compuncti cognoscentes mala que fecimus vitemus ne alia
faciamus, et cum iam ex magno usu lacrimarum de peccatorum remissione cepit esse fiducia, per verba dei que intel-
ligimus ad vitam quoque et alios trahamus. Ad hoc enim intelligenda sunt, ut et nobis prosint et intentione spiritali aliis
conferantur. Unde bene nunc dicitur: Comede volumen istud et vadens loquere ad filios Israel, ac si de sacro cibo diceret:
Comede et pasce, et satiare et eructa, accipe et sparge, confortare et labora. Et notandum quod propheta subiungit:
Et aperui os meum et cibavit me volumine illo. Os in corde esse alius propheta testatur qui dicit: labia dolosa
in corde et corde locuti sunt mala. Os ergo aperimus quando sensum ad intelligentiam sacri verbi preparamus. Itaque ad vocem
domini propheta os aperuit, quia ad spiramentum divini precepti cordis sui desideria dilatavit, ut de cibo aliquid sumat.
Sed tamen hoc ipsum sumere interiorum virium non est, nisi ipse cibaverit qui ut comederet iussit. Ille etenim cibat,
qui per se edere non potest, quia ad capienda verba celestia ydonea nostra infirmitas non est. Ipse nos cibat quando nos
in tempore mensuram tritici temperat, quibus in sacro verbo dum hodie intelligimus quod hesterno die nesciebamus, tunc quasi
comprehendimus quod hodie nescimus, per dulce dispensationis gratie quotidiano alimento nutrimur. Omnipotens enim
deus qui toties ad os cordis nostri manum porrigit quoties intellectum aperit, et cibum sacri eloquii in nos immittit.
mittit. Cibat ergo nos volumine, cum sensum nobis scripture sue dispensando aperit, et eius dulcedine intimas cogi-
tationes replet. Unde et subditur: Et dixit ad me: Fili hominis, venter tuus comedet et viscera tua replebuntur
volumine isto quod ego do tibi. In translatione veteri non habetur: venter tuus comedet, sed os tuum comedet, et viscera
et viscera tua replebuntur. Os enim nostrum comedit dum verbum domini legimus, viscera vero nostra complentur cum intelligimus atque
servamus ea in quibus legendo laboramus. In posteriori autem translatione, qua et veraciorem esse constat, scriptum est: venter tuus come-
det et viscera tua replebuntur. In sacro vero eloquio nomine ventris per mentem poni consuevit. Unde et per Ieremiam dicitur:
Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Os quia de spiritali et non de corporeo ventre dixit adiunxit: Sensus
cordis mei conturbati sunt. Neque enim ad salutem populi proficiebat, si propheta ventrem corporeum sine fructu dolere. Sed ventrem
doluit qui mentis afflictionem sensit. Sed tamen exemplum prophetice proferimus cum testimonium domini apertius habeamus. Et necesse
est cum per semetipsam veritas loquitur, prophetia taceat, quia lucerna claritate non habet in sole. Dicit enim: Qui credit in
me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque vive. Quia enim de mente fidelium sancte predicationis
defluunt, quasi de ventre credentium aque vive flumina decurrunt. Ventris autem viscera quid sunt aliud nisi mentis
interna, id est recta intentio seu desiderium humilis ad deum, pia ad proximum voluntas? Unde nunc recte dicitur: Venter tuus
comedet et viscera tua replebuntur, quia cum mens nostra pabulum vitalis accipit, interna nostra non iam vacua re-
manent, sed alimento vite satiata. Pensemus fratres karissimi quantum sit pia promissio iusta, qua dicitur: Venter tuus
comedet et viscera tua replebuntur volumine isto quod ego do tibi. Multi etenim legunt et ab ipsa lectione ieiuni
sunt. Multi vocem predicationis audiunt, sed post vocem vacui recedunt. Quorum etsi venter comedit, viscera non re-
plentur, quia et si mente intellectum sacri verbi percipiunt, obliviscendo et non servando que audierint hec in cordis visceribus
Aggeus p° non reponunt. Hinc est enim quod per prophetam aliquando dominus increpat, dicens: Ponite corda vestra super vias vestras. Se-
minastis multum et intulistis parum. Comedistis et non estis satiati, bibistis et non estis inebriati. Multa cordi suo
seminat sed parum infert, qui de mandatis celestibus vel legendo vel ea audiendo multa cognoscit, sed negligit
operando pauca fructificat. Comedit et non satiatur, qui verba dei audiens lucra vel gloriam seculi concupiscit. Bene
autem non satiari dicitur, quia aliud mandit et aliud esurit. Bibit et non inebriatur, qui ad vocem predicationis aurem inclinat
est, sed ea que sunt huius seculi adipisci desiderat. Bibit et ebriatus non est. Si enim ebriatus esset, mentem proculdubio
mutasset, ut iam terrena non quereret, iam vana et transitoria que amaverat non amaret. De electis namque per
psalmistam dicitur: Inebriabuntur ab ubertate domus tue, quia tanto omnipotentis dei amore repleti sunt, ut mutata mente
semetipsis extranei esse videantur, implentes quod scriptum est: Qui vult post me venire, abneget semetipsum.

Semetipsum abnegat qui mutatur ad melius et incipit esse quod non erat et desinit esse quod erat. Sepe etiam quosdam vidimus
ad vocem predicationis qui post conversionem corporis habitum non animum mutasse ita ut religiosam vestem sumerent sed antiquata
vicia non calcarent, ire stimulis inquietantur, agitantur malicie dolore in proximi lesione fervescere, de omnibus contempta bonis
ante humanos oculos subire, pecunias inde lucra inhiant querere, et de solo exteriori habitu quem susceperunt sanctitatis fiducia
habere credunt. Quid aliud dicendum est nisi hoc quod magister egregius contempta lege optima fratribus loquitur dicens: Quia in Christo Iesu
neque circumcisio aliquid valet neque preputium sed nova creatura. Non enim magnum est nobis si quid foris agitur in corpore
sed magnopere pensandum est quid agatur in mente. Nam pecuniam nichil despicere, terrena non amare, mente medullitus
in humilitate deo et proximo sternere, contumelias illatas patienter ferre, et custodita pacientia dolorem malicie
a corde repellere, egenis propria largiri, aliena minime ambire, amicum in deo diligere, propter deum et eos qui inimici sunt
nova creatura — amare, de afflictione proximi lugere, de morte eius qui inimicus est non exultare, hoc est nova creatura, quam ipsum
ii cor. v. — magister gentium apud alios discipulos vigilanti oculo loquitur dicens: Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt,
ecce facta sunt nova. Ad veterem quippe hominem pertinet pecuniam nimis querere, terrena concupiscentia amare, mentem in
superbia erigere, pacienciam non habere, ex dolore malicie de proximi lesione cogitare, sua indigentibus non dare atque ad
multiplicandum aliena querere, nullum pure propter deum diligere, inimicicias mutuas reddere, de afflictione proximi gaudere.
Cuncta hec vetusti sunt hominis que venit de radice carnis corruptionis. Sed qui iam ista compescat et ad precepta divina
mentem in benignitatem commutat, de hoc recte dicitur quia vetera transierunt, ecce facta sunt nova. Tunc ergo in nostris mentibus
nova sunt cum a nobis vetusti hominis vicia transeunt. Quasi sacrum verbi preceptum venter comedit et viscera medullitus
replentur. Sepe enim quosdam vidimus tota se mente ad sacre lectionis studium contulisse atque ut verba divina re-
cognoscentes in quibus deliquerunt semetipsos in lacrimis mactare, merore continuo affici, in nullis huius mundi
prosperitatibus delectari, ita ut eis vita plus oneri et lux ipsa fastidio fiet, vix ad loquendum quia admittere
atque a rigore discipline animum difficile relaxare, pro amore conditoris luctu solui et pleno gaudere. Horum vero
sacrum volumen comedit et viscera repleta sunt quia precepta vite que sensu capere potuit memoria non amisit. Sed hi
collecti in deo ad lugendo sibi et recolendo serviant. Et fit plerumque ut tales quique ex dono celesti etiam
verbum doctrine percipiant atque de vitalis pabulo quod ipsi intus sentiunt dulcedine ruminant et proximos suavi pascant,
de quorum profecto ore predicacio tunc audientibus dulcis est, cum eorum actio contra suis predicacionibus non est, quia de
ipsa vita sumunt quod per linguam proximis conferunt. Unde recte hic quoque propheta subiungit: Et comedi illud et
factum est in ore meo sicut mel dulce. Liber qui viscera replevit dulcis in ore sicut mel factus quia ipsi
no' pbor — de omnipotente deo sciunt suaviter loqui qui hunc didicerunt in cordibus suis visceribus veraciter amare. In eius quippe
ore scriptura sacra dulcis est, cuius vite viscera mandatis illius replentur, quia ei suavis est ad loquendum, cui intus
impressa ad vivendum fuit. Nam dulcedinem non habet quem vita reproba intra conscientiam remordet. Unde necesse est ut qui
verba dei loquitur prius studeat qualiter vivat ut post ex vita colligat quid et qualiter dicat. Ad predicandum
no — namque plus conscientia sancti amoris edificat quam exercitacio sermonis, quia amando celestia intus semetipsum predicator legit
quo persuadeat ut despiciant terrena. Cum enim vita sua intus pensat et exemplo suo foris admonendo alios
edificat, quasi in corde lingue calamum intingit, in eo quod manum verbi proximis extra scribit. Unde admirabilis predicator
cum multa discipulis exhortando dixisset, quasi illa intus semetipsum de conscientia integritate protulit, sermonem admonuit dicens: Si — phil. 4
qua virtus si qua laus discipline hec cogitate que et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me.
hec agite et deus pacis erit vobiscum. Sequitur: Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israel et loqueris verba
mea ad eos. In eo quod dominus prophete dicit: Loqueris verba mea ad eos, quid aliud quam eius ori frenum moderacionis
imponit ne quid plus intus non audiat foris dicere presumat. Nam prophete falsi sua et non dei verba loquebantur,
de quibus scriptum est: Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis et decipiunt vos. Visionem cordis sui lo-
cuntur, non de ore domini. Et rursum: Non loquebar ad eos et ipsi prophetabant. Qua ex re quid colligendum est quia
et quisquis expositor in explanacione sacri eloquii ut fortasse auditoribus placeat aliquid mentiendo componit
sua et non dei verba loquitur. Si tamen placendi vel seducendi studio mentiatur. Nam si in verbis divinis virtute
requirens ipse aliter quam ab eo per quem prolata sunt senserit, etiam si sub intellectu alio edificacionem caritatis requirit, domini
sunt verba que narrat, quia ad hoc solum deus loquitur ut nos ad suum et proximi amorem trahat. Sequitur: Non enim ad
populum profundi sermonis et ignote lingue tu mitteris ad domum Israel, neque ad populos multos profundi sermonis et
ignote lingue quorum non possis audire sermones, et si ad illos mittereris ipsi audirent te. Domus autem Israel nolunt
audire te quia nolunt audire me. In ipso visionis exordio quo propheta ad predicandum mittitur apte et vocatio gen-
tium et israelitarum repulsio designatur. Nam cum dicitur: Non ad populos multos profundi sermonis et ignote lingue mitteris
quorum non possis audire sermones, atque statim subditur: Et si ad illos mittereris ipsi audirent te, apte declaratur
obedientia gentium que quamquam predicatorum voces essent sine tarditate secuture. Et cum subditur: Domus autem Israel no-
lunt audire te quia nolunt audire me, iudee duricia designatur, que verba predicancium et cognovit et sprevit noluit.
Ignota autem lingua gentium ad obediendum moram non fecit quamvis contraria ab eloquio fuit. Bene autem dicitur:
Nolunt audire te quia nolunt audire me, secundum hoc quod scriptum est: Qui vos spernit me spernit. Causa quoque cur non au-
diant subiungitur cum dicitur: Omnis quippe domus Israel attrita fronte est et duro corde. Cum domus Israel attrita
fronte esse perhibetur, quid aliud sentiendum quod vere cogitandum est nisi quod frontem cordis in inpudentia atterit culpa
frequens ut quod crebro committitur eo de illa committentis animus verecundetur. Atque ideo ad tantam cordis duriciam
quique peccatores perveniunt ut iam in corruptione sensibilis non sit, quia qui usu peccandi induruit, nullo corripientis
verbi in manu palpantis sentit. Sic iudee quia crebro deliquerit dicitur: Frons meretricis facta est tibi noluisti
erubescere. Vel certe attrita frons est in huius mundi actibus assueta, quia sunt nonnulli qui quietem cuncti mundi
primis atque honoribus proponunt. Ita nonnulli ut in hoc mundo aliquid esse videantur terrenis laboribus insudant,
iniustitie causis persistunt, iurgiis et quamvis se corpore deficiant, intra labores senescant, amore tamen terrenorum

corpore deuicti delectabiliter fatigantur. quibus per prophetam dicitur: Effraim vitula docta diligere trituram. Vitula enim
in tritura aree assueta etiam si relaxatur a labore sponte redit. Sic quibusdam prauis mentibus nichil est laborio-
sius quam si eis preparetur ut in humilibus actibus non laborent. Nam sepe quidam repulsi ab accione terrena dep-
cantur ut redeant, rogant ut premantur, quia se incurrisse periculum quietis putant. Attrita ergo fronte sunt qui
non solum labores non fugiunt sed neque importuni videri in laboribus qui sibi negantur erubescunt. Sequitur: Ecce de-
di faciem tuam valenciorem faciebus eorum et frontem tuam duriorem frontibus eorum. Sicut verecundia laudabilis est
in malo ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum sapientie est, bonum autem erubescere fatuitatis.
Unde scriptum est: Est confusio adducens peccatum et est confusio adducens gloriam. Qui enim erubescit penitendo mala
que fecit, ad vite libertatem peruenit. Qui vero erubescit bona facere, ab statu rectitudinis cadit, ad dampnacionem
tendit. Sic per redemptorem dicitur: Qui me erubuerit et meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit
in maiestate sua. Et sunt quidam qui bona iam in mente conceperunt sed necdum malis aperta contradicunt. Hii nimirum
quamuis boni sint in mente, sed auctoritatem non habent in locucione, apti ad veritatis defensionem non sunt. Ille enim esse veritatis
defensor debet qui quod recte sentit loqui nec metuit nec erubescit. Unde nunc in magno munere propheta pro-
mittitur: Ecce dedi faciem tuam valenciorem faciebus eorum et frontem tuam duriorem frontibus eorum. Quid est autem
peccator nisi vulneratus, et quid predicator nisi medicus? Si ergo non erubescit peccator qui iacet in vulnere, cur
erubescat medicus qui per medicamenta prebet salutem? Sepe vero contingit ut predicator verecunde audiatur.
Nonnunquam vero a peruersis ita despicitur ac si eis nichil utilitatis loquatur. Unde recte nunc dicitur: Ut adamantem et ut
silicem dedi faciem tuam. Adamas et silex utique dura, sed unum horum preciosum est, alterum vile. Adamas ad ornatum
sumitur, silex ab itinerantibus calcatur. Et sepe contingit ut hos quos correptor sua correpcione nimis humiliter
audire videamus eis aliqua dicere. Nonnunquam vero eveniunt eos increpacionem suam postponere et despectui habere,
trepidemus eis verbum predicacionis inferre. Sed si recte sapimus et ad eos quibus nos honorari conspicimus et
ad eos quibus nos despici videmus auctoritatem exhortacionis vel increpacionis sumimus, ut nec illorum humilitate debeamus
erubescere nec horum superbiam formidare. Dicatur ergo: Dedi faciem tuam ut adamantem, id est si ab auditoribus honoraris,
dedi faciem tuam ut silicem si ab auditoribus conculcaris et despiceris, ut nec per elacionem honorem refrenet lingua
ex verecundia, nec per despectum taceat ex infirmitate. Sequitur: Ne timeas eos neque metuas a facie eorum quia domus
exasperans est. Hec iam superius dicta sunt, sed notandum quod ipsa domus habetur cuius asperitas tam crebro replicatur. In-
crepandus itaque peccator est et nequaquam timendus, quia domus exasperans est. Timeri enim hoc debuerat si ipse auctorem
omnium ut hoc timuisset. Nam qui conuersus ad dei timorem non habuit, tanto in nullo timendus est quanto hoc
quod esse debuit non est. Sequitur: Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos quos loquor ad te assume
in corde tuo et auribus tuis audi et vade ingredere ad transmigracionem filiorum populi tui. Vigilanter intuendum
est quod voce divina ad prophetam dicitur ut prius sermones eius audiat et postmodum loquatur. Audimus enim verba dei
si facimus, et tunc exprimimus recte loquimur cum prius ipsi facimus. Quod bene Marcus evangelista confirmat cum factum mr. vii°
domini miraculum narrat. Dicit: Adducunt ei surdum et mutum et deprecabantur eum ut imponat illi manum. Cuius
ordinem curacionis insinuat dicens: Misit digitos suos in auriculas et exspuens tetigit linguam et suspiciens
in celum ingemuit et ait illi: Effeta, quod est adaperire, et statim aperte sunt aures eius et solutum est vinculum
lingue eius et loquebatur recte. Quid est enim quod creator omnium deus cum surdum et mutum sanare voluisset, cur
in aures illius suos digitos misit et exspuens linguam eius tetigit? Quid per digitos redemptoris nisi dona
sancti spiritus designantur? Unde cum in loco alio eiecisset demonium dixit: Si in digito dei eicio demonia, profecto per-
venit in vos regnum dei. Ex quo utroque loco colligitur quia digitus dei spiritus vocatur. Digitos ergo in auri-
culas mittere est per dona sancti spiritus mentem surdi ad obediendum aperire. Quid est vero quod exspuens linguam
eius tetigit? Saliua nobis est ex ore redemptoris accepta sapiencia in eloquio divino. Saliua quippe
ex capite defluit in ore. Ea ergo sapiencia que ipse est, dum lingua nostra tangitur, mox ad predicacionis verba
formatur. Qui suspiciens in celum ingemuit, non quod ipse necessarium gemitum haberet qui dabat quod postulabat,
sed nos ad deum gemere qui celo presidet docuit, ut et aures nostre per dona spiritus aperiri et lingua per
saliuam oris, id est per scienciam divine locucionis, solui debeat ad verba predicacionis. Cui mox et effeta, id est adaperire,
dicitur et statim aperte sunt aures eius et solutum vinculum lingue eius. Qua in re notandum est quia propter clau-
sas aures dictum est adaperire. Sed cui aures cordis ad obediendum aperte fuerint, ex subsequenti etiam
procul dubio lingue eius vinculum soluitur, ut bona que ipse fecerit eciam facienda aliis loquatur. Ubi et
bene additur: Et loquebatur recte. Ille enim recte loquitur qui prius obediendo fecit que loquendo admonet
esse facienda. Cum vero ad transmigracionem populi ammonendam propheta mittitur, non solum ea transmigracio debet intel-
ligi que eius populi erat in corpore sed eciam que sua fiebat in mente. Ab urbe quippe ad Babiloniam
veniat. Et quid urbem nisi visio pacis? Quid Babilonia nisi confusio vocatur? Quisquis vero a rectis operibus
in peruersis actibus cadit, qui a bono studio ad vicia defluit, quia ab urbe ad Babilonie ciuitatem venit,
culmen enim bone contemplacionis deseruit atque in transmigracione confusionis iacet. Quod illis sepe solet
euenire qui cum bona agunt in semetipsis de sua virtute gloriantur. Unde psalmista ne a visione pacis, id est a
bonis actibus, captiuus ad Babiloniam emigraret, domino supplicans dicit: Adiutor meus, non emigrabo. Si
enim in se confideret, a iustis operibus cadendo emigrasset. Sed neque hii qui ab statu rectitudinis in
praua accione ceciderunt desperandi sunt, quia ecce propheta ad transmigracionem Babilonie mittitur, et per

prophetam alium Dominus dicit: Et veniens usque ad Babylonem ibi liberaberis. Saepe enim quis postquam in confusionem vitiorum ceciderit, erubescens mala quae perpetravit, ad poenitentiam redit, seque a suis lapsibus bene vivendo erigit. Quid ergo iste nisi usque ad Babylonem venit et ibi liberatus est? Qui postquam confusionem mentis pravitate perpetravit, hic ipsa erubescens mala quae fecerat se contra se erigit, et bene operando ad statum rectitudinis redit. In Babylone itaque liberatus est, qui per divinam gratiam ordine eodem de confusione salvatur. Propheta ergo ad transmigrationem loquitur, cum illos increpat qui a statu rectitudinis ad errores vitiorum transmigrando ceciderunt. Sequitur: Et loqueris ad eos et dices: Haec dicit Dominus Deus, si forte audiant et quiescant. Quod toties Dominus vocibus difficultatem audiendi repetit ut dicat: Si forte audiant, quid aliud quam transmigrantis populi duritiam designat? In quibus verbis magna est nostra consolatio, quia si omnipotens Deus prophetam mittens a perverso populo verba sua dominicat difficile audiri, cur nos ministri contristamur, cum saepe a fratribus nostra admonitione contemnimur? Nam crebro delinquentes alloquimur, frequenter increpamus, saepe cum eis blandis sermonibus agimus, et tamen si alter audit, alter audire contempnit; alter ex parte verbum exhortationis suscipit, et ex parte recipere recusat; ita ut quotidie impleri videatur hoc quod per prophetam alium Dominus narrat quia fecerit: Pluam super civitatem unam et super alteram non pluam; pars una compluta est, et pars quae compluta est non aruit. Cum enim sancte exhortationis verba alia mens suscipit, alia suscipere recusat, super unam civitatem Dominus pluit et super aliam non pluit. Cum vero et ipse qui proximi audit ab aliis se vitiis corrigit, atque ab aliis emendare contempnit, una eademque civitas et ex parte compluitur, et ex parte arida remanet, in qua adhuc praedicationis pluviam repellit. Sunt etenim quidam qui exhortationis verba omnino non audiunt, hi penitus suscipere pluviam noluerunt. Et sunt quidam qui audiunt, sed tamen hac medullitus non sentiunt, quia alia adhuc vitia restant, sed in aliis convertuntur, perdurant. Saepe enim quosdam videmus quia per praedicationis verbum a semetipsis avaritiae aestum repellunt, et non solum iam aliena non rapiunt, sed etiam propria indigentibus largiuntur, nec tamen irae stimulos edomant, nec patientiae modestiam per mentis tranquillitatem servant. Et saepe alii ad exhortationis verbum in semetipsis iam carnis immunditiam vincunt, corpus in castitate custodiunt, nec tamen adhuc animum sicut debent proximis inclinant, sed per rigorem superbiae in cogitatione se elevant. In istis pars una compluta est quia fructum fecit, et pars quae compluta non est aruit, quia exhortationis verbum non plene suscipiens a bono opere sterilis remansit. Sequitur: Et assumpsit me spiritus et audivi post me vocem commotionis magnae: Benedicta gloria Domini de loco suo. Quid est hoc quod propheta postquam ad transmigrationem filiorum populi mittitur, vocem post se commotionis magnae audit dicentis: Benedicta gloria Domini de loco suo? Conversus quippe ad peccatores Babylonis fuerat, et vocem gloriae Domini in loco suo post tergum audiebat. Locus etenim Dei Ierusalem, id est visio pacis est, quia intro illa corda videt ea quae Dei sunt, quae ad transmigrationem Babylonis, hoc est ad confusionem vitiorum non descendunt. Ibi enim inhabitat Deus, ubi vera pax quaeritur, ut intus contemplationis gloria ametur. Nam qui ad perversitatem defluunt, locus Dei esse contempnunt. Locus ergo gloriae Dei est vel sancta quaeque anima vel unaquaeque in caelestibus permanens angelicus spiritus, et gloria Domini de loco suo benedicitur, cum vel ab electis hominibus vel a sanctis angelis auctori omnium laus aeterna cantatur. In eo ergo quod iusti de convertendis peccatoribus cogitant quia corpus vitiorum considerando ad carnales actus oculum ducunt, quia ad Babyloniam intendunt, dum tamen per statum suae rectitudinis quia in laude Dei bona sanctorum considerare numquam desinunt, quamvis per cogitationem alio intendunt, quia post se vocem gloriae Domini ab Ierusalem, id est de loco suo audiunt. Sed cur ista memoravimus, qui haec prophetae verba largiente Domino per sensum altius et subtilius intelligere et apertius dicere valeamus? Ait enim: Et assumpsit me spiritus. Praedicatorem spiritus assumit, cum omnis mente in amore Dei omnipotentis elevat, a terrenis iam desideriis alienum reddit, ut nihil ei agere libeat nisi ea quibus lucra spiritalia congreget, et ad regna caelestia quotidianum sui operis fructum portet. Unde et nobis praedicatoribus iubetur: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Bene autem subditur: Et audivi post me vocem commotionis magnae. Propheta sancto spiritu repletus quia transacta narrat quae facienda praevidet, quia et in praedestinatione iam facta sunt quae adhuc in opere sequuntur. Unde in transmigratione veteri per prophetam dicitur: Qui fecit quae futura sunt. Quid est ergo quod post se propheta vocem audit commotionis magnae, nisi quod post sermonem praedicationis qui fit ad corda peccantium lamenta poenitentiae sequuntur? Perversi etenim quique dum prava agunt et a iustis recta non audiunt, nesciunt quam sint gravia quae committunt, atque ex ipsa sua ignorantia in suo stupore securi sunt, et iacentes in culpis quia mollitie quiescunt. Atque peccatore et securo propheta dicit: Requiescunt in fecibus suis, quia securus iacuit in peccato. Cum ergo audire verbum praedicationis coeperint, quam sint supplicia aeterna cognoscere, qui timor iudicii quam subtilis examinatio de singulis quibusque peccatis, illico contremiscunt, implentur gemitibus et non se capientibus suspiriis anxiantur. Atque magno pavore concussi in luctu et fletibus erumpunt. Prophetae ergo vox magnae commotionis sequitur, quia per verbum praedicationis magno dolore atque poenitentiae luctus auditur. Qui enim prius quieti iacebat, in volutate tacti per modum manum medicinae cum dolore redeunt ad salutem. De hac commotione poenitentium per prophetam alium dicitur: Stetit et mensus est terram, quia cum veritatis vestigia in audientium mente figuntur, ipsa mens in sui consideratione turbata commovetur. Hinc psalmista pro peccatoribus exorat dicens: Qui sedes super cherubim moveatur terra. Hinc pro afflictis et poenitentibus deprecans ait: Commovisti terram et conturbasti eam; sana contritiones eius quia commota est. Terra quippe commota et conturbata est peccator de cognitione reatus sui anxius, et ad poenae lamenta perductus. Peccanti homini dictum est: Terra es et in terram ibis. Oportet ergo ut sanetur, quia dico tibi quia mota est, quatenus peccator qui de culpis suis affligitur, de caelestis vitae gaudio consoletur. Haec est itaque vox commotionis magnae, quae unumquemque sua acta diiudicans in afflictione poenitentiae perturbat. Sed quid vox ipsa dicat audiamus: Benedicta gloria Domini de loco suo. Locus enim maligni spiritus fuerat corda peccantium, sed cum de incepta ira per poenitentiam redeunt ad vitam, gloriae Domini locus fiunt. Iam enim se contra se erigunt, iam poenitentiae lacrimis insistunt, mala quae commiserit

Inde ergo audit gaudium glorie in laude dei unde prius sonabat clamor tristicie. De amore patrie sollicita et corda pe-
nitencium fiunt iam dudum locus sonus que prius in peccatis posita fuerant loca alienorum spirituum. Qui ergo peccatis suis ad
deum convertuntur, non solum delent lacrimis peccata que fecerunt, sed etiam mirorum operibus ad alta proficiunt ut sancta alia dei om-
nipotentis fiant ut signis et virtutibus ad alta evolent, ut terram funditus deserant et accepto dono sese ad celestia
per desiderium suspendant. De quibus adhuc subditur: Et vocem alarum audiebam in percuciendo alteram ad alteram. Audit post
se propheta vocem commotionis magne, quia sicut dictum est verbum predicationis luctus penitencium sequitur. Audit post se
vocem alarum alium quia ex ipso luctu penitencium oriuntur virtutes sanctorum, ut tanto magis in sancta actione proficiant quanto
se ante cognoscant vite nequiter egisse meminerint. Sed est in hiis verbis magna dubitatio quia non apte per prophetam
dicitur utrum unumquodque animal alas suas in semetipsis percuciat an certe si eadem sancta alia alis suis se vicissim feriant
ut ala huius alterius et ala alterius istud animal tangat. Sed quia plerumque in sacro eloquio ideo aliquid obscure dicitur
ut dispensatione mirabili deo multipliciter exponatur. Nos tantam virtutem utramque exponere largiente domino debemus.
Sepe iam alas alium virtutes diximus esse sanctorum. Cum ergo unumquodque animal alas suas continens alteram ad alteram
percutiat, nisi quod apte datur intelligi quia si sancta alia efficimur virtus in nobis virtutem excitat, dum una alteram ad
profectum pulsat. Ecce etenim quis habet iam verbi dei scientiam discit ut viscera etiam misericordie habeat, profectumque quippe
verbi dei dicebat dare elemosinam. Et ecce cum inde sit nobis cuique iam esse cepit misericors in elemosinis verba sacre
auctoritatis legit et quecumque in eis dicuntur de misericordia uberius per experimentum intelligit. Ibi enim scriptum est, preceptum pau-
perum quod fortasse antea legebat et predicabat sed cum in eius corde iam misericordia cepit imitari [illegible] quod est preceptum
esse pauperum legit et recognoscit quia interiorius reddens in semetipso intelligit quod foris audit. Aliud namque est
elemosinam ex precepto facere, aliud ex caritate. Ex precepto enim facere bonum inchoantium est, ex caritate autem facere bonum
perfectorum qui non solum quia iubetur faciunt sed etiam diligunt faciendo quod iubetur. Hic est enim quod in magna virtute per
psalmistam dicitur: Vide quia mandata tua dilexi domine in tua misericordia vivifica me. Mandata etenim dei per [illegible] facere
timentium et obediencium est, diligendo autem facere obediencium et amancium. Prima ergo et per sanctam caritatis misericordie dixit
et per caritatem misericordie in corde conspecto sancta multiplicatur, ala in nobis alam percutit quia virtus virtutem excitat. Sic
qui castitatis bonum in suo corpore custodit contra luxuriantes zelo accenditur ut ab immundicie maculis [illegible]
et sepe dum quosdam in lapsibus invenit admonet affligit atque ad castitatis iusticiam restringit. Cumque si forte
mens de immundicia luxurie fuit temptata ex ipso zelo quo alios corripit semetipsum retinet et erubescit
immunda cogitare que se in aliis recolit correxisse. In hoc ergo ala alam percutit dum utique virtute pulsat et
ab immundicia custodit. Sin vero ut prefati sumus vicissim se alis suis alia feriunt et alteram ad alteram ala per-
cutit singulorum cumque ex desperatione largiente domino sensum patet. Considerandum est ergo quod si penata alia vicissim alas
alteram ad alteram feriunt nisi quod omnes sancti se mutue suis virtutibus tangunt et sese ad profectum excitant ex consi-
deratione virtutis aliene. Non enim uni dantur omnia ne in superbia elatus cadat. Sed huic datur quod tibi non datur
et tibi datur quod illi denegatur, ut dum iste considerat bonum quod habes et non habet, te sibi in cogitatione preferat,
et rursum dum tu habere illum conspicias quod ipse non habes, te illi in tua cogitatione postponas, et fiat quod scriptum
est superiores sibi invicem arbitrantes. Ut enim pauca ex multis loquar, isti mire abstinentie virtus tribuitur
et tu verbum scientie non habes. Illi datur verbum scientie et tu virtutem perfecte abstinentie apprehendere conaris et non vales.
Huic libertas vocis tribuitur ut oppressis quibusque protectionis solacia impendens ad defensorem iusticie libere loquatur,
sed tu adhuc multa in hoc mundo possides, relinquere omnia vis et non vales. Illi vero datum est omnia terrena relin-
quere ut nichil in hoc mundo cupiat habere, sed tu adhuc [illegible] vocis contra peccantes quosdam non potes [illegible]
et qui se plus loqui libere debuit quia iam non habet unde in hoc mundo teneatur loqui contra alios libere recusat
ne ipsam vite sue quietem perdat. Isti virtus prophetie data est ut multa iam que ventura sunt previdet, sed tu putes
proximi egritudine conspicias atque compaciens non vales curare. Illi data est curationis gratia atque corpore
proximi molestiam que in parte est orationibus repellit, sed tu quid sequitur paulo post sequatur ignorat. Mira
itaque dispensatione omnipotens deus sic in electis suis sua dona dispensat ut et isti det quod illi denegat
et alteri maius quod alteri minus tribuatur. Quis dum vel iste habere illud conspiciat quod ipse non habet, vel ille habet maius
accepisse consideret quod sibi minus adesse pensat, dona dei alter in altero vicissim omnes admirentur atque ex
ipsa admiratione humiliet alter alterum et quem videt habere quod non habet eum dono indicio sibi prelatum [putet]
vicissim se alia feriunt cum sancte mentes alterius se virtutibus tangunt et tangendo excitant alii excitata ad
profectum volant. Videamus paulum quo apostolorum alis tactus atque ad priora excitatus fuerat qui mala perpetrata
persecutionis sue et apostolorum innocentem vitam considerans dicebat: Ego sum minimus apostolorum qui non sum dignus
vocari apostolus quia persecutus sum ecclesiam dei. Considerabat quippe apostolorum innocenciam et [illegible] prodesse maliciam
vilis in eius oculis facta est [illegible] qua [illegible] in ecclesia solitudine sua et [illegible] ex accepto intellectu
ex apostolis cum qui data est paulo intellectum mirat. Ipse nobis apostolorum primus requirendus est qui dispersos
admonens ait sicut et carissimus frater noster paulus secundum datam sibi sapienciam scripsit vobis sic et in omnibus epistolis
loquens in eis de hiis in quibus sunt quedam difficilia intellectu que indocti et instabiles depravant. Mira
itaque in apostolis omnibus pauli innocentiam mirat apostolorum primus in paulo sapientiam. Alius ergo se tangunt
qui inde se vicissim ad profectum excitant unde volant. Hoc itaque omnipotens deus agit in cordibus hominum
quod facit in regionibus terrarum. Poterat namque unicuique regioni fructus omnes tribuere, sed si una quoque regio
alterius regionis fructibus non indigeret communionem cum altera non haberet. Unde fit ut huic vini, alteri vero olei habundanciam

exhibeat, hec multitudine pecudum, illa vero ubertate habundancie faciat frugum, ut cum illa defert quod ista non habet, et ista reddit
quod illa non detulit, et communione generis utraque sibi et divise terre coniuncte sunt. Sic ergo regiones terrarum, ita sunt mentes sanctorum,
que dum vicissim sibi conferunt quod acceperunt, quasi fructus suos regiones regionibus impendunt, ut in una omnes caritate
iungantur. Sed intelligendum est quod sicut electi quique hoc semper in aliis attendunt quod a deo melius acceperunt quam ipsi, ut
eos sibi in cogitatione preferant, sicque illis in humilitate substernant, ita reproborum mens numquam considerat quid alter
boni amplius quam ipsa, sed quid boni ipsa amplius quam alter habeat. Neque enim pensat que bona ipse alter accepit et
ipsius desunt, sed que bona ipsi et que mala assunt alteri. Et cum omnipotens deus ad hoc virtutes singulis dividat
ut alterum alteri in cogitatione humiliet, ad hoc reprobi pertrahunt bonum quod acceperunt ut ex eo in elatione perdantur,
dum se considerant bona que ipsi habent et illi non habent, et numquam perpendere student quanta bona alii habeant. Quod ergo
divina pietas in augmento disponit humilitatis, hoc mentes reproborum in augmento vertunt elationis, et ex diversitate mu-
nerum a bono deficiunt, unde crescere in humilitatis bono debuerant. Hoc ergo necesse est fratres karissimi ut in vobis hoc
semper debeatis aspicere quod minus habetis, in proximis vero hoc quod vobis amplius acceperunt, quatenus dum super vosmetipsos
eos pro bono quod ipsi habent et vos non habetis aspicitis, ad hoc quod obtinetis etiam vos ergo humilitate crescatis. Sic enim
et vos in illis accepta bona perpenditis quatenus illi in vobis considerant bona que habetis, invicem vos aliis iungitis,
ut caritati semper ad celestia voletis. Sequitur: Et vocem sequentium rotarum alia et vocem commotionis magne. In rotis
sacri eloquii testamenta signari superius diximus. Vox ergo rotarum est sermo testamentorum. Post vocem itaque alarum alium
audit. Ibi vox rotarum, quia predicatum sermone suscepto dum virtutes sanctorum ad altiora agenda evolant, semper vicissim
ad concentum pulsante scripture etiam status erigitur, ut per omnia que iam sanctorum testamentorum pagine leguntur. Ubique etenim
scripturis ubique apostolorum dicta, ubique lex et prophete resonant. Post alarum ergo vocem vox rotarum sequitur, quia
post sanctorum miracula verba sacri eloquii inter sanctam ecclesiam libere et licenter audiuntur. Cuius vocem ecclesia secuta est, quia sicut
superius dictum est, postquam in honore venit vita sanctorum, verba que apparuerunt eloquia testamentorum. Vel certe
vocem aliam secutus est quia in sanctorum prius vita cognoscitur quid in sacre scripture volumine intelligere debeamus. Illorum quippe
nobis actio aperit hoc quod in suis predicationibus pagina testamentorum dicit. Sed querendum nobis est cur postquam superius
dictum est: Audivi post me vocem commotionis magne, post vocem alarum atque rotarum subditur: Et vocem commotionis
magne. Quod si diligenter aspicitur, invenimus, puto, quod non otiose repetitur. Due quippe sunt commotiones quibus corda
nostra commovetur. Una quippe commotio est ex timore, alia ex caritate. Una fit ex luctu penitentium, alia ex
fervore amantium. Post predicationis ergo verbum prima commotio est cum plangimus mala que fecimus. Post vocem
vero alarum et rotarum secunda commotio est, dum magnis fletibus querimus celestia bona que audimus. Certe enim
quia inter sanctam ecclesiam de multis patribus virtutum exempla cognoscimus, quasi alarum sonitum cotidie audimus. Et quia
ubique sacra eloquia personant, quasi rotarum vocibus excitamur. Et quia per eadem sacra eloquia ad amorem nostri con-
ditoris accendimur, magnis fervoris ignibus ardentes esse nos longe adhuc ab omnipotentis dei facie plan-
gimus. Post primam ergo vocem commotionis magne ad commotionem quoque vox magne commotionis fit, quia qui
cognoscendo deum cepimus peccata plangere, iam diligendo quem cognoscimus non cessamus eum cum fletibus de-
siderare. Post rotarum itaque vocem vox magne commotionis sequitur, quia cum testamenta dei in aure cordis
sonare ceperint, audientium spiritus ex amore compunctus ad lamenta commovetur. Hic est enim quod scripture sacre
verba sunt in corde legentium sapida. Hic est quod ab amantibus plerumque in silentio quasi furtive et tacite le-
guntur. Unde per prophetam quoque alium dicitur: Perdidisti in alienatione capita potentium, movebuntur in ea gentes, ad
aperient ora sua sicut pauper edens in occulto. Omnipotens enim deus in alienatione capita potentium perdidit, quia
iudeorum superbia a semetipso alienando repulit. In qua alienatione gentes mote sunt, quia dum iudei a
fide caderent, ad cognitionem fidei corda gentilium cucurrerunt. Que videlicet gentes in sacre lectionis pabulo
os cordis aperiunt et in occulto sicut pauperes comedunt, quia cum festinatione et silentio verba vite legentes sumunt.
Sed sciendum est quod quanto auditores in caritate atque intellectu proficiunt, tanto sanctis predicatoribus maior gratia spiritus datur.
Unde cum prius propheta dixisset: Assumpsit me spiritus et audivi post me vocem commotionis magne, post vocem
commotionis magne alarum atque rotarum atque iterum commotionis magne iterum subiungit: Spiritus quoque elevavit me
et assumpsit me. Cur qui se assumptum prius dixerat, iterum elevatum et assumptum narrat? Sed ad altiora
mens predicantium proficit cum per eos spiritus audientium ad omnipotentis dei desiderium commovetur. Cum vero predicatores
sancti ideo proficiunt, ut per eorum ministerium dona gratie in sancta ecclesia multiplicentur, sicut de hac eadem sancta ecclesia scriptum
est: Rivos eius inebrians, multiplica genimina eius, in stillicidiis suis letabitur cum exorietur. Rivi quippe
ecclesie sancti predicatores sunt, qui terram nostri cordis infundunt. Sed cum inebriantur rivi, genimina ecclesie multiplicantur,
quia cum ubertate gratiam spiritus predicatores accipiunt, fidelium numerus augetur. Que sancta ecclesia in suis stillicidiis
letatur. In stillicidio etenim aqua de tecto in terram cadit que de celo venerat in tecto. Tectum vero ecclesie
sancti predicatores sunt, qui nos intercedendo et ammonitionibus muniendo protegunt. Sed quia illorum cor divinitus in
predicatione infunditur, quasi aqua de celo venit in tectum. Cum vero nos eorum verbis irrigamur, quasi aqua de
tecto defluit in terram. Sancta itaque ecclesia dum exorietur in stillicidiis suis letabitur, quia cum in fide bonis o-
peribus nascitur, ea que accepit dona considerat et in verbis predicantium exultat. Cum ergo auditoribus ad
meliora surgentibus eorum quoque predicatoribus gratia multiplicatur, propheta dicat: Spiritus quoque elevavit me et as-
sumpsit. Unde enim predicator magis ac magis elevatur et assumitur, unde auditor ad meliorem vitam mutatur.
Sed querendum nobis est cum spiritus mentem non elevet nisi assumpserit, cur prius elevavit et post modum di-
cit assumpsit. Sed hoc loco assumpsit dictum est constanter tenuit. Nam sunt nonnulli quos elevat spiritus sed non as-
sumit, quorum intellectus ad spiritualia eminet et tamen vita in actibus carnalibus remanens intellectui non concordat

Balaam namque per prophetie spiritum elevatus erat sed assumptus non erat. Cum et videre potuit longe post futura prospicere et
tamen a terrenis meritis noluit separare. Sed quia propheta sanctus spiritu elevatus est et vita per assumptus iam qualis in predicatione
pergat audiamus. Et abii amarus in indignatione spiritus mei. Pensate fratres karissimi. iste cum dona sancti spiritus creverant
cur amarus abibat. An omne cor quod ydem spiritus assumit amarum in indignatione sui spiritus facit. Unde sciendum est quia
cui adhuc prius vita dulcis est etiam si verbum dei loqui videatur elevatus et assumptus predicator non est. Mentem vero cum
quam sanctus spiritus replet in amaritudine temporalium delectatione ceterorum amovet. Dulce enim est esse in rebus temporalibus
sed ei qui adhuc de celestibus gaudia nulla gustavit. Quia quanto minus eterna intelligit, tanto delectabilius in temporalibus
requiescit. At si quis iam cordis ore gustavit que sit illa dulcedo celestium premiorum qui illi hymnidici angelorum
chori que incomprehensibilis visio sancte trinitatis. tunc quanto illud dulce fit quod intus videt tanto in amaritudine
~~vertitur~~ quod foris sustinet. Versatur secum de hiis que male se egisse recolit et sibimetipsi displicet cum ei
ille iam placere cepit qui omnia tenuit. Reprehendit se de cogitationibus. insequitur de verbis et punit flendo de
factis. Superius in hac terrena iam omnia per mentis despectum calcat et quidem illud quod desiderat adhuc per speciem non habens
flere dulce habet seseque continuis lamentis affligere. Et quia necdum se esse in patria ad quam creatus est videt in huius
vite exilio nil ei plus aliud quam sua amaritudo placet. Dedignatur ceterum subiacere temporalibus et ardenter suspirat
ad eterna. Unde recte quoque per Salomonem dicitur. Eo quod in multa sapientia multa sit indignatio et qui apponit scientiam apponit do-
lorem. Celestia etenim cognoscentes terrenis animum subdere dedignamur. Et dum plus sapere ceperimus de hiis que male
egimus. nobis ipsis irascimur. Et fit in multa sapientia multa indignatio quia quanto plus proficimus in cognitione tanto
nobis indignamur amplius de pravo opere. Atque cum scientia dolor crescit, quia quanto magis eterna cognoscimus tanto magis
esse nos in huius exilii miseria dolemus. Unde et in alia translatione dicitur. Et qui addit scientiam addit laborem. Quo
enim scire incipimus que sunt celestia gaudia eo magis ut errorum nostrorum laqueos possimus evadere flendo laboramus.
In multa ergo sapientia multa est indignatio quia si eterna iam sapimus nosmetipsos despicimus. Qui que temporalia dedi-
gnatur ~~et etiam iam sapimus~~ egisse se quod nos potuit ab eternitatis amore separare reprehendit semetipsum con-
sciam accusat. quod egit dampnat. Et pro malis quod accusat fit ira in animo parturiens pacem cum deo. Sic Achab in-
iquus a propheta reprehensus cum contra se divinam sententiam audisset pertimuit et magno merore depressus est ita ut per
prophetam suo dominus diceret. Nonne vidisti humiliatum Achab coram me. Quia igitur humiliatus est mei causa non inducam
malum in diebus eius. In quibus divinis verbis pensandum est quod ei in electis suis meror amaritudinis placet qui amittere
timet deum. Si sic ei et in reprobo pena placuit qui timebat perdere presentis seculi, aut quam ei grata sit spontanea
afflictio pro culpis in eis qui placent si hec ad tempus placuit et in eis qui displicebat. Sed sciendum quia nullus hec per accre-
omnipotentis deum ergo toto corde agere prevalet nisi eius animum spiritus sanctus assumpserit. Nam quis hic ergo sua virtute sufficiat
terrena despicere celestia amare pacem cum deo querere secum rixam subire in cogitatione semetipsum reprehendere
et gemitibus punire. Nullus hec agere nisi quem divina gratia roboraverit valet. Unde et subditur. Manus enim domini erat
mecum confortans me. Ad bona quippe surgere perficere non possumus nisi nos spiritus et preveniendo elevet et subsequen-
do confortet. Sed querendum est cum superius de volumine quod acceperat scriptum sit. Et factum est in ore meo sicut mel dulce.
Et nunc post modum dicitur. Abii amarus in indignatione spiritus mei. Animus quippe unde est si dulcedo simul et
amaritudo conveniat. Sed nimirum superiorem sententiam sciendum est quia cum sermo dei in ore cordis dulcis esse cepit, huius procul du-
bio contra semetipsum animus amarescit. Quo enim in illo subtilius discit qualiter se reprehendere debeat, eo se durius per ama-
ritudinem punitione castigat. Quia tanto sibi magis displicet quanto in sacro volumine amplius de omnipotente deo videt quod
amet. Sed quia ad ista perficere sua virtute non valet hoc recte nunc dicitur. Manus enim domini erat mecum confortans me. Manus
enim domini in sacro eloquio aliquando etiam unigenitus appellatur quia omnia per ipsum facta sunt. Et de eius assumptione per moysen
pater omnipotens loquitur dicens. Tollam in celum manum meam. Hec manus que electorum suorum corda confortat discipulis
dicebat. Sine me nichil potestis facere. In omne ergo quod cogitamus in omne quod agimus, exorandus est ut et ipso
aspirante cogitemus et ipso adiuvante faciamus. Qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Omelia undecima

Inter cetera prophetie miracula hoc quoque miraculum habent libri prophetarum
quod sicut in eis verbis res ita nonnumquam verba rebus componunt. ut eorum non solum dicta sed etiam res geste prophe-
tica sint. Unde nunc dicitur. Veni ad transmigrationem ad acervum novarum frugum ad eos qui habitabant iuxta fluvium
Chobar. Cum causa exigit ut indicare debuisset quia ad transmigrationem venit, que ergo necessitas fuit ut per fruges
locum quoque exprimeret dicens. Ad acervum novarum frugum, nisi quia sepe per res et loca cause signantur. Multi quippe eze-
chiele prophetante iam captivitatis animi deflebant atque hii hinc qui in captivitatem ducti fuerant, plures
iam in morte carnis obierant. Ad quorum filios loqui propheta veniebat. Unde et ei superius dicitur. Fili hominis mitto ego
te ad filios israel ad gentes apostatrices que recesserunt a me. Patres eorum prevaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc.
Et filii dura facie et indomabili corde sunt ad quos ego mitto te. Ex quibus quia multi fuerant credituri atque per
obedientiam ad fertilitatem boni operis perventuri, acervus frugum vocantur. Anima enim bone acte fruges appellantur.
Dei propheta alio testatur dicens. Sanctus israel domino primitie frugum eius. Fruges etenim domini etiam conversae ad fidem gentes
postmodum facte sunt. Sed quia prius israel deo credidit recte hunc propheta frugum eius primitias appellavit. Quia ergo
propheta missus non priori populo sed filiis eiusdem populi verbum intulit, ad acervum frugum novarum venit. Quod vero per Chobar
flumen designetur superius iam diximus. Que nequaquam modo repetimus ne repetendo fastidium generemus. Sequitur.
Et sedi ibi ubi illi sedebant et mansi ibi septem diebus merens in medio eorum. Nonne captivo populo propheta
[...]stus quanta compassione se copulat eorum qui se meroribus consedendo et merendo coniungit quia in medio ubi est uti-
operis et ille sermo ab audiente libenter accipitur qui a predicante cum compassione animi profertur. Sic scriptum.

cum suo ingenio liquatur prius ut postmodum verissime a seipso teneatur. Si enim prius minime mollescat, postmodum tenere fortiter non sufficiat. Sic propheta captivo populo consedit et merens in medio eorum contristatus ut dum per caritatis gratiam condescendendo se ei molliorem redderet, cum staret per verbi fortitudinem teneret. Sin vero israeliticum populum qui domus exasperans vocatur, quia culpas nec inter flagella cognoscit, ullo merore animum deprimit, propheta inter gaudentes merens sedere studuit, ut tacendo ostenderet quid loquendo veniat dicere, et prius quam verba faceret, in hoc quod merens tacuit, formam verborum suppressit. Sequitur. Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum domini ad me dicens. In eo quod septem diebus merens sedit et post dies septem verba divine missionis accepit ut loqui debuisset, aperte indicat quia eisdem diebus merens tacuerat. Missus autem ad predicandum fuerat et tamen septem diebus sedens tacebat. Quid est hoc quod nobis propheta sanctus in hoc suo silencio innuit, nisi quia ille loqui rationabiliter novit qui prius bene tacere didicerat. Quasi enim quoddam nutrimentum verbi est censura silencii, et recte per continentiam gravem sermonem accepit qui ordinate antea per humilitatem tacet. Hinc enim per Salomonem dicitur: Tempus tacendi et tempus loquendi. Non enim ait tempus loquendi et tempus tacendi, sed prius tacendi premittit tempus et postmodum subdit loquendi, quia non loquendo tacere sed tacendo debemus loqui discere. Si ergo propheta sanctus qui missus ad loquendum fuerat, diu prius tacuit ut postmodum recte loqueretur, pensandum nobis est quanta ei culpa sit non tacere quem nulla cogit necessitas loqui. Sequitur. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. Notandum quod eum quem dominus ad

Speculator

predicandum mittit, speculatorem esse denunciat. Qui enim cura aliena committitur speculator vocatur, ut in mentis altitudine sedeat atque [illegible] per virtutem actionis transeat. Non est enim speculator qui in imo est. Speculator quippe semper in altitudine stat, ut quidquid venturum est longe prospiciat. Et quisquis populi speculator ponitur, in alto debet stare per vitam, ut possit prodesse per providenciam. Hinc propheta alius speculatorem admonet dicens: Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas Sion, ut videlicet qui predicationis locum suscepit, ad altitudinem ascendat bone actionis, ad excelsa transeat et eorum qui sibi commissi sunt opera transcendat, quatenus subiectorum vitam subtiliter videat quibus et terrenis rebus quas despiciat animum non supponit. Quam dura michi sunt ista que loquor, quia memetipsum loquendo ferio, cuius neque lingua ut dignum est predicacionem tenet, neque in quantum tenet sufficit vita sequitur. Lingua autem ociosis verbis sepe implicor, et ab exhortatione atque edificatione proximorum torpens et negligens cesso. Quam in conspectu dei fiens sum muta et verbosa, muta in necessariis, verbosa in ociosis. Sed ecce sermo dei de speculatoris vita compellit ut loquar, tacere non possum, et tamen loquendo me ferire pertimesco. Dicam, dicam, ut etiam contra me dicam, et ubi dei gladius etiam per memetipsum ad configendum cor proximi transeat, sermo dei sonet per me. Ego me reum esse non abnego, torporem meum atque negligenciam video. Erit fortasse apud pium iudicem impetracio venie ipsa cognicio culpe. Certe quando in monasterio positus valebam et ab ociosis sermonibus linguam restringere et in intencione oracionis continue mentem tenere. At postquam cordis humeros sarcine pastorali supposui, colligere ad semetipsum assidue non potest animus qui ad multa partitur. Cogor namque modo ecclesiarum, modo monasteriorum causas discutere, sepe singulorum vitas actusque pensare, modo quedam civium negocia sustinere, modo de irruentibus barbarorum gladiis gemere et commisso gregi insidiantes lupos timere, modo rerum curam sumere ne desint subsidia eis ipsis quibus discipline regula tenetur, modo raptores quosdam equanimiter perpeti, modo eis sub studio servande caritatis obviare. Cum itaque ad tot et tanta cogitanda scissa ac dilaniata mens ducitur, quando ad semetipsam redeat ut tota se in predicacione colligat et a proferendi verbi ministerio non recedat? Quia autem necessitate loci sepe viris secularibus iungor, nonnumquam lingue disciplinam relaxo. Nam si in assiduo tenore districtionis me teneo, scio quia ab infirmioribus fugior, et nunquam eos ad hoc quod appeto traho. Unde fit ut eorum sepe et ociosa paciencius audiam. Et quia ipse quoque infirmus sum, in ociosis sermonibus paululum tractus libenter etiam ea loqui incipio que audire ceperam invitus, et ubi tedebat cadere, libet iacere. Quis ergo ego vel qualis speculator sum, qui non in monte operis sto, sed adhuc in valle infirmitatis iaceo? Potens vero est conditor et redemptor generis humani michi indigno et vite altitudinem et lingue efficaciam donare, quia pro eius amore in eius eloquio nec michi parco. Esse ergo speculatoris vita et alta debet semper et circumspecta. Ne enim terrenorum rerum amori succumbat alta sit, ne occulti hostis iaculis feriatur, per omnia late circumspecta. Neque hoc speculatori sufficit ut in alto vivat, nisi ut loquendo assidue ad alta auditores suos pertrahat, eorumque mentes ad amorem celestis patrie loquendo succendat. Sed tunc hoc recte agit cum lingua eius per vitam arserit. Nam lucerna que in semetipsa non ardet, etiam rem cui supponitur non accendit. Hinc enim de Iohanne veritas dicit: Ille erat lucerna ardens et lucens. Ardens videlicet per celeste desiderium, lucens per verbum. Ut ergo fructus vitas predicandi teneatur, nota est altitudo vivendi. Unde recte quoque sancte ecclesie sponsi voce in Canticis canticorum dicitur: Nasus tuus sicut turris libani. Quid ergo laus est sponsi ut sponse nasus turri comparetur? Sed quia per nasum et odores fetoresque distinguimus, quid per nasum nisi speculatoris discretio designatur? Cuius nimirum nasus et sicut turris esse et libani dicitur, quia videlicet prepositorum discretio et munita esse debet per circumspectionem et in altitudine vite consistere, id est in valle infimi operis non iacere. Sicut enim turris in monte ideo ad speculandum ponitur ut hostes qui veniunt longius videantur, sic predicatoris vita esse in alto debet fixa permanere, ut more narium distinguat fetores viciorum odoresque virtutum, incursus malignorum spirituum longe prospiciat, et commissas sibi animas per suam providenciam cautas reddat. Sequitur. Et audies de ore meo verbum et annunciabis eis ex me. Ecce enim monet sententia propheta ne presumat loqui quod non audit, sed prius aurem cordis aperiat voci creatoris et postmodum os sui corporis

aperiat auribus plebis. Unde propheta ait: Inclinabo ad parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam. Qui
enim recte predicat, prius sicut dictum est aurem cordis loquentium intime inclinat, ut postmodum os corporis in propositione
admonitionis aperiat. Sequitur: Si dicente me ad impium: Morte morieris, non annuntiaveris neque locutus fueris ut avertatur a via
sua impia et vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. In quibus verbis
quid nobis notandum est, quid sollicite cogitandum, nisi quia et subiectus pro culpa prepositi moritur. Diligenter a preposito
intuendum quod admoneat, nec prepositi sua culpa est qui verba vite non audiens pro sua culpa moritur subiectus. Impio
enim mors debetur, sed ei a speculatore via vite intimanda est et eius impietas increpanda. Si vero speculator
taceat, ipse impius in iniquitate sua morietur, quia impietas eius non tamen fuit ut dignus non esset ad quem speculatoris sermo
fieret. Sed sanguinem eius Dominus de manu speculatoris requirit, quia ipse hunc occidit qui eum tacendo morti prodidit. In
quibus utrisque pensandum est quantum sibi connexa sunt peccata subditorum atque prepositorum, quia ubi subiectus pro sua culpa moritur,
ibi is qui prepositus est quia tacuit reus mortis tenetur. Pensate ergo fratres karissimi, pensate quia et quod nos digni pastores
non sumus etiam pro vestra culpa est, quibus tales prelati sumus. Et quando vos ad iniquitatem defluitis, etiam pro nostra hoc
reatu est, quos obsistentes atque reclamantes in pravis desideriis non habetis. Vobis ergo et nobis parcitis si a pravo opere
cessatis. Nobis et vobis parcimus cum hoc quod displicet non tacemus. O quam liber a commissorum sanguine fuerat predi-
cator egregius qui dicebat: Mundus sum a sanguine omnium; non enim subterfugi quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.
Si enim non annuntiasset, mundus a sanguine non esset. Sed quibus omne consilium Dei annuntiare studuit, ab eorum sanguine
mundus fuit. In qua voce nos convincimur, nos constringimur, nos rei esse ostendimur qui sacerdotes vocamur, qui super
ea mala que propria habemus alienas quoque mortes addimus, quia tot occidimus quot ad mortem ire quotidie tepidi
et tacentes videmus. Quod vero dicitur: Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Et hic in loco sanguinis nomine mors
corporis designatur. Valde nobis de nostro silentio augetur metus, quia si in subditis suis is qui prelatus est ad spe-
culandum etiam de morte corporis quam morituri tamen fuerant reus tenetur, quo reatu de morte anime subiectorum con-
stringitur, que potuisset esse vivens si verba correptionis audisset. Sed melius potest sanguinis nomine peccatum signari. Unde quidam
cum peccata carnis defleret dicit: Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis mee. Sanguis ergo morientis de manu
speculatoris requiritur, quia peccatum subditi culpe prepositi si tacuit reputatur. Est ergo quod faciat ut etiam morientis
subditi se liberum reddat. Surgat, invigilet, malis actibus contradicat. Sicut scriptum est: Discurre, festina, suscita amicum
tuum, ne dederis somnum oculis tuis nec dormitent palpebre tue. Unde hic quoque additur: Si autem tu annuntiaveris impio
et ille non fuerit conversus ab impietate sua et a via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem
animam tuam liberasti. Si autem subiectus moritur sine te, quia in causa mortis contradictorem prebuit te, non morti eius con-
sensus adiungeris. Et notandum que sunt que dicuntur a speculatore predicanda, videlicet fides et opera. Nam cum dicit: Si autem
annuntiaveris tu impio, et ille non fuerit conversus ab impietate sua et a via sua impia, impietas ad infidelitatem
quippe pertinet, via vero impia ad pravam actionem. Et omnis speculator hoc debet habere studium, ut prius ad pietatem fidei,
postmodum ad piam viam vel ad bonam actionem trahat. Sed quia de exhortationis sermone se intulit, intuendum breviter — exhortatio
debemus in ore pastoris quantus debeat esse ordo atque consideratio locutionis. Pensare etenim doctor debet quid loquatur,
cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur et quantum loquatur. Si vero unum horum defuit, locutio apta non erit. Scriptum
quippe est: Si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti. Recte autem offerimus cum bono studio bonum opus agimus,
sed recte non dividimus si hoc discretionem in bono opere postponimus. Considerare etenim debemus quid loquimur. Et namque
Pauli voce: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. Pensandum vero nobis est cui loquimur, quia sepe increpationis
verbum quod hec admittit persona, altera non admittit, et sepe ipsa eadem persona secundum factum fit altera. Unde Nathan propheta
David post adulterium forti increpatione sua percussit. Cum eum de raptore ovis diceret: Filius mortis est vir qui
fecit hoc, cui protinus intulit dicens: Tu es ille vir. Cum vero eum de Salomonis regno loqueretur, quia culpa defuit ei, se pre-
humiliter in oratione prostravit. In una ergo eadem quoque persona, quia causa dispar extitit, etiam sermo prophetie dissimilis fuit.
Pensandum quoque est quando loqui debeamus, quia sepe et si differtur increpatio, postmodum bene recipitur, et nonnumquam lan-
guescit si hoc quod ante proferri debuit tempus amiserit. Nam et Abigail mulier Nabal ebrium videns increpare
de culpa tenacie noluit, quem digesto vino increpationis sue verbis utiliter percussit. Et propheta adulantium linguas
non esse in subsequenti tempore differendas annuntiat qui ait: Confundantur statim erubescentes qui dicunt mihi: Euge, euge.
Adulatio etenim si vel ad tempus patienter suscipitur, augetur et paulisper demulcet animum et a rigore sue rectitudinis
mollescit in dilectione sermonis. Sed ne crescere debeat, statim est et sine mora ferienda. Pensandum quoque nobis est
qualiter loquamur. Nam sepe verba que hunc ad salutem revocant alium vulnerant. Unde Paulus quoque apostolus quem Titum
admonet dicens: Argue cum omni imperio, Timotheum exhortatur dicens: Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.
Quid est quod uni imperium et alio patientiam precepit, nisi quod unum lenioris, alium vero ferventioris spiritus esse conspexerat?
Leni per auctoritatem imperii iniungenda erat severitas, ubi iste autem qui per spiritum fervebat per patientiam temperandus
fuerat, ne si plus iusto infervesceret non ad salutem vulnerata reduceret sed sana vulneraret. Curandum quoque quantum
loquamur, ne si ei qui multa ferre non valet verbum vel exhortationis vel increpationis longius trahimus, auditorem
nostrum ad fastidium perducamus. Unde idem predicator egregius Hebreis loquitur dicens: Obsecro vos fratres ut sufferatis
verbum solacii, etenim perpaucis scripsi vobis. Hoc cum infirmis precipue convenit ut pauca quidem et que capere prevaleant
audiant, sed que eorum mentem in pravo dolore compungant. Nam si eis uno in tempore exhortationis sermo fuerit multipli-
ductus, quia multa retinere non valent, omnia simul amittunt. Unde et medici corporum pannos quos infirmantibus stomachis
ponunt apto quidem medicamine sed subtiliter liniunt, ne si repleti multo medicamine fuerint, infirmantibus stomachis
non roborantes adiuvent sed opprimentes gravent. Studendum quoque est ut et cum modum suum sermo prelatoris transeat.

periculosum hoc auditoribus non est. Si autem qualiter dicatur, quid et quibus dicat, non vigilanter aspiciat, valde periculosum est.
Verecunde etenim mentes si quas forte culpas admiserint, leniter arguende sunt, quia si asperius increpentur, franguntur.
Porro quod erudiuntur alterum: mentes asperae atque impudentes si increpatae leniter fuerint, ad maiores culpas ipsa le-
nitate provocantur. Quod bene in eorum egregio predicatore discimus, qui cum Chorinthios cognosceret per amorem personarum
in scismate divisos, corda verecundie considerans locutionem suam a gratiarum actione et laudibus cepit dicens: Gratias ago
deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est vobis in Christo Ihesu, quia in omnibus divites facti estis in illo, in
omni verbo et in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis. Cum adhuc adiungit et dicit: Ita ut nichil
vobis desit in ulla gratia expectantibus revelationem domini nostri Ihesu Christi. Queso te Paule, si iam nichil deest,
cur eis scribendo fatigaris, cur in longinquo positus fatigaris loquens? Pensemus rogo fratres karissimi quantum laudat.
Ecce eis gratiam dei asserit datam, factos in omnibus divites dicit, in omni verbo et in omni scientia Christi testimonium
vel quod de ipso moriendo et resurgendo testatum est in eorum vita confirmatum esse perhibet, et nichil eis deesse in
ulla gratia testatur. Quis rogo credat quod Paulus eos corripiat quos ita laudat? Nam post certa subiungit: Ob-
secro autem vos fratres per nomen domini nostri Ihesu Christi ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata. Sub-
ito enim potuit tam perfectis tamque laudabilibus scisma surripere? Significatum est enim michi de vobis fratres mei ab hiis
qui sunt Cloes, quia contentiones inter vos sunt. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo,
ego vero Cephe, ego autem Christi. Ecce quos in omni verbo et in omni scientia laudaverat, quibus nichil deesse in ulla gratia dixerat,
paulisper loquens ad increpandum leniter veniens divisos erga se ipsos reprehendit. Et quorum prius salutem pro quodammodo vulnera
patefecit. Peritus etenim medicus vulnus secandum videns, sed egrum timidum esse conspiciens, diu palpat et subito percussit.
Prius blandientem manum laudis posuit et postmodum ferrum increpationis infixit. Nisi enim verecunde mentes fuerint palpa-
te de reprehensione ita ut ex aliis verbis audiant quod in consolationem sumant, per increpationem protinus ad desperationem cadunt. Sed
numquid mentitus est Paulus ut prius eis nichil deesse in omni gratia diceret, quibus postmodum dicturus erat unitatem deesse?
Absit hoc. Quis de illo talia vel desipiens credat? Sed quia erant inter Chorinthios quidam omni gratia repleti, et
erant quidam in personarum favoribus occisi, cepit a laudibus perfectorum ut modesta inventione ad reprehensionem per-
tingeret infirmorum. Et in hoc quasi ad medicinam cordis a medicina corporis usum trahens. Nam cum secaturus vulnus me-
dicus aspiciat, prius ea membra que circa vulnus palpat sana sunt, ut postmodum ad ea que vulnerata sunt leniter
palpando perveniat. Dum ergo Paulus perfectos in Chorinthiis laudavit, sana membra iuxta vulnus tetigit. Cum vero
infirmos de divisione reprehendit, vulnus in corpore percussit. Videamus tunc Paulum qui tanta modestia atque man-
suetudine ad corripiendos Chorinthios dicitur, qualiter contra Galathas quia a fide discesserant erigitur. Nulla enim
modestie patientia premissa, nulla locutionis dulcedine prerogata, eos quos a fide discessisse cognoverat ab ipso epistole
sue exordio increpando redarguit. Nam premissa salutatione sic cepit: Miror quod sic tam cito transferimini ab
eo qui vos vocavit in Christi gratia. Quibus etiam in aperta increpatione post certa subiungit: O insensati Galathe,
quis vos fascinavit? Mentes etenim dure nisi aperta essent increpatione percusse, nullo modo cognoscerent quod
egissent. Nam sepe hii qui impudentes sunt tunc se percussos sentiunt quantum de peccatis que fecerunt increpantur,
ut minores suas culpas estiment quas minor invectio castigat. Et quas vehementer obiurgari viderint, maio-
res esse deprehendant. Unde necesse est ut hoc sermo predicantis cum auditorum debeat qualitate formari, ne aut verecundis
aspera aut impudentibus lenia loquatur. Quid autem mirum si hoc verbi dei erogator faciat, cum etiam agricola qui
semina in terram mittit, prius terre qualitatem providet, quibus seminibus apta videatur, et postquam qualitatem terre pre-
viderit, tunc semina spargit. Sed quia de qualitate doctrine locutionem longius tetendimus, sed ut ad eum quem cepimus
exponendi ordinem redeamus: Sed si conversus iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. Ipse mo-
rietur quia non annuntiasti ei, in peccato suo morietur, et non erunt in memoria iustitie eius quas fecit, sanguinem vero
eius de manu tua requiram. Ecce iusto qui in peccatum cecidit predicator tacuit, cuius sanguinis reus tenetur.
Et qui sollicitus esse non studuit in predicatione, factus est particeps in dampnatione. Sed cum dicitur: in peccato suo morietur
et non erunt in memoria iustitie eius quas fecit, hoc pro nobis maxime considerandum est, qui cum mala committimus, sine
causa ad memoriam bona nostra transacta revocamus, quia in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum preteritorum.
Sed queri potest utrum iusto postquam ceciderit predicandum sit, an etiam priusquam cadat invigilare predicator debet ne ad
casum veniat. Procul dubio et priusquam cadat. Nam scriptum est: Si autem tu annuntiaveris iusto ut non peccet iustus, et ille non
peccaverit, vivens vivet quia annuntiasti ei, et tu animam tuam liberasti. Si ergo predicator ideo animam suam liberavit quia
iusto ne peccaret denuntiavit, cum iustus ad peccatum predicatore tacente cecidit, predicator qui tacuit reus tenetur.
Sed quis nostrum rogo ad hoc sufficiat ut non solum peccatores studiose corripiat, sed etiam iustis invigilet ne cadant?
Nos enim infirmitatis nostre conscii cum iustos viros conspicimus, admonere eos non presumimus ut iustitie viam teneant
quam quia iam tenent videmus. Et tamen predicatoris est debitum etiam iustos admonere. Unde predicator egregius dicebat:
Sapientibus et insipientibus debitor sum. Inter hec vero omnia que de iusto ad iniquitatem converso dicta sunt, hoc
est laboriosum ad loquendum, hoc valde pertimescendum, quod dicit: et ponam offendiculum coram eo. Ait enim: Si conversus
iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. Nos enim dicimus quia si iniquitatem fecit offendit,
quod verum est omnino quod dicimus. Cur adhuc eis deus omnipotens offendiculum ponit, quem iam impie egisse et certi-
[illegible] iniquitatem quam perpetravit conspicit? Sed districta sunt omnipotentis dei iudicia. Et qui peccatorem dum ex-
dixisse pro sua iniquitate quam perpetravit [illegible] non videntur atque compuncti ponit adhuc ubi gravius impingat. Peccatum quippe quod per penitentiam
[illegible] ut videat non [illegible]
citius non deletur, aut peccatum est et causa peccati, aut peccatum et pena peccati, aut peccatum simul et causa et pena peccati.

Quia enim quod prius committitur peccatum est, si citius penitendo non tergitur, iusto iudicio omnipotens deus obligatam peccantis mentem etiam
in culpam alteram permittit cadere, ut qui flendo et corrigendo noluit mundare quod fecit, peccatum incipiat peccato cumulare. Pec-
catum ergo quod prius lamentis non diluitur, peccatum simul est et causa peccati, quia ex illo oritur unde adhuc peccator amplius obligetur.
Peccatum vero quod ex peccato sequitur, peccatum simul est et pena peccati est, quia ex obscurante cecitate ex retributione prioris culpe generatur, ut
iam que sunt in peccatore supplicia, ipsa incrementa viciorum fiant. Unde nonnumquam ut unum idemque peccatum etiam peccatum sit et pena
peccati, sit et causa peccati. Ponamus enim ante oculos quempiam rem proximi concupisse, quam quia aperte non valuit, furto surripuit,
sed quia in furti accusatione positus se hanc surripuisse iurando denegat. Hinc ergo concupiscentia peccatum fuit et causa peccati, quia
per eam pervenit ad rapinam. Ipsum vero furtum quo rem concupitam surripuit, et peccatum ei fuit et pena peccati, quia ex retribu-
tione iam non repressit concupiscentia, factum est ut veniret ad furtum, et culpa cordis consisteret in opere consummate cecitatis. Sed
quia furtum periurio tegere curavit, ex peccato rursum peccatum genuit. Peccatum ergo quod ex concupiscentia processit et periurium protulit,
peccatum et pena peccati factum est culpe precedentis, peccatum et causa peccati culpe subsequentis, quia de illo natum hoc genuit.
Quod bene Paulus apostolus de gentilium intelligentibus sed non honorantibus insinuat dicens: Quia cum cognovissent deum non sicut deum glo-
rificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis. Ecce enim peccatum et causa peccati. De qua quid secutum sit adiungit:
Et obscuratum est insipiens cor eorum; dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei
in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. Ecce enim est peccatum et pena
peccati. Sed peccatum solummodo et pena peccati esset, si non adhuc ex hoc peccato et aliud sequeretur. Nam post infidelitatem eorum subditur:
Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immundicia, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Qui enim
cognoscentes deum non sicut deum glorificaverunt, ex eo peccato et in peccatum adhuc perducti sunt, ut ad cultum serpentium et volucrum
laberentur. Sed quia per hanc etiam cecitatem usque ad immundicias et varias contumelias ceciderunt, ipsa infidelitas eorum cecitatis
predicti intellectus et peccatum est et pena peccati, subsequentium vero immundicie peccatum fuit et causa peccati. Sed quia de hiis in
libris moralibus diu tractatum est, nobis nunc in eis diucius immorandum non est. Hoc autem nobis cum timore considerandum est,
quod omnipotens deus cum precedentibus peccatis irascitur, permittit ut ceca mens etiam in aliis labatur. Unde Moyses ait: Non-
dum completa sunt peccata Amorreorum. David quoque dicit: Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, ut non intrent in tuam
iusticiam. Propheta etiam alius dicit: Maledictum et mendacium et homicidium et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem
tetigit. Sanguis enim sanguinem tangit cum peccato peccatum additur, ut ante dei oculos addita iniquitatibus anima
cruentetur. Paulus etiam dicit: Ut repleant peccata sua semper. Iohannes quoque per angelum dicit: Qui nocet noceat adhuc,
et qui in sordibus est sordescat adhuc. Unde etiam hic dicitur: Si conversus iustus a iusticia sua fecerit iniquitatem,
ponam offendiculum coram eo. Quod est apte dicitur, quia cum videret penitendo noluit, ubi iam impegit, iusto enim iudicio
deserens ponam ei, et alibi impingat. Quod deus ponere est nequaquam ad peccandum impellere, sed nolle a peccato liberare,
sicut de Pharaone dicitur: Ego indurabo cor eius. Non enim cor Pharaonis deus obdurat, sed obdurare dicitur cum ab obdu-
ratione non liberat. Misericors enim deus tempus nobis ad penitentiam relaxat, sed cum quis gratie percipere noluerit ad augmen-
tum utitur culpe. Hoc ipsum tempus quod ad parcendum pie disposuit, districtus ad feriendum vertit, ut cum venti qui
etiam spacio temporis accepto noluit, per hoc mala sua ad reatum augeat per quod ea diluere potuit, si converti voluisset.
Unde scriptum est: Ignoras quoniam benignitas dei te ad penitentiam adducit? Secundum duriciam autem tuam et cor impenitens
thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei. De benignitate ergo omnipotentis dei iram sibi in die ire
reprobus thesaurizat, quia dum ad penitendum tempus accipit et ad peccandum convertit, ipsum remedium gratie vertit
in augmentum culpe. Unde et omnipotens deus quia collata remedia conspicit ad culpe augmentum trahi, ipsam
ad benignitatem quam contulit in iudicii districtionem vertit, ut inde post amplius feriat, unde modo amplius ex-
pectat. Et quia hoc desiderare malum non debet ut vivat, augeat unde moriatur. Sed si iustus in culpam sive
peccator in morte corruat, speculatori timendum est ne hunc ex suo silencio reatus pertinencium peccatorum involvat. Sed
interim dum loquor, ante a memetipso oculos volo. Et ecce ipse sermo divinus me impingit in memetipso,
ut meas negligentias videam et ut dum hec que audio pertimescam. Dicit enim scriptura: Dixi simul cor in curis innu-
meris sparsum est, quid se ad se colligat? Quid etenim possim et ea que circa me sunt prelata ordinare curare et
memetipsum ad iudicato servo conspicere? Quid etenim possum priorum nequicias insequendo corrigere, bonorum actus
laudando et ammonendo custodire, aliis terrorem atque aliis dulcedinem demonstrare? Quid valeo et de hiis
que sunt iniquia fratribus cogitare et contra hostiles gladios civibus vigilias sollicitudine gerere, ne incursione
subita cives pereant providere? Et inter hec omnia per amicorum custodia plene atque efficaciter verbum exhortationis impendere?
Loqui etenim de deo quiete valde et libere mentis est. Tunc namque bene lingua dirigitur in sermone, cum serene
sensus quieverit in tranquillitate, quia nisi concussa aqua ymaginem respicientis reddit, sed tunc mea vultum
intendentis aspiciatur cum non movetur. Quia ergo exhortationem vobis speculator verbum fidei bene faciet, que
tot rerum confusio perturbat? Ecce is de quo loquitur propheta revelatione ultra templum vidisse que in eo templo
conspexit ut acta narrat. Dicit: Via usque ad fenestras et fenestre clause. Paulus quoque apostolus dicit: Templum
enim dei sanctum est, quod estis vos. In hoc autem templo fenestre sacerdotes et speculatores sunt, qui in populo sibi
debitum lumine sancte predicationis fundunt. Sed cum via usque ad fenestras est, fenestre clause sunt, quia cum
terrena cogitatio in sacerdotum cordibus convaluit, fenestre lucem non fundunt, quia sacerdotes ab officio predicationis
obmutescunt. Est et aliud valde in ordine sacerdotum gravius, quia non sicut hii qui vitam quietam ac remotam

Sicut enim quisque valet in sua cogitatione pensare, hinc enim flevit et super duos ex loco regiminis longe fuit, prius peccatorum suorum
maculas et fletibus lavare et per fletum in cordis mentis merore persistere. Sic de bona quadam muliere scriptum est, que ad taber-
naculum orabat et ab intentione sua animum per compunctionis gratiam non mutabat. Cum dicitur vultus eius non sunt amplius in
diversa mutati. In qua nobis re considerandum est quia si sic planxit mulier que querebat filium, quomodo debet plangere anima
que querit deum. Sacerdos vero etiam per compunctionem ad lacrimas cogitur, nonnumquam quorundam filiorum suorum cognoscere et ea que
refugit audire patienter audire atque post suspiria celestia quorumlibet carnalium hominum onera portare et sepe cum super-
venientibus cor in diversa qualitate transfundere. Nam alium de lucris spiritualibus gaudentem et cum quibus merens supervenit
nisi eius merore in se susceperit, hominem illius compatiens non est. Et alium de dampnis aliquorum luget et repente super-
veniunt qui de quibusdam suis prosperitatibus letantur, quorum si letitie sacerdos non congaudeat minus amare creditur. Si
hos in quorum gaudio non congaudeat, sicut per eum Paulus dicat: Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Michi ergo
tam conversum in ordine sacerdotum videtur quam rigore mentis compatiendo flentibus flectere et cum personis supervenientibus
animum mutare. Et tunc hoc valde est necessarium. Nam quo pro predicatione eius ad boni operis gratiam peccator reducitur si
ipse qui predicat videtur iniquitas. Unde per hunc quoque eundem prophetam in extrema parte dicitur: Et cum sacerdotes intrantes ministrant
vestibus laneis non utantur. De quibus subditur: Cumque egredientur atrium exterius ad populum, exuent se vestimenta sua
in quibus ministraverint et reponant ea in gazophilacio sanctuarii. Grossiora quippe vestimenta sunt lanea,
sed cum sacerdos ad secretum ministerium accedit, cum intus per compunctionem ingreditur, subtiliori intellectu necesse est quod lineo
indumento vestiatur. Sed cum ad populum foras egreditur, oportet ut vestimenta in quibus interius ministraverat reponat
atque propter alius vestibus indutus appareat, quia in compunctione sue rigore se teneat, si in eo quem ordinis tempore
sunt merore perdurat, exteriorum rerum verba suscipere non admittit. Et quod grex de necessariis faciat si audire atque
respondere hoc quod prius tempus exigit pastor recusat. Grossiora ergo vestimenta sacerdos exiens ad populum induat
ut subtilitatem mentis sue pro utilitate filiorum etiam ad terrena tolerandum componat. Pensate ergo fratres karissimi cuiusque spe-
culatori labor sit et ad sublimia cor tendere et hoc repente ad ima revocare. Et in sublimitate cogitationis
intime contemplari animum et propter exteriores causas proximorum ut ita dicam subito in cognitione grossescere. Nos ergo
in modo necesse est prophete verba exponere si meam coram vobis miseriam deflere. Unde peto ut vestra me oratio talem
faciat qualis et valeam meliorem et vobis prodesse. Potest est indigno michi et infirmo pro vestra intercessione tribuere
ista qui pro sua pietate pro nobis dignatus est infirmari. Virtus enim dei est atque sapientia que nostras infirmitates
suscepit ut pro sua nos firmitate roboraret, ihesus christus dominus noster qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula seculorum. Amen. Omelia xii

Servata veritate historie, divina eloquia aliquando pro tempore, aliquando pro loco causas designant, quas apto sermone
non indicant. Sicut pro tempore eterni sicut predicante in medio suo pro evangelista dicitur: Hyemps erat. In illa enim ministra
que veritas loquebatur, quid cause fuit ut nomine hyemps addetur, nisi ut pro qualitate temporis ostenderet
frigus cordis, quia et cum verba veritatis acciperent, frigida incredulorum corda remanebant. Aliquando vero pro loco,
sicut carnali israhelitico populo descendente de monte moyse lex in campestribus data est, et sanctis apostolis dominus
in monte sedens summa et spiritualia precepta locutus est, ut pro locis videlicet monstraretur quia et illis tamquam car-
nalibus mandata minima dabantur in valle terrarum, et isti tamquam spirituales et sancti in monte mandata celestia
audirent, quibus apte monstraretur quod ascendentes corde ad celestia infima mundi relinquerent et in mentis
culmine starent. Unde nunc Ezechiel propheta quid iubente deo in locis egerit describit, ut pro locorum qualitates
indicaret quid in posterum de prophete misterio sequeretur. Ecce enim dicit: Facta est super me manus domini et dixit
ad me: Surgens egredere in campum et ibi loquar tecum. Quid est hoc quod prius dominus in medio israhelitice
locutus ad prophetam suum fuerat, et tunc postmodum dicit: Egredere in campum et ibi loquar tecum, nisi quod prophetie sue
gratiam ut prius iudeis infunderet et hanc postmodum dignatus est in latitudine gentium demonstrare. Neque
enim immerito per campum gentilitas designatur, que longe lateque adest in universo mundo distenditur. Ubi
et subditur: Et surgens egressus sum in campum et ecce gloria domini stabat quasi gloria quam vidi iuxta flumen
Thobar. In campo gloriam domini propheta vidit quam iuxta Thobar in medio israhelitarum videat, quia ipsa eius
maiestas gentibus apparuit, que prius se electis in iudaico populo revelante spiritu declaravit. Sequitur: Et cecidi
in faciem meam. Visa domini gloria in faciem suam propheta cadit, quia cum homo ad intelligenda sublimia elevatur
ex contemplatione cum maiestatis dei infirmitatem sue conditionis intelligit et quasi statim non habet qui se
ante dei oculos esse cinerem et pulverem videt. Sequitur: Et ingressus est in me spiritus et statuit me super pedes
meos. Cum nos humiliter deo sternimur cum esse nos pulverem cinerem quam cognoscimus cum infirmitatem conditionis nostre
pensantes statum rigiditatis et superbie non habemus, omnipotens deus per suum nos spiritum levat et super pedes nostros
statuit, ut qui humiliter apud nos ex infirmitate nostra cognitione iacuimus et iacemus in bono post opere quasi
super pedes ex rectitudine stemus. Cum autem in campo de propheta agitur, nisi ut spiritaliter designetur quia iam e
lectis gentium spiritus sanctus daturus esset, qui eos quos assumeret et prius a superbie sue statu deiceret et post-
modum super pedes suos id est super bona opera solidaret, sicut per Paulum dicitur: Remissas manus et dissoluta genua
erigite et gressus rectos facite pedibus vestris. Sequitur: Et locutus est michi et dixit ad me: Ingredere et includere
in medio domus tue. Quid est quod de medio israhelitici populi propheta ad campum educatur atque ad domum
postea de campo revocatur, nisi quod predicationis gratia populo iudaico ablata in latitudine gentilitatis

sparsa est. Sed tamen in fine mundi iudei ad fidem redeunt, quia ad domum propheta reducitur, ut in suo populo cunctis predicatio innotescat,
que modo velut in campo ita dispersis gentibus fulget. Scriptum est quippe: Donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel
salvus fieret. Et per prophetam alium dicitur: Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquie salve fient. Vocat ergo prophetam
de medio populi ad campum, de campo revocat ad domum, ut predicatio que iudee facta est, egrediatur ad gentem, et reple-
tis in fide gentibus recipiat iudea spiritualis doctrine dona que amisit. Includitur autem propheta in medio domus sue, quia
antichristi tempore ab eis gentibus que in infidelitate remanserint plebs conversa iudeorum diris persecutionibus co-
angustatur. Unde scriptum est: Atrium autem quod est foris templum eice foras, et ne metieris illud, quoniam datum est gentibus,
et civitatem sanctam calcabunt mensibus xlii. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis, et non
egredieris in medio eorum. Et linguam tuam adherere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia
domus exasperans est. Hec verba si per typice expositionis ordinem sequimur, propheta in domo sua vincula suscipit et
ligatur, quia in omnibus cum iudea crediderit, graves insidias antichristi tempore persecutionis sentiet, ita ut predicationis eius verba
iniustitia iniquitatis non recipiat, sed resistendo hos vinculis dolorum premat. Et in medio eorum non egreditur, quia ad corda
pravorum predicatio non pervenit, dum lingua bonorum ligata tribulationibus tacet. Certe etenim tunc multi ex iudeis infidelibus,
qui conversos ipsos qui ex iudeis crediderint persequentur. Unde non immerito hic quoque dicitur quia in domo sua vincula propheta sus-
tineat, ut videlicet designetur quia ex ipso suo genere iudea tunc fidelis fuerit tribulationes persecutionis portet. Dum enim
unigenitum summi patris incarnatum ac mortuum resurrexisse atque ad celos non credunt ascendisse, sicut per sacre scripture
paginas predicatur, nimirum apud eos prophetia ligata est, que si ita ut dicta est in eorum intellectu decurreret, quasi gressus
liberos sue predicationis habuisset. Verbis ergo predicatorum sancta tacere compellitur. Unde et hic subditur: Et linguam tuam
adherere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Sed quia Enoch et Helia
predicantibus multi ex his qui tunc ex iudeis in infidelitate remanserint ad cognitionem veritatis redeunt, sicut de eodem Helia
dicitur: Helias veniet et ipse restituet omnia, qui utique per Zachariam due olive et per Iohannem duo candelabra nominantur,
recte hic quoque subiungitur: Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, et dices ad eos: Hec dicit dominus deus. Tunc enim veluti
in domo os prophete aperitur, cum in predicatione Enoch et Helie a iudeis ad fidem redeuntibus prophetie sacre eloquium
de Christo esse cognoscitur. Sed quia hec typice expositionis nunc verba cadunt, caritati vestre moralitatis discretione vivendi. Quid est enim
quod exire propheta ad campum iubetur, nisi quod unusquisque qui predicat propter eos quos sibi conversos coniungit atque
ab iniquitate compescit, loquendo ad campum exit? Ibi quoque domini gloriam videt, quia tanto largius doctrine gratiam percipit,
quanto se in labore predicationis ex amore proximorum tendit. Foras ergo exeundo in alia visione ducitur, quia unde
in alienis cordibus ignorantie cecitatem in studio sue locutionis illuminat, inde eum superna gratia in altiori intellectu
exaltat. Sed quia sanctus predicator sed ad mentem redire humilitatem atque innocentiam intus semper custodire, post campum necesse est
ut ad domum redeat, quatenus in his que dicat, qualis etiam ipse sit intra conscientiam agnoscat. Si enim aut hoc quod
loquitur minime custodit, aut de his que loquitur temporalem gloriam requirit, loquendo quidem ad campum exiit, sed non
cogitando semetipsum ad domum redire contempsit. Accepto enim spiritu in medio domus includimur, quia per eius gratiam
ad districtionem mentis nostre secreta revocamur, ut apud semetipsum in deo animus quiescat, et non iam per exteriores
concupiscentias in appetitu laudis et glorie cogitationis mobilitate distrahatur. De hac domo cordis turbato sanato per
semetipsam veritas dicit: Tolle grabatum tuum et vade in domum tuam. Per grabatum quippe in quo carnis est requies
ipsa caro signatur, per domum vero conscientia figuratur. Et quia cum mente mortui in vitiis iacemus, in carnis delecta-
tione quiescimus, infirmi portamur in lecto. Cum vero sanati fuerimus mente, ut iam pulsantibus carnis vitiis resista-
mus, necesse est ut temptationum molestias de nostra carne toleremus. Egro itaque ad salutem reducto precipitur: Tolle gra-
batum tuum, id est porta lectum in quo portatus es, quia necesse est ut sanatus quisque portet molestias carnis in qua prius
iacebat egrotus. Quid est ergo dicere: Tolle grabatum tuum et vade in domum tuam, nisi porta temptationes carnis
in quibus hactenus iacuisti, atque redi ad conscientiam tuam ut videas que fecisti? Propheta ergo post campum in domo
includi precipitur, ut predicator sanctus post gratiam doctrine qua proximis innotescit, ad conscientiam redeat, seque ipsum sub-
tili examinatione discutiat, ne de his que foris predicat, aliud ipse apud se intus custodie laudis querat.
Unde et per Salomonem dicitur: Bibe aquam de cisterna tua et fluenta putei tui. Deriventur fontes tui foras et in pla-
teis aquas divide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Valde autem contraria videntur esse que dicit:
Deriventur fontes tui foras et in plateis aquas divide, cum protinus adiungit: Habeto eas solus, nec sint alieni
participes tui. Quomodo enim aquam suam solus habere poterit, si hanc in plateis dividit? Quomodo enim alieni aque eius par-
ticipes non sunt, si fontes illius foras ducantur? Sed cum predicamus populis, nimirum in plateis aquas dividimus, quia multi-
tudini sancte verba dilatamus. Cum vero nos ad unitatem divina gratia intus custodimus, et ne malignus spiritus
qui nunc a nobis alienus sit, quia forte beatitudinis perdidit, nobis in elatione surrepat, sollicitudine cauta
conspicimus, soli habemus aquas quas in plateis dividimus, ut nobis in eis alieni participes non sint. Nimirum de quibus
scriptum est: Alieni insurrexerunt in me, et fortes quesierunt animam meam. Aquas vero et in plateis dividit et solus
habet qui per hoc quod multis predicat, se in cogitatione temporalis glorie non exaltat. Tunc enim possidet hos quos docet, quando
se non gaudet innotescere sed prodesse. De campo ergo ad domum propheta reducitur, ut is qui ex deo loquitur, postquam
pro utilitate proximorum loquendo foras exierit, ex humilitate sese ad districtionem cordis sui secreta revocat. Unde et
subditur: Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis, et non egredieris in medio eorum. Cum
enim predicator quisque ad conscientiam domus sue reducitur, super eum vincula dantur et ligatur in eis, quia quanto plus
se in cogitatione discusserit, tanto amplius agnoscit infirmitatem anime, quantum mortalitatis sue infirmitatibus sit liga-
ta. Vinculis enim se ligatum aspexerat Paulus cum diceret: Cupio dissolvi et esse cum Christo. Hinc per psalmistam

dicat. Ut audiret gemitus vinculatorum ut solveret filios interemptorum. Et rursus Intret in conspectu tuo gemitus compeditorum.
Sepe autem cum iam anima ad redemptoris sui speciem contemplandam aperire desiderat cum celestibus gaudiis interesse suspirat
ipsa mortalitatis sue vincula conspicit et gemit quibus adhuc in pravitatis mundo ligata retinetur. Hic est enim quod subtile
omnipotentis dei iudicium intuens Ieremias ait Circumedificavit adversum me ut non egrediar aggravavit compedem meam.
Homines enim compedes ipsam infirmitatem atque corruptionem mortalitatis nostre. Sed cum tribulatio nobis et gemitus additur
ipse nostre compedes aggravantur. Aliquando quidem in hac vita iustus moras patitur, loquendo bona prodesse aliis festinat
sed cum duras mentes conspicit, eas quas considerat contentionibus occupari predicationis verbum retinet, et in medio eorum
non egreditur quia a bonis que loqui poterat obmutescit. Unde per paulum dicitur Nichil per contentionem. Et rursus Si quis
videtur contentiosus esse nos talem consuetudinem non habemus. Unde hic quoque apte subiungitur Et linguam tuam adherescere
faciam palato tuo et eris mutus nec quasi vir obiurgans quia domus exasperans est. Aliquando vero etiam contra resistentium
linguas predicantium corda zelo suo dominus accendit ne taceant sed dicta fallacium verbis veritatis premant. Unde hic
subditur. Cum autem locutus fuero tibi aperiam os tuum et dices ad eos Hec dicit dominus deus. Sed hec que breviter secundum
placiti intellectum discussimus placet ut iuxta considerationem breviter tangendo discutiamus. Quedam enim nobis amplius per
ipsa verba historie que vates obedientie commendat. cum modo ad desinguvamus? in nostro ... ... per ...modo in
campum egredi, modo ex campo ad domum redire propheta precipitur. Ut prius ex missione pergens et paulo post revertens
atque domum suam rediens et semetipsum includens, non sue voluntatis arbitrio ad divinum eloquium prophetie famulatum
qui in celesti visione suspensus non sua sed conditoris sui voluntate impleat. Cui dicitur Et tu fili hominis ecce
data sunt super te vincula et ligabunt te in eis et non egredieris in medio eorum. Que una in re nonnunquam est quod adversa
prophetia proficit ut contra omnia pareret. Magna enim mala contra mentem prevalet quam inopinata non venerit. Et tu dicta
contra proficit. quanta sit in eo obedientia vox audit qui et cognoscit quod adversum passurus est et tamen vacat divine iube
dienti? non est magna ad considerationem indiget verba que prius addit. Et linguam tuam adherescere faciam palato tuo
et eris mutus nec quasi vir obiurgans quia domus exasperans. Discutiendum quippe nobis est utrum pro malis auditoribus an
aliquando etiam pro vitio predicantium predicatoris sermo subtrahatur. Quatuor enim qualitatibus res secundum considerationem distinguitur. Nam
aliquando propter malos auditores bonis tollitur sermo doctoribus et malis. Aliquando propter doctorum atque auditorum iustificationem
bonis doctoribus ut et ipsi per multum se exerceant et auditores eorum intellectu et vita proficiant. Aliquando vero quia neque sibi digni sunt
accipere quibus doctrine sermo profertur neque ille doctrine verbum dignus proferre qui locum docendi tenet predicatoris sermo
tollitur ut utrosque pro districte iudicet. Propter malos namque auditores bonis sermo doctoribus tollitur. sicut nunc
ad Ezechielem dicitur Linguam tuam adherescere faciam palato tuo et eris mutus nec quasi vir obiurgans quia domus exasperans
est. Et sicut paulo dicitur Festina et exi velociter ex Ierusalem quoniam non recipient testimonium tuum de me. Et sicut volentibus
apostolis predicare in Asia scriptum est quod prohibuit eos spiritus Ihesu. Propter bonos auditores etiam malis doctoribus sermo
datur sicut de phariseis dominus dicit Omnia quecumque vobis dixerint servate et facite secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt
enim et non faciunt. Propter doctorum quoque meritum et auditorum iustificationem sermo doctrine tribuitur. sicut sanctus apostolus dicit Cuncta
docete omnes gentes. Propter malos vero auditores et indignam vitam eorum qui docere debuerunt sermo doctrine subtrahitur.
sicut Heli ad corrigendos filios districte increpationis verbum non habuit quia et eius negligentia et filiorum congrue
bat vita ut tum eis et populus caderet et archa domini capta ad allophilos transiret. Magna autem omnipotentis est dei
gratia cum inique agentibus divinis doctoribus sermo increpationis profertur. Cum contra nunc dicitur Et eris mutus nec quasi
vir obiurgans. Delinquentes etenim obiurgasset si digni ipsa obiurgationis gratia fuissent. Sed cum inter doctorem
atque plebem sit interiorum tanta districtio ut sciri facile non possit utrum ex auditorum an ex eius vitio qui
doctrine locum videtur tenere discendi sermo subtrahatur. quid aliud nobis quam pensari se in rebus dubiis humilitas
iubetur. ut et qui loqui possumus non extollamur ne fortasse ipsa locutionis nostre gratia non nobis sed audito
ribus nostris collata sit. Rursus qui diu loqui non possumus hi qui nobis commissi sunt minime nos diiudicent
ne fortasse non ex nostro sed ex pectoris auditorum loqui minime possumus. Ubi hoc nobis cuncta de nostris nostri
iuncta sunt ut una etiam gratiam teneat humilitatis quibus et nos cum loquimur ex omnipotentis dei dono hoc esse
verum nimium putamus et qui a locutione doctrine obmutescitis quam iam communis nostra culpa sit vos tamen hec
esse vestram specialiter credatis ut dum vicissim mala tribuimus nobis et bona aliis per ipsam humilitatis gratiam fiat
ut doctrine sermo qui ablatus fuerat redeat. Sed cum autem locutus fuero tibi aperiam os tuum et loqueris ad eos
Hec dicit dominus deus. Qui audit audiat et qui quiescit quiescat quia domus exasperans est. Sepe quidam verbum
dei audire desiderant sed dum alios conspiciunt aurem avertere etiam ipsi a salutis auditu declinant et plerumque
multi quiescere appetunt atque a nequitie sue actibus recedere. ullis iam desideriis terrenis succumbere sed dum
vident alios inquiete agendo proficere atque in hoc mundo divitiis et honoribus extolli quia rectum in via recti
tudinis sunt firmi cum ad prava opera ex aliorum exemplo dilabuntur. Hoc enim est quod in typo insinuatum psalmista
loquens dicit Mei autem pene moti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei quia zelatus sum in peccatoribus pacem
peccatorum videns. Hinc item dicit Dum superbit impius incenditur pauper. Hinc ad Ieremiam prophetam voce divina de iuda
et israel dicitur Numquid vidisti que fecerit aversatrix israel. Abiit sibi metipsa super omnem montem excelsum et sub omni
ligno frondoso et fornicata est ibi et dixi cum fecisset hec omnia ad me convertere et non est reversa. Ubi statim
subditur qualiter ex emulatione eius etiam iuda recedit a statu videbatur. Aut enim Et vidit prevaricatrix
soror eius iuda quod pro eo quod mechata est aversatrix israel dimisissem eam et dedissem ei libellum repudii

et non timuit prevaricatrix Iuda soror eius sed abiit et fornicata est etiam ipsa. Certe minores deus corripit et
vocat adversantibus se sicut mire aperit qui peccanti dicit Ad me convertere et tu non est culpa. Sed quia omnipotentis dei
plebs israelitica deseruit venire nolens libellum repudii accepit. Deseruit vero peccando sed libellum repudii
accepit in suis iniquitatibus sine flagello remanendo. Una enim que peccat recedit. Sed si etiam post peccatum pro-
speritas sequitur nulla disciplina nulla districtionis increpatio revocat ad cor. In divisione quam inter se et dominum
fecit etiam libellum repudii accepit ut iam velut aliena delicta faciat mala que libet. Zeli dei flagel-
la non sentiat quibus ad eterna supplicia profundius descendat. Sed soror eius Iuda quam dimissam israeliticam
plebem in suis voluptatibus vidit ipsa quoque in immunditia fornicationis coaluit. Crimina enim apposuit adulterii
in sua prosperitate florere. Etiam ipsa non timuit deterius peccare atque a coniunctione domini quasi a viri legitimi cu-
bili recedere. Unde notandum est ut peccantes quosque considerans amplius miseros quos conspicimus in sua culpa
sine flagello delictos. Hinc enim per Salomonem dicitur: Aversio parvulorum interficiet eos et prosperitas stultorum perdet eos.
Cum enim a deo audiunt et prosperantur tanto peiores fiunt proximi quanto a zelo disciplinae inveniuntur alieni. Dica-
go qui audit audiat et qui quiescit quiescat quia domus exasperans est. Ac si aperte diceretur: Vos qui iam
et verba vite audire et a prava cepistis actione quiescere nolite illos imitari quorum exasperari moribus
videtis. Quod tamen intelligi et aliter possunt. Quidam enim verbum audientes non audiunt qui aurem ad preceptio-
nem ponunt sed cor a malis desideriis non evellunt. Et sunt nonnulli qui quiescentes minime quiescunt quia a pravis
quidem actibus otiosi sunt in corpore sed pravitate operum ex delectatione versantur in mente. Hinc est enim quod de Iuda
ad captivitatem perveniente scriptum est: Viderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius. Hostes quippe sabbata
derident cum malignus spiritus otiose menti pravas cogitationes immittit ut si quiescit ab opere non quiescat
a malorum operum delectatione. Recte ergo nunc dicitur: Qui audit audiat quatenus sic fiat sermo in aure corporis
ut sonet in aure cordis. Et qui quiescit quiescat ut pravitatis desideria repellantur a cogitatione cum iam re-
pulsa videntur ab opere. Ubi ne malorum se depravata exempla sequantur adiungitur: Quia domus exasperans est.
Mali autem etsi diu tolerantur subito corruunt et eorum penas iusti conspiciunt ne quorum culpas impunitas
contempnunt imitentur. Unde hic quoque eiusdem Iude desolatio subiungitur que domus exasperans vocatur. Ad primum
prophete suo dominus dicit: Et tu fili hominis sume tibi laterem et pones eum coram te et describes in eo civitatem
Ierusalem et ordinabis adversus eam obsidionem et edificabis munitiones et comportabis aggerem et dabis
contra eam castra et pones arietes in giro. Et tu sume tibi sartaginem ferream et pones eam murum ferreum inter
te et civitatem et obfirmabis faciem tuam ad eam et erit in obsidionem et circumdabis eam. Signum est domui Israel.
In latere vero urbis quid aliud iuxta historiam nisi Ierosolime urbis obsessio atque destructio designatur et
peccatoris populi afflictio exprimitur que domus exasperans vocatur. Cum aperte dicitur: Ordinabis adversus eam obsidionem
et edificabis munitiones et comportabis aggerem et dabis contra eam castra et pones arietes in giro. Sed quia
verba prophetie sic plerumque narrant historiam ut per hec etiam mistica describant. Sed ut hec etiam dicta que protulimus
spiritaliter disseramus maxime quia in eis interponitur quod teneri posse ad litteram non videtur. Cum dicitur: Et tu sume tibi
sartaginem ferream et pones eam murum ferreum inter te et civitatem et obfirmabis faciem tuam ad eam et erit
in obsidionem. Nisi enim verba historie mistica intelligantur quid sartago ferrea prophete fuisset necessaria ut hanc inter
se et civitatem poneret quibus se ab eius obsidione separet. Cum enim dicitur: Sume tibi sartaginem ferream et pone
eam murum ferreum inter te et civitatem aperte declaratur quia per eandem sartaginem ferream ab obsidione civitatis
propheta se liberum reddat. Unde et quod protinus subiungitur: Et obfirmabis faciem tuam ad eam et erit tibi in obsidio-
nem qua re ostenditur quia propheta in eadem obsidione non erit si sartaginem ferream inter se et civitatem murum ferreum
ponat. Et certe sive in ea captivitate que prius fuit sive in ea que postmodum israelitico populo contigit neque ab
eiusdem captivitatis periculo liber fuit sed eos sub pari calamitatis involvit. Quid ergo intelligi iuxta litteram potest
ut propheta inter se et civitatem que obsidenda est sartaginem ferream ponat. Sed quia omne hoc quod in descrip-
tione lateris sub signo Ierusalem civitatis legitur iuxta litteram factum sit nobis tamen sciendum est quia typicum aliquid
per sartaginem figuratur. Sed et obsessio Ierosolimorum vera describitur. Ecce qua re instruimur ut dum aliud com-
pletum iuxta historiam a ratione vacare cognoscimus in sacro verbo utique teneamus quatenus et obsessionem Ierusalem
que iuxta litteram postmodum facta est in prophete verbis et factis credamus esse figuratam. Et tamen per eandem ob-
sidionem obsidio alia interior designetur. In qua re agnoscimus quid per sartaginem ferream quam inimicus ferens
dicitur valeat designari. Illam itaque obsidionem qua Ierusalem civitas destructa est iam factam novimus
sed nunc aliam intueamur que cotidie agitur requiramus de qua per sermonem dicitur: Et tu fili hominis sume tibi
laterem et pones eum coram te et describes in eo civitatem Ierusalem. Sed ante nobis inquirendum est cur Ezechiel
propheta vel quotiens sublimia conspicit vel quotiens aliqua agere mistica iubetur prius filius hominis appellatur. Se-
pe enim sublevatur ad celestia in occultis atque invisibilibus rebus eius mens pascitur. Notandum ergo est ut inter
occulta que penetrat filius hominis vocetur ut se agnoscat quod est et inde non extollatur de hiis ad que ducitur. Fili hominis
Dignum est enim prophete ad spiritualia sublevato ut se filium hominis dicente nisi cum infirmitatis proprie memorem faceret
ut conscius conditionis infime elevari in cogitatione non debeat de magnitudine contemplationis sue. Quia
vero idem propheta ut et super iam diximus typum predicatorum vel doctorum tenet recte ei nunc dicitur: Sume tibi laterem
et pones eum coram te. Omnis etenim doctor cum terrenum quempiam auditorem ad celestis verbi doctrinam suscipit
laterem assumit. Cum dum loqui cepit que sit rebus celestis pater que visio pacis superne civitatem

Ierusalem describit in latere. Quem coram se ponit, quia intenta mente qualitatem audientium considerat, in profectu vel defectu
conspiciat, et iuxta eius intelligentiam praedicationis suae verba moderetur, ut describi in audientium mente civitas
Ierusalem, id est visio pacis, possit. Dicatur ergo: Sume tibi laterem, videlicet pro terreno cor terrenum, pones eum coram te, scilicet ut vitam
atque intellectum illius intenta mente custodias, et describes in eo civitatem Ierusalem, ut ei quae sunt superna gau-
dia de visione pacis innotescas. Quasi enim Ierusalem in latere scripta est, cum terrena mens coepit quae sint illa
interna pacis gaudia vera cognoscere et ad conspiciendam gloriam patriae caelestis anhelare. Quia in terra visio
pacis describitur, cum mens quae prius terrena sapuerat pro amore iam ad contemplandam gloriam regni caelestis
elevatur. Sed mox ut aliquis amare caelestia coeperit, mox ut ad visionem pacis intimae tota se intentione colle-
gerit, antiquus ille adversarius qui de caelo lapsus est invidet et insidiari amplius incipit, atrociores quam con-
sueverat temptationes admovet, ita ut plerumque sic resistentem animam temptet, sicut ante numquam temptaverat
cum possidebat. Unde scriptum est: Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in iustitia et timore, et praepara animam tuam
ad temptationem. Unde et daemoniacus qui a Domino sanatur, ab exeunte daemone discerpitur, sicut scriptum est: Et clamans
et multum discerpens eum exiit ab eo. Mirum est quod obsessum hominem antiquus hostis, quem possessum non discerpserat,
discedens nunc discerpit, nisi quod plerumque dum de corde expellitur, acriores in eo temptationes generat quam prius
concitaverat, quando hunc quietus possidebat. Unde Israelitae quoque ad Moysen et Aaron dicunt: Videat Dominus et iudicet,
quoniam fetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone et servis eius, et praebuistis ei gladium ut occideret nos. In Moyse
enim et Aaron lex et prophetae figurata sunt. Et saepe apud se infirmus animus, qui contra sacra eloquia murmurat, quia
postquam verba caelestia audire et saepe sequi coepit, regis Aegypti adversitas, id est maligni spiritus temptatio, excrescit.
Debet ergo vigilans doctor praefatae animae quam illa temptatio sequatur innotescere, ut tanta se valeat contra maligni
spiritus insidias praeparare. Unde huic nunc post descriptam civitatem Ierusalem in latere dicitur: Et ordinabis adversus eam
obsidionem et aedificabis munitiones et comportabis aggerem. In qua iam pacis visio describitur, ei necesse est ut
temptationum bella inveniat. Nam ut valeat ad illa pacis gaudia aeterna pertingere, hic procul dubio contra tri-
bulationum certamina multa sustinet. De qua huic dicitur: Et ordinabis adversus eam obsidionem. Praedicator quippe contra eru-
diendam animam obsidionem ordinat, cum praemunendo indicat quibus se modis vitia virtutibus opponant, quomodo luxuria
castitatem feriat, qualiter ira tranquillitatem perturbet animi, quantum inepta laetitia rigorem mentis resolvat, qualiter
multiloquium munitionem cordis destruat, quomodo invidia caritatem inficiat, quemadmodum superbia arcem humilitatis effodiat,
qualiter fallacia cum veritate in sermone corrumpit, hanc etiam in cogitatione corrumpat, ut qui verum dicere voluit quod
intellexit, iam nec intelligat quod dicere valeat. Ordinatur ergo a praedicatore obsidio, cum per sacrae admonitionis verba
singulis quibusque virtutibus quae vel quibus modis vitia insidientur denuntiat. Et contra Ierusalem quam descripsit
in latere praedicator munitiones aedificat, cum mala quaeque quam munita contra mentem veniant demonstrat, ut
sese vitia sub virtutum specie abscondant. Quod sic saepe iam diximus: immoderata ira iustitia videri appetit,
et disciplinae remissio mansuetudo videri velit, et tenacia sese parsimoniam vocet, et inordinata rerum effusio
se benevolentiam appellet. Contra eam ergo aedificatae contra mentem munitiones sunt, quia vitia sub virtutum specie contegunt
et in alto se erigunt per imaginem quod in imo iacet per actionem. Adhuc quoque additur: Et comportabis aggerem.
Quo enim mens desiderare caelestia coepit, eo in illa maligni spiritus temptationibus suis terrenas amplius co-
gitationes coaggerant. Propheta ergo aggerem comportat, cum praedicator sub bonis actibus qualiter terrena desideria
surripere solent denuntiat. Atque adhuc additur: Et dabis contra eam castra et pones arietes in gyro. Quasi dat
contra animam doctor castra, quando malignorum spirituum contra eam collectas atque adunatas insidias indicat, ut
alii non solum ex uno sed ex cunctis vitiis se temptent. Nam sunt quaedam vitia quae per quandam sibi cognationem proxima
sunt, dissolutionis spiritus, appetitus gulae et invidia luxuriae, sic multiloquium fallaciae atque periurium. Ex dissolutione
spiritus quippe mens ad ingluviem ventris rapitur, et dum cibis venter extenditur, ad luxuriam cito trahitur. Superbiae
ex captura. Et rursum ex multiloquio fallacia generatur, quia valde difficile est ut qui multa loquitur etiam non
mentiatur. Et saepe mendacium ex periurio tegitur, ut aliud quandam indicta velet. Superbia quoque esse fit invidia
atque inanis gloria nullatenus potest. Superbus etenim quamquam florem quem ipse ambit alius videt, et hunc fortasse ob-
tinuit in elatione gloriae temporalis attollitur, atque quod alios conspicit nimie percipere potuisse, hic se per inanem
gloriam gaudet praelatis esse. Sciendum quoque est quia saepe nonnulla vitia ad mentem non sola veniunt, sed supponuntur,
ut unum alteri in temptatione succedit, et aliud contra faciem venit, aliud vero temptatione se ex latere subiciat,
quatenus dum alteri resistitur, ab altero mens decepta capiatur. Ipsa enim quae superius diximus vitia plerumque se alia
palliis furtive supponunt. Et nonnumquam dum iram vincere in nobismetipsis conamur, plus quam necesse est lenitas
mentem occupat, ut asperitate parcentibus quam oportet nimie proponat. Saepe vero dum nobis inesse tanta lenitas
displicet, zelus se in furore extendit atque extra pacis limitem animum captivum rapit. Quoniam ergo permixta simul
vitia atque adunata contra mentem veniunt, recte in praedicatoris ore contra descriptam Ierusalem castra proponuntur. Et quia
alia singula humilitatem feriunt, in gyro arietes ordinantur. Ponit ergo praedicator arietes in gyro, dum caute
denuntiat quod blande luxuria pervertit, quod aspere iracundia occidit, quod laboriose avaritia accendit et interimit,
quod humide superbia contingit. In gyro itaque arietes ponere est praedicando ostendere quae undique solent animam
invitationes vitiorum ferire. Sequitur: Et tu sume tibi sartaginem ferream, et pones eam murum ferreum inter te

et inter civitatem. Quia enim ferrum forte metallum est, et in sartagine caro frigitur, quid per sartaginem ferream nisi spi-
ritalis zeli fortis frixura signatur? Dum quippe spiritalis zelus doctoris animam frigit, quae valde cruciatur dum infirmos
quosque opera deserere et rebus temporalibus delectari conspicit. Quam bene Paulus sartaginem ferream supposuerat, cum zelo
animarum cruciatus dicebat: Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror? Ipsum suum cor quod
animarum zelo succenderat, quid aliud quam sartaginem fecerat, in quo amore virtutum contra vitia ardebat? Quia enim ure-
batur, sartago caro macerescebat enim et quod quaerebat quam incendebatur amaritudine, sed virtutum alimenta praeparabat quae
sua afflicta cogitatione. Sed quid est quod eandem sartaginem propheta inter se et civitatem murum ferreum ponit, nisi quia iste
fortis zelus qui in mente nunc doctoris agitur, in die quandoque iudicii inter eum et animas quas a vitiis zelatur testis est,
ut et si audire ea quae docet noluerint, doctor tamen per zelum quem exhibet de auditorum negligentia reus non sit.
Murum ergo ferreum inter se et civitatem ponit, quia in districtionis tempore inde doctor a damnationis periculo munitur, unde nunc
per zelum custodiae cordis frixuram patitur. Nullum quippe omnipotenti deo tale est sacrificium quale est zelus animarum. Hinc
enim psalmista ait: Zelus domus tuae comedit me. Quantum vero frixura cordis quae per spiritalem zelum agitur omnipotenti
deo placeat, aperte ostenditur, cum offerri per legem simila in sacrificium iubetur, de qua scriptum est: In sartagine oleo conspersa
frigetur, et offeret eam calidam in odorem suavissimum domino sacerdos qui patri iure successerit, et tota cremabitur in al-
tari. Tunc enim simila in sartagine frigitur, cum munda mens iusti per zeli sancti ardorem cruciatur. Quae conspergi
oleo praecipitur, id est caritati inhaerere misericordiae, quae in conspectu omnipotentis dei ardet et lucet. Conspergatur ergo oleo mentis
quae in sartagine frigitur, quia sancti zeli districtio necesse est ut ex mansuetudine virtute ardeat et clarescat. Cremat enim
tamen ipsum quem iniquum videt. Unde et calida in odorem suavissimum domino offerri praecipitur, quia ab amore zeli nolit si
ea quae in sartagine offertur calorem simila amisit. Et nondum quibus eam offerre praecipitur? Videlicet sacerdos qui patri
iure successit. Ille enim sacerdos patri iure succedit qui se omnipotentis dei filium moribus demonstrat atque a no-
bilitate intima operum suorum ignobilitate non distrepat. Quae in altari tota cremari praecipitur ut videlicet holo-
caustum fiat. Holocaustum enim totum incensum dicitur. Unde in translatione alia hoc in loco hac eadem simila quae in
sartagine frigitur holocaustum fieri iubetur. Hoc autem inter holocaustum et sacrificium distat, quod omne quidem holocaustum
sacrificium est, non omne sacrificium holocaustum. Sunt enim multa bona quae aguntur sacrificia, sed holocausta non sunt,
quia tota mente in amore spiritali minime incenduntur. Dum enim sic operantur ea quae dei sunt, ut tamen et quaedam
quae sunt saeculi non relinquant, mirum sacrificium et non holocaustum offerunt. Qui autem cuncta quae mundi sunt deserunt
et tota mente igne divini amoris incenduntur, hi nimirum omnipotenti deo sacrificium ac holocaustum sunt. Simila
itaque in sartagine est munda mens iusti in zeli spiritalis afflictione, quae per sollicitudinem animarum frigitur
et non solum sacrificium sed etiam holocaustum domino esse deputatur. Sumamus ergo sartaginem ferream et ponamus eam
murum ferreum inter nos et civitatem, id est assumamus zeli fortitudinem, ut inter nos et auditorum nostrorum animas inveniamus
hanc postmodum fortem munitionem. Tunc enim hunc murum ferreum inventuri sumus, si nunc eum fortiter tenemus, videlicet
docendo custodiendo suadendo increpando mulcendo terrendo aliud leniter aliud vero etiam severius agendo. De qua
recte severitate subditur: Et obfirmabis faciem tuam ad eam, et erit in obsidionem. Quid est obfirmare faciem
ad illud in latere despectum (?) nisi ut et animae quae iam caelestis pacis visionem doctor denuntiat si adhuc eam infir-
mari in suis actibus conspicit, remissiorem et clementiorem se minime ostendat? Unde scriptum est: Filiae tibi sunt?
serva corpus illarum et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Infirmae quippe animae adhuc ad appetitum mundi debiles (?)
aliud melius quam severitate servantur, ut obfirmata facies per custodiam severitatis ab omni spe similis remissionis
abducta inconstantem animam terreat atque a delectatione vitiorum districtionis vigor constringat. Quod cum a doctore
agitur, semper necesse est ut dulcedo et humilitas in corde teneatur, quatenus et illud amet et numquam contra eum per elatio-
nem superbiat, cum tamen amorem suum et humilitatem pro utilitate eius prodere recuset. Sequitur: Et circumdabis eam. Circumdat
doctor auditoris animam cum in omne quod in hac vita agitur temptationum laqueos apponi posse denuntiat, ut
undique sit mens pavida, ubique circumspecta, quanto timidior tanto vigilantior vivat. Sequitur: Signum est domus
Israel. Si ad historiam obsidionis quae in Hierusalem facta est respiciamus, signum est domus Israel quod propheta fecit.
Si ad mysterium quod quotidie erga unamquamque animam a doctore agitur, signum est domus Israel et hoc quod egit et
hoc quod agendo nuntiavit. Quia sicut domus Israel obsidionem corporalem pertulit, ita unaquaeque anima quae iam ser-
vire omnipotenti deo incipit, obsidentes se insidias malignorum spirituum sentit, a quibus si vere eripi appetit,
sciat quia eripi sua virtute non possit, sed eius necesse est ut adiutorium speret qui nos et in carne corruptibiles
vincentes per redemptionis suae mysterium praestat etiam super spiritus qui sunt sine carne roborari, Iesus Christus dominus noster,
qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Explicit omelie beati Gregorii pape super primam partem Ezechielis prophete

Incipit omelie eiusdem beati Gregorii pape super extremam partem eiusdem

Quia multis curis prementibus Ezechielis prophete librum coram caritate vestra totum per ordinem
scrutari non licuit, bonis vestris desideriis placuit petere ut saltem extrema eius visio quae ei
facta est de aedificio in monte constituto quae et cunctis est visionibus eius obscurior exponi
debuisset. Et quidem voluntati vestrae parere necesse est, sed dico scire quae hanc in me perturbat animum meum.
Primum quod et eadem visio tantae obscuritatis nebulis tegitur ut vix aliquid in ea intellectu intra lucem videatur.
Aliud quod iam Agilulphum Longobardorum regem ad obsidionem nostram summopere festinantem Padum transisse

cognimus. Unde pensate, fratres karissimi, in caliginosis ac misticis sensibus penetrare quid valeat mens misera timoris sui
perturbacionibus occupata. Quanto enim circa terrena plus satagit, tanto in his que sunt celestia minus videt, pro eo quod
curis suis quasi se dividat, et valde iustus minor est, quia sic scriptum est: Deprimit terrena inhabitacio sensum multa cogitantem.
Que enim superiora penetrare eciam collecta non sufficit, pensate quid agere potest divisa. Sicut aqua quoque et flu-
minis que in multis rivis dividitur a suo alveo siccatur. Sed cum menti adest superna gracia, etsi mentem multarum cogitacionum
inopinatorum pondera deprimunt, virorum hec pene desideriorum elevat. Obscurorum quidem valde est opus quod aggredimur,
sed ponamus animo quia nocturnum iter agimus; restat ergo ut hoc palpando carpamus.
In vicesimo et quinto anno transmigracionis nostre, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno postquam percussa est civi-
tas, in ipsa hac die facta est super me manus domini et adduxit me illuc. Dicturus misticam narracionem, historicam
premittit ut signet quo tempore quod cernebat in revelacione cognovit. Notandum vero quod in exordio libri huius quo anno prophetare
cepit indicavit. In fine vero inseruit quando postremam visionem vidit, ita ut cognosci valeat in quot annis prophe-
cie sue librum dixit. Tempus namque quo prophetare cepit in locucionibus suis inicio posuit, dicens: Aperti sunt celi et
vidi visiones dei in quinta mensis. Ipse est annus quintus transmigracionis regis Ioachim. Nunc vero loquitur dicens:
In vicesimo et quinto anno transmigracionis nostre. Idem namque propheta in captivitate prima cum Ioachim rege
fuerat in Babiloniam transductus. Nam de secunda ulteriorum captivitate subiungit: Quartodecimo anno postquam percussa
est civitas. Undecim quippe annis Sedechias post captivitatem primam in qua propheta Ezechiel cum Ioachim
rege ductus est in Ierosolimorum urbe regnaverat; post captivitatem vero eiusdem Sedechie quando xiiii secunda erat captivi-
tas, quartodecimo anno propheta visionem ultimam videbat. Undecim itaque et xiiii simul iuncti faciunt viginti et quinque.
Si igitur visionem primam quinto captivitatis prime anno locutus est, atque hanc ultimam vicesimo et quinto anno fieri
fuisse describit, profecto patet quia in viginti annis locucionis sue moras usque ad ultimam eius visionem vita
tetendit. Nec movere quempiam debet quod in medio prophetie sue volumine cum de Babiloniorum rege loquitur vicesi-
mi ac septimi anni memoriam facit, quo in loco tamen nichil de tempore sue captivitatis inseruit, aperte demon-
strat quia eius regis tempora describit de quo ut prophetaret acceperat. Quod vero ait: In exordio anni, decima mensis,
tempus simpliciter exprimit, ut quo ipso quoque tempore in corda audiencium mox litteram verbi radice signat quo quam spirituales
fructus postmodum proferat. Notandum vero quod ait: xiiii anno postquam percussa est civitas, ipsa hac die. Quid est
enim quod per hanc visionem ultimam omnipotens deus ea ipsa die dignatus est promissionis sue miracula facere qua die
percussa civitate iram iusticie implevit, nisi quod illa divinitas que in diversitatis motu et mutabilitate
non tenetur ea ipsa luce iusticie afflictos ac penitentes vivificat qua superbientes ac rigidos percutit.
Premissis itaque visionis sue tempore subiungit: Facta est super me manus domini et adduxit me illuc in
visionibus dei, adduxit me in terram Israel et dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat
quasi edificium civitatis vergentis ad austrum. Cumque videlicet civitatis edificium accepi, mox litteram ullatenus per-
[illegible] paulo post subdit: Et ipsum edificium calamo sex cubitorum et palmo. Porta vero eiusdem edificii xiii
cubitis mensurata. Cumque porte frontes esse perhibentur sexaginta cubitorum. Que cuncta sentire iuxta litteram
nullatenus valet. Quomodo enim totum simul edificium calamo uno sex cubitis et palmo mensuratur, et porte edifici-
i xiii cubitis, frontes vero portarum in sexaginta cubitis extenduntur? Porta in civitate est, frontes
vero in portis. Et nulla racio permittit quod minus est quod continet ab eo quod continetur. In scriptura ac sic
et ea que accipi secundum historiam possunt plerumque spiritualiter intelligenda sunt, ut et fides teneatur in veritate
historie et spiritualis intelligencia capiatur de misteriis allegorie. Sic illud quoque nonnumquam quod psalmista ait:
Quoniam videbo celos tuos, opera digitorum tuorum, lunam et stellas quas tu fundasti. Sicut enim in exteriore
descripcione sonat sermo, videmus quia et celi opera dei sunt et luna ac stelle ab eo create atque fundate sunt. Sed si
hoc psalmista iuxta sola exteriora opera et non eciam secundum intellectum misticum asserit, qui celos opera dei pro-
fessus est dicturusque lunam et stellas, cur non eciam solem, quem sine quo eius opus est, pretermittat? Si enim
iuxta solam litteram loquebatur, dicturus luminare minus prius luminare maius dicere debuit, ut ante solem et post
lunam atque stellas fundatas esse perhiberet. Sed quia iuxta intellectum misticum loquebatur, ut lunam scilicet ecclesiam et
stellas omnes sanctos accipere debemus, solem nominare noluit, quia videlicet ipsi creatori soli loquebatur, de quo scriptum est:
Vobis autem qui timetis deum orietur sol iusticie. De quo reprobi in fine dicturi sunt: Sol iusticie non est ortus
nobis. Videbo ergo lunam et stellas quas tu fundasti, et tu tacendo solem, qui factor est, indicatur, quia illi soli
locutus est qui non solum solem et lunam atque stellas corporaliter, sed eciam lunam ecclesiam atque stellas sanctos omnes
spiritualiter fecit. Si ergo cum aliquid de sensu historie aperta racione ducimur ad intellectum allegorie, quanto magis illa
spiritualiter accipienda sunt in quibus iuxta racionem littere nichil historicum sonat. Facta est super me manus domini et
adduxit me illuc in visionibus dei. Manus enim virtute patris, visiones vero ipsam quam acceperat revelacionem
signavit. Manus quippe in visione est, visio in contemplacione. Quibus verbis quid aperte indicat nisi quod nec
de civitate quam videbat iuxta litteram dicat? Nam spiritualiter de ea loquitur quam spiritualiter contemplatur. Et di-
misit me super montem excelsum nimis. Quem ergo signat mons excelsus nimis nisi mediatorem dei et hominum,
hominem Ihesum Christum, qui de terra quidem sed ultra terram est, quia caro eiusdem redemptoris nostri de [illegible] matrisque
sed in summis preminet ex potestate. Quem minus erat ut excelsum diceret nisi adderet nimis, quia non solum homo sed eiusdem
humanitatis comparacione que ab eo assumpta est. Deus homo non solum homo ultra homines sed eciam homo super angelos fuit.
est. Hic enim de illo per prophetam dicitur: In die illo erit fructus terre sublimis. Creator etenim noster quia pro nobis

incarnatus est fructus terre factus est nobis. Sed iam fructus terre sublimis est quia homo natus in terra super angelos regnat
in celo. Quia iuxta David et Pauli vocem omnia subiecit sub pedibus eius. In eo enim quod ei subiecit omnia nichil
dimisit non subiectum ei. Mons ergo iste est et excelsus et minus quia et si de terra est per sumptam humanitatem incomprehensibilis
tamen est ex altitudine divinitatis. Hunc etenim quondam eiusdem divini Ysaias propheta conspiciens in vertice esse montium per
prophetie spiritum sublevatus ait: Erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium. Domus enim domini
Israeliticus populus fuit. Mons itaque domus ille dominus appellatus est qui ex Israelitico populo incarnari dignatus est.
Fuerunt autem in eodem populo sancti viri qui montes iure vocarentur quia per vite meritum ad celestia pervenerunt. Sed incarnatus
unigenitus istis montibus equalis non fuit quia nimirum vita per meritum omnium ex sua divinitate transcendit. Unde et recte
mons super verticem montium dicitur quia excelsus ex divinitate sua inventus est etiam super cacumina sanctorum ut hii qui multum
in deo profecerunt eius vestigia vix potuissent tangere ex vertice cogitationis. Cum ergo illic mons super verticem
montium dicitur ipse hic excelsus nimis esse perhibetur. Sequitur: Super quem erat quasi edificium civitatis vergentis ad
austrum. Notandum quod non dicitur super quem erat edificium sed quasi edificium ut videlicet ostenderet quod non corporalis sed spiritualis
civitatis edificia cuncta diceret. Qui enim non se edificium sed quasi edificium vidisse perhibet cor audientium ad
spiritale fabricam mittit. Sic per psalmistam dicitur: Ierusalem que edificatur ut civitas. Quia eterna illa intime pacis
visio ex sanctorum civium congregatione construitur Ierusalem celestis ut civitas edificatur. Que tamen in hac peregrina pars
tamen dum flagellis percutitur tribulationibus tunditur eius lapides quotidie quadrantur. Et ipsa est civitas scilicet sancta ecclesia
que regnatura in celo adhuc laborat in terra. Cuius civibus Petrus dicit: Et vos tamquam lapides vivi superedificamini.
Et Paulus ait: Dei agricultura Dei edificatio estis. Cuius videlicet civitas habet hic in sanctorum moribus magnum iam edifi
cium suum. In edificio quippe lapis lapidem portat quia lapis super lapidem ponitur et qui portat alium portatur.
Sic itaque in sancta ecclesia unusquisque et alium portat et portatur ab alio. Nam vicissim se proximi tolerant ut per
eos edificium caritatis surgat. Hinc enim Paulus admonet dicens: Invicem onera vestra portate et sic adimplebitis
legem Christi. Cuius legis virtutem denuntians ait: Plenitudo legis est caritas. Si enim vos portare negligo in
moribus vestris et vos tolerare me contempnitis in moribus meis caritatis inter nos edificium unde surget quos
caritatis dilectio per patientiam non coniungit. In edificio ut predixi lapis qui portat portatur quia sic ego iam
eorum mores tolero qui adhuc in consideratione boni operis rudes sunt. Ita ego quoque ab illis toleratus sum qui me
in timore domini profecerunt et portaverunt ut portatus portare discerem. Sed ipsi quoque a moribus suis portati sunt.
Lapides vero qui in summitate atque extremitate fabrice ponuntur ipsi quidem portantur ab aliis sed alios nequaquam
portant quia et hii qui in fine ecclesie id est in extremitate mundi nascituri sunt tolerantur quidem a maioribus ut eorum mores
ad bona vita componantur sed ipsi eos non tolerant qui post illos proficiant. Illos super se fideles fabrice iam lapides
portant. Hunc itaque portant a nobis nos vero portati sumus ab aliis. Omne autem pondus fabrice fundamentum
portat quia mores nostros omnium redemptor noster solus tolerat. De quo Paulus ait: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere
preter id quod positum est quod est Christus Ihesus. Portat fundamentum lapides et a lapidibus non portatur quia redemptor
noster omnia nostra tolerat sed in ipso malum non fuit quod tolerari debuisset. Unde bene nunc dicitur: Dimisit me super
montem excelsum nimis super quem erat quasi edificium civitatis quia mores et culpas nostras ille solus sustinet
qui totam sancte ecclesie sue fabricam portat. Qui per prophete vocem de passe adhuc venientibus dicit: Laborari
sustinens. Non autem sustinendo dominus laborat cuius divinitatis potentia nulla fatigatio contingit sed verbis
condescendens loquens ipsam suam tamen nostram patientiam laborem vocat. Et notandum quod eandem civitatem quam propheta
conspicit ad austrum vergentem vidit. Auster enim ventus quia in sancti spiritus typo poni soleat hii qui in
sacro eloquio studiosi sunt recognoscunt. Sic econtrario per aquilonem sepe diabolus designatur quia et ille re
laxat in calore et hic restringit in frigore. Et veritas dicit: habundabit iniquitas et refrigescet caritas
multorum. Propheta quoque de Iudea asserit dicens: Sicut frigidam facit cisterna aquam sic frigidam fecit maliciam
suam. Hinc enim diabolus eorum propheta attestante dixisse perhibetur: Sedebo in monte testamenti in lateribus aqui
lonis. Et quia torpore mentis sancti spiritus gratia relaxat hinc psalmista ait: Converte domine captivitatem nostram
sicut torrens in austro. Captivitas enim nostra que torporis frigore ad sequendum deum pigra remanserat per
calorem sancti spiritus relaxatur ut currat in amore dei. Unde et nunc dicitur quia civitas que in monte constituta
est ad austrum vergit quia electorum etiam cogitationes suas in afflatu spiritus sancti aperit atque ab omni superbie
sue vertice descendens in deo cum crediderit amoris calorem concipit ut nichil ei debeat nisi eius gratie sub
mitti dilectione calefieri eius afflatu sed munere repleri. Unde et valido amore ferventis contemplator di
cebat: Anima mea exultabit in domino et delectabitur super salutari eius. Quem enim latine salutaris ipse he
braice Ihesus dicitur. Propheta ergo quia vias eius atque miracula redemptionis que nunc cernimus per prophetie spiritum conte
mplabatur exultare se in domino et delectare super Ihesum perhibuit quia inde gaudium in mente conceperat unde
per amorem fortiter. Pensemus itaque si mentes spiritalium patrum in illo delectate sunt qui necdum venerat sed
promittebatur. Cuius nos qui natus sit cuius vias cuius exempla cuius monita postquam venit et redemptorem nostrum cognosci
mus non amamus. Sed ergo civitas ad austrum vergere dicitur. Recte apte dicitur quod post illa civitas scilicet synagoga
in infidelibus suis ad aquilonem stetit que in frigore perfidie duravit. Dicta ergo ecclesia que fidei calore

concupit per calorem ad austrum vergit et quasi calido vento tangitur qui non in sui fiducia sed in dono spiritalis gratie letatur.
Sequitur Et introduxit me illuc. Celestis civitatis edificium ille intrat qui in sancta ecclesia bonorum vitas imitando
considerat. Futurae quippe edificium super montem est electorum sancte ecclesie qualiter in bono proficiat amando considerare.
Iste enim qui iam vitam coniugio ligatam ducat propriis rebus contentus est, aliena non concupit, de suo quoque prout valet
indigentibus largitur, peccata sua quibus cotidiana vita a coniugatis duci non potest flere non negligit. Pro eo enim quod ipsa
familiaris cura animum conturbat sese ad lacrimas concitat. Ille vero iam cuncta que sunt mundi deseruit, nil
eius huius seculi appetit, solius contemplationis cogitatione pascitur, spe premiorum celestium cum lacrimis letatur, ipsa
et que hic gessit est quotidie in eo dum hic secretum quietus nulla eius animum premens mundi cura perturbat, mente
se in optatione celestium gaudiorum dilatat. Alius vero iam huius mundi cuncta deseruit, eius quoque mens in contemplatione
celestium sublevatur, sed tamen pro edificatione multorum locum regiminis tenens, quod rebus presentibus nullo desiderio non succumbit,
ad curas aliquorum propter proximorum compassionem reflectitur ut opus exteriorum cura indigentibus ministrat, verbum vite auditoribus
predicat, animabus simul et corporibus necessaria ministrat. Et qui iam per se ad celeste desiderium iam per contemplationem evolat,
adhuc tamen pro profectu et utilitate proximorum in rebus temporalibus laborat. Quisquis ergo in sancta ecclesia considerare soli-
cite studet ut aut in bonorum coniugatorum vita aut in castitate continentium et omnia que sunt huius mundi derelinquentium
aut etiam in predicatorum sublimitate qualiter proficiat iam civitatis in monte posite edificium intrat. Nam qui ea
considerare meliorum vitam ut proficiat negligit adhuc extra fabricam stat, et si forem que iam sancta ecclesia in medio
hic annuatur, quasi edificium foris conspicit et obstupescit. Et quia exterioribus plus intentus est, intus ingressus non est.
Sequitur Et ecce vir cuius erat species quasi species eris. Ipse signatur in viro qui signatur in monte. Vir autem iste metiri
edificium dicitur, est ipse ille. Et recte duo ut per virum signatur et monte quia et ipse omnia intra sinum cuncta metiendo
disponit et ipse eiusdem structure cementa portat et portando ad celestia sublevat. Hinc in sancto evangelio idem
redemptor noster loquitur dicens Qui intrat per ostium pastor est ovium. Et paulo post Ego sum ostium. Atque iterum
post pauca subiungit Ego sum pastor bonus. Si igitur ipse pastor et ipse ostium et intrat pastor per ostium, cur non
hic in loco et ipse mons et ipse vir intelligitur qui edificium metitur in monte. Sed querendum nobis est cur de eo
viro dicitur cuius species erat eris. Cuncti autem novimus quia metallum eris valde esse durabile atque omnimodo sonorum.
Quid est ergo quod aspectus mediatoris dei et hominum speciei comparatur eris nisi hoc quod apte nominis quia unigenitus filius
formam servi accipiens fragilitatem carnis humane per resurrectionis sue gloriam vertit in eternitatem quia in eo caro facta est
iam sine fine durabilis. Nam surgens a mortuis iam non moritur et mors illi ultra iam non dominabitur. Quid
est autem quod ipsa eius incarnatio sonoro metallo et ad loco comparatur nisi quod per eandem assumptionem humanitatis nunc ipso
innotuit orbibus gloria maiestatis sue. Et quia aspectus eius hic in corpore quod deus mundo innotuit ex carne videt et per Iohannem
dicitur Habebat in vestimento et in femore suo scriptum Rex regum et dominus dominantium. Quid enim vestitus eius nisi corpus
nota quod assumpsit ex virgine. Verumtamen aliud vestitus eius est atque aliud ipse. Nam utrumque vestitus caro dicitur sed tamen
ipsi nos sumus caro qua vestitur. Hoc autem vestitum illius longe ante prophetis aspiciens per nostram passionem sanguine
tinctum dixit Quare rubrum est indumentum tuum et vestimenta tua quasi calcantium in torculari. Cui ipse respondit Torcu-
lar calcavi solus et de gentibus non est vir mecum. Solus enim torcular in quo calcatus est calcavit quia sua
potentia eam quam pertulit passionem vicit. Nam qui usque ad mortem crucis passus est de morte cum gloria surrexit.
Bene autem dicitur Et de gentibus non est vir mecum quia hi pro quibus pati venerat passionis eius participes esse de-
buerant, qui pro eo quod illo tempore necdum crediderant de ipsis in passione quicquam, quorum vita illa passione querebatur. Per
femur vero propago carnis est. Unde ergo per propaginem generis humani se incarnatum ostendens Mattheo vel Luca
narrantibus describitur. In hoc mundo venit ex virgine et per incarnationis sue mysterium quia rex esset et dominus cunctis populis
gentibus indicavit. In vestimento et femore scriptum habet Rex regum et dominus dominantium. Unde enim in mundo innotuit ibi
de se lectionis scriptam inscripsit. Predicatio ergo eius ex carne quasi quidam sonitus ex ere est. Dicatur ergo recte Cuius species
quasi species eris. Sequitur Et funiculus lineus in manu eius. In septuaginta interpretibus funiculus lineus non habetur sed funiculus
cementariorum hic agi solet. Quorum si intellectum verbi translationem ad exponendum teneas, quid aliud cementarios quam sanctos
doctores accipimus qui loquendo spiritualia ad celeste edificium vivos lapides id est electorum animas apponunt. Quamquam
enim antiqui patres quamquam prophete quamquam apostoli quamquam apostolorum successores locuti sunt, quid aliud fuit quam apponendo lapidum
in hac que quotidie construitur fabrica sanctorum. In funiculo autem cementariorum hoc agi solet ut cognoscatur equalitas
vel rectitudo surgentis parietis debeat. Et si lapis intus est foras eicitur, si exterius prominet intus revocatur.
Et de quotidie agit predicatio doctorum ut unaqueque anima cum regiminis onera suscipere fortasse non appetit
etiam si foris apparere appetat intus revocatur. Et rursum que latere vult et sui tantummodo curam gerere si sibi ac multis
esse utilis potest etiam cum latere desiderat exterius producatur ut appareat. Sicque fit ut sanctorum lapidum ordo teneatur
dum sepe et volens ad honorem venire repellitur et honorem fugiens in sacri ordinis arce sublevatur. Sed quia super
interpretationem nostram dicitur Hebreorum historia non habet cementariorum sed funiculus lineus in manu eius habet quod apud nos
[illegible] habetur apponere debemus. Scimus autem quod funiculus lineus subtilior est quam si funiculus fiat aliunde. Et quid in funiculo
lineo nisi subtiliorem predicationem id est spiritalem debemus accipere. Censura eterne legis funiculus fuit sed lineus non fuit
quia rudes populum non subtili predicatione coercebant in quo per penas non peccata cogitationis sed operis resecarunt. Ut
postquam per semetipsum dominus etiam cogitationes hominum predicando religat et peccatum esse peccatum etiam in corde innotuit
funiculum lineum in manu tenuit. Audistis enim quia dictum est antiquis Non mechaberis. Ego autem dico vobis quia
qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Funiculus ergo lineus est predicatio subtilis
que recte audientes ligat ne se vel in minimis cogitationibus dissolvant. Et notandum quod dicitur quia ei funiculus in manu
est quia predicatio in operatione. Tunc se enim audit omne quod docuit sicut scriptum est Que cepit Ihesus facere et docere

Et quia ipse quae dixit etiam scripturae tradidit, ut ad posteros mandarentur, recte subiungitur: Et calamus mensurae in manu eius.
De sancta etiam ecclesia per prophetam alium Dominus pollicetur dicens: Orietur in ea viror calami et iunci. Quod in alio loco exposuisse
me memini, ut per calamum scriptores, per iuncum vero debeant auditores intellegi. Sed quia ad humorem aquae et iuncus et ca-
lamus nasci solet, quia quod una eademque aqua utrique proficiunt. Et calamus quidem ad scribendum assumitur, cum iunco vero scribi
non potest. Quid ergo in iunco et calamo accipere debemus, nisi quod una est doctrina veritatis quae multos auditores irrigat, sed
irrigati alii ad hoc usque in verbo Dei proficiunt ut etiam scriptores fiant velut tamquam calami. Alii vero verba vitae audiunt
et bonae spei et rectorum operum viriditatem tenent, sed tamen ad scribendum proficere nullatenus possunt. Sunt in aqua Dei, nisi quod
ut ita dicam iunci sunt, qui quidem in vivendo proficiunt, sed litteris nequaquam exprimere possunt. Redemptor igitur noster, qui verba
quae dixit etiam per doctorum studium scribi largitus est, in manu calamum tenuit. Qui calamus mensurae dicitur, quia ipsa
doctorum studia sub quadam occulta iudicii dispensatione retinuit, ut et aliis legentibus proficiant, et aliis legentibus
prodesse non possint. Unde sancti apostoli cum ingressu veritatis ~~profert~~ loquendo apertius requirerent cur turbis in pa-
bolis loqueretur, audierunt: Quia vobis datum est nosse mysterium regni Dei, illis autem non. Recte calamus mensurae est,
quia in ipso sacro eius eloquio quod nobis scriptum est occultas esse dispensationes agnoscimus. Nam per incomprehensibile
eius iudicium et alter in mensuram electorum mittitur et alter foras relinquitur, ut illos ad electorum numerum pertingere indicat.
Habet ergo funiculum, habet in manu calamum mensurae, cum eius funiculus locum metitur: alibi funiculum tendit, aliunde retrahit,
et huc ducit quod aliunde subducit. Sic nimirum sic Redemptor noster in collectione hominum facit, dum alios a suis iniqui-
tatibus educit, alios in sua iniquitate derelinquit. In his enim quos colligere dignatus est occulte mensurae funiculum
traxit, et ab his quos relinquendos esse iudicat quid aliud nisi funiculum retraxit, ut et boni intra mensuram
caelestis fabricae teneantur, et mali extra fabricam in quibus bona quae construant sunt quia sine mensura remanserunt.
Hunc funiculum et mensurae calamum in manu sua Redemptor noster tenuit, cum Paulum apostolum per apparitionem viri
Act 16 Macedonis ammonere dignatus est, ut videret Macedo vir dicens: Transiens adiuva nos, et cum vellet apostolos
ad praedicandum ire in Asiam, non permisit Spiritus Iesu. Quid est quod sancti apostoli et ibi vocantur ire ubi fortasse per-
gere non cogitabant, et illic ubi desiderabant pergere ire prohibentur, nisi quia occulti iudicii funiculum et mensurae ca-
lamum tenet in manu, ut et alii vitae verba audiant, et alii nullatenus audire mereantur? Funiculus ergo mensurae est
qui alio tractus est, aliunde retractus. Dicto quoque evangelio teste didicimus quod venit quidam dicens: Domine, sequar te quo-
cumque ieris. Cui responsum est: Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum
reclinet. Venit alter qui dicit: Domine, sine me prius ire et sepelire patrem meum. Cui dicitur: Sine mortuos
ut sepeliant mortuos suos, tu autem sequere me et annuntia regnum Dei. Quid est quod ille promittit se ire et
despicitur, iste domum habet redire et tamen ut sequi debeat imbetur? Ille non suscipitur, iste nec ad horae momentum
ad obsequium relaxatur. Intuemur ergo occulti iudicii dispensatione funiculus et mensurae calamus ducatur, in quo et
iste trahitur et ille relinquitur, ut caelestis fabrica non sine pio et iusto ordine construatur. Potest etiam calamus men-
surae scriptura sacra per eo intellegi quod quisquis hanc legit in ea semetipsum metitur, vel quantum in spiritali profectu vir-
tute, vel quantum a bonis quae praecepta sunt longe disiunctus remansit, quantum iam assurgat ad bona facienda,
vel quantum adhuc in pravis actibus prostratus iaceat. Sequitur: Stabat autem in porta. Dominus quippe in porta stat, quia ex quadam
parte intus est, ex quadam foris, quia aliquid eius foris aspicitur, aliud vero intus absconditur. Redemptor itaque
noster incarnatus pro nobis, ante humanos oculos quasi in porta stetit, quia et per humanitatem visibilis
apparuit, et seipsum invisibilem in divinitate servavit. Hunc enim iudaei qui hunc ex prophetarum promissione sustine-
bant, per fidem suae confusione turbati sunt, quia eum quem ad ereptionem suam venire crediderant mortalem videbant.
Quem igitur in porta stat, sicut superius dictum est, ex quadam parte foris, ex quadam vero parte intus videtur. Unde
nec ipsa iniquorum perfidia sine divinae virtutis est confessione derelicta. Nam miracula eius videntes stupebant, ut
crederent, sed rursum passiones illius perpendentes dedignabantur Deum quaerere quem carne mortalem videbant. Unde
factum est ut de eius cognitione dubitarent. Videbant enim esurientem, sitientem, comedentem, bibentem, lassescentem,
dormientem, et purum hunc hominem esse aestimabant. Videbant mortuos suscitantem, leprosos mundantem, caecos illu-
minantem, daemonia eicientem, et hunc ultra homines senciebant, sed ipsa eius miracula in corpore corde cogitantes
humanitas perturbabat. Unde sancta ecclesia sub sponsae voce hunc aperte iam videre desiderans ait: Ecce ipse stat
post parietem nostrum. Quem enim humanis oculis hoc quod de mortali natura assumpsit ostendit et in semetipso invisibilis per-
mansit, in aperto se videre quaerentibus quasi post parietem stetit, quia videndus se manifestavit sed manifeste non praebuit.
Quasi enim post parietem stetit, qui humanitatis naturam quam assumpsit ostendit, et divinitatis naturam humanis oculis occul-
tavit. Unde et illic subditur: Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Quisquis enim per fenestras vel per
cancellos respicit nec totus videtur. Sic nimirum Redemptor ante dubitantium oculos factus est, quia miracula faciens
si nihil pertulisset, ut deus plene eis apparuisset; ut deus et rursum humana patiens si nulla fecisset, ut homo purus
putaretur homo. Sed quia et divina fecit et humana pertulit, quasi per fenestras vel per cancellos ad homines prospexit, ut deus
et appareret ex miraculis et lateret ex passionibus, sed tamen esse ultra homines ex miraculis agnosceretur. Sed quia vir iste
stare in porta dicitur, quaerendum nobis est utrum facie intus an extra conversus stetit. Quod nimirum si ea quae sunt praemissa et
subiuncta aspiciat, citius qualiter stetit invenimus. Prius enim dicitur: Erat quasi aedificium civitatis vergentis ad austrum, et
introduxit me illuc; et paulo post de eodem viro subditur: Stabat autem in porta. Statim quoque subiungitur: Et locutus
est ad me idem vir. Quem enim introducto propheta in aedificium stans in porta locutus est, profecto constat quia facie
intus et tergo extra stetit. Sed introductus propheta cum vir stans in porta locutus est, procul dubio faciem ad portam
tenebat, unde verba loquentis audiebat. Quid est ergo quod vir intus aspiciat, propheta foris? Quid est quod eius

veri faciem ad edificium, propheta vero oculi sunt ad portam, nisi quod unigenitus patris idcirco incarnatus est ut nos ad spirituale
edificium id est ad sancte ecclesie fidem introduceret, cuius ecclesie edificium sine se aspicit quia quantum quisque in virtutibus profi-
ciat intendit attendit. Propheta vero ad portam respicit quia qui verba dei audit suos oculos cordis ponere ad quo-
tidie debet et sui redemptoris meditari qualiter a presenti vita exeat atque ad eterna gaudia pertingat. Propheta ipse quippe in-
carnatus est dominus ut nos et introduceret ad fidem et adduceret ad speciem visionis sue. Unde in evangelio quoque loquitur
dicens per me siquis introierit salvabitur et ingredietur et egredietur et pascua inveniet. Ingredietur videlicet ad fidem, egre-
dietur autem ad speciem, pascua vero inveniet in eterna satietate. Hinc enim psalmista ait dominus custodiat introitum
tuum et exitum tuum. Custodit enim dominus uniuscuiusque anime introitum quo intrat ad fidem, exitum quoque quo exit ad
speciem, ut neque intrantes ecclesiam erroribus supplantetur neque ab hac temporali ad eternam exeuntes ab antiquo hoste ra-
piatur. Propheta vero huius egressum nostri quem quotidie debemus mente meditari redemptoris nostri. Paulus quoque loquitur dicens
ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra improperium eius por-
tantes. Non enim hic habemus manentem civitatem sed futuram inquirimus. Vir itaque qui apparuit in porta stetit
atque ita locutus est quia mediator dei et hominum homo Christus Iesus in ipso quoque passionis sue tempore precepta vite dis-
dedit, ut hi qui in eum credunt ad portam se conspiciant et passionem eius solicita consideratione pensantes a suo
quoque exitu cordis oculos non avertant. Nos quoque tamen iam carnis claustra despicimus, mortalitatis nostre angustias
per immortalitatis desiderium transire, in superne lucis libertate tendere, ad celestis patrie gaudia anhelare cupimus,
ad portam oculos tenemus, quia dum a rebus temporalibus transire ad eterna cupimus quasi iam presentis vite terminum dedimus
et cordis faciem in desiderio exitus nostri habemus. Desiderium quippe est: corpus quod corrumpitur aggravat animam et
deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Si itaque per contemplationem iam mente quod carnis angustias
tendimus, adhuc tamen in se iunctis que cogimur ipsa carnali angustia intra portam tenemur. Sepe namque
animus ita in divina contemplatione suspenditur ut iam se perspiciat de eterna illa libertate quam oculus non vidit nec
auris audivit aliquid per quandam imaginem letetur, sed tamen mortalitatis pondere verberatus ad yma relabitur, quia usque
pene sue vinculis ligatus tenetur. Porte igitur intendit qui vere libertatis gaudium conspicit iam quoque exire concu-
piscit sed adhuc non valet. Hinc est quod hebraicus populus de egyptia servitute liberatus cum loquente deo columpnam
nubis cerneret, unusquisque in tabernaculi sui foribus stabat et adorabat. De quibus paulo superius dicitur: cum
egrederetur moyses ad tabernaculum surgebat universa plebs et stabat unusquisque in ostio papilionis sui.
Ibi etenim stamus ubi mentis oculos figimus. Unde helias ait: vivit dominus in cuius conspectu sto. Ibi utique sta- 3 reg xvii
bat ubi cor fixerat. Quid est autem oculos populi columpnam nubis aspicere et in tabernaculi sui foribus stare
atque adorare, nisi quod humana mens cum superiora illa atque celestia utcumque in enigmate conspicit iam clau-
stra habitationis corporee per sublevatam cogitationem exit atque illud humiliter adorat cuius etsi videre speciem
non valet iam tamen eius potentiam per illuminationem spiritus veneratur. Ut cum moyses tabernaculum ingreditur cuius
terga populus aspiciat et in papilionum suorum ostiis consistit, quia cum sanctus quisque predicator alta de deo loquitur
superne habitationis iam utcumque tabernaculum ingreditur. Cuius predicationis misterium quamquam etsi virtute plene
penetrare non possunt, tamen velut terga aspiciunt, quia postrema que prevalent per intellectum sequuntur, sed in ipsis quoque minimis
que capere sufficiunt iam desub papilionibus quasi exeunt atque in ostiis stant, quia et habitacula carnis re-
linquunt et ad illa eterne vite gaudia que audiunt progredi conantur. Hinc est etiam quod helias cum vocem
domini secum loquentis audiret in spelunce sue ostio stetisse describitur et faciem velasse, quia cum per contemplationis
gratiam vox superne intelligentie fit in mente, totus homo iam intra speluncam non est, quia animum iam carnis
cura non possidet, sed stat in ostio, quia mortalitatis angustias exire meditatur. Sed iam qui in ostio spe-
lunce consistit et verba dei in aure cordis percipit, necesse est ut faciem velet, quia dum per supernam gratiam ad altiora
intelligenda ducimur, quanto sublimius levamur tanto nos per humilitatem nosmetipsos in intellectu nostro premere
debemus (nec tamen plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem), ne dum nimis in subtilia discutimus
oberremus. Ne in illa natura incorporea corporei luminis aliud quiddam claritatis cum intendit et faciem operire est
vocem interioris sapientie audire per mentem et tamen ab omni specie corporea oculos cordis avertere, ne quid sibi in illa spe-
cie corporale aliquid fingat que ubique tota et ubique incircumscripta est. Nos itaque fratres karissimi qui iam per redemptoris
nostri mortem ac resurrectionem atque ad celos ascensionem gaudia eterna didicimus, qui in testimonio divinitatis eius
apparuisse cognovimus cives nostros angelos, illius civitatis concupiscamus regem et desideremus cives quos cognovimus,
atque in hoc sancte ecclesie edificio stantes oculos in portam teneamus. Terminum terra mentis huius corruptionis vite temporalis,
et attendamus cordis faciem ad celestis patrie libertatem. Sed quia adhuc multa sunt que nos de nostra vite
corruptibilis premunt, quia ergo perfecte exire non possumus, saltem in spelunce nostre ostio stemus, quousque
ipse per gratiam redemptoris nostri qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen. xviij

Ne quidam me tacita fortasse cogitatione reprehendat quod Ezechiel prophete tam profunda misteria
a magnis expositoribus intemptata discutere presumo, qua mente id faciam agnoscat. Non enim hec
temeritate aggredior sed humilitate. Scio enim quia plerumque multa in sacro eloquio que solus intel-
ligere non potui coram fratribus meis positus intellexi. Ex quo intellectum et hoc quoque intelligere studui ut scirem
quorum merito mihi intellectus daretur. Patet enim quia hoc mihi pro illis datur quibus mihi presentibus datur. Ex qua re
Deo quoque nostro munere agitur ut sensus crescat et elatio decrescat, dum propter vos disco que inter vos doceo, quia verum
largiente deo agitur ut sensus crescat et elatio decrescat ... quidquid ergo in hoc propheta minus a me tractatum est, si quid
fateor plerumque vobiscum audio quod dico.

vero intelligere apte potuero cognitionis munere vite veracionis. Sepe autem per omnipotentis Dei gratiam in eius eloquio quedam intelliguntur melius cum servis Dei secretius leguntur, atque animus culparum suarum conscius dum recognoscit quod audierit, doloris se iaculo percutit et compunctionis gladio transfigit, ut nichil ei nisi flere libeat, et fluctibus fletuum peccatorum maculas lavare. Inter que etiam aliquando ad sublimiora contemplanda rapitur et in eorum desiderio suam fletu cruciat. Dolet sese hic esse adhuc ubi prostrata per infirmitatem iacet, atque illuc adhuc non esse ubi illuminata fortiter vigebat, etiam mentis oculum ad mortalitatis tenebras non reducat. Hic itaque hic ardor nascitur in mente lectoris ab ortu quo ardore, et quia inherere in celestibus nequiter valet, fervore suo in lacrimis fessa requiescit. Sed aliud est cum de uniuscuiusque profectu res agitur, aliud cum de edificatione multorum. Ea itaque doctrine sermone largiente duo proferenda sunt, que vitam audientium moveres compunxit. Nunc ergo quicquid nos ad studium bone operationis edificat in prophete verbis sic cepimus consequamur. Fili hominis vide oculis tuis et auribus tuis audi. Ad testimonium spiritalium rerum deducti, quid est quod dicitur vide oculis et additur tuis, et cum subditur audi auribus adiungitur tuis? Sed sciendum quia oculi atque aures corporis assunt etiam carnalibus eis que sunt in usu rerum corporalium quia corporalia videt. Oculi vero atque aures cordis solummodo spiritalium sunt, que invisibilia per intellectum videt et laude Dei sic sonum audiunt. Has corporis dum aures querebat cum diceret: Qui habet aures audiendi audiat. Cunctis namque in illo populo esse tunc poterit qui aures corporis non haberet. Sed cum dicitur qui habet aures audiendi audiat, aperte monstratur quia illas aures quereret quas omnes habere non poterant. Dicatur ergo: Fili hominis vide oculis tuis et auribus tuis audi. In priori autem locutione magis petite iam dixisse cur propheta quotiens ad videnda spiritalia ducitur, filius hominis appellatur. Sed nunc hoc mente concessit breviter replico, quia in hac appellatione memoratur sibi quod est, cum infirmitate ne extollatur de contemplationis magnitudine. Et notandum quod diversa sunt ut dicatur: oculis tuis vide et auribus tuis audi, et cum filius hominis vocetur. Sed per ista verba quid ei aliud aperte dicitur nisi spiritualia spiritaliter aspice, tamen carnalis infirmitatis tue memorare? Hic est etiam quod plerumque qui plus in contemplatione rapitur, conlugat ut amplius in temptatione fatigetur. Sicut quibusdam sepe contingere bene proficientibus solet, quorum mentem dum aut compunctio afficit aut contemplatio super semetipsam rapit, statim etiam temptatio sequitur, ne de hiis ad que rapta est extollatur. Nam compunctione vel contemplatione ad Deum erigitur, sed temptationum suarum pondere reverberatur ad semetipsam, quatinus temptatio aggravet ne contemplatio inflet, et iterum contemplatio elevet ne temptatio demergat. Si enim sic contemplatio attolleret ut temptatio funditus deesset, in superbia animus caderet, et si sic temptatio premeret ut contemplatio non elevaret, plene in culpam laberetur. Sed mira dispensatione in quodam medio animam librat, ut neque in bonis superbiat neque in malis cadat. Unde et per beatum Iob de Deo dicitur: Et aquas appendit in mensura. Aquas quippe Deus in mensura appendere est inter prospera et adversa, inter dona et temptationes, inter summa et infima electorum spiritum in humilitate custodire. Sic Helias ignem de celo deposuit, aquas celo ligavit, et tamen pavore unius mulieris territus per deserta fugiebat. Apparet fugienti angelus, cibum prebet, quia longum iter restat predicat, et tamen timorem de corde non conterit, quia in prophete mente magna erat custodia fortitudinis illa infirmitas timoris. Sequitur: Et pone cor tuum in omnia que ego ostendam tibi, quia ut ostendantur tibi adductus es huc. Annuntia omnia que vides domui Israel. Pone cor tuum. Ac si dicatur: considera, quia ut ostendantur tibi adductus es huc, et annuntia omnia que vides. Ideo adductus es ut videas, et ideo vides ut annunties. Quisquis spiritalia videndo proficit oportet ut hec loquendo etiam aliis aperiat. Videt quippe ut annuntiet qui in eo quod in se proficit etiam predicando de profectu proximi curam gerit. Unde et alibi scriptum est: Qui audit dicat veni. Cui enim iam vox vocantis Dei efficitur in corde, necesse est ut proximo per predicationis officium erumpat in voce, et idcirco aliud vocet qui iam ipse vocatus est. Unde sponsus quoque in canticis canticorum loquitur dicens: Que habitas in ortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. In ortis enim sancta ecclesia, in ortis unaqueque anima habitat, que ad viriditatem spei est et bonorum operum caritate repleta. Viridis quippe spes est huius sancti qui omnia que hic amatur cum festinatione marcescunt. Et Petrus nos apostolus festinare admonet dicens: Filii hereditate incorruptibilem incontaminatam et immarcescibilem. Que ergo iam in ortis habitat, sed ut sponsum suum vocem suam audire faciat, in cantum bone predicationis emittat, in qua ille delectetur. Quem desiderant quia amici auscultant, id est electi, qui ut ad celestem patriam remeant verba vite audire desiderant. Sed iam propheta ea nobis que vidit aperiat. Sequitur: Et ecce murus forinsecus in circuitu domus undique. Plerumque in sacro eloquio cum predicationis sue munimine murus ipse Dominus incarnatus dici solet, sicut de sancta ecclesia per Ysaiam dicitur: Ponetur in ea murus et antemurale. Ipse enim nobis murus est qui nos undique circundat custodiendo, et antemurale ante murum nostrum prophete omnes fuerunt qui prius quam Dominus appareret in carne ad construendam fidem prophetando missi sunt. In sancta ergo ecclesia Dominus murus nobis et prophete eius antemurale sunt positi, quia ad nos quos ipse per se protegit, etiam prophetarum verba in fidei constructione venerunt. Unde et bene prius murus et post antemurale ponitur, quia vocati ex gentibus nisi prius Dominum cognosceremus, prophetarum illius dicta minime suscepissemus. Et notandum quod iste murus spiritalis edificii esse forinsecus dicitur. Murus quippe qui ad munitionem edificii construitur non intra sed extra poni solet. Quid ergo necesse fuit ut diceretur forinsecus, dum nusquam poni murus intrinsecus soleat? Quia necesse est ut extra positus ea que intus sunt defendat. Sed in hoc verbo quid aperte nisi Dominica incarnatio demonstratur? Murus enim nobis intus est Deus, murus vero foris est Deus homo. Unde ei per quendam prophetam dicitur: Existi in salutem populi tui ut salvos facias christos tuos. Iste etenim murus incarnatus, unde Deus murus nobis non esset si forinsecus non fuisset, quia intus nos

auribus

Apoc. ult.

murus

non protegeret, si potius non appareret. Sed neque hoc negligenter praetereundum est quod isdem murus positus dicitur in circuitu domus undique. Domus quippe non solum dici angeli, de quibus psalmista ait: Domine dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae, sed etiam nos sumus, quorum mentes inhabitare dignatur. Et murus iste undique in circuitu domus est, quia unigenitus patris qui custos est civitatis angelorum, ipse defensor factus est redemptorum hominum. Illis fortitudo ne caderet, nobis adiutorium ut surgeremus post casum. Et vero per domum dei hoc loco sola redemptorum hominum multitudo signatur, undique nobis dominus et per circuitum murus est, quia ut nos perfecte custodiret omnia quae docuit ostendit. Sic scriptum est: Quae coepit Iesus facere et docere. Summa enim vocare nos ad caelestem patriam venit, minima despicere nos transitoria bona docuit, et mala temporalia non timere. Divitias et obprobria non despexit, iniurias pertulit, mortem non timuit, crucis patibulum non refugit. Sed cum homines voluissent rapere et regem constituere, statim fugit. Quid nos aliud his exemplis innuens nisi ut dona huius mundi et adversa non metuere et prospera vitare, quia plerumque eius bona occupant animum quam mala perturbant. Ante passionem vero sua contumelias audivit, ut tu contumelias audiens traditorem suum dominum tractatum pertulit, quia ficte salutantis dolosi osculum non refugit. Resuscitavit, suscepit mortem ne mori timeremus; ostendit resurrectionem ut nos resurgere posse crederemus. Post passionem quoque sua de his qui se crucifixerant ad fidei gratiam vocat, bonum pro iniquitate reddidit. Cum ergo nos exemplo suo de omnibus instruxit, murus nobis per circuitum et undique factus est deus. Et in manu viri calamus mensurae sex cubitorum et palmo. Praedicta lectione iam diximus quod per calamum scriptura sacra signatur. Qui calamus mensurae esse dicitur, quia in ipsa omnem vitae nostrae actionem metimur, ut si videamus vel quantum proficiamus vel quantum longe a profectu distamus. Nam saepe cogitatio iam magna multi nos esse credimus, sed cum ad verba dei recurrimus, praecepta sublimia audientes, ibi cognoscimus quantum a perfectione minus habeamus. Calamus ergo mensurae est, quia per manus scribentium vitam mensurat auditorum. Qui calamus in manu viri esse dicitur, scilicet quia sacrum eloquium in potestate est mediatoris dei et hominum Iesu Christi, sed etiam quia hoc quod scribi voluit operando complevit. Idem vero calamus sex cubitorum esse describitur. Duae etenim vitae sunt in quibus nos omnipotens deus per sacrum eloquium erudit, activa videlicet et contemplativa. Et per sex cubitos quid aliud quam activa exprimitur, quia sexto die perfecit deus omnia opera sua. Calamus vero qui super sex cubitos esse dicitur iam de

Activa vita

septimo est, sed tamen cubitus non est. Activa ergo vita signatur per sex cubitos, et contemplativa per palmum, quia illa opere perficitur, de ista vero etiam cum contendimus vix parum aliquid attingere valemus. Activa enim vita est panem esurienti tribuere, verbo sapientiae nescientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis viam superbientem proximum revocare, infirmantis curam gerere, quae singulis quibusque expediat dispensare, et commissis nobis qualiter subsistere valeant providere. Contemplativa vero vita est caritatem quidem dei et proximi tota mente retinere, et ab exteriore actione quiescere, soli desiderio conditoris inhaerere, ut nil iam agere libeat, sed calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui creatoris animus inardescat, ita ut iam noverit carnis corruptibilis pondus cum maerore portare, totisque desideriis appetere illis hymnidicis angelorum choris interesse, admisceri caelestibus civibus, de aeterna in conspectu dei incorruptione gaudere. In palmo itaque manus et digiti tenduntur, sed parum quiddam mensura cubiti per palmum contingitur, quia quantolibet amore animus ardeat, quantalibet virtute se in deum et cogitatione tendit, non iam quod amat perfecte videt, sed adhuc inchoat videre quod amat, quia sicut fortissimus praedicator dicit: Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Et: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. De septimo ergo cubito palmum tangimus, qui in hac vita positi contemplationis intimae sola initia degustamus. Activa enim vita quia perfecte teneri potest, in sexto die homo est conditus, quia bona dei operari, sex cubitos calamus habet. Bene has utrasque vitas illae duae mulieres signaverunt, Martha videlicet et Maria, quarum una satagebat circa frequens ministerium, alia vero sedebat ad pedes domini et audiebat verba de ore eius. Cumque contra sororem Martha quereretur quod se adiuvare negligeret, respondit dominus dicens: Martha, occupata es et satagis circa multa. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. Ecce pars Marthae non reprehenditur, sed Mariae laudatur. Neque enim bonam partem elegisse dicitur Maria, sed optimam, ut etiam pars Marthae indicaretur bona. Cur autem Mariae pars sit optima, subinfertur cum dicitur: Quae non auferetur ab ea. Activa etenim vita cum corpore deficit. Quis enim in aeterna patria panem esurienti porrigat, ubi nemo esurit? Quis potum tribuat sitienti, ubi nemo sitit? Quis mortuum sepeliat, ubi nemo moritur? Cum ergo praesenti saeculo vita aufertur activa, contemplativa autem hic incipit, ut in caelesti patria perficiatur, quia amoris ignis qui hic ardere inchoat, cum ipsum quem amat viderit, in amore amplius inardescit. Contemplativa ergo vita minime aufertur, quia subtracta praesentis saeculi luce perficitur. Has utrasque vitas sicut et aliquando vobis dictum est duae beati Iacob mulieres signaverunt, Lia videlicet et Rachel. Lia quippe interpretatur laboriosa, Rachel vero ovis vel visum principium. Activa autem vita laboriosa est, quia desudat in opere; contemplativa vero simplex ad solum videndum principium anhelat, videlicet ipsum qui ait: Ego sum principium qui et loquor vobis. Beatus autem Iacob Rachel quidem concupierat, sed in nocte accepit Liam, quia videlicet omnis qui ad dominum convertitur, contemplativam vitam desiderat, quietem aeternae patriae appetit, sed prius necesse est ut in nocte vitae praesentis operetur bona quae potest, desudet in labore, id est Liam accipiat, ut post ad videndum principium in Rachelis amplexibus requiescat. Erat autem Rachel videns et sterilis, Lia autem lippa sed fecunda, Rachel pulchra et infecunda, quia contemplativa vita speciosa est in animo, sed dum quiescere in silentio appetit filios non generat ex praedicatione. Videt et non parit, quia quietis suae studio minus se in aliorum collectione succendit, et quantum intrinsecus conspiciat aperire aliis praedicando non sufficit. Lia vero lippa et fecunda est, quia activa vita dum occupatur in opere minus videt, sed dum modo per verbum, modo per exemplum ad imitationem sua proximos accendit, multos in bono opere filios generat. Et si in contemplatione mentem tendere non valet,

Recte ergo in mensura calami prius sex cubiti et postmodum palmus dicitur quia ante activa vita agitur ut ad contemplativam
postmodum veniatur. Sed sciendum est quia sicut bonus ordo vivendi est ut ab activa in contemplativam tendatur, ita plerumque utiliter
a contemplativa animus ad activam reflectitur ut per hoc quod per contemplativam mentem accendit perfectius activam teneat. Debemus ergo nos
et activam ad contemplativam transmittere et aliquando tamen pro eo quod introrsus mente conspeximus ad activam melius a contemplativa
revocare. Unde et ipse Iacob et post Rachelis amplexum ad Liam redit quia et post visum principium laboriosa vita boni
operis non est funditus deserenda. Est autem in contemplativa vita mentis magna contentio cum sese ad celestia erigit
cum in rebus spiritualibus animum tendit, cum transgredi nititur omne quod corporaliter videtur, cum sese angustat ut dilatet
et aliquando quidem vincit et reluctantes tenebras sue cecitatis exsuperat ut de incircumscripto lumine quiddam furtim et tenuiter
attingat sed tamen ad semetipsam protinus reverberata revertitur atque ab ea luce ad quam respirando transit ad sue
cecitatis tenebras redit suspirando. Quod bene sacra historia designat que beatum Iacob cum angelo luctatum nar-
rat. Cum enim ad parentes proprios rediret in via angelum invenit cum quo in luctamine magnum certamen habuit. In
eo enim qui certat in luctamine aliquando superiorem se aliquando vero eum cum quo contendit inferiorem invenit. Designat ergo angelus
dominum et Iacob qui cum angelo contendit uniuscuiusque perfecti viri et in contemplatione positi animam exprimit. Que vi-
delicet cum contemplari deum nititur velut in quodam certamine posita modo quasi exsuperat quia intelligendo et sentien-
do de incircumscripto lumine aliquid degustat, modo vero succumbit quia et degustando iterum deficit. Quasi ergo vincitur
angelus quando intellectu intimo apprehenditur deus. Sed notandum est quod ipse victus angelus nervum femoris Iacob te-
tigit eumque marcescere statim fecit atque ab eo tempore Iacob uno claudicabat pede quia omnipotens deus cum iam per desi-
derium et intellectum cognoscitur omnem in nobis voluptatem carnis arefacit. Et qui prius quasi duobus pedibus
innitentes et deum videbamur querere et seculum tenere post agnitionem suavitatis intime unus in nobis pes sanus
remanet atque alius claudicat quia necesse est ut debilitato amore seculi solus in nobis amor convalescat dei.
Si ergo tenemus angelum uno claudicamus pede quia dum crescit in nobis fortitudo amoris vel dei intimi infirmatur
procul dubio fortitudo carnis. Omnis quippe qui uno pede claudicat soli illi pedi innititur quem sanum habet quia
et cui desiderium terrenum iam arefactum fuit in solo pede amoris dei tota virtute se sustinet et in ipso stat
quia pedem amoris seculi quem ponere in terra consueverat iam a terra suspensum portat. Et nos ergo si ad parentes
proprios id est ad spirituales patres redimus teneamus in via angelum ut suavitatem intimam apprehendamus dei. Contem-
plative etenim vite amabilis valde dulcedo est que super semetipsam animam rapit celestia aperit terrena
autem despicienda esse contemptum ostendit spiritualia mentis oculis patefacit corporalia abscondit. Unde bene etiam in Can-
ticis canticorum dicitur: Ego dormio et cor meum vigilat. Vigilante etenim corde dormit qui per hoc quod intus con-
templando proficit ab inquieto foris opere quiescit. Sed inter hec sciendum est quia quamdiu in hac mortali carne vivitur
nemo ita in contemplationis virtute proficit ut in ipso iam incircumscripto luminis radio mentis oculos infigat. Neque
enim omnipotens deus iam in sua claritate conspicitur sed quiddam sub illa speculatur anima unde refecta proficiat
et post ad visionis eius gloriam pertingat. Sic namque Ysaias cum se dominum fatetur vidisse dicens: In anno quo
mortuus est rex Ozias vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, protinus adiunxit: Et ea
que sub ipso erant implebant templum. Cum enim Ozias rex superbus ac presumptor moritur dominus videtur, quia cum
mentis elatio a desiderio mentis occiditur tunc ipsa mens gloriam dei contemplatur. Et notandum quod dominus super
solium excelsum et elevatum sedet. Quid namque est eius solium nisi creatura angelica vel humana cui per intel-
lectum quem dedit presidet. Quod videlicet solium excelsum et elevatum dicitur quia et natura humana ad celestem gloriam
elevata proficit et creatura angelica dum malis spiritibus cadentibus iam solidata est in celo ne cadat inde
elevata est unde confirmata. Templum vero eius hoc est quod solium quia eius rex ibi habitat ubi sedet. Nos
ergo templum illius sumus in quorum mentibus habitare dignatur. Sed ea que sub ipso erant implebant templum
quia quicquid de illo modo conspicitur adhuc non est ipse sed sub ipso est. Sic Iacob angelum vidit et vidisse dominum
fatetur quia et cum in substantia eius conspicimus iam nimium est quod super nosmetipsos levamur. Notandum vero quod dicitur implebant
quia si angelus apparet infirme tamen menti satis desiderio facit ut si adhuc magis non potest iam tamen minus
quod videt ammiretur. Ea ergo que sub ipso sunt implent templum quia sic deus est et cum mens in contemplatione
proficit non iam quod ipse est sed id quod sub ipso est contemplatur. In qua videlicet contemplatione iam quietus etiam
gustus contingit. Cuius quia quies quedam quasi prius est et perfecta esse nunc non potest recte in Apocalypsi scriptum est: Factum
est silentium in celo quasi media hora. Celum quippe est anima iusti sicut per prophetam dominus dicit: Celum mihi sedes
est. Et: Celi enarrant gloriam dei. Cum ergo quies contemplative vite agitur in mente silentium fit in celo quia
a terrenorum actuum strepitu quiescit a cogitatione ut ad secretum intimum aurem animus apponat. Sed quia hec quies
mentis esse in hac vita perfecta non potest nequaquam hora integra factum silentium in celo dicitur sed quasi media
ut nequaquam ipsa media plena sentiatur cum premittitur quasi, quia mox ut se animus sublevare ceperit et quietis
intime lumine perfundi, redeunte turba cogitationum strepitu de semetipso confunditur et confusus cecatur. Vita
ergo contemplativa que illic hora quasi media dicitur apud Ezechielem prophetam non cubitus sed palmus appellatur.
Hec fratres karissimi de utriusque vite causis compendiose curavimus paulo latius per excessum locuti sumus.
Sed bonis mentibus utraque eadem vita est ad agendum amabilis esse non debet ad audiendum aliquatenus laudandum.
Sequitur: Et mensus est latitudinem edificii calamo uno altitudinem quoque calamo uno. Omnipotens deus
qui nec in magnis tenditur nec nimis angustatur sic de tota simul ecclesia loquitur ac si de una anima
loquatur. Et sepe quod ab eo de una anima dicitur nichil obstat si de tota simul ecclesia intelligatur. Latitudo itaque
edificii ad caritatem pertinet de qua psalmista ait: Latum mandatum tuum nimis. Vel certe latitudo quia
eos in sinum amoris recipere ullas odii angustias sustinere. Sic quippe lata est caritas ut in

amplitudine dilectionis sue capere et inimicos possit diligere et perpeti. Diligite inimicos vestros benefacite hiis qui oderunt vos. Considerandum
quoque nobis est quod latitudo in equalitate, altitudo vero in sublimitate tenditur. Latitudo ergo pertinet ad caritatem proximi, altitudo
ad intellectum conditoris. Sed latitudo et altitudo edificii uno calamo mensuratur quia videlicet unaqueque anima quantum lata fuerit
in amore proximi tantum et alta erit in cognitione dei. Dum enim se per amorem intus dilatat per cognitionem superius exaltat
et tantum super semetipsam excelsa fit quantum intro se in amore proximi tendit. Et quia edificium quod inhabitat deus
ex angelica simul et humana natura perficitur, per hoc quod angelica natura sursum est et humana adhuc deorsum, per latitudinem
atque altitudinem edificii utraque natura signatur, quia ista adhuc in imis degit, illa vero in sublimibus permanet. Sed
uno calamo mensuratur utraque quia humilitas hominum quoque ad equalitatem perducitur angelorum. Unde scriptum est: Neque nubent
Apoc xxi neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in celo. Et inde per iohannem dicitur: mensura hominis que est angeli. Quia usque ad altitudinem
illam deo glorie perducitur in qua solidatos se angeli letantur. Latitudo ergo edificii tanta est quanta et altitudo
quia electi quique qui modo in imis laborant quandoque illis beatissimis spiritibus non erunt inequales. Sed nos interim
hec recogitemus in mente ac totis medullis cordis deum diligamus et proximum dilatemur in affectu proximi caritatis ut
exaltemur in gloria celsitudinis. Compatiamur per amorem proximo ut iungamur per cognitionem deo. Condescendamus fratribus
in minimis in terra ut coequemur angelis in celo. Quia vir qui sua imagine redemptorem signat mensus est
latitudinem edificii calamo uno, altitudinem quoque calamo uno, hunc qui metitur mores pensat opera cogitationes
considerat et sic sine pondere modo retributionis reddat [illegible] qui cum eo vivit et regnat
in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.

Vir autem calamum mensure in manu eius esse describitur qui venit ad portam que respiciebat ad viam orien-
talem. Quem vero alium porte huius appellatione signat nisi ipsum dominum ac redemptorem nostrum, quia nobis ianua
factus est regni celestis, sicut ipse ait: Nemo venit ad patrem nisi per me. Sed cum eundem virum incarnati
domini figuram dixerimus, querendum nobis est qua ratione conveniat ut idem dominus et per virum designari
valeat qui per portam. Dum vir veniat ad portam, numquid nam ipse venit ad semetipsum? Ita est, quod in evangelio
ipse testatur dicens: Qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde ille fur est et latro. Qui autem intrat
per ostium pastor est ovium. Et paulo post dicit: Ego sum ostium. Atque iterum subiungit: Ego sum pastor bonus. Si ergo
pastor intrat per ostium et ipse ostium est ipse pastor, ipse procul dubio intrat per semetipsum. Ecce dum ezechiel
[illegible] considerandum itaque nobis est qualiter et ipse intret et per semet-
ipsum intret. Dominus etenim ac redemptor noster in sancta ecclesia quam redemit sibi carne una facta est, paulo attes-
tante qui ait: Adimpleo ea que desunt passionum christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Illius caput
corpus ecclesia et huius corporis caput christus. De quo suo capite exultat corpus, vox sancte ecclesie cum per psalmistam dicat:
Nunc autem exaltavit caput meum super inimicos meos. Ecclesia enim quoque ipsa etiam exaltata est, quia nunc caput
suum super inimicos suos exaltatum gaudet in celis. Dum ergo electi quique ad vitam perveniunt quia membra eius
per eum intrant ad eum, ipse per se intrat ad se. Ipse enim in suis membris est qui intrat, ipse caput ad quod
intrant, quia membra perveniunt. Ecce ezechiel propheta multipliciter insinuat quod virum venisse dicit ad portam et quod
eadem porta sit ostendit dicens: que respiciebat ad viam orientalem. Ipse etenim nobis est via qui dicit: Ego sum
via veritas et vita. Ipse etiam orientalis via de quo scriptum est: Ecce vir oriens nomen eius. Porta ergo
viam orientalem respicit quia illum signat qui nobis iter ad ortum lucis fecit. Possunt etiam porte nomine unus-
quisque predicator intelligi quia quisquis nobis ianuam regni celestis ore suo aperit porta est. Unde et per
porte ut in iohannis apocalipsi in extrema huius patrie visione describuntur. Possunt etiam porte nomine scripture
sacre scientia non incongrue intelligi, que dum nobis intellectum aperit celestis regni ianuam pandit. Possumus
porte nomine et fidem accipere quam prima coniungimur ut ad virtutum edificia intremus. Vir hic aperte [illegible]
et ascendit per gradus eius. Quidnam enim sunt gradus huius porte nisi incrementa virtutum? Sive enim in cognitione
mediatoris dei et hominum hominis christi ihesu, seu in scientia divini eloquii, seu in ipsa fide quam diximus accipimus,
quibusdam gradibus ad altiora incrementa pervenimus. Nemo enim repente fit summus, sed in bona conversatione
a minimis quisque inchoat ut ad magna perveniat. De hiis gradibus per psalmistam dicitur: Deus in gradibus eius dig-
noscitur dum suscipiet eam. Dum enim statum ecclesie dominus suscipit, in gradibus eius dinoscitur quia eius gloria
per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascendendo proficit, tantum deus hominibus ex eius virtutibus
innotescit. De hiis quoque gradibus beatus iob loquitur dicens: Per singulos gradus meos pronunciabo eum. Omnipotentem
quippe deum per singulos gradus suos pronunciat qui per incrementa virtutum que accepit ei semper laudem
sue pietatis reddit. Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, psalmista non diceret: Ambu-
labunt de virtute in virtutem. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus est, cum ipsa unaqueque virtus quibusdam
gradibus augetur et per incrementa minorum ad summa perducitur. Alia namque sunt virtutum exordia, aliud pro-
fectus, aliud perfectio. Si enim et ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur, sancti apostoli minime luc xvii
dixissent: Adauge nobis fidem. Et quidam veniens ad dominum qui curari voluit filium suum, cum requisitus
an crederet, respondit: Credo domine, adiuva incredulitatem meam. Pensate rogo quid dicitur: si credebat cur
incredulitatem dicebat? Si vero incredulitatem habere se noverat, quomodo credebat? Sed quia per occulta inspirationis
gratie incrementa suorum gradibus fides crescit, uno eodemque tempore is qui necdum perfecte crediderat simul et credebat
et incredulus erat. Horum incrementa dominus gradus sub messis nomine describit dicens: Sic est regnum dei, quem-
admodum si iactet homo sementem in terram et dormiat et exsurgat nocte et die et semen germinet
et crescat dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat primum herbam deinde spicam deinde plenum

frumentum in spica. Et cum se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Semen homo iactat in terram,
cum cordi suo bonam intentionem inserit. Et postquam semen iactavit dormit, quia iam in spe boni operis quiescit.
Nocte vero exsurgit ac die, quia inter adversa et prospera proficit. Et semen germinat et crescit dum ille nescit, quia dum ad-
huc metiri incrementa sua non valet, semel concepta virtus ad provectum ducitur. Et ultro terra fructificat, quia praeveni-
ente se gratia mens hominis spontanea ad fructum boni operis assurgit. Sed haec eadem terra primum herbam, deinde spicam, dein-
de plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere est inchoationis adhuc bonae teneritudinem habere.
Ad spicam vero herba pervenit, cum se virtus animo concepta ad provectum boni operis pertrahit. Plenum vero fructum in spica
fructificat, quando iam in tantum virtus proficit ut esse robusti et perfecti operis possit. Sed cum se produxerit, statim mittit
falcem, quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim Deus producto fructu falcem mittit et messem suam desecat, quia cum unum- du
quemque ad opera perfecta perduxerit, eius temporalem vitam per emissam sententiam incidit, ut granum suum ad caelestia horrea per-
ducat. Cum ergo desideria bona concipimus, semen in terram mittimus. Cum vero operari recta incipimus, herba sumus. Cum autem
ad provectum boni operis excrescimus, ad spicam pervenimus. Cum in eiusdem operationis perfectione solidamur, iam plenum fru-
mentum in spica proferimus. Herba etenim Petrus fuerat, qui passionis tempore per amorem Dominum sequens hunc confiteri
ad ancillae vocem timebat. Erat enim iam viriditas in mente, quia credebat omnium redemptorem, sed valde adhuc
flexibilis pede conculcabatur timoris. Iam in spica surrexerat, cum eum quem moriturum confiteri timuerat
nuntiante angelo in Galilaea viventem videbat. Sed ad plenum granum in spica pervenerat, quando veniente desuper
spiritu et sua mente in illius amore roborante ita solidatus est, ut vires persequentium despiceret et redemp-
torem suum libere inter flagella praedicaret. Nullus itaque qui ad bonum propositum adhuc in mentis teneritudine
esse conspicitur despiciatur, quia frumentum Dei ab herba incipit ut granum fiat. Vir ergo vestitus lineis venit
ad portam, quia Dominus ac redemptor noster mediator suis initiantibus producitur ad se, et ascendit per gradus eius, quia
nobis proficientibus eo nobis amplius exaltatur, quo altus et incomprehensibilis esse cognoscitur. In virtutu-
m quippe maioribus gradibus ipse ascendere dicitur, quia tanto ipse sublimior nobis ostenditur, quanto noster animus a rebus in-
fimis separatur. Sequitur: Et mensus est limen portae calamo uno latitudine, id est limen unum calamo uno in
latitudinem. Cur postquam dictum est limen portae, statim subiungitur limen unum, nisi quia aperte innuit quod adhuc
unius limen aliud dicatur? Porta autem a limine surgit, ut limen sit portae. Si ergo porta Dominus, quid huius
portae limen est nisi illi antiqui patres, de quorum progenie Dominus incarnari dignatus est? Sicut per Paulum dicitur:
Quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Notandum vero est in
hac Pauli sententia quod dixit: super omnia Deus. Nam et homines dii sunt vocati, sicut Moysi dicitur: Posui te in Deum Pharaonis. Et per psalmistam
Dominus dicit: Ego dixi: Dii estis. Et rursum: Deus stetit in synagoga deorum. Sed aliud est nuncupative, aliud natu-
raliter Deum. Et si Moyses in Deum Pharaonis est positus, sed Deus inter omnia, non Deus super omnia dicitur. Christus vero est
in utero virginis incarnatus Deus super omnia dicitur. Itaque limen portae sunt patres ex quibus ille natus est,
qui nobis aditum regni caelestis aperuit. Limen autem portae uno calamo mensuratur, quia ipsi antiqui patres
qui potuerunt redemptorem nostrum et prophetando et bene vivendo praedicare, etsi non cubitum in perfectione operis
et palmum in inchoatione contemplationis habuerunt, quia omnium eorum vita in veritate fidei et perfecta
operatione et inchoata est contemplatione sublimis reddidit, in uno calamo mensura liminis fuit. Sequitur: Et tha-
lamum uno calamo in longum et uno calamo in latum. Considerandum quid agi in thalamo soleat, atque
inde hoc quod in sancta ecclesia etiam agitur colligamus. In thalamo quippe sponsus et sponsa foederantur et quasi in a-
more iunguntur. Quid ergo sunt in sancta ecclesia etiam thalami nisi eorum corda, in quibus anima per amorem sponso invi-
sibili iungitur, ut eius desiderio ardeat, nulla iam quae sunt in mundo concupiscat, praesentis vitae longitudinem
poenam deputet, cubare festinet et amoris amplexum in caelestis sponsi visione requiescere? Mens itaque
quae iam talis est nullam praesentis vitae consolationem recipit, sed ad illum quem diligit medullitus suspirat, fer-
vet, anhelat, anxiatur. Vilis ei fit ipsa salus sui corporis, quia transfixa est vulnere amoris. Unde et in
Canticis canticorum dicitur: Vulnerata caritate ego sum. Mala autem salus est cordis quae dolorem huius vulneris nescit.
Cum vero anhelare iam in caeleste desiderium et sentire vulnus amoris coepit, fit anima salubrior ex vulnere,
quae prius aegrotabat ex salute. Mentem autem sponsi fortiter amantem de amore vitae praesentis una solet esse
consolatio, si perfectos quod ipsa ab eius visione differtur, aliorum animae eius verbo proficiant et ad caelestis sponsi
amoris facibus inardescant. Maeret quia differri se conspicit. Triste est ei omne quod aspicit, quia illum adhuc
non videt quem videre concupiscit. Sed est, ut dixi, non parva consolatio, si cum fructus animarum differtur, per eam
multi colligantur, ut tarde cum multis videat quem sola videre anima volebat. Unde recte in Cantico sponsa
dicit: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Quid namque sunt flores nisi animae bonum
iam opus inchoantes et desiderium caeleste redolentes? Quid mala de floribus nisi perfectae iam bonorum
mentes, quae ad fructum pervenerunt boni operis de initio sanctae propositionis? Quae ergo amore languet, fulciri
quaerit floribus et stipari malis, quia si illum quem desiderat videre adhuc non permittitur, magna ei est
consolatio si de aliorum profectibus laetetur. Anima ergo quae sancto amore languet floribus malisque fulcitur,
ut requiescat in bono opere proximi, quae adhuc non valet contemplari vultum Dei. Pensemus ergo qualis
thalamus Pauli mens fuerat, qui dicebat: Mihi vivere Christus est et mori lucrum. Omnipotenti Deo iunctum se amore
cognoverat, qui et ipsum vitam tempore et mori lucrum esse deputabat. Hinc est quod iterum dicit: Desiderium habens

dissolvi et cum Christo esse multo magis melius. Sed ecce qui dissolvi desideras quo amore languescas videamus, qua
intentione dicis te conspirans te fulciri quaeso floribus non requiris. Dicit plane: Nam sic permanere autem in carne
habemus necessarium propter vos. Et perfectis discipulis ait: Quae est enim nostra spes aut gaudium aut corona gloriae? Nonne
vos ante Dominum nostrum Jesum Christum? Hinc est quod iste thalamus uno calamo in longum et uno calamo in latum eli-
citur mensus. Longitudo quippe ad longanimitatem contemplationis pertinet, latitudo ad amplitudinem caritatis. Tantum
ergo unusquisque thalamus habet in longitudine quantum et in latitudine habere potuit, quia mens caelesti desiderio succensa quantum
amorem habuit ad colligendum proximum, tantum et longanimitatem exhibet ad compatiendum. Deum et patienter portat mores.
Longitudinis quia mens in profectu proximi dilatat amplitudo caritatis, pertinet etiam ipsa longitudo longanimitatem patiente
quae exhibet proximo designatur. Et quia latitudo caritatem designat, quae sinum mentis aperit et alios per
atque multos in amorem recipit, tanta est longitudo thalami quanta latitudo, quia quanto lata mens fuerit per
amorem, tanto erit et patiens per longanimitatem. Nam tantum quisque portat proximum quantum amat, si cum portas amas,
si despicis amare, despicis tolerare. Quem enim minus diligis minus toleras, quia inruente fastidio carnis sua proximi
adducunt in gravitudine ponderis quae nobis non levigat poena caritatis. Sed et inter thalamos quinque
cubitos. Unum super thalamum dixerat et postmodum esse quinque cubitos inter thalamos narrat, ea videlicet ratione
qua multi thalami unum faciunt, sicut et multae ecclesiae una etiam vocatur. Unde et in Iohannis apostoli septem ecclesiis
scribit, per quas una catholica designatur. Hi itaque qui in sancta ecclesia sic dispositi fuerint amore Dei videre sitiunt
ei quod iam per desiderium coniunguntur, thalami vocantur. Sed tamen sunt in ea quidam qui penetrare sublimia non valentes
et quique adhuc corporis sensibus dediti sunt, tantominus amant eum qui fecit omnia quanto amplius in his quae facta
sunt illigantur. Etiam quidam conterere se in timore Domini et amore proximi tendere student, bona opera corporaliter
agere, eleemosynas pro peccatis redimere. Sed quia in amoris intimi ardore ad caeleste desiderium nesciunt, quia adhuc de
mediis corporis sensibus tenentur. Isti itaque thalamus non sunt, sed tamen inter thalamos continentur, quia per corpus bonitatum
qui visionem Dei perfecte diligunt et ipsi ad profectum mentis ducuntur. Inter thalamos ergo quinque sunt cubiti,
quia hi qui ab actionibus quinque sensibus adhuc ad intellectum mysticum non assurgunt, dum inter eos sunt qui spiritu
amoris fulgent, velut manentes inter thalamos in fidei constructione proficiunt et a mensura caelestis aedificii
disiuncti non sunt. Ita et paulatim postquam se ab appetitu corporalium sensuum subtrahunt et dilatato mentis spatio
invitantes caritate quam conspiciunt, hi deinde ad thalamos contendunt. Sed ergo non per sex cubitos sed
per quinque designati sunt, ipsa adhuc imperfectio corporis designatur. Sed tamen per bonum desiderium in mensura spiritualis
aedificii esse merentur, quia et voce sanctae ecclesiae per psalmistam dicitur: Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in
libro tuo omnes scribentur. Hinc iterum psalmista ait: Benedixit omnes timentes se Dominus, pusillos cum maioribus.
Hi itaque imperfecti sunt et pusilli, in quantum tamen cognoscere praevalent et Deum et proximum diligunt atque non bona
quae possunt non negligunt operari. Qui etsi nequaquam ad spiritualia dona proficiunt, ut vel ad perfecta operationum vel ad
succensae contemplationis vel altiora conscendant, tamen ab amore Dei et proximi in quantum ad capere praevalent non recedunt.
Unde fit ut et ipsi quamvis etsi minori loco in sancta tamen ecclesiae aedificatione sint positi, quia etsi ad doctrinam sive ad prophetiam
sive ad miraculorum gratiam sive ad contemptum mundi plenius consequendum fortasse minores sunt, tamen in timoris et amoris
fundamento sunt in quo solidantur. Cum etsi igne desiderii caelestis non ardent, in ipsis tamen actionibus quae operare sufficiunt
vapore caritatis calent, et inter proximorum praecellentium aedificia continentur. Unde recte sponsa in canticis canticorum loquitur:
Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani; columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum
purpureum, media caritate constravit propter filias Ierusalem. Non enim credendum est Salomonem tantae magnitudinis regem, qui
sic immensis divitiis affluebat ut pondus auri eius aestimari non possit et argentum in diebus illius pretium non
haberet, quod ferculum sibi ligneum fecit. Sed est Salomon et pacificus noster, qui sibi de lignis Libani ferculum fecit.
Libani quippe ligna cedrina valde sunt imputribilia. Ferculum itaque regis nostri sancta ecclesia est, quae de fortibus
patribus, id est de imputribilibus mentibus est constructa. Quae recte ferculum dicitur, quia ipsa fert quotidie animas ad aeternum
convivium conditoris sui. Cum ferculo columnae argenteae factae sunt, quia praedicatores ecclesiae sacri eloquii luce resplen-
dent. Est autem cum columnis argenteis reclinatorium aureum, quia per hoc quod a sanctis praedicatoribus lucide dicitur, mentes
audientium fulgore claritatis intimae in qua reclinentur inveniunt. Per hoc enim quod occulta luculenter et aperte
audiunt, in illud quod claruerit in corde requiescunt. Columnae ergo argenteae et reclinatorium aureum factum est,
quia per lucem sermonis invenitur apud animum claritas quietis. Ille namque fulgor intus mentem irradiat, ut
per intentionem ibi requiescat ubi praedicationis gratiam non quaerat. De eadem quippe sancta ecclesia scriptum est: Pennae co-
lumbae deargentatae et posteriora dorsi eius in specie auri. Quae enim hoc spiritu mansuetudinis est impleta, quasi
columba pennas deargentatas habet et posteriora dorsi eius specie auri continet, quia hic praedicatores suos sermonis
luce induit, in posterum autem solo fulgore in se claritatis ostendit. Sed in hoc quod clarum intus ostenditur, qualis sit
ascensus adiungit, cum de eodem ferculo protinus subditur: ascensum purpureum. Rubra quippe purpura quia de sanguine tingitur
non immerito in colore sanguinis videtur. Et quia magna multitudo fidelium in exordio nascentis ecclesiae per martyrii
sanguinem pervenit ad regnum, rex noster ascensum purpureum fecit in ferculo, quia ad clarum quod intus aspicitur per toleram
sanguinis pervenitur. Cum ergo nos miseri atque ab omni fortitudine destituti quid acturi sumus? Ecce in hoc
ferculo columnae esse non possumus, quia nobis nec fortitudo operis nec lucem eminet praedicationis. Reclinatorium
aureum non habemus, quia nec dum sicut oportet intellectum spiritalem requiem in aeternae claritatis aspicimus. Ascensus purpureus
non sumus, quia pro redemptore fundere sanguinem non valemus. Quid ergo de nobis agendum est, quae spes erit, si nequaquam
ad regnum pervenient nisi qui summis praediti virtutibus fuerunt? Sed adest quaedam nostra consolatio: Quia enim magnum possumus

deum diligas proximum et sic quod nos ad dei faciendum pertinet quia sicut illic scriptum est media caritate constravit habet quippe
caritatem et ibi sine dubio ferculum Salomonis ubi et columpnas argenteas erigit et acclinatorium aureum tenet. Nam quia hic propter
mentis infirmitates dicitur, apte monstratur cum illic protinus subditur propter filias Ierusalem. Sermo etenim dei qui non filios sed
filias dicit, quid aliud per sexum femineum quam mentium infirma signavit? Quod ergo illic inter columpnas argenteas reclina-
torium aureum et ascensum purpureum media caritas esse dicitur propter filias Ierusalem, hoc hic inter thalamos per quos cubi-
tos designatur, quia et qui in virtutibus infirmatur, si ipsa bona que potest facere cum caritate non negligat, a dei edificio
alienus non sit. Sequitur: Et limen porte iuxta vestibulum porte intrinsecus calamo uno. Dum limen quod modo describitur
iuxta vestibulum porte intrinsecus esse memoratur, aperte ostenditur quia limen quod prius descriptum est exterius fuit. Cum si porta
est dominus, quod sit limen porte intrinsecus et exterius requirimus. Per limen etenim portam unusquisque ingreditur. Et quid sunt
duo hec limina nisi patres testamenti veteris et patres testamenti novi? Non solum quippe hii de quibus dominus incarnari
dignatus est, sed omnes testamenti veteris patres porte huius limen fuerunt, quia hii qui eum predicare et in eo sperare meru-
erunt, cunctis ad eum venientibus aperuerunt aditum fidei, et omnes qui crediderunt dominum, quasi iam portam huius liminis
invenerunt. Sed cur ante limen exterius et post limen interius dicitur, nisi quia prius testamenti veteris patres et postmodum novi
testamenti doctores fuerunt? Recte autem limen exterius testamenti veteris patres designat, quia per eorum predicationem opera prava
punita sunt; per dicta vero novorum patrum unusquisque etiam et ab illicitis cogitationibus coercetur, dum reatus esse per-
fectus et in deliberatione cordis ostenditur. Illi quippe a flagiciis, a crudelitatibus, a rapinis auditorum animas pro-
hibere curaverunt; isti vero dum non solum prava opera sed etiam illicita cogitationum resecant, quid nobis aliud nisi
limen interius facti sunt? Unde et ipsa Veritas loquitur: Audistis quia dictum est antiquis: Non occides; qui autem occiderit
reus erit iudicio. Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Recte quoque et exterius
limen patres illos designat qui ab ipsa incarnatione redemptoris nostri per intervalla temporum longius constiterunt.
Etenim ab Abel sanguine passo iam cepit ecclesia et una est ecclesia electorum precedentium atque sequentium. Sed tamen
quia dixit his: Multi reges et prophete voluerunt videre que videtis et non viderunt, antiquos patres quasi foris stetisse
est redemptoris nostri presentiam corporalem non vidisse. Exterius ergo, sed tamen non divisi a sancta ecclesia fuerunt, quia mente opere
predicatione ista iam fidei sacramenta tenuerunt, ista sancte ecclesie celsitudine conspexerunt, quam nos non adhuc per
speculando sed iam tenendo conspicimus. Sicut enim nos in preterita passione redemptoris nostri, ita illi per fidem in eius
ventura salvati sunt. Illi ergo foris non quod inmisti sed quod tempus. Unde et in constructione tabernaculi ut columpne
argentee intrinsecus starent, paxilli erei figi per circuitum exterius iussi sunt, in quibus religatum tabernaculum te-
neretur. Columpne itaque argentee intrinsecus, paxilli vero erei exterius in circuitu figuntur atque in ipsis funes ligati
sunt, ut tabernaculum fixum maneret, quia videlicet ut sancti apostoli in luce sermonis sui solidi starent, ut totum taber-
naculum, id est sancta ecclesia, in fidei integritate consisteret, tamquam paxilli erei patres testamenti veteris ac prophete exterius
fixi sunt, qui verborum suorum funibus predicatorum mentes in soliditate stringerent atque hoc dei tabernaculum
in statu fidei ligarent. Exterius ergo paxilli sunt, quia ante tempus huius sancte ecclesie fuerunt, sed tamen eos ligant
qui in ipsa sunt, quia dum celestia mysteria ventura predicant, hec postquam gesta sunt credibilia omnibus fuerunt.
Ut ergo intrinsecus columpne inmobiles stent, foris paxilli funes continent, quia ut sancti apostoli perfecti in caritate et
doctrine mysterio crescerent, illorum predicatio obtinuit qui hec prius quam fierent et videre et predicare potuerunt. Unde recte
quoque ipse primus apostolus, sicut magna columpna veri tabernaculi, loquitur dicens: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui be-
nefacitis intendentes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco. In quibus verbis indicat quia quamvis ad alta sur-
rexit eo culmine ubi religata persistat in fide, tamen tunc lucerna prophetici sermonis iam quidem intelligentibus
lucet, sed adhuc non intelligentibus cooperta allegoriarum obscuritatibus permanet. Unde etiam per psalmistam de
eisdem dictis prophetarum dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus aeris, quia videlicet occulta est scientia in prophetis. Nec immerito
columpne argentee, paxilli vero erei facti sunt, quia quod clare iam apostoli predicant, hoc prophete sub intellectu
mystico obscure locuti sunt. Recte ergo per eris metallum signati sunt qui clari in suis predicationibus non fuerunt.
Sancti vero apostoli, quia de redemptoris nostri mysterio luce predicationis fulserunt, argenteis columpnis expressi sunt.
Et novimus quia argentum sonat et lucet, es vero sonat et non lucet, quia predicatores novi testamenti aperte
locuti sunt que etiam monstrare potuerunt, predicatores vero testamenti veteris quia per allegoriarum umbras de celesti
mysterio obscura dicta protulerunt, quasi sine luce sonitum dederunt. Quod ergo per columpnas et paxillos, hoc hic
per limen exterius et limen interius designatur. Sin vero portam scripturam sacram hoc loco accipimus, ipsa quoque duo li-
mina habet exterius et interius, quia in litteram dividitur et allegoriam. Limen quippe sacre scripture exterius littera, limen
vero eius interius allegoria. Cumque enim per litteram ad allegoriam tendimus, quasi a limine quod est exterius ad hoc
quod est interius venimus. Et sunt in ea permulta que iuxta litteram mentem edificant, ut per hoc quod exterius auditur
audientis mens interius trahatur. Ibi quippe lectionis predicamenta operis et exempla virtutis. Ibi quippe
iubetur quid agere et corporaliter debeamus. Ibi hoc quod ad operandum precipitur in sanctorum ac virorum fortium
actione monstratur, ut postquam nos per apertiora precepta atque exempla iustorum ad bona operationum instructi
fuerimus, tunc ad limen interius, id est ad intellectum mysticum intime contemplationis tendimus, si possumus, pede
mentis. Studete queso, fratres karissimi, dei verba meditari; nolite despicere scripta nostri redemptoris que ad nos
missa sunt. Multum valde est quod per ea anima refricatur ad calorem, ne iniquitatis sue frigore torpescat, cum
in illa precedentes iustos fortiter egisse cognoscimus, et ipsi se ad fortitudinem bone operationis attingunt.

sanctorum exemplorum flamma cum legentis mentem inuadit, uidet que fortia ab eis facta sunt, et ualde indignatur sibi quia talia non
imitatur. Unde recte sponsi uoce ad sponsam in cantico canticorum dicitur: Sicut turris Dauid collum tuum que edificata est cum
propugnaculis suis, mille clipei pendent ex ea, omnis armatura fortium. In collo etenim guttur, in gutture uox est.
Quid ergo per collum sancte ecclesie nisi sacra eius eloquia designantur? in qua dum mille clipei dependere memorantur,
perhibetur presidium muniminis nobis ostenditur, quia omnia munimina in sacro eloquio continentur. Ibi quippe sunt precepta
dei, ibi exempla multorum. Si enim torpet aliquis a conditoris sui desiderio, audiat quod dicitur: Diliges dominum deum tuum
ex tota mente tua et ex tota uirtute tua. In odio fortasse labitur proximi, audiat quod dicitur: Diliges proximum tuum sicut
te ipsum. Res aliena concupiscitur, audiat quod illic scriptum est: Non concupisces rem proximi tui. De iniuria que a
proximi ore uel facto illata est ad iram mens incenditur, audiat quod dicitur: Non queras ultionem nec memor eris
iniurie ciuium tuorum. In carnis concupiscentiam male sauciata mens accenditur, ne sequatur actio mente, audiat
quod paulo superius dictum est: Qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mechatus est eam in corde suo. Contra inimicum for-
sitan quisque animum suum uelapac disponit mobili, audiat quod illic scriptum est: Diligite inimicos uestros, benefacite
his qui oderunt uos. Sed is qui aliena iam non rapit, adhuc forsitan sua inordinate retinet, audiat quod
illic dicitur: Vendite que possidetis et date elemosinam. Insinuatur alicui proximi despicit deo se et seculo, audiat quod
illic scriptum est: Nemo potest duobus dominis seruire. Alius non ad necessitatem stipendii sed ad uoluntatem desiderii possessa
retinet, audiat quod illic dicitur: Qui non renuntiauerit omnibus que possidet non potest esse meus discipulus. Quidam enim
relinquunt omnia, multi autem etiam possidendo renuntiant, quia sic ad usum possessa retinent ut eis ex desiderio non suc-
cumbant. Torpore quisque appetit et laborem subire pro domino etiam cum preualet refugit, audiat quod illic scriptum est:
Qui mecum non colligit spargit. In collo ergo ecclesie, id est in sacri eloquii predicatione, que per sua munitione et alti-
tudine turri Dauid similis dicitur, mille clipei dependent, quia quot illic precepta sunt, tot etiam pectorum nostrorum munimina.
Ad seruandam itaque innocentiam etiam lesi a proximo perdurare in simplicitate festinamus, Abel ante oculos reuocemus, qui
occisus a fratre scribitur, quia non legitur reluctatus. Mentis munditiam et in coniugali copula eligimus, Enoch debemus imitari,
qui et in coniugio positus ambulabat cum deo et non inueniebatur, quia transtulit illum deus. Precepta dei festinamus priuate
utilitati preponere, Noe ante oculos reuocemus, qui cura domestica postposita ex iussione omnipotentis domini pro totius
mundi utilitate [illegible]. Obedientie uirtute muniri appetimus, Abraham uideamus, qui relicta
domo cognatione patria obediuit exire in locum quem accepturus erat in hereditatem, et exiit nesciens quo iret,
animos ad arcem fabricam ... occupatus subire ... et quia unicum deo offerre non dubitauit,
qui pater gentium ut per eum hereditatem ... quem accepit ... heredem.
tulit ... Cui morum simplicitas placet, Ysaac ad mentem reuocemus,
qui in omnipotentis dei oculis uite sue tranquillitas ornauit. Laboriosa fortitudo ut obtineri debeat quis
Iacob ad memoriam deducat, qui postquam seruiuit fortiter in hominum ad eam ex uirtute perductus est ut non po-
tuisset a luctatione angelo superari. Continentia carnis illecebra uincere, Ioseph ad memoriam redeat qui temptate
se domina studuit carnis continentiam etiam cum uite periculo custodire et captiua mente non fuit, unde et factus est
captiuus, unde factum est ut qui membra sua bene nouerat regere, regendo omni Egypto preesset. Mansuetudinem atque
patientiam obtinere querimus, Moysen ante oculos deducamus, qui conceptus pro multis et ... milia arma
... qui mitis fuisse describitur super omnes homines qui habitabant super faciem orbis terre. Rectitudinis
zelo contra uitia accendimur, Phinees ante oculos deducatur, qui coeuntes gladio transfigens castitati populi
reddidit et iram dei uindex placauit. De spe omnipotentis dei presumere in dubiis querimus, Iosue ad memoriam
renouemus, qui dubia certamina certa mentis firmitate subiit, ad uictoriam sine dubietate peruenit. Iam mentis in
inimicos benignitate animum dilatare, Samuel in cognitione deducatur, qui in principatu
inimicitias corporis caperet? in benignitate animum dilatare ... Absit a me hoc peccatum in domino ut cessem
deprecatus a populo ... pro uobis. Culpa quippe sibi fuerat ... si oraret ... usque ad mortem
orare pro uobis ... ut Dauid ungeret in regem ... in
benignitate ... Samuel cognouit in tanto se
Quo uadam, inueniet enim me Saul et occidet me. Et tu quid ... cum Saulem lugeas Saule quem ego abiecerim illum. Pensemus ergo eius
luctu afflictat ut ei ipse dominus diceret: Usquequo tu luges Saulem quem ego abiecerim? Pensemus ergo eius
animi quantus ardor caritatis incenderat, qui et illum flebat a quo timebat occidi. Caue autem nobis quod timemus
solicita nobis mente pensandum est ne si locum fortasse reperimus, malum pro malo reddamus. Ipsi que fugimus, Dauid
ergo ad memoriam redeat, qui persequentem se regem et inuenit ut potuisset occidere et tamen in ipsa feriendi potestate
positus elegit bonum quod ipse debet facere, non autem malum quod ille merebat pati, dicens: Absit a me ut mittam
manum meam in christum domini. Et tamen Saul ipse post ab hostibus fuisset interemptus, eum quem persecutorem suum uiuens pertulit
fleuit occisum. Erga uiri potentibus libere loqui desideramus, Iohannis auctoritas ad animum deducatur, qui
Herodis nequitiam reprehendens pro uerbis ueritatis occidi non timuit, et quia Christus est ueritas, ipse deo pro Christo animam
posuit. Carnem iam magis pro deo ponere in morte festinamus, Petrus ad mentem reuocetur qui iure
pro ueritate animam posuit, ... qui uita sua pro uita desperat. Cum mortis appetitu disponimus ad
flagella gaudere, qui cesus principibus restitit, qui non solum alligari sed et mori paratus pro Christo non fecit pro proximis
ipsa contempnere. Paulum ante oculos deducamus, qui non solum alligari sed et mori paratus pro Christo non ... Caritatis
... ignem ... Iohannis uerba pensemus, cuius omne quod loquitur caritatis
igne uaporat. Cum igitur in uoce sacri eloquii cunctis querimus innumera uirtutis inuenimus, mille clipei
igne uaporat. Quia ergo in uoce sacri eloquii ... pugnare contra spiritalia nequitie uolumus, in collo ecclesie que
pendent ex ea omnis armatura fortium. Si enim pugnare contra spiritalia nequitie uolumus, in collo ecclesie que

nobis sicut turris David erecta est et in divino eloquio protectionis arma requiramus ut ex districtione praecepti contra
vitia sumatur nobis adiutorium castitatis cum contra acceptas pravitates festinamus fortes consistere. In hac turri armaturam
nostrae mentis invenimus ut inde praecepta conditoris inde sumamus exempla praecedentium per quae contra adversarios nostros inex-
pugnabiles armemur. Dum enim qualemlibet virtutem subire appetimus et hanc illic a prioribus iam impletam videmus ibi
armaturam tuam invenis per quam contra spiritualia bella muniaris. Dependent in ea quippe mille clipei. Si quis
pugnare appetit assumat, exerceat virtute pectus muniat et verborum iacula emittat. Et notandum quod edificata cum
propugnaculis suis dicitur. Hoc quippe agunt propugnacula quod clipei quia utraque pugnantes muniunt sed inter utraque distat
quod clipeos pro motu munimenti utrumque volumus movemus propugnaculis autem defendi possumus sed haec movere non possumus.
Clipeus in manu est nam propugnaculum non tenetur. Quid ergo inter propugnacula et clipeos distat nisi quod in sacro elo-
quio priorum praecedentium et miracula legimus et virtutes bonorum operum audimus. Ibi namque cognoscimus quod alius potuit
mare dividere alius solem figere alius mortuum suscitare alius paralyticos verbo erigere umbra egrotos curare
alius per sua semicinctia infirmantium febribus obviare qui tamen omnes et pacis longanimitate mites et zelo rectitudinis
ferventes fuerunt. Ubi praedicatores divites sunt et nunc largitate. Hii itaque quod vera de deo dixerunt testantur miracula
quia talia per illum non facerent nisi de illo vera narrarent. Et quod pii quod humiles quod benigni extiterunt eorum testantur
operationes. Si ergo de fide temptamur quam ex illorum praedicatione accepimus loquentium miracula aspicimus et in fide quam
ab eis accepimus confirmamur. Quid ergo illorum miracula nisi nostra sunt propugnacula quia et muniri per illa possumus
et tamen haec in manu nostri arbitrii non tenemus nam talia facere non valemus. Clipeus vero in manu est et defendit
quia virtus patientiae virtus mansuetudinis praecedente nos gratia et in potestate est arbitrii et a iaculo protegit adversitatis. Turris
itaque nostra cum propugnaculis suis edificata est in qua mille clipei pendent quia in scriptura sacra et sub miraculis
priorum a iaculo adversitatis abscondimur et considerationis sanctae munimina etiam in manu operis tenemus. Notandum vero
quod limen portae uno calamo mensuratur calamus autem in sex cubitis et palmo tenditur quia videlicet in scriptura sacra
et doctrina perfectae operationis et minimum sine contemplationis invenitur. Si vero porta hoc loco unusquisque prae-
dicator accipitur limen quoque in porta est vita activa, limen vero interius vita contemplativa. Per illam quippe
ambulatur in fide per hanc vero festinatur ad speciem. Illa quoque ducit ut vivere unusquisque bene debeat, ista
interius perducit ut ex bona vita ad gaudia eterna pertingat. Haec nobis hodie tractasse sufficiat. Ut cum tus-
entes ad alia diu per congressionem locuti sumus ea quae submissa sunt lectioni alterius refusi reparandi perscrutemur
exsultantes in verbo qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum amen. Omelia xv

Tunc cum erat spatiosus qui spatiosus erit mensus est vestibulum portae octo cubitorum et frontem eius duobus
cubitis. At ne hoc vestibulum extra portam esse crederemus subditur: vestibulum autem portae erat intrinsecus.
Quid ergo per interius vestibulum nisi aeternae vitae latitudo signatur quae modo inter angustias vitae praesentis
iam per spem et mente concipitur. De qua per psalmistam dicitur: Intrate portas eius in confessione atria eius in
hymnis confitemini. Cum enim peccata nostra per lacrimas confitemur angustae vitae portam ingredimur. Sed cum post hoc ad
aeternam vitam perducimur portae nostrae atria in confessione laudibus intramus quia ibi iam angustia non erit cum
nos laetitia aeternae solemnitatis assumpserit. Propter confessionis namque angustiam vitae dicitur: Intrate per angustam
portam. Et cum se psalmista recipi in latitudine gaudii aeterni praesumeret dicebat: Statuisti in loco spatioso
pedes meos. Ad atrium ergo per portam tenditur quia in latitudine solemnitatis pertingitur ab angustia confessionis.
Illa itaque gaudia quae apud David atria apud Ezechielem vestibulum intrinsecus vocantur. Unde et hoc ipsum
vestibulum octo cubitis dicitur mensuratum. Ibi enim omnes recipiendi sunt qui nunc et in exercitio operis laborant et
ad aeterna gaudia per contemplationis gratiam suspirant. Nec dubito mensura vestibuli in octo cubitis ponitur
quia septem diebus universum tempus evolvitur. Aeterna etenim dies quae completa septem dierum vicissitudine sequitur
sic octava est. Unde etiam psalmista resurrectionis diem considerans quia de extremi iudicii erat districtione locuturus
praemisit titulo dicens: In finem psalmus pro octava. Ut enim quam octavam diceret demonstraret diem illam tremendi
iudicii in psalmi inchoatione secutus dicit: Domine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me.
Modo enim quemque per flagella corripit et correptionibus emendat in mansuetudine corripit non in ira. In
districto autem illo examine omnes arguendo atque corripiendo in furore et in ira est quia venia post correptionem non est.
Huius octonarii numeri causa est quod post sabbatum voluit dominus a morte resurgere. Dies quippe dominicus qui tertius est
a morte domini a conditione dierum numeratur octavus quia septimum sequitur. Unde et ipsa vera redemptoris nostri passio
et vera resurrectio significavit ad se suo corpore in diebus passionis suae. Sexta enim feria passus sabbato quievit
in sepulcro dominica autem die resurrexit a morte. Praesens etenim vita adhuc nobis sexta est feria quia in dolo-
ribus ducitur et in angustiis cruciatur. Sed sabbato quasi in sepulcro quiescimus quia requiem animae post corpus invenimus.
Dominico vero die videlicet a passione tertio a conditione ut diximus octavo iam corpore a morte resurgimus et in gloria
animae etiam carnis gaudemus. Quod ergo nunc salvator fecit in se hoc valet significavit in nobis ut nos et
dolorem in sexta feria et requiem in septima et gloriam capiamus in octava. Hinc per Salomonem dicitur: Da partes septem
necnon et octo quia ignoras quid mali futurum sit super terram. Partem etenim septem et octo dare est ea
quae septem diebus evolvuntur disponere ut per haec ad bona aeterna veniamus ut dum modo caute agitur post modum
venientis tremendi iudicii ira declinetur. Octo itaque cubitis mensuratur vestibulum intrinsecus quia per lucem quae post
septem dies sequitur latitudo nobis aeternitatis aperitur. Sed nemo ad illa venit nisi qui hic dilectionem dei et proximi
devota mente tenuit. Unde et subditur: Et frontem eius duobus cubitis. Frons etenim portae est bonum initium

vite pertinet. Sicut enim vestibulum interiusque etiam requies debet intelligi ita per frontem porte necesse est qualitatem visibilis vite signari. Frons ergo porte duobus cubitis mensuratur quia quisquis habere dilectionem dei et proximi curavit ipse ad civitatis atrium pertingit. Vita ergo nostra ut duobus sit cubitis mensurata tendat quotidie per caritatem sed in amorem dei simul et proximi. Non est enim caritas vera si minus a duobus cubitis habet. Unde moyses cum per colores vestium electorum virtutes exprimeret in ornamento pontificis bis tinctum coccum iubet adhiberi. Quid namque per coccum nisi caritas designatur que sese per flammam amoris accendit. Sed coccum bis tingitur cum non solum per amorem dei sed etiam per proximi nostra caritas inflammatur. Nam quisquis sic amat deum ut commissi proximi curam relinquat adhuc in eo coccum semel tinctum est. Et quisquis sic amat proximum ut minuat desiderium a quo flagrare debeat ad deum non est adhuc in eo color tincture geminatus. Debemus ergo et amare eos cum quibus vivimus et ad illum totis desideriis anhelare in quo vivimus. Certe enim ad fidem atque ad audiendum verbum omnipotentis dei nos qui religiosum induti habitum videmur ex diversa nimis qualitate convenimus atque ex dissimilibus inequalitatibus in sancte ecclesie concordia congregati sumus ita ut iam patenter factum esse videatur quod de primordio ecclesie per ysaiam dicitur. Habitabit lupus cum agno et pardus cum edo accubabit. Nam per sancte caritatis viscera lupus cum agno habitat quia hi qui in seculo raptores fuerunt cum mansuetis ac mitibus in pace conquiescunt. Et pardus cum edo accubuit quia is qui peccatorum suorum maculis varius fuit cum eo qui se despicit et peccatorem fatetur humiliari consentit. Ubi et subditur. Vitulus et leo et ovis simul morabuntur quia et is qui per contritum cor ad quotidianum se deo sacrificium preparat et alius qui tanquam leo ex crudelitate seviebat et alius qui velut ovis in innocentie sue simplicitate perdurat in caulis sancte ecclesie convenerunt. Certe qualis est caritas que per diversitatis mutuo accenditur concremat constat et qui in vivaz amoris spem reformat. Sed in eo quod electi se amant ad illud necesse est ut festinent quo eterno gaudio in celis videre mereantur. Unus est enim deus ac redemptor noster qui et hic electorum suorum corda ad unanimitatem ligat et ad supernum amorem per interna desideria semper stimulat. Unde et illic subditur. Et puer parvulus minabit eos. Quis est iste puer parvulus nisi is de quo scriptum est Puer datus est nobis et filius datus est nobis qui simul habitantes minat quia ne in terrenis rebus corda nostra inhereant sed per internum desiderium quotidie inflammat. Et hoc ipsum minare eius est ad suum amorem nos incessanter accendere ne cum nos vicissim diligimus mentem in hoc exilio remaneamus ne requies huius vite sic placeat ut ad oblivionem patrie perducat ne delectata mens prosperis torpeat. Unde et donis suis flagella permiscet ut nobis omne quod nos in seculo delectabat amarescat et illud incendium surgat in animo quod nos semper ad celeste desiderium inquietet et excitet atque ut ita dicam delectabiliter mordeat suaviter cruciet hilariter contristet. Puer ergo nos parvulus minat quia is qui paulo minus quam angeli minoratus est per caritatem quam nobis tribuit in hoc nos mundo mentem figere non permittit. Bis tinctus itaque in nobis coccus est si et hic proximos nostros sic nos diligimus et ad auctorem omnium cum ipsis quos diligimus festinamus. Si ergo vita nostra de perfecta caritate bis tingitur frons in nobis porte duobus cubitis mensuratur. Sive ergo doctor sive sacrum eloquium vel certe fides porte nomine signetur in mensura utriusque cubiti caritas non incongrue accipitur quia et ille vere predicat qui dei ac proximi amore docet et ipsa est certa scriptura quam caritas edificat et fides robusta est que se in dilectione dei et proximi exercet.

Sequitur. Porro thalami porte ad viam orientalem tres hinc et tres inde et mensura una trium. Quid thalami quid via orientalis designat iam superius diximus nec replicare ea longius iam necessarium putamus. Sed querendum nobis est quod dicitur Tres hinc et tres inde. Thalami quippe iuxta viam orientalem sunt corda fervencium in amore dei. Et sive hi qui electi in testamento veteri fuerunt sive hi qui in testamento novo secuti sunt utrorumque constat quia omnes ex amore veritatis accensi sunt. Neque enim vere deum diligerent si cognitionem veritatis que deus est gratiam non accepissent. Iuxta viam ergo orientalem tres hinc et tres inde sunt thalami quia deum inter veteres et novos patres dominus incarnatus designatus est qui in medio thalamorum via orientalis apparuit. Qui thalami ad veram virtutis speciem ex veritatis sunt cognitione decorati. Sin vero ad virtutes electorum eorumque numerum respicimus tres sunt virtutes sine quibus is qui aliquid operari iam potest salvari non potest scilicet fides spes caritas. Et quia eadem spes fides caritas in antiquis patribus que in novis doctoribus fuit iuxta orientalem viam tres hinc et tres inde thalami describuntur. Possunt etiam quia tres partes veterum distinctos fuisse tres quoque novorum sub gratia sequuntur. Veteris quippe populus habuit patres ante legem ac deinde in lege et postmodum prophetas. In novo autem populo prius hebreorum primicie crediderunt postmodum multitudo gentium in fide secuta est ac deinde in fine seculi hebreorum reliquie salvantur. Via ergo incarnationis domini et ex superiori parte patres ante legem patres in lege atque ad extremum prophetas habuit et ex posteriori fideles ex hebreis fideles ex gentibus ac postmodum hebreorum omnes reliquias colligit. Orientalis via tres hinc et tres inde thalamos habere memoratur. Sed hoc quoque non incongrue accipimus si tres esse ordines fidelium dicamus. Sive namque in veteri sive in novo testamento alius est ordo predicantium alius continentium atque alius bonorum coniugum. Unde et idem propheta in superiori parte tres viros liberatos vidit Noe Daniel et Iob. In quibus videlicet tribus predicatores continentes atque coniugati signati sunt. Nam Noe archam in undis rexit atque ideo figuram rectorum tenuit. Daniel et in aula regia abstinentie deditus fuit et ideo vitam continentium signat. Iob vero in coniugio positus et curam domus proprie exercens placuit deo per quem digne bonorum coniugum ordo figuratur. Trina ergo etiam ante mediatoris adventum et predicatores et continentes ac boni coniugati fuerunt qui eius omnes adventum prestolarentur et magna adhuc sibi desideria ...

medium

videre cupierunt et post modum praedicatores continentes ac boni coniugati sunt cuncti qui redemptorem nostrum non iam de
siderant incarnandum sed in maiestate suae gloriae contemplantur. Orientalis viae tres hinc et tres inde thalamos sicut di-
ximus psalmistae voce qui de eadem via, id est de redemptore dicit: In sole posuit tabernaculum suum. Sed pensandum nobis est
perscrutata intentione quod dicitur quia mensura una trium. Cum enim longe sit a continentibus et tacentibus excellentia praedicatorum
et valde a coniugatis distet eminentia continentium, quid est quod una mensura dicitur trium? Coniugati quippe cum quod
bene agant et omnipotentem deum videre desiderent, domesticis tamen curis occupantur et necessitate cogente in utroque mentem
dividunt. Continentes autem ab huius mundi actione remoti sunt et voluptatem carnis etiam a licito coniugio restringunt,
nulla coniugis mala filiorum cura, nullis noxiis ac difficilibus rei familiaris cogitationibus implicantur. Praedicatores
vero non solum a vitiis se cohibent sed etiam praedicatione alios prohibent, ad fidem ducunt et in studio bonae conversationis in-
struunt. Quomodo ergo eorum una est mensura quorum vitae aequalitas una non est? Sed mensura una trium est quia etsi in eis
meritorum magna est distantia, tamen distantia in fide in qua tenduntur non est. Nam eadem fides quae istos solidat
in maioris, infirmitate illorum continet in parvis. Vel certe trium una mensura est quia in retributione ultima cunctis eadem
dignitas omnibus non sit, vita tamen erit omnibus vita beatitudinis. Unde et per semetipsum dominus dicit: In domo patris mei
mansiones multae sunt. Sed tamen qui in vineam ducti sunt, cuncti diversis horis venerunt, unum denarium perceperunt. Qua
itaque ratione conveniat mansiones multae et uno denario, nisi quia diversae quidem beatorum erunt dignitates sed tamen
una requies aeternae retributionis? Nam etsi dispar erit meritum singulorum, non tamen erit diversitas gaudiorum, quia etsi
alter minus atque alius amplius exsultat, omnes tamen unum gaudium de conditoris sui visione laetificat. Hoc quoque est sic
de veteribus sicut de novis patribus sentiendum, quia orientalis via cum tres hinc et tres inde thalamos habeat, mensura
una trium est, quia ipsa fides atque ipsum meritum tenuit corda praecedentium quae replevit corda sequentium sub
testamento novo positorum. Sic et per Paulum dicitur: Habentes autem eundem spiritum fidei sicut scriptum est: Credidi propter quod locutus
sum, et nos credimus propter quod loquimur. Spiritales quippe illi patres omnipotentem deum trinitatem ita esse crediderunt — nō trinitas
sicut eandem trinitatem novi patres aperte locuti sunt. Isaias namque audivit angelica agmina in caelo clamantia:
Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. Ut enim personarum trinitas monstraretur, ter sanctus dicitur. Sed ut una esse substan-
tia trinitatis appareat, non domini sabaoth sed dominus sabaoth esse perhibetur. Et David quoque sic sentiens ait: Bene-
dicat nos deus deus noster, benedicat nos deus. Qui cum ter deum dixisset, ut unum hunc esse ostenderet, subdidit: Et metuant
eum omnes fines terrae. Paulus quoque loquitur dicens: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ex ipso, id est ex patre; per
ipsum, per filium; in ipso, ac in spiritu sancto. Cum ergo cum ipsum ter dixisset, adiunxit: Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.
Tamen enim non dicit ipsis sed ipsi. Dicendo ter ipsum distinxit personas, et subiungendo ipsi gloria non divisit substan-
tiam. Una itaque est veterum ac novorum patrum fides. Unde thalamorum describitur mensura una trium. Quod
verbis aliis replicatur cum subditur: Et mensura una frontium ex utraque parte. Ex utraque etenim parte est
mensura frontium, quia patres nostri vel prius a veteri vel nunc a novo testamento venientes in una mediatoris fide
conveniunt. Tamen pro eo quod caritate pleni sunt, terrena abstinentia edomant, corda audientium praedicationis lumine
illustrant, signa faciunt, virtutes operantur, et per hoc quod eorum bona nobis foris innotescunt, non inmerito fron-
tes huius caelestis aedificii vocantur. Omne enim quod nunc in aperto ostenditur frons est, ut illud sit aedificii ve-
stibulum quod nobis intus reservatur. Unde et sanctae ecclesiae in canticis canticorum dicitur: Sicut cortex mali punici genae
tuae absque occultis tuis. Genae quippe sunt sanctae ecclesiae spiritales patres, qui nunc in ea miraculis coruscant
et velut in eius facie venerabiles apparent. Cum enim videmus multos multa agere, ventura praedicare, mundum perfecte
relinquere, caelestibus desideriis ardere, sicut cortex mali punici sanctae ecclesiae gena rubet. Sed quid istud est omne quod
miramur in illius rei comparatione de qua scriptum est quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit quae praeparavit deus diligentibus se? Bene ergo cum miraculorum genas ecclesiae, subditur: absque occultis tuis. Ac si
aperte dicatur: Ea quidem quae in te non latent magna sunt, sed illa valde ineffabilia quae latent. Sequitur: Et mensus
est latitudinem liminis portae decem cubitorum et longitudinem portae tredecim cubitorum. Multa superius de portae
ratione iam diximus, sed unum tenere aliquid debemus per quod possit etiam lectoris prudentia penetrare. Dictum
quippe est per portam scripturam sacram posse signari. Sed hic nobis modo laboriose discutiendum est cur
latitudo liminis portae decem cubitis et longitudo portae tredecim mensuratur. Hoc autem loco longitudo portae altitudo
dicitur, sicut nos longae staturae dicimus quem altum videmus. Nam longitudo portae dici in transversum non potest, cuius latitudo
per decem cubitos demonstratur. Quid ergo latitudo liminis portae nisi lex veteris testamenti fuit? Et longitudo portae
nisi gratia testamenti novi? Quia videlicet scriptura sacra dum per testamentum vetus cuncta opera compescuit datis decem praeceptis,
quasi per mandata humilia in liminis latitudine iacuit. Sed dum per testamentum novum cogitationes pravas coherceret,
delinquere omnia et pro deo vitam corporis iussit cum praesenti saeculo despici, quia porta nostra in longitudinis altitudine surrexit.
Minora quippe praecepta israelitico populo per legem data sunt. Unde et ipsi populo Moyses in campo locutus est.
Maiora dominus sanctis discipulis dedit. Unde et eos mandatis vitae in monte docuit. Unde ipse redemptor noster per semet
dicit: Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas. Non veni solvere legem sed adimplere. Adimplere enim venerat
legem qui legi iustitiae gratiam addidit, ut quod illa inhibebat in manibus ipse perfecta adiuvaret in sensibus, et
quod illa cohibebat ab opere ipse resecaret a corde. Intellectus ergo legis qui in latitudine iacuit in altitudine
surrexit. Ipsa enim dei cognitio quae apud illa in spiritalibus patribus fuit nota omnibus hebraeorum populis non fuit.
Nam omnipotentem deum sanctam, videlicet trinitatem, cum propheta praedicaret populus ignorabat, solum decalogum tenebat.

in lege, fidem trinitatis nescientes. Mensuretur ergo latitudo liminis porte x cubitis, quia diuinus ille populus sublimitatem dei
ignorans, mandatis seruiebat decalogi. Mensuretur vero longitudo porte xiii cubitis, quia per testamentum nouum in
corde fidelis populi super mandata decalogi que vere custodiuntur, cognicio trinitatis crescit, et eo mandata legis perfecte
quo trinitatem esse omnipotentem deum credidit ubi et querimoniabiliter potest cur istic latitudo liminis porte quam superius
dixerat uno calamo mensuratam, infra subiungit quod x cubitis mensuratur, ac deinde subditur quod longitudo porte
xiii cubitis mensuratur, unus etenim calamus sicut iam sepe dictum est, sex cubitos habet et palmum, x vero cubiti
iam mensuram suam super calamum tenent, xiii vero amplius quam x. Quid est ergo quod prius uno calamo limen porte
postmodum latitudo eius x cubitis, ad extremum quod longitudo porte xiii mensuratur, nisi quod sancti patres quos
per sacram scripturam ante legem fuisse cognoscimus, unum quidem omnipotentem deum, sed eum trinitatem esse nouerunt, sed eandem
trinitatem quam cognouerant, aperte minime predicauerunt. Cum enim missionibus obedientes et vite mundicia conspicuos
qui in sex cubitis calami habuerunt perfectionem operis, et sepe angelos videntes, habuerunt palmum contemplationis,
data ac lege rudis ille hebreorum populus, mandata decalogi seruare conatus est, sed tunc de cognitione trinitatis
sic eruditus non est. Et quamuis hac spiritales patres perfecte cognouissent, multitudo tamen magna synagoge nec
sic eruditus non est, et quamuis nec querere sciuit. Superueniente autem gratia per testamentum nouum omnes fideles
sicut in misterio trinitatis potuit nec querere sciuit superueniente ac gratia per testamentum nouum omnes fideles
populus unum deum trinitatem esse cognoscunt et virtute decalogi in eius agnicione complent. Prius ergo limen porte
mensuretur calamo uno, postmodum latitudo eius cubitis x, atque ad extremum longitudo porte cubitis tredecim,
quia et sanctis patribus ante legem actiua et contemplatiua vita non defuit, et sub lege decalogo populus deuicte subie-
cit misterio nescientes in mandatorum latitudine seruiunt, et nunc sub gratia custodientes verum decalogi precepta omnis
qui ad fidem venit sancte trinitatis sacramenta cognoscit. Quia in re nobis hoc quoque sciendum est quod per incrementa temporum
creuit scientia spiritalium patrum. Plus namque moyses quam abraham, plus prophete quam moyses, plus apostoli quam prophete in omnipotentis
dei scientia eruditi sunt. Fallor si hoc ipsa scriptura non loquitur, pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia. Sed hoc eadem quod
de abraham moyse prophetis et apostolis dixeris, ex eiusdem verbis scripture si possumus ostendamus. Certe enim nescit quod ad
abraham cum deo locutus est. Et tunc ad moysen dominus dicit: Ego sum deus abraham et deus iacob, et nomen meum adonai
non indicaui eis. Certe plus moysi quam abraham innotuerat, qui illud de se moysi indicabat quod se
abrahe non indicasse narrabat. Sed videamus si prophete plus quam moyses diuinas scientias apprehendere potuerunt. Certe psalmista
dicit: Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditacio mea est. Atque subiungit: Super omnes docentes me intellexi quia testimonia
tua meditacio mea est. Atque subiungit: Super seniores intellexi. Cum ergo legem meditari se memorat, et super omnes
docentes se ac seniores intellexisse testatur, quia diuinam scientiam plus quam moyses acceperat manifestat. Quos ac consum-
simus quia plus sancti apostoli edocti sunt quam prophete. Certe veritas dicit: Multi reges et prophete voluerunt videre que vos videtis
et non viderunt, et audire que auditis et non audierunt. Plus ergo quam prophete de diuina scientia nouerunt, quia quod illi solo
spiritu viderant, ipsi etiam corporaliter videbant. Impleta itaque est ea quam superius diximus danielis sententia, quia pertransibunt
plurimi et multiplex erit scientia. Mensuratur ergo calamus quidem sex cubitorum, ad extremum surgat in tredecim, quia quanto
mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis eterne scientie aditus largius aperitur. Sequitur: Et marginem ante thalamos
cubiti unius. Sicut sepe diximus, thalamum corda electorum sunt omnipotentis dei amore feruencia. Quid ergo per marginem
ante thalamos nisi fides exprimitur, quia nisi prius ipsa teneatur, nullus ad spiritalem amorem pertingitur. Non enim tantum
amare potest nemo quod non credidit. Margo itaque est ante thalamos fides,
quia fidem sed fides caritatem precedit. Nemo enim potest amare quod non credidit. Margo itaque est ante thalamos fides
vitas fidem sed fides caritatem precedit nemo enim potest amare quod non credidit ad amorem corpora que audierimus, ullatenus inflamamur.
Ante ardorem caritatis, quia sicut deum est nisi ea que audis credidit, ad amorem corporum que audierimus ullatenus inflammari
Sed margo ante thalamos cubiti unius est, quia tunc fides corda audiencium deo in amorem copulat quando per errores
et scismata diuisa non est, sed in unitate predicatur. Ut vero margo unius cubiti audientes animas ad thalamum
predicatur, quasi celestis sponsi sponsam quam hic predicat, quomodo in celestibus demonstrat. Ubi quia hoc subditur
et cubitus unius finis utrisque, utrorumque ac dicit ac si dicat: utriusque liminis et porte. Per latitudinem quippe liminis
et longitudinem porte vetus ac nouum testamentum diximus designari. Ad extremum vero additur quod cubitus unus sit finis
utriusque, quia videlicet et testamentum vetus unum nobis mediatorem dei et hominum nunciauit, et testamentum nouum ander
nobis nunciat in eterna claritate venturum que iam pro nobis cognouimus incarnatum. Cubitus ergo unus finis utriusque
est, quia et que loco predixit in carne apparuit, et ipse quem nunc testamentum nouum loquitur in gloria maiestatis
apparebit, et tunc utrorumque finis erit cum visus in diuinitate sua post omnia que sunt predicta complevit. Scriptum
namque est: Finis legis christus ad iusticiam omni credenti. Finis videlicet quem non consumit sed perficit. Tunc etenim legem
perficit, cum sicut loco predixerat incarnatus apparuit. Sed adhuc de eius iudicio multa nobis testamentum loquitur, adhuc
de regno illius multa narrat quod necdum videmus impleta. Certe quotidie cum legitur, venturam vitam predicat.
Tunc ergo erit et noui testamenti finis, cum ea que de se dominus promisit impleuerit. Finietur vero testamentum nouum,
quia perficietur. Nam cum ipse de quo loquitur visus fuerit, eiusdem testamenti verba cessabunt. Unde et sancte ecclesie veri liminis
vocem de sponsi vocem dicit: Surge propera amica mea columba mea formosa mea
dicens quia tempus vernale prestolanti per sponsi vocem dicitur: Surge propera amica mea columba mea formosa mea
et veni. Iam enim hiems transijt, imber abijt et recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Tunc enim sancta ecclesia sicut
unaqueque electa anima celesti sponso est amica per amorem, columba per spiritum, formosa per morum pulchritudinem.
Que cum iam de corruptione carnis educitur, ei procul dubio hiems transijt, quia presentis vite torpor abscedit. Imber
quoque tum iam de corruptione carnis educitur ad contemplandum in sua specie omnipotentem deum adducitur, iam verborum gutte necesse
non erunt ut plunea dominat predicacionibus infudit. Hoc que nunc audire potuit amplius videbit. Tunc apparet

flores in terra, quia cum de aeternae beatitudinis vita quaedam suavitatis primordia praegustare anima ceperit, quasi iam in floribus odoratur, gaudens
quod postquam egressa fuerit in fructu ubique habebit vivere. Et illic subditur: Tempus putationis advenit. In putatione quippe sarmenta
sterilia reciduntur, ut ea quae praevalent uberius fructum ferant. Nunc itaque putationis tempus advenit, quia infructuosam corruptionem
ac noxiam corruptionem carnis deserimus, ut ad fructum animae pervenire valeamus. Qui fructus nobis erit uberrimus, viso uno.
Cubitus ergo unus est finis utriusque, quia unus ille qui dixit: Sicut glorificant sed ego dominus tuus, cum solus cum patre et spiritu sancto
praesidet in caelo, sanctae passionis vincit in aedificio, quemadmodum implevit legem per ministerium incarnationis et perfectae humilitatis suae,
ita testatur nomine promissa impleturus est per ostensionem gloriae claritatis suae. Nunc nobis unum cubitum mensuram quam arcae locuta
est. Archa enim, quae trecentis cubitis in longitudine missa est, quinquaginta vero in latitudine, triginta autem in altitudine, in uno
est cubito consummata. Quid enim per archam nisi sancta ecclesia signatur? Quae in infimis ampla est, superius angusta, quae a trecentis
atque quinquaginta ac triginta cubitis ad unum cubitum colligitur, quia ab ea latitudine quae sancta ecclesia in membris suis adhuc in-
fimatibus habet paulisper angustata et in altum proficiens ad unum tendit. Ipsa enim vero surgit ut omnes quae in illa archae
latitudine omnes bestiae cuncta quadrupedia atque reptilia in mansionibus fuerunt, homo vero atque volatilia minus in mansionibus.
In superiore etenim parte fenestra fuit in latere, de qua corvus et columba dimissi sunt, hoc ut si iam diluvium
transisset aquae cognosceret. Et quia archa eadem in uno fuit cubito consummata, homo et volatilia minus cubito fuerunt.
Recte itaque per archam universa ecclesia designatur, quae adhuc in multis suis carnalibus lata est, in paucis spiritalibus
angusta. Et quia ad unum hominem, qui est sine peccato, colligitur, quasi in uno cubito consummatur. Videmus etenim multos in terra
cupidos sanctae ecclesiae sinum in superbia erigi, in carnis voluptate dissolvi, in acquirendis terrenis rebus inhiare, impa-
tientiae avaritia manu tendere, desinere iracundiae in rigore vacare, proximos quos praevalent laedere. Et quia adhuc eos
sancta ecclesia tolerat ut convertantur, quasi in archae latitudine deorsum bestiae morantur. Videmus alios qui iam aliena non quaerentes
illatam iniuriam aequanimiter portare, rebus propriis esse contentos, humilitatem vivere. Et isti iam pauci sunt, angustatur archa.
Alios autem conspicimus etiam possessa relinquere, nil terrenis rebus studium dare, inimicos diligere, carnem a cunctis voluptatibus
domare, mentem ad solum intimum pervenire, per caeleste desiderium contemplationis penna sublevare. Et quia tales
quamquam valde rari sunt, iam archa minus cubitum ducitur, ubi homines et volatilia continentur. Erunt tamen si quis esse
valeat sine peccato et nullus invenitur. Quis itaque homo sine peccato est, nisi ille qui in peccatis conceptus non est? In uno
ergo cubito consummatur archa, quia unus est auctor et redemptor sanctae ecclesiae sine peccato, ad quem et per quem omnes perveniunt
qui se esse peccatores noverunt. Dicatur itaque de limine et porta et cubitus unus finis utriusque, quia cum unus me-
diator Dei et hominum homo Christus Iesus in maiestate sua apparuerit, omnia utrisque testatur quae praedicta et promissa sunt
complebit. Si vero utrisque hic loco marginem et thalamos memorat, neque hic ab hac sua abhorret, quia cum iam
maiestas redemptoris nostri nobis ostensa fuerit, finiuntur fides cum iam cepit videre homo quod credidit, et ad finem
suum perveniunt thalami, quia corda fidelium incomparabiliter longe quam modo sunt in amore illius proficiunt. Cubitus ergo
unus utriusque est, quia unus Dei et salvatoris visio in electis suis fidem finit et caritatem perficit. Considerare libet
qui nos sumus qui ista tractamus: certe ex gentibus venimus, certe parentes nostri lignorum ac lapidum cultores fuerunt.
Unde ergo hoc nobis, ut ea quae hucusque Hebraei nesciunt, Ezechielis prophetae tam profunda mysteria rimemur?
Agamus ergo gratias uni qui cuncta quae de eo in sacro eloquio scripta sunt opere implevit, ut quae audita intel-
legi non poterant visa panderentur. Ibi quippe incarnatio, ibi passio, ibi resurrectio, ibi ascensio illius continetur. Dicit Leo apoc. v
Et quis nostrum haec audita crederet, nisi facta cognosceremus? Signatum ergo librum, sicut in Iohannis apocalypsi legitur,
quem aperire et legere nemo poterat, leo de tribu Iuda aperuit, quia omnia eius nobis mysteria in sua passione ac
resurrectione patefecit. Et per hoc quod infirmitatis nostrae mala pertulit, suae nobis potentiae ac claritatis bona
monstravit. Caro enim factus ut nos spiritales faceret, benigne inclinatus est ut elevaret, exiit ut introduceret,
visibilis apparuit ut invisibilia monstraret, flagella pertulit ut salvaret, opprobria et irrisiones sus-
tinuit ut ab opprobrio aeterno liberaret. Mortuus est ut vivificaret. Agamus ergo gratias vivificanti et mortuo.
Unde bis salutem nostram et passionem illius spiritualiter contemplatus ait: Ut faciat opus suum, alienum opus eius, et 28
ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Opus etenim Dei est animas quas fecit colligere, ad aeternae
lucis gaudia revocare. Flagellari autem atque sputis illudi, crucifigi, mori ac sepeliri non hoc in sua sancta opus
Dei est, sed opus hominis peccatoris, qui haec omnia meruit per peccatum. Sed peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.
Et qui in natura sua manet super incomprehensibilis, in natura nostra comprehendi dignatus est ac flagellari, quia nisi ea
quae erant infirmitatis nostrae susciperet, nequaquam nos ad suae fortitudinis potentiam sublevaret. Ut ergo faciat opus
suum, alienum opus eius, et ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo, quia mortuus est ut nos ad sua mysteria
colligeret, dignatus pro nobis est tamquam peccator homo vapulare, et alienum opus fecit ut faceret proprium, quia per hoc quod infir-
mitatis mala nostra sustinuit, nos qui creatura illius sumus ad fortitudinis suae gloriam perduxit, in qua vivit
et regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen. Omelia decima septima xvii

Memoratis superioribus thalamis propheta subiungit, quia thalamum sex cubitorum erat hinc et inde. Qua
in re magna nobis quaestio generatur: Cur superius thalamus uno calamo mensuratus dicitur, quem vero
calamum sex cubitos et palmum habere praedixit, atque inferius thalamos sex solummodo cubitis me-
surat? Si enim non calamo sed sex cubitis mensuratur, palmus deest qui superius in mensura calami dicebatur
adesse. Sed si thalami sunt sensus et cogitationes fidelium, in quibus castae animae conditori suo in amore iunguntur.

ut per sex cubitos perfecta operacio per palmum vero inchoacio contemplacionis exprimitur. Sed vobis etiam demonstrandum conspicere et tanq-
uenimus quod sunt in eo thalami uno calamo et sunt alii sex tantum cubitis mensurati. Nam fideles quidam nulla omnipotentem
deum ita amant ut in opere perfecti sunt et in contemplacione suspensi. Hii perfecto calamo in mensura sunt quia et sex cubitos
operacionis et palmum contemplacionis possident. Quidam vero omnipotentem quidem deum diligunt et perfecte in bonis operibus
concurrunt sed tamen contemplacionis eius magne subtiliori intellectu nesciunt amant autem sed investigare gaudia eius claritatis
ignorant. Hii itaque sex cubitos habent et palmum non habent quia ei iam per caritatem iuncti sunt sed a contemplacione disiuncti.
Cum tu thalami per quadraturam cubiti unius habeant et inde esse referuntur qui videlicet in amore auctoris ac redemp-
toris nostri fideles omnes et ex iudaico populo et ex gentilitate convenerunt. Unde et ipse redemptor noster cum asellum sedens Ierusalem
tenderet sicut euangelista testatur: Multi vestimenta sua straverunt in via alii autem frondes cedebant de arboribus et sternebant
Osanna in via. Et qui preibant et qui sequebantur clamabant dicentes: Osanna benedictus qui venit in nomine domini. Salvator etenim noster asellum
sedens Ierusalem tendit quia unamquamque fidelem animam regens videlicet in iumentum suum ad pacis interne visionem ducit. Iumentum suum
sedet et cum sancte ecclesie vel presidet. Eam quam in superne pacis desiderium accendit. Multi autem vestimenta sua in via sternunt
quia corpora sua per abstinenciam edomant ut ei iter ad mentem preparent et exempla bona sequentibus prebeant. Alii
autem frondes vel ramos de arboribus cedunt et sternunt in via quia in doctrina veritatis verba atque sententias patrum ex corpore
eloquio decerpunt ut sic in via dei ad auditoris animum venientis humili predicacione submittant. Quod indignus quoque et
nos modo facimus. Nam cum patrum sententias in sermone exhortacionis assumimus frondes de arboribus cedimus et has
in via omnipotentis domini sternimus. Sed qui preibant et qui sequebantur clamabant Osanna. Precessit quippe iudaicus populus
secutus est gentilis. Et quia omnes electi sive qui in iudea esse potuerunt sive qui nunc in ecclesia existunt in mediatorem
dei et hominum crediderunt et credunt. Eum precedunt et qui secuntur Osanna clamant. Osanna autem latina lingua salva nos
dicitur. Ab ipso enim salutem et priores eius quesierunt et presentes querunt et benedictum qui venit in nomine domini confitentur quoniam
una spes una fides est precedencium atque sequencium populorum. Nam sicut illi expectata passione ac resurrectione eius salvati sunt
ita nos preterita passione illius ac permanenti in secula resurrectione salvamur. Quia enim priores nostri ex iudaico populo crede-
derunt atque amaverunt venturum. Sicut nos et venisse credimus et amamus. Eius quoque desiderio accendimur ut eum facie ad
faciem contemplemur. Thalami ergo eius habent et inde sunt quia corda amancium fide que in illo est et amore parate
sunt et ad ultra complectuntur. Sequitur: Et mensus est portam a tecto thalami usque ad tectum eius latitudinem viginti
et quinque cubitorum. Sepe iam diximus porte nomine fidem ipsum creatorem ac redemptorem nostrum mediatorem dei et
hominum ihesum christum posse signari quia per fidem que in eo est introitus ad vitam patet. Sed etiam scripturam sacram que
nobis eiusdem fidem in redemptoris nostri intellectum aperit non inmerito portam accipimus quia ea ut ei cognita ad intel-
ligenda invisibilia intramus. Si ergo hic in loco ut prediximus porta scriptura sacra accipitur quid nobis est quod
per tectum thalami quod per tectum porte signetur. Sed hic thalamus tectum quia operta est mens amancium et adhuc
fervor amoris in occulto est. Habet et porta tectum quia scriptura sacra tota quidem propter nos scripta est sed non tota
intelligitur a nobis. Multa quippe in illa ita aperte scripta sunt ut pascant parvulos. Quedam vero ita obscurioribus
sententiis ut exerceant fortes quia cum labore intellecta plus grata sunt. Nonnulla autem ita in ea clausa sunt ut dum
in ea intelligimus agnoscentes mensuram nostre cecitatis ad humilitatem magis quam ad intellectum proficiamus. Sunt enim quedam
que ita de celestibus loquuntur ut solis illis supernis civibus in patria sua consistentibus pateat. Necdum quoque nobis
peregrinantibus reseruntur. Nam si quis ad urbem incognitam pergens multa de illa in via audiat quedam quidem
ex voce colligit quedam vero quia necdum vidit nullomodo cogitat. Ipsi vero cives qui in ea sunt et que de illa tacentur
et que de illa dicuntur intelligunt. Sic nos qui adhuc in via sumus multa de illa celesti patria audimus alia iam
per spem et rationem intelligimus quedam vero non intellecta veneramur. Unde et de eodem sacro eloquio scriptum est: Extendens
celum sicut pellem qui tegis aquis superiora eius. Celum quippe sicut pellis extenditur quia per ora mortalium scriptura
sacra nobis expositionibus explicatur. Sed sunt aque in celo superiores videlicet multitudines id est angelorum agmina
in quibus eius celi teguntur superiora quia ea que in sacro eloquio altiora et obscuriora sunt angelicis solum
spiritibus patent et nobis adhuc incognita perdurant. Habet ergo thalamus tectum quia nescit adhuc proximus quantum
amatur a proximo. Porta quoque id est sacrum eloquium habet tectum quia necdum omnia penetrare ad intellectum possumus que de cele-
stibus audimus. Restat ergo ut in hiis que intelligimus per in profectu cotidie caritatis ambulemus et omnibus in nobis
[illegible] Restat ergo ut id quod intelligimus a nobis atque in sacro eloquio ea que non dum intelligimus humiliter vene-
remur. Verum in hiis tu ad que intelligendo pervenimus dilatari per bona operacionis debemus. Unde et dicitur: Et mensus
est portam a tecto thalami usque ad tectum eius latitudinem viginti quinque cubitorum. Quinque enim exterioribus sensibus
perditi sumus videlicet visu gustu olfactu auditu atque tactu. Quinque vero qui varia nimis per semetipsum multiplicatus
ad vicesimum et quintum numerum surgit. Operari autem opera quidem de mandatis celestibus sive exterioribus quinque sensibus
non valemus. Hiis quippe officiis sensus interior anima intus providet et ex opera agere intus vel intendit possit quia
ipsis officiis renunciantibus ac deficientibus agnoscit. Cum ergo timorem omnipotentis domini anima implet verum est ut
quoque nostri sensus nobis velut subita officia in bona operacione deserviat per quos tunc aliquid agere intendit
corporis plus se quotidie ipsa anima aperit et quasi quidam sinus boni operis expandit. Quinque ergo sensus multiplicatur
in se. Dum hoc quod in ipsos agitur in bono quotidie opere profectum multiplicatur. Unde et latitudo esse propo-
nitur viginti et quinque cubitorum. Dicitur quia timor tenacia et parvitudo angustia est. Omnis enim indigentia dare panem
et v cubitorum

metuit ne sibi desit, adhuc in angustia timoris est. Cumque idem vestitum algenti non porrigit quia hoc solus habere concupiscit
adhuc tenacie sue angustia coartatur. Cumque ideo bonum non agit quia torpore animi pigrescit, ipse ei sinus torporis
angustia est. Si respicere animum inopem gaudere, praebere largiri stipendia, praebere defensionem atque pro emittenda defensione pau-
peris adversantes tolerare inimicitias non timet, magna mentis latitudo est. Mensus est ergo inter thalamum et portam eam que
interiacet latitudinem cubitorum viginti et quinque, quia in contemplatione summa operatione probatur et cognoscitur quo intus largitatis
bonitas habeatur. Nam quod iam dicitur de scriptura sacra centum didicimus per et quod in proximum caritatis amicus in latitudine boni operis
ostenditur. Per viginti itaque et quinque inter thalamum et portam latitudo, quia inter caritatem et scripturam testis est bona operatio, que
si fortasse defuit, profecto certum est non cognovisse te deum vel diligere proximum, vel in porta sacri eloquii vel amoris
thalamum habere. Et notandum quod a tecto thalami usque ad tectum porte dicitur esse mensuratum. Per ea enim que nobis in sacra
scriptura cooperta sunt nostra humilitas approbatur, quia cum quod in illa non intelligimus non superbe reprehendimus, sed venerari
humiliter debemus. Unde et de deo scriptum est: Palpebre eius interrogant filios hominum. Palpebre quippe eius mandata
sunt, que aliquando nobis clauduntur, aliquando aperiuntur. Cum aperiendo nos interrogat, si intelligendo non contollimur;
claudendo nos interrogat, si non despicimus, si intelligere non valemus. Per ea autem que de caritate nostra proximis nostris
non loquimur, in conspectu dei vera probantur. In conscientia enim ore caritas facta est, in conscientia vero cordibus vera. Et sepe
de caritate ostenditur quod non est, et non demonstratur quod est. Amorem itaque nostrum erga proximum plus bona operatio loquitur
quam lingua, ut in ipso bono opere proximus noster amari se videat. Et cum tu non possis quantum volueris operari, oportet
deo occulta amoris nostri sufficiat. A tecto ergo thalami usque ad tectum porte fit magna latitudo, et ab occultis
nostre caritatis propter proximum usque ad humilitatem sacre scripture dum mens intelligimus et valemus bona sunt opera. Porro
etiam porta ipse iam aditus regni celestis intelligitur, et hic nunc thalamus tectum habet, porta tectum, quia quanta
sit nostra caritas in deo et proximo non cognoscitur, et cum de hoc seculo ad eterne vite regnum introducimur ignoratur.
Esse enim redemptor noster nobis diem mortis incognitam voluit, ut dum semper ignoratur semper esse proxima credatur,
quanto quisque fervencior sit in operatione quanto et certus est de vocatione. Unde et latitudo viginti et quinque cubitorum
thalamo ad portam tenditur, quia per caritatem que semel in deo et proximo concipimus, usque ad ingressum regni
debemus omne quod possumus multiplicare atque incessanter operari. A tecto itaque thalami usque ad tectum porte magna
latitudo est, quia et gratia qua inchoamus deum diligere usque ad ipsam dilectionem que nobis aditum regni celestis
aperit. Denique nosmetipsos in magna bonorum operum actione dilatare, adversa pacienter perpeti, beneficia libenter
impendere, ipsos etiam quos patimur amare, habita tribuere, non habita non ambire, proximos sicut nosmetipsos di-
ligere, eorum bona nostra credere, eorum mala quasi propria deflere. In hac ergo nimirum magna est latitudo, in qua angustia
odiorum non est. Tanta profecto latitudine quo dei et proximi amore concipimus per sacra mandata cognoscimus. Nam et ipsos
latitudinis xxv cubitos non incongrue intelligimus si eos iuxta sacri eloquii distinctionem velimus. Sex enim cubitis
mensuratos thalamos diximus, et septimo die hoc additum est, eo quod die dominus perfecisse opera sua describitur.
Unde etiam pro perfectione senarius numerus poni solet. Et quia omnem operationem bonam per x ... libros agnovimus,
si sex quater ducamus, ad xx et iiii pervenimus. Cui monas additur, quia unus est per quem bene omnes operantur.
xxv ergo et v cubitorum latitudo hic computari debuit, quia omnia bona opera per x ... ut diximus
libros agnovisti in unius dei cognitione et confessione complentur. Sequitur: Et ostium contra ostium. Hoc loco contra non
ad adversitatem ponitur sed ad rectitudinem. Ostium enim contra ostium est cum recto itinere ab exteriori ad interiorem aditus per-
venitur. In cognitione vero omnipotentis dei primum ostium nostra fides est, secundum vero species illius ad quam fide ambu-
lando pervenimus. In hac etenim vita hac ingredimur, ut ad illam postmodum perducamur. Ostium ergo contra ostium
est, quia per aditum fidei aperitur aditus visionis dei. Sed quibus vero utraque hec ostia in hac vita vellem accipere, ne
hic salubri intellectui abhorreret. Nam sepe volumus omnipotentis dei naturam invisibilem considerare, sed nequaquam valemus,
atque ipsis difficultatibus fatigata anima ad semetipsam redit, sed quia ipsa de se gradus ascensionis facit, ut primum
semetipsam si valet consideret, ut et tunc illam naturam que super ipsam est in quantum potuit investiget. Sed
mens nostra si in carnalibus imaginibus fuit sparsa, nequaquam vel se vel anime naturam considerare sufficit,
quia ad quot cogitationes ducitur, quasi per tot obstacula cecatur. Primus ergo gradus est ut se ad se colligat,
secundus ut se videat qualis est collecta, tertius ut super semetipsam surgat, ac se contemplationi auctoris
invisibilis intendendo subiciat. Sed se ad se nullo modo colligit, nisi prius didicerit terrenarum ac celestium ima-
ginum fantasmata ab oculis mentis compescere, quicquid de visu, quicquid de auditu, quicquid de odoratu et gustu
corporeo cogitationum eius occurrit respicere atque calcare, quatenus talem se querat intus qualis sine istis est.
Nam hec cum cogitat quasi quasdam umbras corporum intra se versat. Abicienda sunt ergo omnia manu discretionis
ab oculis mentis, tantum se anima consideret qualis sub deo super corpus creata est, ut a superiori vivificata
vivificet inferius quod administrat, que et sic infusa est corpori, ut non per membra partes partibus sit divisa.
Nam in quolibet loco pars corporis percutitur, tota dolet. Miro autem modo una eademque vivificatione membrorum possidens,
cum ipsa per naturam non divisa sit, per corpus tamen agit divisa. Ipsa quippe est que per oculos videt, per aures audit,
per nares odoratur, per os gustat, per membra tangit et tangendo omnia leve ab aspero distinguit. Et cum tam
diversa per sensus operatur, non hec divisa, sed una illa in qua creata est virtute disponit. Cum ergo semetipsam sine ima-
ginibus corporis cogitat anima, iam primum ostium intravit, sed ab hoc ostio ad aliud tendit, ut de natura omnipotentis
dei aliquid contempletur. Anima itaque in corpore vita est carnis, deus vero qui vivificat omnia vita est animarum.
Sed si tante est magnitudinis ut comprehendi non possit vita vivificata, quis intellectu comprehendere valeat

quante maiestatis sit vita vivificans. Sed hoc ipsum considerare aliquid ipsum iam est aliquid intueri, quia ergo sua estimatione anima
colligit de incircumscripto lumine quid sentiat qui cuncta incomprehensibiliter regit quia incomprehensibiliter creavit. Conditor enim in-
longe incomparabiliter creature sue presidet, et quecumque operatur ut sunt, nec tamen distinctione aliquid de vita valeat. Quia vero
ut sunt vivat atque discernat et operatur unusquisque omnia, sed in omnibus non divisus. Est enim vere simplex et nunquam sibi dissimilis.
Anima autem etsi per naturam sibimetipsi divisa non est, eo enim momenti ictu quo de auditu cogitare obliviscitur, de visu
cogitat, et eo momenti ictu quo de auditu et gustu cogitat, de odoratu vel tactu cogitare non prevalet, quia per
intentionem et oblivionem sit sibimetipsi dissimilis et nunc hoc nunc illud cogitatione teneat. Omnipotens autem Deus quia sibi
metipsi dissimilis non est, ea virtute videt qua audit, omnia ea virtute creat qua iudicat. Cuncta Deus ergo et videre, per omnia
administrare est, et administrare conspicere. Non alia cogitatione iustos adiuvat atque alia iniustos dampnat, sed una
eademque in nature singularis sibi per indissimilis dissimilia disponit. Cur autem hoc de potentia creatoris admiremur, qui
virtutis eius vestigia et in creatura conspicimus? Natura quippe luti et cere diversa est, solis vero radius non est diversus, et
tamen ad diversa non sit diversus. Diversa sunt que in luto operatur et cera, quia uno eodemque suo igneus calore lutum durat et
ceram liquat. Sed fortasse hoc in natura luti vel cere est, non in ipsa solis substantia, que in naturis diversis diversa videtur
operari. Omnipotens autem Deus in semetipso hoc sine immutatione mutabilia disponere, sine diversitate sui diversa agere,
sine cogitationis vicissitudine dissimilia formare. Longe ergo dissimiliter operatur dissimilia nunquam sibi dissimilis Deus, qui
et ubique totus est. Unde enim celum michi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Et de ipso scriptum est quia celum metitur
palmo et terram pugillo concludit. Ex qua re considerare necesse est quia is qui celo velut sedi presidet, super et intra est.
Et qui celum palmo et terram pugillo concludit, circumquaque superius et inferius est. Ut ergo indicaret omnipotens Deus interiorem
se esse et superiorem omnibus, celum sibi sedem esse perhibuit. Ut vero ostenderet omnia continendo, celum metiri palmo
et terram se asserit pugillo concludere. Ipse est ergo interior et exterior, ipse inferior et superior, portando inferior,
replendo interior, circumdando exterior. Sic quippe est intra ut extra sit, sic circumdat ut penetret, sic presidet ut portet,
sic portat ut presideat. Cum ergo sublevata ad semetipsam anima suum modulum intelligit, et quia corporalia omnia
transcendit agnoscit, atque ab intellectu suo se ad auctoris intellectum tendit, quid iam hec nisi ostium quod est con-
tra ostium aspiciat? Unde et auctori omnium propheta dicit: Anima mea sicut terra sine aqua tibi, quia quantumlibet intendit, nec
semetipsam perfecte sufficit penetrare, quanto magis illum magne qui potuit animam condere. Sicque in specie Dei intellectum
laborantes lassescentes atque deficientes subito confortata est ut potens ad eam. Sed dum conantes atque tendentes
quedam ut de invisibili natura aspicere cupimus, lassamur, reverberamur, repellimur. Et si interiora penetrare non possumus,
iam tamen ab exteriori ostio interius ostium videmus. Ipse enim considerationis labor ostium est, quia ostendit aliquid quod eo quod
simus tamen iam ab exteriori ostio interius ostium videmus. Et fecit frontes per sexaginta cubitos et ad frontem
intus est et si adhuc ingrediendi potestas non est. Sequitur. Et fecit frontes per sexaginta cubitos et ad frontem
atrium porte undique per circuitum. Sepe iam diximus senario numero perfectionem boni operis designari. Non illud
sequentes quod conati sunt quidam seculi sapientes astruere, dicentes ideo senarium numerum esse perfectum quia suo ordine innatis
perficiatur, ut cum unus duo tres dicitur, senarius numerus impleatur. Vel quia in tribus partibus dividitur, id est sexta tertia et dimidia, vel
perficiatur. Ut cum unus duo tres dicitur, senarius numerus dicitur esse perfectus, quia sicut paulo ante dictum est, sexto die perfecit Deus
in uno duobus vel tribus. Sed ideo senarium numerum dicimus esse perfectum, quia sicut paulo ante dictum est, sexto die perfecit Deus
omnia opera sua. Denarius vero per decem bonum legis dedit, quia in decem preceptis conscripta est, et sex decies ducta in sexagenarium
omnia opera sua. Cum ergo per sexaginta cubitos bonorum operum perfectio designatur, quod apte etiam Dominus in evangelio designat, qui
surgit. Recte per sexaginta cubitos bonorum operum perfectio designatur. Aliud cecidit in terram bonam et dabat fructum ascendentem et crescentem, et
cum parabola seminantis exponeret, dixit: Aliud cecidit in terram bonam et dabat fructum ascendentem et crescentem et
afferebat unum trigesimum et unum sexagesimum et unum centesimum. Fructus etenim terre bone trigesimum affert cum mens perfectionem fidei
afferebat unum trigesimum et unum sexagesimum; sexagesimum afferre cum bone vite opera perfecta producit. Centesimum vero affert cum ad eterne vite contemplationem
que in trinitate cognoscitur; sexagesimum affert cum bone vite opera perfecta producit. Centesimum vero affert cum ad eterne vite contem-
perficit. Sinistra etenim nostra est vita presens, dextera vero est vita ventura. Et recte per centenarium numerum eterne vite contemplatio
placere designatur, quia cum per trigesimum et sexagesimum ad centesimum computando pervenimus, ipsi centenario numerus in dexteram transit.
Fides autem atque operatio adhuc in sinistra est, quia hec adhuc pertinet et credimus quod non videmus et operamur ut videamus. Cum vero
iam se anima in contemplatione eterne vite suspenderit, quia ad dexteram manum computus pervenit, perficitur. Itaque frontes per sexaginta
cubitos. Quia enim per sexagenarium numerum perfectio designatur, quid per frontes edificii nisi ipsa opera designantur?
Quia et per bono opere patent adversa contra videtur. Predicatorum enim per verbum tribuere alimenta esurientibus, vestimenta algentibus dare, et per bono ope patent adversa
contra videtur. Predicatorum enim per verbum tribuere alimenta esurientibus, vestimenta algentibus dare, et pro bono opere pacem adversa
quid aliud quam frontes sunt edificii celestis, quia pulchritudo operum exteriorum ornat tabernaculum Dei quod adhuc
sustinere. Quid aliud quam frontes sunt edificii celestis, quia pulchritudo operum exteriorum ornat tabernaculum Dei quod adhuc
latet intus. Sed iste frontes adiungit atrium undique per circuitum, quia in hoc magna sunt opera si hec in mente dilatat amplitudo caritatis. De caritate quippe scriptum est: Latum mandatum tuum nimis. De hac item propheta ait: Statuisti
plitudo caritatis. De caritate quippe scriptum est: Latum mandatum tuum nimis. De hac item propheta ait: Statuisti
in loco spacioso pedes meos. Sed ecce dum loquor, animo occurrit quo lata est caritas si per caritatem pertingitur ad
Deum et per semetipsam vitas et intrate per angustam portam. Rursum per prophetam audio dicente propheta: Propter verba labiorum
tuorum ego custodivi vias duras. Atque in evangelio Dominus dicit: Iugum enim meum suave est et onus meum leve est.
Quo ergo lata caritas si angusta porta? Aut quo iugum suave est et onus leve si in preceptis Dei vie dure sunt?
Quo ergo lata caritas si angusta porta? Sed hoc nobis citius ipsa caritas solvit, quia via Dei et incipientibus angusta est, et perfectione
que custoditur. Sed hec nobis quomodo ipsa caritas solvit? quia via Dei et incipientibus angusta est et perfectis
iam vincentibus lata, quia dura sunt que cum usu spiritualis amoris promittis, quod tamen onus Dei leve est. Postquam hoc fuerit
accipimus, ita ut per amorem eius et perfectiorem placeat et omnes per eo afflictiones mentis in dulcedinem veniat, sicut
accepimus, ita ut per amorem eius et perfectus placeat, ut omnes per eo afflictiones mentis in dulcedinem veniant, sicut
sancti apostoli gaudebant cum pro Deo flagella tolerabant. Ipsa ergo angusta porta amantibus lata fit, ipse vie
dure spiritualibus eventibus molles et plane sunt. Cum enim sit anima se per temporalibus doloribus gaudia eterna recipere,
et hoc incipit quod affligitur amare. Atrium ergo ante frontes est, id est in perfectione operis latitudo dilectionis

Et notand q dr̄ undiq p circuitu ut vz ho p om̄e qd agit se se in caritatis amplitudine dilatet nec hunc a cor
aut odia angustet. Si quis em̄ de vbo dei loquit et caritate qua pdicat in mete no fuat edificij fronte
ht s atriu an̄ fronte no ht. Si quis elemosinas indigentib largit et p hac fortasse in corde extollit uel cp caritate
pximi inopie subueniunt s sese ex elatione tanti extollit fronte quid in edificio ostendit s intus fronte atriu no fec.
Si qs a pximo illatas contumelias tolerat et mala obita tacitq portat magna est paciencia qua demostrat s si
dolore in corde no habeat s hanc ad tranquillitate mansuetudinis et ipsu qui male contestat diligit Nam si paciencia ex
tus adhibeat intus dolore tenet uel amat eu qui sustinet ht quidem fronte in edificio s an fronte atriu no ht
qr ib qui se angustie odioru subdidit p fero caritatis latitudine amisit. Nam sicut in superiori pte iam diximus paciencia
uera est que et ipsum amat qui portat Nam tolerare s odisse no est virtus mansuetudinis s velamentu furoris. Et
notand q hc ipsum atriu porte dr. Porta quippe nra est aditus ad regnum et deu ac pximu pfecte amare iam
ad ingressu regni est tendere. Inquantu em̄ quisq amat intus ad ingressu ppinquat. Inquantu vo amare negligit
intus ingredi recusat qr uel studet videre qd appetat. Tunc ergo habemus atriu porte qn ex latitudine caritatis ad su
pnā vitā quā adhuc contingere minime possumus iam p desiderium intramus. Itaque tu bonum opus erga pximos agitur
restat ut cunctis boni operis intencio dirigat si no puris gra retributionis quit s spem suam aiq ad futuram
pmissionem tendit ut ex temporalibus etiam ex eternis celestia spet. Spes em̄ celestium mente solidat ne quatiat
fluctibus tumultum terrenorum. De qua et p paulum dr. Quam sicut anchoram habemus in aia tutam ac firmam et ince-
dente usq ad interiora opa velaminis. De quibus interioribus h' subditur Et an faciem porte qua ptingebat usq
ad faciem vestibuli porte interioris quinquaginta cubitos. Hoc quoque loco hc dr an faciem porte no exterior s interior
an porta locus describitur, qui usq ad faciem vestibuli porte interioris ptingere phibetur. Vnde et ipse locus quinquaginta
cubitis dr mensuratus. P quinquagenarium quippe numerum requies etiam signatur. Hic enim septenarius numerus pariat
pfectionem qr eo die dierum numerus est completus et p lege sabbatum in requiem datum est. Ipse aut septenarius p se
metipsum multiplicatus ad xlta et nouem pducitur. Cui si monas addatur ad quinquagenarium numerum peruenitur
qr oīs nra pfectio illius unius contemplatione erit in cuius nobis visione iam nichil aliquid salutis et gaudiu no erit
Hinc etiam iubileus i annus quinquagesimus in requiem datus est qr quisquis ad eternitatis dei gaudia etiam peruenit
labore et gemitu ultius no habebit. Notandum vo qr locus qui describitur p quinquaginta cubitos tendi ad fa-
ciem vestibuli porte interioris ptingere memorat. Non ergo hic loco ppria iam ipsum vestibulum porte interioris
narrat s p locum interius sicut diximus spes nra signatur. Que dum etiam requiem quirit mente ad vestibulum
porte interioris ducit. Hc ipsum enim qd desideramus celestia qd ad pmissa gaudia suspiramus qd eterne vite re-
quiem querimus iam ad interioris vestibuli ppinquamus faciem. Signetur ergo p porta fides p atrium caritas per
locum vo qui ad faciem vestibuli porte interioris ppinquat signetur spes. Sine quibus tribus virtutibus quisquis
iam viuere pt ingredi ad celeste edificium no pt. Habeatur ergo fides i porta q introducit ad intelligentiam
caritas i atrio q mente dilatat in amore. Spes in loco quinquaginta describitur cubitorum qui p desideria aterna
suspiria introducit aiam ad pfecta gaudia quietis. De qua quiete et si adhuc sicut est vita luminis no cernimus
iam tu p rimas intelligentie aliquid videmus. Unde et h' subditur Et fenestras obliquas in thalamis.
In fenestris obliquis pars illa p qua lumen intrat angusta porta est s pars interior q lumen recipit lata
qr mentes contemplancium quamuis aliquid tenuiter de vero lumine videant in semetipsis tn magna amplitudine dila-
tantur. Que vz et ipsa que conspiciunt capere vix pauca pnt. Exiguum valde est qd de eternitate contemplantes
videant s ex ipso exiguo laxatur sinus mencium in augmentum feruoris et amoris. Et inde apud se ample sunt unde
ad semitis lucem qr p angustias admittunt. Atque magnitudo contemplancium qr extendi no nisi amantibus t. in
thalamis oblique fenestre esse phibentur Vel in hiis q intus thalamos no iam extitisset s esse intus diximus sed
nam de eisdem fenestris subditur. Et in frontibus earum que erant inter portam undique p circuitum. Erat enim in tha
lamis erant et in frontibus earum q inter portam undique p circuitum fuerant constructa qr qui cor unius ht ipse q
luminis contemplationis suscipit. Nam qui adhuc exteriora inoderanter cogitat que sint de eterno lumine rime co
templationis ignorat. Neque enim tn corpe carnis rerum ymaginibus illa se infusio in corpe lucis capit, quia
dum sola visibilia cogitat lumine inuisibile ad mente no admittit. Sz quisquis iam luminis contemplationis
intendit curare magnopere dz ut mente suam in humilitate custodiat nunquam se de gratia que infundit extol-
lat et ipas que mentes contemplantium signat. Quales sunt oblique fenestre considerat p obliquas em̄
fenestras lumen intrat et fur no intrat qr hii qui veri speculatores sunt se ipsum in humilitate deprimunt
atque ad corp intelligentiam mentes contemplationis intrat s iactantia elationis no intrat. Et patet itaque fenestre
et munite sunt qr et apta est gratia corp in mentibus q replentur et tn ad se aduersarium ingredi no pmittit.
Notandum vo qui intrat porta undique p circuitu fenestre oblique esse memorant. Non enim contemplationis
gratia summis datur et minimis no datur. s sepe hanc summi sepe minimi sepius remoti aliquando etiam coniugati
percipiunt. Si ergo nullum est fidelium officium a quo possit gratia contemplationis excludi quisquis ergo cor intus ht
illustrari in luce contemplationis pt qr inter portam undique p circuitum fenestre oblique constructe sunt ut
nemo ex hac gratia quasi de singularitate glorietur. Nullus se donum veri luminis estimet habere pnatum qr in eo
q se habere pcipue putat sepe alter est dicior qui habere bonum apud se aliquid no putat. Vnde et adhuc
apte subditur. Similiter autem erant et in vestibulis fenestre p girum intrinsecus post septem dixit fenestras.

in frontibus adiungit fenestras in vestibulis per girum intrinsecus / quia non solum alta sancte ecclesie membra que preminent habent contemplationis gratiam sed plerumque habent domini et illa membra parvulum que et si iam per desiderium ad summa emicant tamen adhuc per officium in imo iacent. Nisi enim et hii qui despecti videntur tempore contemplationis infunderet fenestre in vestibulis non fuissent. Videmus itaque alios in summis locis sancte ecclesie constitutos alta de celestibus loqui miro studio magnisque
lustra mens suffert superne patrie secreta rimari. Hii fenestre sunt in frontibus. Alii vero in sancte ecclesie sinu continentur et despecti humanis oculis videntur. sed apud se sapientie studiis vacant ad celestia anhelant atque in quantum prevalent
que sint gaudia eterna contemplentur / fenestre itaque oblique sunt sed in vestibulis. Bene autem dicitur per girum quia omnis
inquisitio secretorum vero habet girum. Dum in cogitatione sua dicit putas ne hoc / putas ne illud est aliquid quod circuit ut
inveniat quod querebat. Cum tamen interdum subito lucem erumpere in cogitatione cepit, quasi per obliqua fenestra radia
vitalis venit. Sic quippe in contemplatione una multa cogitationibus circuendo requirimus sed quoniam bonorum sepe eximia
ut in montibus perficiat. Nam tamen iam cogitat aliquid ad meliora transire quamquam melius de aliis audire possit quod
rit. Hinc namque in sancte ecclesie alta vita ventilat. Unde et clavis quidam qui in corporis sinu sancte ecclesie per divinum in
medio oculos infirmat bonorum vita ad imitationem requirens dicebat. Circuibo et immolabo in tabernaculo eius
hostia iubilationis. Circuire ut immolaret iubilationis hostiam cupiebat / quia nisi animo huc illuc quasi ad bonorum vitam conquirendam mitteret ipse usque ad iubilationis sacrificium non perveniret. Cum vero sancti viri mentes studio circa ad loca sua
ma perducuntur / eorum vita quasi in speculo ponitur ut cuncti videant bona que debeant imitari. Unde et adhuc apte
subditur. Et ante frontes pictura palmarum. Quid per palmas nisi premia victorie designantur / ipse quippe dari
vincentibus solet. Unde de hiis quod qui in certamine mundi antiquum hoste vicerunt / etiam victores in patria gaudebunt
scriptum est palme in manibus eorum et clamabant voce magna dicentes salus deo nostro qui sedet super thronum et agno
palmas quippe in manibus habere est victorias in operatione tenuisse. Cuius operationis palma ibi redditur ubi
iam sine certamine gaudet. Unde et hic non dicitur palme ante frontes sed ante frontes pictura palmarum. Ibi enim pal
ma victorie videbitur ubi iam sine fine gaudebitur. Nam hic plerumque sanctos viros aspicimus mira agere
virtutes multas facere leprosos mundare demonia eicere tactu egritudines corporum fugare prophetie spiritu ventura predicere
Cuncta itaque hec necdum palme sunt sed adhuc pictura palmarum. Nam hec aliquando dantur et reprobis. Unde per electam
vitas dicit dominus multi dicent michi in illa die domine domine nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus
et in nomine tuo virtutes multas fecimus et tunc confitebor illis quia numquam novi vos discedite a me qui operamini
iniquitatem. Verum ergo signum electionis est soliditas caritatis sicut scriptum est. In hoc scient quia mei discipuli estis si
dilectionem habueritis ad invicem. Hec autem miracula cum electi faciunt / longe dissimiliter a reprobis faciunt / quia quod electi
per caritatem hoc reprobi student agere per elationem. Sed eisdem electis quia ipsa mira que per caritatem faciunt / non iam
palme sed adhuc pictura palmarum quia de eis foris ostenditur qualis apud omnipotentem deum intus habeantur.
Illic autem eis palma erit. ubi iam mortis certamen non erit. Nam predicator egregius tunc apparet palma vera
vincentibus dari. cum mortuorum resurrectionem premittit sicut scriptum est. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale
hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors
in victoria ubi est mors victoria tua ubi est mors stimulus tuus. Tunc erit perfecta victoria cum mors plene
fuit absorpta. In omne autem quod in hac vita modo de signis agere conspicimus non iam ipsam victoriam sed adhuc
imagines victorie videmus. Quoniam ergo plerumque sancte ecclesie et in locis sublimioribus positi ut ad bona opera
alii provocentur virtutes et signa dant / ante frontes interioris edificii palmarum pictura ostenditur. Hec
hodierna die tractata sufficiat ut ad ea que subiecta sunt valentiores adiuvante domino nostro ihesu christo
qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen. Omelia decima octava
Postquam de contemplationis gratia obliquas fenestras insinuans propheta multa locutus est. Eductum se exterius
dicit et gazophilacia vidisse commemorat. In quibus gazophilaciis quid aliud quam doctorum scientia designatur.
Sed rem hanc in re querere possumus. Cum doctores sancti spiritualia atque interna doceant / cur propheta eductum se exterius dicit
et gazophilacia foris vidisse. Sed sciendum est quia alia est contemplatio que tantum videt quantum dicere non valet.
Alia vero scientia atque doctrina que tantum videt quantum exprimere per linguam possit / in contemplatione enim videt
quod voce exprimi non potest quia totum hoc foris est quod exprimi voce potest. Ait itaque. Et eduxit me ad atrium
exterius et ecce gazophilacia et pavimentum stratum lapide in atrio per circuitum. Greca sermone grece philaxe
servare dicitur / et gaza lingua persica divitie vocantur. Gazophilacium locus appellari solet quo divitie servantur.
Quid itaque per gazophilacia designatur nisi ut predixi corda doctorum sapientie atque scientie divitiis plena quia
iuxta pauli vocem. Alii datur per spiritum sermo sapientie alii sermo scientie in eodem spiritu. Sunt enim quidam qui per donum
gratie et ipsa intelligunt que exponi a doctoribus non audierunt ac perceperunt hii videlicet sermonem sapientie perceperunt.
Et sunt quidam qui per semetipsos intelligere audita nequeunt / sed ea que in expositoribus legerint retinent atque
sciunt perceperunt qui lecta didicerunt. Unde itaque isti nisi sermone scientie pleni sunt. Quamvis hec et aliter intel
ligi possunt / quia sapientia ad vitam scientia vero pertinet ad doctrinam. Cum quis bene vivit et prudenter predicat gazo
philacium spiritualis edificii vere nominatur quia ab eius ore celestes divitie dispensantur. Has divitias ha
bundare discipulos ipsius magister gentium videbat cum dicebat divites facti estis in illo in omni verbo et in omni
scientia. Sunt itaque in sancte ecclesie edificio constructa gazophilacia quia habundat divitiis scientie lingua doctorum
Has veras esse divitias ipsa per se veritas denuntiat cum de terrestribus divitiis dicit fallacia divitiarum suf
focat verbum. Sapientia enim atque scientia doctrine spiritualis vere sunt divitie in quarum comparatione que transire possunt / fallacie
vocantur. De hiis divitiis per salomonem dicitur. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Excepto autem eo

quia ad eterna patria diuicie spirituales eius a terrenis diuiciis magna distantia. Quia spirituales diuicie erogate proficiunt. Ter-
rene autem diuicie aut erogantur et deficiunt aut retinentur et utiles non sunt. Quia ergo hii qui in se veras diuicias continent
recte gazophilacia vocantur et sicut ipsa gazophilacia pauimentum quia eis adheret ac subiacet humilitas auditorum. Quod
pauimentum recte stratum lapide in atrium dicitur. Quia in latitudine caritatis vicissim sibi subiuncti sunt cuncti fideles qui et la-
pides appellantur pro fortitudine fidei et strati in pauimento sunt in compage humilitatis. Has fidelium mentes petrus
apostolus fortes in fide conspexerat cum dicebat. Et vos tanquam lapides viui superedificamini domos spirituales. De hiis ys^e
lapidibus sancte ecclesie dominus per ysaiam dicit. Ponam lapidem propugnacula tua et portas tuas in lapides sculptos vniuersos
terminos tuos in lapides desiderabiles omnes filios tuos doctos a domino. Omnipotens enim deus sancte ecclesie propugnacula iaspidem
qui viridis coloris est lapis posuit. Quia predicatorum illius mentes in eterne solida viriditatis ut custodia cuncta despiciat amoe
nil in hoc mundo quod sine terminatur appetat. Cuncta eius gaudia velut arida contempnat. Unde et ipse pastor ecclesie
auditores suos ad pascua eterne viriditatis vocans de deo loquitur dicens. Qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem
viuam per resurrectionem ihesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcescibilem conseruatam in
celis. Huius sancte ecclesie portas in sculptos lapides posuit. Quia hii per quorum nos voce ad vitam eternam ingredimur
scita opera que diuinitus precepta sunt deum in semetipsis ostendunt. Et quia in se sculpta tenuerunt porte etenim non scul-
pte sed pure essent si voce quidem preminent sed sancta in se opera non demonstrarent. At vbi simul hec se ostendunt vnde quod
locuntur et porte sunt quia intra ducunt et sculpte quia viuendo custodiunt quod alys locuntur. Huius sancte ecclesie vniuersos
terminos in lapides desiderabiles positos videmus dum conspicimus in ea fideles fortes in fide et caritate conspicimus. Quos
ut quos dixit lapides demonstraret adiunxit. Omnes filios tuos a domino doctos. Ergo per ysaiam vniuersos ecclesie terminos
lapides desiderabiles videt. Et ezechiel pauimentum lapide stratum per circuitum esse perhibuit. Qui adhuc de ga-
zophilaciis subdit. Triginta gazophilacia in circuitu pauimenti. Denarius numerus pro perfectione semper accipitur. Quia in
decem preceptis legis custodia continetur. Actiua enim et contemplatiua vita simul in decalogi mandatis iuncta est
quia in ea et amor dei et amor se seruare proximi iubetur. Amor quippe dei ad contemplatiuam. amor vero
proximi pertinet ad actiuam. Sed vnusquisque doctor ut in actiuam vitam plene se dilatet atque in contemplatiuam
vigilanter surgat in sancte trinitatis fide debet esse perfectus. Unde et eadem gazophilacia triginta esse memorantur. Et
cum denarius ter ducitur lingua et vita doctoris in trinitate solidetur. Sed hac in re illud nobis est vigilanter
intuendum quod propheta dum gazophilacia describeret adiunxit pauimentum per circuitum. Atque insuper subiungit gazophi-
lacia in circuitu pauimenti. Quatinus et gazophilacia in circuitu pauimenti et pauimentum in circuitu gazophilaciorum
esse videatur. Pauimentum quippe et gazophilacia eo sunt ordine disticta ut et gazophilacia intra pauimentum
et pauimentum intra gazophilacia fuit stratum positum. Non hoc frustra sed magno misterio est. Nam in circuitu
gazophilaciorum dicitur esse pauimentum et in circuitu pauimenti narratur esse gazophilacia. Fit enim pauimentum
in circuitu gazophilacia quia vitam auditorum erudit quotidie et custodit lingua doctorum. Doctores etenim boni in
sancte eruditionis verbis modo fomentis dulcedinis modo asperitati increpationis inuigilant ut auditorum suorum
vitam a viciis defendant. Sed sicut ipsa que gazophilacia in circuitu pauimentum. Quia sepe etiam doctorum cor vi-
ciorum temptationibus tangitur ut modo eleuetur iactatione superbie modo ire stimulis inflammetur. Sed cum bonorum
auditorum vitam conspiciunt. Corda quia perfecisse suis exhortationibus pensant erubescunt tales esse quales auditores
suos post conspiciunt alios fecisse. Et cum se in mente restabiliunt quia plene in culpa labantur. Itaque cum ipsa
sua doctores verba ad memoriam reducunt erubescunt non obseruare quod dicunt. Unde et per salomonem dicitur. Anima labo-
rantis laborat sibi quia compulit eum os suum. Os enim nostrum nos compellit ad laborem. Quia per hoc quod dicimus a vi-
cys refrenamur. Quia turpe nimis est ibi nos negligendo cadere unde predicando conati sumus alios leuare.
Sicut ergo gazophilacia in circuitu pauimentum. Quia doctorum magna custodia est vita virtutis auditorum. Et sua
ei sermo fit in adiutorium quia erubescunt pulsantibus vicijs non resistere qui conuersatione vita alios armauerit
Certamina enim quedam in hac vita viuimus contra malignos spiritus. Quid aliud quam in acie stamus sed per dyabolum doctoris
animus forsitan aliqua elacione pulsatur sed sine ne ipse peccat sed ne per exemplum suum alios ad perditionem
trahat vigilanter se et festine conspiciat et in cogitationibus remordeat. Adducta auditorum suorum vita ad
memoriam semetipsum humiliat et quibus preualet modis agit ne elacio principetur in mente ne ducet in ope-
re. Scriptum quippe est Initium omnis peccati superbia. Omnis ergo erit ante oculos dei fructus boni operis si ergo radice
putruit elacionis. Sepe ut predictum est eius animus temptatur ergo ira. Sed itaque se ad se conspiciendum recol-
ligit et discipline se pondere deprimens agit ne motus animi tussiat in sermone ne erumpat in voce. Efficit quod
in ira perturbati animi ubi per negligentiam oritur ibi per industriam suffocata moriatur. Quia ergo re agitur ut ex
concepta culpa augmentum virtutis paratur qui et si se fortiter custodire voluit ne ad motum surgeret se tamen in
commocione vincat. Unde bene per salomonem dicitur. Melior est paciens viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore
vrbium. Recte ac expugnatori vrbium paciens prefertur quia in illa actione victorie hic victor est hominum
in hac autem mansuetudine paciencie victor animi est suimet quod ipse. Et pauimentum in fronte portarum secundum longi-
tudinem portarum erat inferius. Si portarum longitudinem ad locum referimus in quo porte fuerant constructe
secundum longitudinem portarum pauimentum erat inferius quia quantum tenere locum portarum poterat tantum tendebatur
et pauimentum quod erat inferius. Longitudo ergo pauimenti a portis non erat dissimilis sed tamen equalitas pauimenti
non erat cum portis. Quid est ergo quod pauimentum cum portis longum simul erat sed equale non erat nisi quod
longe distat vita simplicium a vita doctorum. Quoniam et si ad regna celestia tendentes cum longanimitate spei

habet eadem tria virtutum studia non habet. Tendit ergo pavimentum simpliciter in longum, quia ipsam fidem, ipsam spem in se re-
tinent auditores quam habere etiam constat predicatores. Sed pavimentum inferius iacebat, ut eos auditores predicatores suos
longe a suis meritis excellere cognoscant. Sed unam vero longitudinem portarum ipsarum sic superius diximus eorum altitudine
intelligere debemus, unde sic paulo post scriptum est: Ad portas gradibus ascendebatur. Et tanto pavimentum iacet inferius
quanto unaqueque porta surgit in altitudine, quia quanto sanctior est vita doctoris tanto fit humilior sensus
audientis, quia semetipsum despicit dum predicatoris sui vita in magna surgere altitudine comprehendit. Imitari
etenim bona eius alia forsan potest, alia non potest; in quibus prevalet prosequitur, in quibus minime prevalet ad humi-
litatem crescit. Et hoc ipsum ergo ei in profectum est, quod ei imitabile ad profectum non est. Ecce enim si predicatorum morum
ea que legimus facta et dicta pensemus, in quanta altitudine surrexerunt forte cognoscimus. Ut enim taceamus
ex ordine singulorum, loquimur de virtutibus duorum. Ecce Paulus, qui se legi mortuum per legem dicit, quia ut in ipso
crederet ei hoc loco ipsa predicatur, magno fidei ardore succensus precepta legis teneri carnaliter nolunt, circum-
cisionem in gentibus prohibuit. Et cum Petrus apostolus prius adhuc in circumcisione legis consuetudine vellet, in
facie ei restitit, eo quod in hac re fuisse reprehensibilem dicit. Et hoc eius studium discipulis loquens non plus cel-
pat, sed quod est maius, ypocrisim id est simulationem vocat dicens: Cum venisset Petrus Anthiochiam, in facie ei restiti, quia
reprehensibilis erat. Et paulo post: Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudei. Eundem vero apostolorum primus cum multa
discipulos admoneret atque a quibus detrahi de Pauli scriptis agnosceret, dicit: Sicut karissimus frater noster Paulus secundum datam
sibi sapientiam scripsit vobis, loquens in eis de his in quibus sunt quedam difficilia intellectu, que indocti et insta-
biles depravant, sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Ecce Paulus in epistolis suis scribit Petrum rep-
rehensibilem. Ecce Petrus in epistolis suis asserit Paulum in his que scripserat admirandum. Certe enim nisi legisset
Petrus Pauli epistolas non laudasset. Sed si legit, quia illic ipse reprehensibilis dicitur invenit. Amicus ergo veritatis
laudat etiam quod reprehensus est, atque ei hoc ipsum placuit quia in libris non placuerat, que aliter quam debuerat fecisse
quod se etiam minori fratri ad consensum debuit, atque in eadem re sicut est sequens minorem suum, ut etiam in hoc pre- — fratri
iret, quatinus qui primus erat in apostolatus culmine esset primus et in humilitate. Pensate ergo fratres karissimi in qua mentis
arce stetit qui illas epistolas laudat in quibus se scriptum vituperabilem invenit. Cuius illa tanta mansuetudo esse potuit,
que quietis animi, que soliditas atque imperturbate cogitationis. Ecce a minore suo reprehenditur et reprehendi non de-
dignatur. Non ad memoriam revocat quod primus in apostolatu vocatus est, non quod claves regni celestis accepit, non quod
peccata quecumque in terra solveret essent soluta in celo, non quod in mari pedibus ambulavit, non quod paraliticos in Ihesu
nomine in lectulis erexerat, non quod egros corporis sui umbra sanabat, non quod mentientes verbo occidebat, non quod mor-
tuos oratione suscitabat. Nec tamen verba increpationis dedignatur audire; omnia dona que acceperat quasi a memoria
repulit, ut unum forte humilitatis donum teneret. Cuius ergo meriti sumus, si vel quoddam signum aliquod fecissemus, a minore
sive increpatus increpationis verba patienter audiret. Nichil enim signorum fecimus, et si quis nos fortasse de actione
nostra reprehendit, statim intumescimus et magnos quosdam nos tacite cogitamus. Virtutes nobis ad animum deducimus
etiam quas non habemus. At contra Petrus cum virtutibus humilis in reprehensione prevaluit. Sed porta surrexit in altitudine,
hanc autem tantam mansuetudinem nos imitari non possumus, sed quia pavimentum sumus longe inferius iacemus. Sed
vos nolite qui non Petrum apostolorum principem sed quendam alium eo nomine qui a Paulo est reprehensus accipitis. Qui si
Pauli apostoli verba studiosius legisset, ista non diceret. Dicturus etenim Paulus: Cum venisset Petrus Anthiochiam, in fa-
ciem ei restiti, ut de quo Petro loqueretur ostenderet, in ipso sue narrationis initio premisit dicens: Creditum est mihi evangelium
prepucii sicut Petro circumcisionis. Qui enim operatus est Petro in apostolatu circumcisionis operatus est et mihi inter gentes. Patet ergo
de quo Petro loquitur, quem et apostolum nominat et prefuisse circumcisioni narrat. Et fuit quidam qui secundam Petri
epistolam, in qua epistole Pauli laudate sunt, eius dicerent non fuisse. Sed si eiusdem epistole verba pensare voluissent,
longe aliter sentire potuerant. In ea quippe scriptum est: Voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria: Hic
est filius meus dilectus in quo michi complacui; atque subiungitur: Et hanc vocem nos audivimus cum essemus cum ipso in
monte sancto. Legat itaque evangelium et protinus agnoscet quia cum vox ista de celo venit, Petrus apostolus in monte
cum domino stetit. Ipse ergo hanc epistolam scripsit qui hanc vocem in monte de domino audivit. Sed quia pauca de Petro
diximus, nunc si placet ad Pauli consuetudinem quantam et pensemus si possumus, ille qui tanti ardoris est in zelo
predicationis ut apostolorum quasi primo non pareret, quante fuit mansuetudinis in studio longanimitatis. Taceamus autem quod ter vir-
gis cesus sit, semel lapidatus sit, quod ter naufragium fecerit, quod nocte et die in profundo maris fuit, quod a Iudeis
quinquies quadragenas una minus accepit. Animus enim ad iracundiam cum moventur ea mala que nobis ab
apertis adversariis irrogantur. Sed plus solet dolere quod a proximis patitur. Unde et ipsa veritas per psalmistam contra
traditorem suum loquitur dicens: Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi supportassem utique. Tu vero homo unanimis,
dux meus et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Pensemus ergo si possumus Paulus apostolus quam
tante pacis inter persecutores, quante mansuetudinis inter discipulos fuit. Ecce Corinthios venientes ab ydolorum servicio
Corinthios recepit, cuius esse deus verus innotuit, eterne eis vite gaudia predicat, et cum magna multitudine
populi in fide collegisset, tantam illic inopiam pertulit ut victus sui gratia necessitate laboraret, et panem tamen a
discipulis non accepit. Quibus panem celi predicat, insistebat vero verbo pro vita audientium, insistebat labori manuum
pro vita corporis sui. De aliis quoque alibi ei stipendia discipulis mittebantur, ut Corinthiis predicare sufficeret. Ipse quippe
ad eosdem Corinthios per epistolam loquitur dicens: Cum essem apud vos et egerem, nulli onerosus fui. Nam quod

nichil deerat supplevuerunt fratres qui venerunt a macedonia. Cumque ad magnum quaestum impendere posset verbum. alias
ecclesias expolians accipiens stipendium ad ministerium vestrum. Pensemus ergo si possumus quantae mansuetudinis fuit panem
sumptus praedicationis et panem carnis non accipere. corda audientium de divinis eloquiis instruere. et inter corporis usus fideles
et habundantes fame laborare. inter saciatos pati inopiam. nec tamen quod patiebatur dicere. quae patiebatur non dicere
in tanto dolore videret. Quanta ergo se corda auditorum tenacium in praedicatione despiceret. Nam sicut apostolorum acta testantur
anno et sex mensibus corinthi in eadem civitate praedicabat. cumque ab eisdem corinthiis recessisset. ad eos postea scribit
quod apud eos positus pertulit dicens. Atque haec cum eis tamen inter eos viveret nunquam dixit. ne quod inter eos fructu ex bona voluntate erga
non fuerat fieret ex visione. et cum in protestatione eorum minime remaneret voluntas ignota dicens. Atque hoc per multos longe po-
positus scribit. ne omnimodo dissoluti incorrecti remanerent. et quales ingenio in tenacia fuerant alios quoque sic fieri
talis non esset. Vere et in hoc paulus vere magister gentium sua negligens aliena curans implevit quod praedicavit.
Nemo quod suum est quaerat. sed quod alterius. quia non quae sua sunt singuli cogitantes. sed ea quae aliorum. Quanta itaque ista
mansuetudinis virtus est quanta tranquillitas spiritus. Cuius ad momentum si vim hanc mihi dominus ad conspectum dei fimam
quaesissem si eos egere aspiceret et illum e vita subsidia non praeberet non pertinere se de eius vita desperasset. Cordis non cessasse
se laborasse diceret. Cordis non ab eius exhortatione obmutesceret. quem in semetipsum pro sua fructum boni operis
non videret. Sed paulus per mansuetudinem in virtutem vitae solidatus persistit. praedicat. diligit. et bonum quod coepit
complevit atque portando et persistendo dissipatorum corda ad maiora perduxit. Nam eorum profectu per multos se sic indicans
in eadem epistola scribit. Scio enim quod sit in subditos ex habundantia est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrum
pro quo de vobis glorior apud macedones. quoniam achaia parata est ab anno priore. et vestra emulatio provo-
cavit plurimos. De quibus tamen ait. Qui non solum facere sed et velle coepistis ab anno priore. In quibus enim non
tam opera quam pia vota requirebat. in eis post dum plus laudat pia vota quam opera. Nonnumquam est quod habet
imperatum sed ipsa consolacio tamen dicit ab anno priore bonum quidem sed tarde servivit. atque ideo hoc magister non sine
reprehensione laudabat. Medicus quippe est qui medicamentum volnui apponit quod et ea quae purgata sunt refovet
et ea quae putrida invenerit mordet. Sed sic tolerando atque praedicando complevit quod coepit. et mira longanimi-
tatis virtus dissipatorum duricia emollivit. ad maiora victura quia longitudo portae surrexit in altitudinem. Sed ut si in-
nos ad imitandum tantae mansuetudinis longanimitatem ydonei non sumus. qui videlicet parvimenti sumus et despecti
inter mundi iacemus. Ecce autem de duobus ductibus celestis exercitus loquor. Imitari quoque stephanus meo ore dixit
qui tentus persecutorum suorum voce et in medio persecutorum deductus imperterrita stetit. fiducialiter docuit et ex
zelo veritatis persecutores suos fortiter increpavit dicens. Vos autem semper spiritui sancto restitistis. Cumque illi ad lapides cur-
rerent et eum lapidibus necarent. flexo genu pro eisdem persecutoribus orat dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Hec
itaque ista virtus est. Sic zelo fervere ut eis a quibus tenebatur perfidie sue imperterrita fiducialiter diceret et sic
diligere ut in morte quoque pro eis a quibus moriebatur oraret. Sic quippe ex zelo inferbuit ac si mansuetudinis
nil haberet et sic mansuetus in corpore dilectionis persistit ac si contra eos furoris nil haberet. Pensemus inter haec ubi inve-
nire iratus iaceret. Omnis enim iratus si saltem ubi contumelia a proximo accepit non statim contumelia reddit. non
tot funditus commovet ad odium erupit non propterea dilectionis obliviscitur. Sed hoc stephanus ex omnipotentis dei gratia
potuit qui surgens in altitudinem porta fuit. Hoc nos miseri in nostra virtute imitari non possumus qui longe inferius
sicut parvimentum iacemus. Cumque ad nos in vita sanctorum de mira admiracione ducamus cum ipsi quoque antiqui patres prae-
dicatorum sanctae ecclesiae vitam considerantes valde admirati sunt. Unde non eorum vitam psalmista admiratus est cum
diceret. Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus. nimis confortatus est principatus eorum. Cordis de quibus eius
amicis dicat. ex sacra interroga in quo vitas praedicatorum sic. Vos amici mei estis. Ysaias quoque eorum vitam
intuens ait. Qui sunt isti qui ut nubes volant et sicut columbe ad fenestras suas. Recte autem praedicatores sancti
nubes appellati sunt. quia verbis pluunt miraculis choruscant. Cumque volare quoque ut nubes dicuntur quia et in terra vi-
ventes quo tamen sunt omne quod egerunt. Unde et per quandam nubem dicitur in carne autem ambulantes non secundum carnem volad
militamus. Priores etenim patres coniugiis utebantur filios procreabant. substantias possidebant. curas rei familiaris
intendebant. Istos autem per prophetiam iam spiritu providebat. subdias deserere coniugia non appetere filios non procreare
nichil in terra quaerere nil possidere. non eos per terram velut homines ambulantes sed ut nubes volantes nominat.
Volant enim qui terram quia non tangunt quia in ipsa nil appetunt. Cum et ad fenestras suas quia columbe sunt quia
per mansuetudinis sue spiritum in hoc mundo per oculos nil concupiscunt. Consideremus ergo quantae altitudinis iste spiritualis
edificii porte sunt. quales et spirituales patres admirantur. Puto itaque nos in eorum admiracione humiliari ne-
cesse est qui parvimentum sumus. Sed quia sub longitudinis appellacione altitudinem portarum audivimus. Nunc ac-
aliquid de earum latitudine cogitemus. Sequitur. Et mensus est latitudinem a facie portae inferioris usque ad frontem
atrii interioris extrinsecus centum cubitos ad orientem et aquilonem. In quibus verbis si porta aditum accipimus
quo ad cognicionem dei intramus. porta inferior fides est. atrium vero interius contemplacio. Habet autem porta inferior
latitudinem in facie quia videlicet et fides per caritatis sue amplitudinem habet ea quae videtur a proximis operacionum
et ea de fortitudine a persecutoribus atque conspicimus. nos qui in bonis actibus angustamur. exempla per eos in-
magne operacionis accipimus. et unaquaeque sancta actio quia quaedam nobis fit latitudo itineris. quae prius erat
angustia difficultatis. Habet quoque atrium interius frontem. contemplativa vita per quaedam signa desideriorum et ge-
mituum ostendit quantum intus videat quantum amat. Denarius autem numerus per semetipsum multiplicatus in centenarium
surgit. Unde recte per centenarium magna perfectio designatur. sicut de electis ipsa veritas ait. Omnis qui

reliquit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum
accipiet et vitam eternam possidebit. Neque etenim fratres quisque hic ideo terrena deserit ut hec possideat in hoc mundo multi-
pliciter possit. Quia quisquis terreno studio terram relinquit, terram non relinquit sed appetit. Nec qui unam uxorem deserit
centum recepturus est, sed per centenarium numerum perfectio designatur. Post quam etiam vita eterna promittitur, quia quisquis
pro dei nomine temporalia atque terrena contempserit et hic perfectionis mercedem recipit, ut iam ea non appetat que contempsit,
et in sequenti seculo ad eterne vite gloriam pervenit. Centies itaque recipit quod dedit, qui perfectionis spiritum accipiens
terrenis non indiget et si hec non habet. Ille enim pauper est qui eget eo quod non habet. Nam qui et non habens habere non appe-
tit, dives est. Paupertas quippe in inopia mentis est, non in quantitate possessionis. Nam cui cum paupertate bene
convenit, non est pauper. Mensus est ergo vir latitudinem a facie porte inferioris usque ad frontem atrii interioris extrinsecus
centum cubitos, quia redemptor noster cotidie per magistros atque doctores in mensura perfectionis metitur vitam fidelium
vel in exhibitione boni operis per fidem vel in sanctis desideriis per contemplationem. Multi enim videntur in fide positi
magna operari, sed in centum cubitis non mensurantur, quia per ipsa que faciunt terrenam gloriam querunt. Et quidam videntur
per abstinentiam cruciari, gemitibus insistere, sed eorum mensura ad centum cubitos minime ducitur, quia in hiis que agunt
ab humano iudicio favores requirunt. Quis ergo est qui per centum cubitos mensuratur, nisi is cuius bona operatio
recta intentione ducitur, ut in eo quod agit non ad terrena lucra appetenda aut ad laudes transitorias reflectatur?
Ecce enim unusquisque proximis conferre possessa, largiri cum celeritate indigentibus, tribuere latitudo in facie porte
inferioris est. Sed si tua das, aliena non appetas, si terrenam gloriam de ipso bono opere non requiras, usque in centena-
rium numerum in perfectione mensuraris. Nam qui videtur dare misericordiam et rapit forsitan violenter aliena, iste
adhuc que sit via perfectionis ignorat, nec cognoscit unde ad perfectionem tenditur, quia nec ipsum eius initium
invenit. Prius enim appetitum a mente avellere debuit et postea que iuste possidet largiri, unde scriptum est: De-
clina a malo et fac bonum. Quomodo enim potest esse bonum quod facit qui necdum a malo declinat? Et sunt quidam
qui se domant, ab alienis abstinent, carnem cruciant, sed cum si pulsati fuerint cognoscuntur, quia ad mundi gloriam
anhelant. Isti frontem atrii interioris contingunt, sed per centum cubitos non mensurantur. Hii ergo in numero perfectionis sunt
de quibus per Paulum dicitur: Qui carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis. Et notandum quia non dicitur quia intrinsecus sed extrinsecus
ista mensurantur, quia videlicet redemptor noster cum per nos facta hominum vel approbat vel iudicat, non intrinsecus sed extrinsecus metitur.
Unde et per Iohannem dicitur: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Cum enim per hoc quod vides agnoscis operantis animum quem
non vides, sive latitudine que est in facie porte inferioris sive atrii fronte interioris extrinsecus metiris. Cum enim
alios conspicis largiri elemosinas, afflictis compati, nichil eos in hoc mundo glorie querere, in illius compendio inhiare, atque
alios vides carnem domare, lacrimis insistere, verbis celestibus occupari, nullius transitorii honoris appetere, quid aliud
debes nisi eos perfectos credere, sanctos estimare? Quomodo ergo hoc quod aspicimus, esse eos perfectos vides, eorum vitam
per centum cubitos extrinsecus metimur. Et quia multi in Iudea, plerique in gentilitate positi ad hanc perfectionis summam
venerunt, recte subiungitur: Ad orientem et aquilonem. Iudea etenim propter hoc oriens iure dicta est, de cuius carne
ille natus est qui sol iusticie vocatur. De quo per prophetam dicitur: Vobis autem qui timetis dominum orietur sol iusticie. Per
aquilonem vero gentilitas signatur, que diu in perfidie sue frigore torpuit et in cuius corde ille regnavit qui
attestante propheta apud semetipsum dixit: Ponam sedem meam ad aquilonem. Cum itaque incarnatus dominus eorum
alios perfectos ex Iudea, alios perfectos ex gentilitate inter sanctam ecclesiam fecerit, centum cubitos non solum ad orientem
mensus est sed etiam ad aquilonem. Sed quia sub aquilonis nomine de gentilitate sermo se intulit, considerare libet quanta
super nos effusa sunt viscera conditoris nostri. Omnes enim nos ex gentilitate venimus. Antiqui parentes nostri lignis et la-
pidibus serviebant et derelicto deo a quo facti sunt deos venerati sunt quos fecerunt. Nos autem per omnipotentis dei
gratiam ad lucem de tenebris reducti sumus. Recolamus ergo de quibus tenebris venimus, ut de luce quam accepimus gratias
agamus. Neque enim divinam misericordiam intelligit qui sue miserie memor non est. Unde et per psalmistam dicitur: Mirifica misericordias
tuas qui salvos facis sperantes in te. Tunc enim nobis dei misericordie mire fiunt, cum nobis ad memoriam miserie
nostre revocantur, quia recolentes quid fuimus, intelligimus cui debemus quod sumus. Cantemus itaque cum gaudio conditori nostro
quia de funibus captivitatis colla mentis excussimus. Gaudeamus in nobis impletum esse quod per prophetam dictum est: Et frenum
erroris quod erat in maxillis populorum canticum erit nobis sicut vox sanctificate sollempnitatis. Frenum quippe erroris
maxillas populorum constrinxerat, cum ydolorum errore obligata gentilitas deo vero confessionis laudem dare ne-
sciebat. Sed hoc ipsum erroris frenum iam nobis in canticum versum est, cum gaudendo psallimus atque cantamus: Omnes
dii gentium demonia, dominus autem celos fecit. Et rursus: Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. Os
habent et non loquentur, oculos habent et non videbunt, aures habent et non audient, nares habent et non odorabunt, manus
habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt. Cum itaque omnipotenti deo hec psallendo dicimus, ipsum erroris
frenum ad quod a laude dei ora nostra ligaverat vero domino canticum facimus. Bene autem dicitur: Sicut vox sanctificate
sollempnitatis, quia dum confessionis laudem deo reddimus, in sanctificata sollempnitate gaudemus. Videamus ergo moribus
tate nunc redemptoris nostri, et qui lucem cognovimus, priorum operum tenebras declinemus. Quid est iam rogo quod
in hoc mundo libeat? Ubique luctus aspicimus, undique gemitus audimus. Destructe urbes, eversa sunt castra, depo-
pulati agri, in solitudinem terra redacta est. Nullus in agris incola, pene nullus in urbibus habitator remansit.
Et tamen ipse parve generis humani reliquie adhuc cotidie et sine cessatione feriuntur, et finem non habent fla-
gella celestis iusticie, quia nec inter flagella correcte sunt actiones culpe. Alios in captivitatem duci, alios
detruncari, alios interfici. Quid est ergo quod in hac vita libeat, fratres mei? Si et talem mundum adhuc diligimus

nos iam gaudia saeculi ablata amamus. Ipsa autem que aliquando mundi domina esse videbatur qualis remansit Roma conspicimus immensis doloribus multipliciter attrita desolatione civium impressione hostium frequentia ruinarum ita ut in ea completum esse videamus quod contra urbem Samariam per hunc eundem prophetam longe superius dicitur: Pone ollam et mitte in ea aquam et congere frusta ejus in ea. Et paulo post: Et efferbuit coctio ejus et discocta sunt ossa illius in medio ejus. Et iterum: Congere ossa que igni succendam; consumentur carnes et coquetur universa compositio et ossa tabescent. Pone quoque eam super prunas vacuam ut incalescat et liquefiat aes ejus. Tunc enim nobis olla posita est cum haec est civitas constituta. Tunc in ea aqua missa est et frusta ejus congesta sunt quando ad eam undique populi confluebant qui velut aqua calens actionibus mundi fervescerent et quasi frusta carnium in ipso suo fervore liquerent. De qua bene dicitur: Et efferbuit coctio ejus et discocta sunt ossa illius in medio ejus, quia prius quidem in ea vehementer aestuavit actio gloriae saecularis, sed postmodum ipsa gloria cum suis sequacibus defecit. Per ossa etenim potentes saeculi, per carnes vero populi designantur, quia sicut carnes portantur ossibus, ita per potentes saeculi infirmitas regitur populorum. Sed ecce iam de illa omnes hujus saeculi potentes ablati sunt: ossa ergo excocta sunt. Ecce populi defecerunt: carnes ejus liquefacte sunt. Dicatur itaque: Congere ossa que igni succendam; consumentur carnes et coquetur universa compositio ejus et ossa tabescent. Ubi enim senatus, ubi iam populus? Contabuerunt ossa, consumpte sunt carnes, omnis in ea saecularium dignitatum ordo extinctus est, excocta est universa compositio ejus. Et tamen ipsos nos paucos qui remansimus adhuc quotidie gladii, adhuc quotidie innumere tribulationes premunt. Dicatur ergo: Pone eam super prunas vacuam. Quia enim senatus deest, populus interiit, et tamen in paucis qui sunt dolores et gemitus quotidie multiplicantur, iam vacua ardet Roma. Sed ista de hominibus dicimus, cum ruinis crebrescentibus ipsa quoque edificia destrui videmus. Unde et apte de civitate iam vacua subditur: Incalescat et liquefiet aes ejus. Iam enim et ipsa olla consumitur in qua prius carnes et ossa consumebantur, quia postquam defecerunt homines etiam parietes cadunt. Ubi iam sunt qui in ejus aliquando gloria letabantur? Ubi eorum pompa, ubi superbia, ubi frequens et immoderatum gaudium? Impletum est in ea quod contra destructam Niniven per prophetam dicitur: Ubi est habitaculum leonum et pascua catulorum leonum? Nonne ejus duces ac principes leones erant qui per diversas mundi provincias discurrentes predam sanguine et interfectione rapiebant? Hic leonum catuli inveniebant pascua, quia pueri, adolescentes, juvenes saeculares et saecularium filii huc undique concurrebant cum proficere in hoc mundo voluissent. Sed ecce iam desolata, ecce contrita, ecce gemitibus oppressa est. Iam nemo ad eam concurrit ut in hoc mundo proficiat, iam nullus potens et violentus remansit qui oppressione predam diripiat. Videamus ergo: ubi est habitaculum leonum? Colligitur et quod de Judea nonnumquam per prophetam dictum est: Dilata calvitium tuum sicut aquila. Calvitium quippe hominis in solo capite fieri solet, calvitium vero aquile in toto fit corpore, quia cum valde senuerit, plume ejus ac penne omnibus illius membris cadunt. Calvitium ergo suum sicut aquila dilatat, quia plumas perdidit que populum amisit. Alarum quoque penne ceciderunt cum quibus volare ad predam consueverat, quia omnes ejus potentes extincti sunt per quos aliena rapiebat. Hec autem que de Romane urbis contritione dicimus in cunctis mundi civitatibus factum scimus. Alia enim loca clade desolata sunt, alia gladio consumpta, alia fame cruciata, alia terre hiatibus absorpta. Despiciamus ergo ex toto animo hoc presens saeculum vel extinctum, finiamus mundi desideria saltem cum mundi fine, imitemur bonorum facta que possumus. Apud eum orientem et aquilonem mihi sunt qui perfectionis vite certum cubitis mensurantur. Ipso videlicet et gentilitate sed deus est ad sanctitatis culmen conduxerit. Possumus intelligi per orientem et aquilonem etiam justi et peccatores possunt. Oriens quippe non immerito justi vocantur qui sic in luce fidei nati sunt, id est innocentia perstiterunt. Per aquilonem vero recte peccatores accipimus qui in mentis frigore dilapsi sub peccati sui umbra torpuerunt. Sed quia omnipotens deus misericordia et electos ad premia revocat, compunctione et lacrimis lavat, virtutibus ditat et usque ad perfectionis gloriam sublevat, non ad orientem solummodo cubiti sed etiam ad aquilonem ducuntur. Quod cum justi et peccatores per bona et premia ad perfectionem veniunt, largiente domino nostro Ihesu Christo qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen. Omelia XIX

Magna legentium debet esse discretio ut in sacro eloquio cum quelibet res uno modo dicitur non per unam cunctaque rem semper stare credatur. Sed alias alio accipitur in bono, alias vero accipitur in malo. Solis enim nomine aliquando dominus, aliquando persecutio. Attestante enim libro Sapientie impii in inferno dicturi sunt: Erravimus a via veritatis et sol justitie non illuxit nobis. Et de jactis seminibus dominus dicit: Exorto sole cum ardore aruit, quia verba fidei persecutione in reproborum cordibus predicationis verba siccantur. Sic leo dominum significat: Vicit leo de tribu Juda. Sic leonis nomine diabolus exprimitur, sicut per primum pastorem dicitur: Adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Sic bovis nomine populus designatur, unde scriptum est: Non arabis in bove et asino simul, id est sapientem cum stulto in predicatione non sociabis. Sic bovis turpitudo amoris captus est, dicitur: Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, id est sic fatuus trahitur ad mortem. Hec ergo dixi ne quia portam stare diximus vel predicatores vel scripturam sacram vel fidem exposui, ubicumque iam in hac prophetia porta legitur aliud non credatur. Cum enim de una porta prophetia diu loquitur, recte fides intelligenda est, quia una est electorum omnium fides. Alias vero alie notantur et intelligi ora sicut longe superius dictum est predicatorum, per que rei vita cognoscitur et per que ascenditur ad sanctorum spiritualium cognitionem. Illa porta per quam significavi fidem dixi, que nunc nobis est que interior appellatur. In hac enim vita dum sumus, quia in imo positi adhuc exterius tenemur. Et recte interior porta fides est, quia nobis in vita posita agnitio dei. Itaque sequitur: Porta vero que respiciebat viam aquilonis atrii exterioris mensus est tam in longitudine quam in latitudine, et thalamos ejus tres hinc et tres inde, et frontes ejus et vestibula ejus secundum mensuram porte prioris, quinquaginta cubitorum longitudinem ejus et latitudinem viginti quinque cubitorum; fenestre autem ejus et vestibula et sculpture secundum mensuram porte que respiciebat ad orientem, et septem graduum erat ascensus ejus et vestibulum ante eam. De porta que respiciebat viam aquilonis atrii exterioris &c.

Ex ipsa replicantur que iam de porta alia superius dicta sunt, atque alia subiunguntur que de predicta porta prophetia tacuerat. Ut
ergo de hiis latius disseramus que necdum discussa sunt, debemus ea que iam dicta sunt sub brevitate replicare. Porta etenim
viam aquilonis respicit cum predicator quisque vitam peccatoris cognoscit, ei que interiora vite per verbum predicacionis aperit.
Que porta atrii exterioris dicitur. Exterius quippe atrium est vita presens, in qua omne quod corporaliter agitur, corporaliter
etiam videtur. Que tam in longitudine quam in latitudine mensuratur, quia cum ad fidem peccator ducitur, necesse est ut eius doctor
consideret vel quantum in longitudine spei vel quantum in latitudinem caritatis quod eius animum proficiat. Qui enim convertitur
ad dominum, si adhuc bona vite presentis sperat, longitudinem non habet, quia brevis est vita in qua spem posuit. Si pro
terrenarum rerum concupiscencia et adhuc pro proximi odium contaminatur, latitudinem non habet, et quia nescit vel [illegible]
tolerare vel se in proximi amore dilatare. Cum vero conversus quisque eterne vite gaudia longanimiter sperat, proximorum
molestias cum caritate tolerat, et ea que non habet concupiscere contempnit, longitudinem et latitudinem porta habet, quia gloria predicacionis
est profectus auditorum. Unde conversis per magnum predicatorem dicitur: Gaudium meum et corona mea. Et rursum: Quoniam
nunc vivimus, si vos statis in domino. Atque iterum: Que est enim nostra spes aut gaudium? Nonne vos ante dominum? Longitudo
ergo et latitudo porte est que ad aquilonem respicit, quia cum infidelem quempiam in peccati sui frigore torpentem
predicator ad fidem convertit, per hoc quod eum in longitudine spei tendit et in amplitudine caritatis dilatat, eius gloria
sua fit. Et quia in cogitacione sancte trinitatis quod verbo predicacionis auditores concipiunt, in custodia trinitatis amore proficiunt,
habet eadem porta thalamos tres hinc et tres inde, quia omne quod per testamentum nobis de trinitate conditor loquitur,
hoc etiam de testamento veteri audit, et corda audiencium in amore celestis patrie proficiunt, ut anima inherens deo quasi
sponsa cum sponso in quodam iam thalamo sedeat, atque a terrenis se desideriis funditus avertat. Vel certe ut longe
superius diximus, quia tres sunt ordines bene viventium bonorum, scilicet coniugatorum, continencium atque predicatorum. Et quia alii
etiam in coniugiis positi amore celestis patrie anhelant, alii autem spe eterni gaudii et carnem macerant, omnesque
actus terrenos refugiunt et in curis huius seculi implicari contempnunt, alii vero et terrena bona despiciunt et ce-
lestia gaudia predicant que cognoverunt, quid isti nisi in spirituali thalamo edificio sunt, in quo per cogitacionem
et meditacionem anima celesti sponso fruatur? Quos tres bonorum ordines quia non solum ecclesia ex gentibus sed aliquando
etiam synagoga habuit, dum magna multitudo spiritualium patrum redemptoris gratiam ardenter exspectarunt, porta
celestis edificii tres hinc et tres inde thalamos habet, quia predicator quisque cum ad superna patrie auditorem
provocat, et nos et patres veteres anhelasse celesti desiderio demonstrat. Plus enim plerumque opera quam locucionis
verba compungunt. Et cum predicator dicit quales alii in coniugio vel in continencia vel in predicacione erga omnipotentis
dei amorem in novo testamento fuerint, vel alii quales in veteri, porta que loquitur thalamos ergo utroque latere
habere se thalamos ostendit. Que porta habet etiam frontem, quia sunt in predicatoris vita aperta opera que videntur. Habet
et ante frontem vestibulum, quia prius quam bona opera insinuet, predicat fidem, per quam anima similiter veniens ad bonorum
actuum altitudinem sublevatur. Que cuncta secundum mensuram porte prioris sunt mensurata. Hoc quod subditur, quia mensura est quinquaginta
cubitorum longitudinis eius et viginti quinque cubitorum latitudinis, hoc iam superius latius me dixisse memini, per quinqua-
genarium enim numerum requiem divinam figurari, quia et quinquagesimus annus veteri populo in requiem datus est, qui
appellatus est iubileus, quia septenarius numerus per quem hoc omne tempus evolvitur, septies multiplicatus ad quadraginta
et novem ducitur. Cui monas additur, quia in unius contemplacione requies eterna perficitur. Ipsum ergo quadrage-
narium numerum nobis in longitudine est, quia ad illam requiem pervenire non possunt nisi qui ad eam spem sua mente tendere
longanimiter possunt. Eterna enim per quinquagenarium numerum ad eternam requiem pervenitur. Quia hoc nos etiam instruit quod
in tabernaculo decem cortine sunt iusse fieri que habent ansulas quinquagenas et circulos aureos quinqua-
genos a latere et summitate cortine tabernaculi. Cortine sunt omnes sancti qui diversis virtutum coloribus in sancte
ecclesie ornamento proficiunt. Qui et interiora velant et exteriora ornando cooperiunt, quia eorum vita in conspectu videtur
ornatum est, et eorum intellectus interius absconditur, dum celestia que in mente sentiunt et dicere non possunt, in eo
quo velantur. Recte autem decem cortine sunt, quia per decalogi custodiam ipsa sanctorum corda proficerent. Earundem
vero ansule cortinarum sunt quinquaginta precepta sunt. Earundem celi spem habent. Ansule ergo cortinarum sunt precepta
celestia in quibus ligantur anime ut ab inferioribus sublevate superius pendeant. Que videlicet ansule habent et circulos
aureos, intellectum scilicet vera sapiencia fulgentem. Quem intellectum quia decet esse per omnia circumspectum et caute solicitudinis vigi-
lancia munitum, recte per circulos designatur. Et notandum quod a latere et summitate inherent ansule vel circuli
cortinis sunt, quia precepta celestia et intellectus spiritualis non solum debent nos sursum in dei amore suspendere,
sed etiam proximo in caritate sociare. In eo enim quod conditorem nostrum diligimus, quasi per superiores ansulas aere
pendemus; in eo vero quod proximos sicut nosmetipsos amamus, ansulas et circulos a latere habemus, ut cortine
tabernaculi, id est fidelium anime, per caritatem connexe sunt, quia non per discordiam divise. Unde et hic post longitudinem
quinquaginta cubitorum protinus latitudo hic subiungitur viginti et quinque cubitorum, que videlicet latitudo ad caritatem
proximi pertinet. Ipsa enim in sinum amoris se dilatat atque erga eos omne quod potest boni operis exhibet. Cuncta
autem bona opera que corporaliter fiunt, per quinque corporis sensus exhibentur, videlicet per visum, auditum, tactum, gustum, odo-
ratum. Quinarius vero numerus per se ipsum ductus ad vicesimum et quintum pervenit, quia bona opera cum agi ceperint, per
fervorem animi ad augmentum concitantur et per semetipsa multiplicantur. Unde et latitudinem in mente faciunt, ut
non sit angusta per torporem, sed expansa in bonis actibus per caritatem. Omnis enim torpor corporis angustia
est, omnis vero benignitas caritatis magna latitudo. Nam et si res desunt que fortasse indigentibus proximis pre-
beantur, ampla est substancia voluntatis bone que sufficit ad regni retribucionem, sicut scriptum est: In terra pax
hominibus bone voluntatis. Sed fenestre autem eius et vestibulum et sculpture secundum mensuram porte que respi-

aciebat ad orientem. Sed quia hec iam superius latius dicta sunt et tardo sermo non debet in otiosa repetitione tardari hoc tamen magnope-
notandum est quod porta ad aquilonem ad omnia hec perhibetur que porta ad orientem fenestras scilicet contemplationis vestibulum
humilitatis sculpturas bone operationis. Omnibus enim qui per hoc quod deo in conversatione uniti sunt in innocentia perstiterunt porta
ad orientem habetur quia eis celestis regni aditus patet a lumine quod acceperunt. Et omnibus qui in peccatis post modum lapsi torporis sui
frigore sunt depressi sed dum post prava redeunt ad amorem celestis patrie recalescunt porta ad aquilonem habetur quia eis ex
post peccati sui frigora celestis regni aditus per penitentiam patet. Ea ergo habet porta ad aquilonem que habet et porta ad
orientem quia et quidam peccatores sic ditantur virtutibus sicut illi sunt divites qui casum in peccato vitaverunt. Unde et psalmiste
voce per dominum dicitur: Cinerem tamquam panem manducabam quia sic penitentes recipit ut iustos. Scriptum quippe est de pecto-
ribus olim in cinere et cilicio penitentiam egissent. Cinis ergo sicut panis comeditur cum ad auctoris sui gratiam peccator per
penitentiam sicut innocens revocatur. Porta igitur ad aquilonem habet fenestras habet vestibulum habet sculpturas quia peccator cum ad
vitam post culpas redierit sepe lucem contemplationis accipit atque de ipsa memoria iniquitatis sue gradum magne
humilitatis bone quoque operationis efficaciam sumit ut omne quod sit proficit in vita eius quasi sculptum videatur. Septem
vero graduum erat ascensus eius et vestibulum ante eam. Septem gradibus ad portam ascenditur quia per sanctum spiritum septifor-
mem gratiam aditus nobis vite celestis aperitur. Quam septiformem gratiam Ysaias in ipso nostro capite vel in eius
corpore quod nos sumus enumerat dicens: Requiescet super eum spiritus sapientie et intellectus spiritus consilii et fortitudinis spiritus
scientie et pietatis et replebit eum spiritus timoris domini. Quos gradus de celestibus loquens descendendo magis quam
ascendendo numerat videlicet sapientiam et intellectum consilium fortitudinem scientiam pietatem timorem. Et cum scriptum sit Initium sapien- no in dona ss
tie timor domini constat procul dubio quia a timore ad sapientiam ascenditur non autem a sapientia ad timorem reditur quia nimirum
perfectam habet caritatem sapientia et scriptum est Perfecta caritas foras mittit timorem. Propheta ergo quia de celestibus ad ima lo-
quebatur cepit magis a sapientia et descendit ad timorem. Sed nos qui a terrenis ad celestia tendimus eosdem gradus
ascendendo numeremus ut a timore ad sapientiam pervenire valeamus. In mente etenim nostra primus ascensionis gradus
est timor domini secundus pietas tertius scientia quartus fortitudo quintus consilium sextus intellectus septimus sapientia. Est etenim timor
domini in mente. Sed qualis iste timor est si cum eo pietas non est. Qui enim misereri proximo ignorat qui compati
eius tribulationi dissimulat huius timor ante omnipotentis dei oculos nullus est quia non sublevatur ad pietatem. Sed sepe
pietas per inordinatam misericordiam errare solet si forte pepercit que parcenda non sunt. Peccata enim que feriri ge-
henne ignibus possunt disciplinae sunt verbere corrigenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcit ad eternum supplicium
pertrahit. Ut ergo vera et ordinata sit pietas ad gradum est alium sublevanda id est ad scientiam ut sciat vel quid ergo
iustitia puniat vel quid ergo misericordia dimittat. Sed quid si sciat quod agere quisque debeat virtutem vero agendi
non habeat. Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem ut cum videt quod agendum sit hoc agere per mentis fortitudinem possit
ne timore trepidet et pavore collapsa non valeat bona defendere que sentit. Sed sepe fortitudo si improvida
fuerit et minus contra vitia circumspecta ipsa sui presumptione in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium ut providendo
premuniat omne quod agere fortiter potest. Sed esse consilium non potest si intellectus deest quia qui non intelligit malum
quod agentem gravat quomodo potest bonum solidare quod adiuvat. Itaque a consilio ascendamus ad intellectum. Sed quid
si intellectus magno quidem acumine vigilet et moderari se nesciat per maturitatem. Ab intellectu ergo
ascendatur ad sapientiam ut hoc quod acute intellectus invenit sapientia mature disponat. Quia igitur per timorem
surgimus ad pietatem per pietatem ad scientiam ducimur per scientiam ad fortitudinem roboramur per fortitudinem ad consilium
tendimus per consilium in intellectum proficimus per intellectum ad maturitatem sapientie pervenimus septem gradibus ad portam
ascendimus per quam nobis aditus vite spiritualis aperitur. Bene autem dicitur quia vestibulum erat ante eam quia nisi prius
quis humilitatem habuit ad hos gradus donorum spiritualium non ascendit. Sicut scriptum est: Super quem requiescet
spiritus meus nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos. De quo per psalmistam dicitur: Ascensiones in
corde suo disposuit in convalle lacrimarum. Convallis quippe humilis locus est. Et peccator quisquis dum se humi-
liat in lacrimis affligit in corde per ascensum virtutum proficit. Unde rursus ait: Emittis fontes in convallibus
quia omnipotens deus dona spiritualis gratie humilibus prestat. Potest quoque per vestibulum fides intelligi. Ipsa quippe est
ante gradus et porta quia prius ad fidem venimus et post modum per spiritualium donorum gradus vite celestis aditum
intramus. Non enim virtutibus venitur ad fidem sed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim centurio cuius eleo-
sine ante baptismum angelo teste laudate sunt non operibus venit ad fidem sed fide venit ad opera. Nam ei per
angelum dicitur: Orationes tue et eleemosyne ascenderunt in conspectu dei. Si enim deo vero ante baptismum non credidit
quem orabat vel quomodo hunc omnipotens deus exaudierat si non ab ipso se in bonis perfici petebat. Sciebat igitur
creatorem omnium deum sed quia eius omnipotentis filius incarnatus esset ignorabat. Neque enim poterat bona agere
nisi ante credidisset. Scriptum namque: Sine fide impossibile est placere deo. Fidem ergo habuit cuius orationes et eleemosyne
placere deo potuerunt. Bonam autem actionem promeruit ut deum perfecte cognosceret et incarnationis eius mysterium
crederet quatenus ad sacramenta baptismatis perveniret. Per fidem ergo venit ad operationem sed per opera eius solidatus est
in fide. Vestibulum itaque ante gradus quia qui prius credidit ipse post virtutum gradibus ad porte aditum ascendit.
Sed et porta atrii interioris contra portam aquilonis et orientalis. Hoc loco contra non per adversitatem ponitur
sed per rectitudinem. Ita enim porta interioris atrii porta monstrabatur ut porta aquilonis orientis recto
aditu tenderet. Quid est ergo quod porta interior recto itinere porta contra portam orientis et aquilonis ostenditur

nisi hoc quod aperte datur intelligi quia siue iudaeis et gentili populo seu iustis et peccatoribus sed post peccata conuersis eque aditus
regni caelestis aperitur. Larga est enim misericordia conditoris nostri et porta interior non solum portam orientis respicit sed etiam
aquilonis, quia non solum hiis qui in innocentia permanent sed etiam peccatoribus peccata sua penitendo diluentibus aperiuntur
interioris atrii gaudia et ineffabilia mysteria patriae caelestis. Agnoscitur agnoscendo sciatur sciendo creditur credendo
perueniat. Hunc itaque gaudii secreta cognouerat qui dicebat: Sitiuit anima mea ad deum uiuum quando ueniam et apparebo
ante faciem dei. Praedicator gentium ad hunc aditum regni caelestis anhelabat cum diceret: Cupio dissolui et cum
Christo esse. Huius contemplationis occulta cognouerat sponsa quae dicebat: Dilectus meus misit manum suam per foramen
et uenter meus intremuit ad tactum eius. Dilectus etenim manum suam per foramen mittit quando uirtute sua dominus
pulsat nostrum animum ad subtilem intellectum, et uenter a tactu illius contremiscit quia infirmitas nostra per hoc quod caelestis
gaudii intellectum tangitur ipsa sua contemplatione turbatur, et fit in mente pauor ac laetitia, quia iam sentit quod
de caelesti gaudio diligat et adhuc metuit ne non percipiat quod uix tenuiter sentit. Quid ergo restat nisi
ut se ad perfectionis uitae extendant omnes qui illa gaudia patriae caelestis agnoscunt. Unde et hoc aperte subiungitur:
Et mensus est a porta usque ad portam centum cubitos. Centenarium numerum quia denarius per denarium ducitur iam superius
diximus esse perfectum. Ideo itaque qui aditum atrii interioris uidet perfecto necesse est ut per uitam perfectionis tendat
ut a porta inchoationis usque ad consummationem ingressum perueniat. Mensuretur ergo atrium intus quod a portis
orientibus usque ad portam interiorem tenditur centum cubitis, ut qui intrando amare coepit latitudinem perfectionis
habeat in mente, quatinus in eum quem diligit hunc nec aduersa coangustent sed prosperitatem cuncta despiciens
quousque ad gaudia secreta perueniat per atrium perfectionis tendat. Sunt etenim multi qui iam in septem gradibus
aditum portae orientis inueniunt, id est quodam superne dispensationis modo per timorem dei humiles, per pietatis
studium mitiores, per scientiam discreti, per mentis fortitudinem liberi, per consilium cauti, per intellectum prudentes, per sapientiam ma-
turi, sed adhuc quibusdam necessitatibus obligati huius mundi curis inseruiunt. Et unde iam ex magna parte
conspexerunt animum, ibi adhuc tenentur corpore. Cumque super imposita terrenae occupationis portant onera, mens in per-
ceptis caelestibus conteritur, anhelat medullitus ad aeternam patriam, non uacat ipsam in eis aliquid sua desideria lique-
scunt, quia animo curis temporalibus praedito uera gaudia quae cognouerunt amare tamen non licet quantum libet. Hii plerumque
a iugo mundi colla mentis excutiunt, omnia deserunt, terrene cure pondera deponunt, atque ut ad caeleste desi-
derium laxari animi sinum ualeant, uitam remotam petunt, et in ea sanctis precibus intenti, sacris meditationibus
dediti quotidiano se fletu afficiunt et uetustatem cordis igne amoris conflant atque ad caeleste gaudium
ascendendo se innouant. Hii plerumque in ipso suo desiderio accensi conuertere iam de terrae concupiscunt atque ad
uitam putes redire per gressus flectus nolunt, sed tamen differuntur ut dilatatus amor ex ipsa sua dilatatione proficiat
et ardentior desiderio quod quaerit negatur crescat. Sic in regione Gerasenorum qui liberatus a legione daemonum fuerat
ire iam cum domino uolebat, sed tamen ei dictum est: Reuertere in domum tuam et narra quanta tibi fecit dominus. Sic sponsa in canticis
canticorum sanctis desideriis anxia loquitur dicens: In lectulo meo per noctes quaesiui quem diligit anima mea, quaesiui
illum et non inueni. In lectulo enim dilectum quaerit qui in ipso suo otio et quiete quam appetit iam uidere auctorem
domini concupiscit, iam ad eum conuertere desiderat, iam carere putas uite tenebris anhelat, sed quaerit illum et non
inuenit, quia quamuis magno amore desideratur adhuc tamen ei non conceditur uidere quem amat. Tales itaque sanctorum
mentes quid aliud in hoc desiderio faciunt nisi iam a portis orientibus per atrium intus ad portam tendunt? Quibus
saepe euenit ut cum se uident magnis caelestis gratiae muneribus conspicuos iam se perfectos existiment et ob
diebus putent, sed quia nullus est qui dura percipiat, patientes se esse credunt, sed quia nemo eos per contumelias
et aduersitates pulsat, quietos et humiles se existimant. Quod et plerumque contingit ut spiritale ministerium
uel inuiti suscipiant atque ad gubernationem fidelium deducantur. Cumque magnis tribulationibus fuerint huc et
inde pulsati, turbata mente se esse imperfectos inueniunt qui non pulsati perfectos se esse crediderunt.
Dura ergo re agitur ut se ad semetipsos colligant et apud tanti obprobrium suae infirmitatis erubescant
atque ex ipsa sua confusione roborati contra aduersa patientiam opponant et ex tribulatione proficiant qui prius
in otio ex ipsa sua securitate torpebant, et uacant esse tales incipiunt quales se esse prius crediderunt putauerunt
Hii itaque cum a portis orientibus usque ad interiorem portam per bonum studium atrium differuntur, hoc ipsum in eis
atrium per centum cubitos mensuratur, quia dilatatione et exercitio in sancta quotidie perfectione proficiunt per quotidiana
enim desideria in mente profecta. Quia centum est cubitis intus atrium mensurari dicitur, ergo a portis usque ad portam
centum sunt cubiti, ut quia quaedam mora cuiuslibet sit ipsa dilatio uincendi per quam quotidie in uirtutibus crescit
ut ad interiorem aditum perfectionis perueniant. Sequitur: Et duxit me ad uiam australem et ecce porta quae
respiciebat ad austrum, et mensus est frontem eius et uestibulum eius iuxta mensuras superiores, et fene-
stras eius et uestibula in circuitu sicut fenestras ceteras quinquaginta cubitorum longitudinem, et latitudinem uiginti quinque
cubitorum, et in gradibus septem ascendebatur ad eum, et uestibulum ante fores eius. Cuncta haec in orientis
et aquilonis portis iam dicta sunt, et cognitum nobis est ut ea quae semel ac secundo exponentes diximus saepius
replicemus. Notandum tamen nobis est quia in spiritali aedificio alter aditus ad orientem alius ad aquilonem atque alius
ad austrum patet. Sicut enim aquilonis frigore peccatores ita per australem uiam feruentes spiritu designantur,
quia calore sancti spiritus accensi uelut in meridiana luce uirtutibus consistunt. Patebat itaque porta ad orientem

ut hi qui sacramenta fidei bene inchoaverint et in nulla perversorum morum viciorum profunditate dimersi sunt ad gaudia
secreta perveniant. Pateat porta ad aquilonem ut hi qui post inchoationem caloris et lucis peccatorum suorum frigore
et obscuritate dilapsi sunt per compunctionem penitencie ad veniam redeant et que sit intus retribucionis vera leticia cog-
noscant. Pateat porta ad meridiem ut hi qui sanctis desideriis in virtutibus fervent spiritali intellectu quotidie intimi
gaudii misteria penetrent. Sed autem querendum puto cum quatuor huius mundi partes sint. Cur in hoc edificio hec que
dixeris non quatuor sed tres porte esse memorantur. Quod recte querendum fuerat si propheta non spiritale sed corporale edificium
vidisset. Sancta enim ecclesia, id est spiritale edificium, ut ad secreta gaudia pertingat, tres solummodo portas habet, videlicet fidem
spem atque caritatem. Unam ad orientem, aliam ad aquilonem, terciam ad meridiem. Porta quippe in oriente est fides
quia per ipsam lux vera nascitur in mente. Porta ad aquilonem spes quia unusquisque in peccatis positus si de venia
desperaverit funditus perit. Unde necesse est qui per suam iniquitatem frigidus factus est per spem venie reinvisitat. Porta
ad meridiem caritas quia in igne amoris ardet. In meridiana etenim porta sol in altum ducitur quia per caritatem
lucem fidei in dei et proximi dilectione sublevatur. Tribus igitur portis ad interius atrium tenditur quia per fidem spem
atque caritatem ad gaudia secreta pervenitur. Alia questio oritur. Cur porta atrii interioris porta contra portam orientis
et aquilonis dicitur et an ad australem portam pateat tacetur. Sed quia per orientem inchoantes per aquilonem lapsos
diximus designari, dignum fuit ut vel de inchoantibus quibus adhuc sol in tempore est vel etiam de lapsis per conversionem
redeuntibus apte diceretur quod eis porta atrii interioris pateat, quatenus eos ipsis nos certos faceret de quibus dubi-
tari poterat. Hic autem de porta australi dicendum non erat, quia eos ad gaudia intima pertingere qui fervore spiritus
in virtutibus permanent nullus ignorat. Usus quippe sacri eloquii ea de quibus dubitari solet apte ponere,
dicere et ea que constat tacere. Unde per psalmistam dicitur: Irritaverunt Moysen in castris et Aaron sanctum domini.
Aaron quippe cogente populo idolum fecerat et recte poterat de eius vita dubitari. Moyses ergo sanctus
non dicitur qui sanctus esse non dubitatur vel ab omnibus scitur, et Aaron sanctus vocatur ut nobis de vita illius du-
bietatem tollat. Sequitur: Et celate palme erant una hinc et altera inde in fronte eius. Quid est hoc quod prius
in frontibus picturam palmarum, nunc autem celatas palmas in fronte esse memorant? In celatura quippe lapidis
fortiora esse opera videntur. Sed sicut iam superius diximus, pictura palmarum est ostensio signorum. Nunc vero celatura
palmarum dicitur ut bonorum operum demonstrationem designet. In ipsis enim summis predicatoribus dicitur: Videant opera vestra
bona et glorificent patrem vestrum qui est in celis. Quem igitur in vita sua impressa esse sancta opera demonstrat pal-
mas in fronte celatas habet, quia quanta illos in posterum victoria sequatur iam nunc in sanctis suis operibus
ostendit. Vel certe quia fidem per orientem, spem per aquilonem, caritatem vero per australem portam diximus designari,
cognoscendum nobis est quia in orientis porta pictura palmarum est, in aquilone vero et meridie celatura esse
perhibetur, quia contingit sepe ut hi qui adhuc inchoantes sunt necdum se in operibus solidos ac magis constantes
hi vero qui post iniquitates ad virtutem redeunt, plerumque ut culpas suas ante omnipotentis dei oculos tegere
valeant, in magnis operibus exercentur. Et qui iam fervore spiritus in virtutibus convaluerunt quia in meridie in sanctis
actibus exardescunt. In orientis ergo porta pictura est, in aquilonis vero et meridie celatura, quia signum victo-
m quod inchoantibus ostenditur, hoc in revertentibus atque ferventibus iam solidius et robustius tenetur. Non ergo magis pe-
est quod dicitur hinc et inde. Omnes enim qui ad vite aditum tendimus et ex dextro et ex sinistro latere habere
palmas debemus. Hinc enim et inde dicitur, latus utrumque signatur. A dextro igitur palmam habet is quem prospera
non extollunt. A sinistro palmam habet is quem adversa non deiciunt. Quasi ex utraque parte portabat palmam
Paulus cum diceret: Per arma iustitie a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam
famam, ut seductores et veraces. Non hunc adversa frangebant, non prospera in mentis tumore sublevabant.
Hinc inde ergo gestabat palmam, quia et in adversitate fortis et in prosperitate humilis permanebat. Quisquis enim
de prosperis extollitur, hic in dextra parte palmam nescit. Quisquis in adversitatibus frangitur, portare palmam
a sinistro latere ignorat. Ut ergo hinc et inde palmam gestet in fronte, adesse debet nostris mentibus et in ad-
versis fiducia et in prosperis timor, ne aut adversa in desperationem pertrahant aut prospera animum in sui fiducia
extollant. Hinc est quod egregius predicator dicebat: Scio et humiliari, scio et habundare; ubique et in omnibus
institutus sum et saciari et esurire et habundare et penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Humi-
liari namque fratres carissimi est aequa humiliari et habundare, saciari et esurire, habundare et penuriam pati, ut pro magno
se scire ista tantus predicator insinuet. Ars omnium et mira discipline scientia que toto nobis cordis est
nisu discenda. Quem enim penuria sua non frangit, ad querendam actionem non retrahit, in rerum temporalium de-
siderio non accendit, scit humiliari. Hic enim loco apud humiliari et penuriam pati nostat egeno subiungit
scio et habundare. Quem enim acceptis rebus non extollit, qui eas ad usum vane glorie non intorquet,
qui solus non possidet quod accepit sed hoc cum indigentibus misericorditer dividit, scit habundare. Qui acceptis
alimentis non ad ingurgitationem mentem vertit sed ad reparationem virtutis, nec plus carnem tribuit quam necessitas
petit, scit saciari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat, nec per necessitatem victus agit aliquid
unde anima peccati laqueum incurrat, scit esurire. Quem ergo nec habundantia in superbiam elevat nec necessitatis
cupiditas irritat, novit habundare, novit penuriam pati. Qui cum statu subdidit: Omnia possum. Ne elatus
esse verba crederemus, adiunxit: In eo qui me confortat. Ecce in altum ramus porrigitur, sed quia in radice se
tenet, in viriditate permansit. In altum enim surgens aresceret si se a radice divisisset. Sed enim nunc tribuit

qui omnia se posse non in se sed in eo qui se confortat fatetur hic et inde ergo predicator egregius palmam habet que uel
habundancia in superbia uel inopia ad auaricia pertrahit. Discamus itaque fratres non solum in prosperis sed in aduersis gratias agere
Pater enim nobis ex pietate sua factus est conditor noster nos quos adoptiuos filios ad hereditatem regni celestis nutrit
et non solum donis refoueat sed eciam flagellis erudit. Discamus habundare ut cuncta que ab eo accipimus cum indigentibus
partiamur ut mentem habundancia non eleuet ne fortasse gaudeat quia habet adest bonum quod deest alteri et non eciam de
communi bono letetur sed ipso de priuato gaudio vitam ad quem discipulos reuocat cum eos de predicacione redeuntes et de
subiectione demonum letantes admonet dicens Nolite gaudere super hec sed pocius gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celo
Non enim omnes electi demonia eiciunt sed tamen electorum omnium nomina tenentur in celo ascripta Admonentur ergo discipuli
priuatam leticiam deponere quam aliter et perpetua felicitate gaudere Cumque sunt in eo itaque gaudent quod alter non habet ex ipsa
sua habundancia deterior factus gaudium priuatum habet Contra hunc nos appetitum habundancie Iohannes admonet dicens Nolite
diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Cuius moxque racionem subdidit dicens. Si quis diligit mundum non est caritas patris in eo
Neque enim potest duobus dominis seruire quia non valet simul transitoria et eterna diligere Si enim eterna diligimus cuncta temporalia
in usu non in affectu possidemus Cum causam racionem plurimam subdit dicens quia omne quod est in mundo concupiscencia carnis
est et concupiscencia oculorum et superbia vite Ideo enim habere apud homines et ultra quam necesse est concupiscitur ut habundo super
habundancia doctus non est Sepe autem quod auaricia se ex appetitu suggerit necessitatem putat et cum minora sufficiant
dolet maiora de se atque inter quosdam qui necessitate patitur quam patitur et cum minima sint que despendat sua
ut in aequo auaricia corrumpit Habundancia itaque superbie vicina est quam si quisque eciam cupiditas incipit habere
ut ita dixerim quia peregrina captiuitas inualescit Si ergo habundancie arte stare volumus necesse est ut non solum ea que
vicina sunt sed ea eciam que de longinquo veniunt vicia fugiamus Discamus penuriam pati ne ea que non habemus habere
cum culpa requiramus Nec felices putemus quos rebus omnibus cernimus Nimia valde sunt ea que sibi quisque
in superfluo vite puto parant Multa portat sed in via breui Magna est nobis in hoc itinere sarcina paupertas
quem animum non angustat cum deest terrena substancia de qua eius inde racionem reddere ponamus liberius ad patriam tendimus quia
qui in via pondere caremus Discamus saciari ne in sumendis alimentis corporis gule magis quam necessitati famulemur
plus enim concupiscencia quam necessitas petit Et sepe dum carnis inopie satisfacere curamus voluptas subrepit
dum carnem inmoderacius in refectione fouemus Ex peccato etenim primi hominis insinuate nam in hoc mundo cum in nostre temporis
temptacionibus nascimur et caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere aliquando autem seductrix in malum Si ergo ei plus quam
sed ad hoc usque ut in bono nobis opere famulari sufficiat Nam quisquis ei tantum tribuit ut superbiat saciari
penitus ignorat Ars itaque magna est saciari ne unusquisque per sacietatem carnis ad iniquitatem prorumpat
turpitudinis Discamus esurire ut nobis propter habundancia sequente necessitate in hac inopia placeat Ne nos venter
aliquando urgeat et grauat cum culpa prouide cum carnem valeat in necessitate satisfacere Ne cor in indignacionem prosiliat
et linguam in murmuracionis amaritudinem accendat Cum ergo in carnis sue inopia se hic inde circumspiciat
atque a peccati laqueos custodit nouit esurire Nos itaque fratres karissimi vitam atque auariciam in aduersitate fugientes
elacionem et inmoderata gaudia in prosperitate declinantes quia per fidem spem atque caritatem interioris vite arcto
libet adhuc ad altum quidem tenemus celestis patrie
ad mentem reducere et qualiter hic et inde palmas teneat demonstrare Beatus etenim Iob cum esset vir omnium
talibus diuicior et ei prospera cuncta suppeterent filii pollerent familie crescerent greges habundarent in tanto omnium
potestas dei timore prestitit ut inter custodiam discipline inter acta iusticie inter multa habundantis obsequia
rerum opibus interdum sacrificiis offerendis debitis holocausta deo pro singulis filiis immolaret ne quis eorum
saltem in corde peccasset Pensemus ergo quanta ei erat custodia in bonis operibus qui in filiis suis expiabat
sacrificiis culpas cordis Et quamuis iustus esset in prosperitate inotuerat valde aut ignotum erat si prestaret iustus
et inter flagella potuisset Tangendus ergo erat videlicet ut vir ille sanctus in prosperis interrogaretur aduersis Et qui
notus erat omnipotenti deo notus per flagella fieret nobis et sibi metipsi Disponente itaque deo consumpte sunt greges
interfecti custodes cum domus concussa filii percussa modo a planta pedis usque ad verticem Remansit uxor cui
luminis que verborum iaculis vulnera augeret Et hac vir sanctus in temptacione sanus in vulnere prudenter docet
ei quare vidit dicens Si bona accepimus de manu domini mala quare non suscipiamus Amici quoque ad consolandum venerunt
mouerunt violentum deuitat oppressore pauperum fatentur Cumque ergo miles suus faceret inter dolencia vulnera
et amara verba desperacionis Ecce flagella dei et verba hominum simul afflicti animum ad desperacionem premunt Et
virtute spiritus plenus carnis vulneribus iacens mentis robore stans contra desperacionis impulsum reducit
ad memoriam bona que egerat quia misericors fuerat dicens Oculus fui ceco et pes claudo Et rursum pater eram
pauperum Cum ita et discipline custos et benignus dicens Cumque sederem quasi rex circumstante me exercitu eram tamen
merencium consolator Cum ita humilis fuerat dicens Si contempsi subire iudicium cum seruo meo et ancilla mea
cum disceptarent aduersum me Cum ita hospitalis fuit fatetur Si despexi pretereuntem eo quod non haberet indu-
mentum Cum ita largus in donis dicens Si non benedixerunt michi latera eius et de velleribus ouium mearum calefactus
est Cum ita violentus non fuit testatur dicens Si leuaui super pupillum manum meam et cum viderem me in porta

superiorem. Prima de multis periculis magis exsultavit dicens: Si gavisus sum ad ruinam eius qui me oderat. Prima pa-
tiens fuit et suorum malitiam equanimiter pertulit dicens: Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus
eius ut saturemur? Quintum est ergo quod vir sanctus tot suas virtutes inter flagella enumerat. Quintum est quod ore suo opera
que fecerat laudat, nisi quia inter vulnera et verba que hunc ad desperationem trahere poterant, ad spem animum reformat,
et qui in prosperitate humilis fuit, revocatis bonis suis ad memoriam infractus in adversitate permansit. Erigens
animum inter tot flagella illa verba ad desperationem non impellerent, nisi se ad memoriam bona que egerat revo-
casset. Videt ergo sanctus vir mente sua auditis tot malis ad desperationem cogi, unde studuit in spe certa ad-
versus bonis suis actibus solidari. Sic impletur quod scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum, et in die
malorum ne immemor sis bonorum. Si enim cum bona recipimus malorum reminiscimur que aut iam passi sumus aut
adhuc pati possumus, accepta bona mentem non elevant, quia eorum gaudium timor memorie malorum premit. Et si
cum mala recipimus bonorum reminiscimur que aut iam accepimus aut adhuc possumus accipere, sperantes malorum
pondus nequaquam animum in desperationem deprimit, quia hunc ad spem memoria bonorum levat. Si itaque fratres karissimi
et per precepta divina et per sanctorum exempla gradiamur, ut nos nec prosperitas elevet nec adversitas frangat, habe-
mus ante omnipotentis dei oculos palmas hinc et inde in fronte. Letemur ergo in eius adiutorio qui in suis
nobis sequacibus omnia que precepit ostendit, redemptor noster, qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula.

Prophete verba que loquente domino hodie tractanda vestre loquenda sunt, Omelia vicesima
prolatione magis indigent quam expositione. Ea enim in his portis interioribus replicantur que foris iam dicta sunt. xx
Pauca vero in eorum descriptione permutantur. Unde necesse est ea que iam dicta sunt legendo transire, ut que nondum
dicta sunt liberius possimus enodare. Itaque nunc dicitur: Et porta atrii interioris in via australi. Et mensus
est a porta usque ad portam in via australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam
australem. Et mensus est portam iuxta mensuras superiores. Thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius eisdem
mensuris, et fenestras eius et vestibulum eius in circuitu, quinquaginta cubitos longitudinis et latitudinis viginti quinque cubi-
tos. Et vestibulum per gyrum. Cuncta hec superius dicta sunt atque exposita esse meminimus. Necesse vero est dum quod de
eodem vestibulo subditur: longitudine viginti quinque cubitorum et latitudine quinque cubitorum, et vestibulum eius ad atrium exterius,
atque iterum hoc quod iam superius dictum fuerat replicatur, cum dicitur: Et palmam eius in fronte. Et statim quod adhuc dictum
non fuerat subditur: Et octo gradus erant quibus ascendebatur per eam. Hec que de australi porta dicta sunt, de ori-
entali quoque porta narrantur in eodem ordine narrationis submissa: Et introduxit me in atrium interius per portam orien-
talem, et mensus est portam secundum mensuras superiores, thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius sicut superius,
et fenestras eius et vestibulum eius in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum, latitudine viginti quinque cubitorum, et vestibulum
eius id est atrii exterioris, et palme celate in fronte eius hinc et inde, et in octo gradibus ascensus eius. Eaque que
de porta australi et orientali dicta sunt in eisdem verbis etiam de porta que ad aquilonem respicit replicantur.
Nam subditur: Et introduxit me ad portam que respiciebat ad aquilonem, et mensus est secundum mensuras superiores
thalamum et frontem eius et vestibulum eius et fenestras per circuitum, longitudine quinquaginta cubitorum et latitudine viginti quinque
cubitorum, et vestibulum eius quod respiciebat in atrium interius, et celatura palmarum in fronte illius hinc et inde,
et octo gradibus ascensus eius. Quid itaque interiori atrio, quid thalamo, quid frontibus, quid vestibulo, quid fenestris,
quid longitudine et latitudine, quid palmarum celatura signatur, late iam superius disserui, nec oportet ut in eisdem iterum, sed
in his solummodo que necdum dicta sunt occupemur. Nunc ergo querendum nobis est quare iste tres porte interiores
sunt, vel quid est quod earundem portarum vestibula viginti quinque cubitis longitudine et latitudine metiuntur et iunguntur, vel cur ad
eas non septem sicut de portis exterioribus dictum fuerat, sed octo gradibus ascenditur. Porta enim atrii interioris que
superius dicta est de his tribus portis interioribus non est, quia illa contra orientem et aquilonem porta respicie-
bat. Iste autem singule interius ad austrum vel orientem et aquilonem esse porte memorantur. Unde recte per eas aditus
interior designatur. Prima sicut precedenti lectione iam dictum est vel iudea et gentilitati vel inchoantibus atque
in bono opere persistentibus vel a bono cadentibus sed post culpas per penitentiam surgentibus patet. Nunc autem postquam
singule in oriente et aquilone et austro porte descripte sunt, cum interioris atrii rursum porte singule in
austro et oriente atque aquilone describuntur, opitulante domino magna intentione opus est summe tante
profunditatis indagare. Si enim portarum nomine sanctos predicatores accipimus, dicendum nobis est quia una est etiam
in predicatoribus testamenti veteris et novi. Porte enim septem vel octo gradus habent, quia sancti spiritus septiformem gratiam
concorditer predicant. Octavum vero gradum annuntiant resurrectionis eterne, unde scriptum est: Da partes septem necnon et
octo. Quid itaque dicere possumus exteriores portas nisi antiquos patres fuisse qui per precepta legis nove-
rant opera populi magis quam corda custodire. Ut interiores portas predicatores sancte ecclesie debemus accipe-
re, qui spiritalibus monitis discipulorum suorum corda custodiunt, ne malis que non faciunt vel in cogitationibus
delectentur. Per illas enim septem gradibus ascendi dicitur, istarum vero octo gradibus ascensus esse perhibetur, quia et
in veneratione legis dies septimus fuit, et in novo testamento octavus dies in sacrato est, id est quem dominicum
appellamus. Cum tertius a passione sed octavus a conditione est, quia et septimum sequitur. Sin vero portarum nomine
solos intelligimus sanctos apostolos designari, qui videlicet primum nobis sunt sancte ecclesie predicatores, et fidem nos
spem atque caritatem summopere tenere docuerunt, ipsi tamen nobis in his virtutibus porte sunt, qui nos per
easdem virtutes ad interiorem intellectum celestis sapientie perducunt, sed ipsi exteriores porte quos accipimus interiores.
Sic vero ipsi interiores sunt quos intelligimus exteriores, quia in re intelligi voluit sunt. Quia ipsi nobis ex-
teriores sunt et interiores porte sunt. Cum enim adhuc inchoantibus non alta et mystica, sed quedam que

capi valet predicat porte exteriores sunt. Cum vero perfectis profunda et mistica loquitur porte interiores. Videamus quia
porta exterior pateat Non potui vobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus tamquam parvulis in christo. lac vobis
potum dedi non escam. Videamus qualiter porta interior pateat. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sed videamus utrum pandit
ipsa sit porta interior et exterior. Sapientibus et insipientibus debitor sum. Sive enim excedimus deo sive mente excedimus
deo sive sobrii sumus vobis. In hoc enim quod contemplando et loquendo sapientibus mente excedit porta interior est
in hoc vero quod parvulis sobrie in predicatione se temperat et quanta ebrietate spiritus infundatur in mente tamen
predicat non ostendit exteriorem portam se esse manifestat. Ipsi itaque et exteriores porte nobis sunt et interiores
quia nos et in primo aditu fidei spei atque caritatis instituunt et cum iam perfectioribus celestis regni misteria pre-
dicant subtiliorem sensum nostrum ad interiora perducunt. Unde et per VII gradus prius ascensus eorum describitur et post modum
per octo. Porta autem eterni gradus illius vite misteria signatur quam in sanctis suis perfecti intelligunt qui iam cuncta tempora-
lia mente transcendere noverunt qui presentem vitam que septem dierum circulo evolvitur plene despiciunt qui
de interna contemplatione pascuntur. Sunt ergo porte spiritalis edificii septem gradus quia timorem domini pietatem
et scientiam fortitudinem et consilium intellectum et sapientiam suis auditoribus predicant. Sed cum iam omnia dimitti precipiunt
cum nichil in hoc mundo diligi admonent nil per affectum teneri cum contemplationi celestis patrie intendi atque
in eius suadent misteriis delectari gradum addunt et ad interiora traiciunt. Iste gradus docente veritate cunctis
ostensus est. cui cum legis precepta dicerentur respondit Hec omnia custodivi a iuventute mea. Quia enim in septem gradibus
stabat cum a iuventute sua omnia custodisse se diceret. Sed ei mox dicitur Adhuc unum tibi deest. Si vis perfectus
esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo et veni sequere me. In
quibus verbis octavum equidem gradum vidit sed ascendere noluit quia tristis abscessit. Cunctis itaque contemptis
rebus temporalibus caritatis contemplatione pascitur celestis regni gaudia rimatur post septem gradus quos timendo
et operando atque intellectum sapientie succrescendo tenuit octavo gradu interioris porte aditum intrat. Per octavum
quoque numerum et dies eternum iudicium et carnis resurrectio designatur. Unde et psalmus qui pro octava signatur sibi
a paenitentia iudicium est inchoatus cum dicitur Domine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me.
Nunc enim tempus nostrum in illo autem iudicio dies erit. In quo videlicet die omne hoc tempus finitur quod septem diebus evolvitur
et quia post septem dies sequitur recte octavus appellatur in quo et caro nostra resurget ex pulvere et sive bona
sive mala que egit recipiat a veritate. Unde per legem quoque octavo die fieri circumcisio iubetur. Quia per mebrum quod
circumciditur mortalis propagatio generatur decedentium et succedentium numerus augetur. Sed quia in resurrectione mortuorum nec
carnis iam propagatio agitur et discessio atque successio nulla erit quia neque nubent neque nubentur sed erunt
sicut angeli dei in celo octavo die precipitur preputium circumcidi. Ibi enim locum iam carnis propagatio non habet
ubi resurgens caro permanentia eternitatis habet. Per hoc membrum mater virgo descendit que deum in utero
sine virili admixtione concepit qui primus nobis celestis patrie gloriam in sua resurrectione monstravit. Cum surgens a
mortuis iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur. Nobis quoque exempla dedit ut ea fieri in die
ultimo de nostra carne credamus que facta in die resurrectionis de carne illius agnovimus. Sed quia [+] in mundo nobis
de carnis resurrectione dubitare cognoscimus hac autem pressus aliquam creaturam esse extitisse crederet etiam cum nullum
adhuc eius resurrectionis exemplum teneret. Eterna ergo dampnatione dignus sit qui et exemplum iam dominice resurrectionis
accepit et tamen adhuc de resurrectione diffidit pignus tenet et fidem non habet et et [illegible] reprobat. Sed quia
de resurrectione sua dubitat mente vacua stat. De hac per beatum Iob dicitur Scio quod redemptor meus vivit et in
novissimo de terra resurrecturus sum et rursum circumdabor pelle mea et in carne mea videbo deum
quem visurus sum ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius. Hinc per psalmistam dicitur In conspectu eius procident
universi qui descendunt in terram. In terram autem mortui non spiritu sed corpore descendunt. In conspectu ergo domini pro-
cedunt qui in terram descendunt quia resurgendo ad iudicium veniunt qui nunc in pulvere putrescunt. Hinc iterum dicitur
Sitivit in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea. Sitit anima mea ut deum videat caro quoque sitit ut
ut resurgat. Hinc rursum ait Auferes spiritum eorum et deficient et in pulverem suum revertentur. Moxque de
carnis resurrectione subiungit Emitte spiritum tuum et creabuntur et renovabis faciem terre. Hinc iterum dicitur Exurge
domine in requiem tuam tu et archa sanctificationis tue. Exurrexit enim dominus in requiem suam cum carnem suam de
sepulcro suscitavit. Post hunc quoque exurget et archa quia resurget ecclesia. Hinc per Ezechielem prophetam de quo loquimur
scriptum est Ossa arida audite verbum domini. Hec dicit dominus deus hiis ossibus Ecce ego intromittam in vobis spiritum et
vivetis et dabo super vos nervos et succrescere faciam super vos carnes et superextendam in vobis cutem
et dabo vobis spiritum et vivetis. Hinc est quod propheta aliquis per resurrectionem domini humani generis vidit in fine sus-
citari atque ait Vivificabit nos post duos dies in die tercia suscitabit nos et vivemus in conspectu eius.
Hinc est quod cum de semetipso dominus loqueretur admonuit Nolite mirari hoc quia venit hora in qua omnes
qui in monumentis sunt audient vocem filii dei et procedent qui bona egerunt in resurrectionem vite qui vero mala
egerunt in resurrectionem iudicii. Hinc Paulus ait Unde etiam salvatorem exspectamus dominum nostrum ihesum christum qui
reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Hinc iterum dicitur Si enim credimus quod ihesus mortuus
est et resurrexit ita et deus eos qui dormierunt per ihesum adducet cum eo. Hinc rursus ait Primicie dormientium

[+] se intulit, triste nimis et valde lugubre est quosdam in errore stare et de carnis resurrectione

[margin, left:] in re mortuorum
[margin, right:] mundi

xpc. Si enim nos a mortis sopore non surgimus, quid resurrectionis dominicae primitias habemus? Ecce veteres ac novi patres
uno nobis spiritu de carnis resurrectione concordant. Ecce ipsa per se Veritas per vocem docuit quod de resurrectione carnis post
mortem opere demonstravit. Et tu adhuc quorundam infirmitate fidei non habes, et in domo fidei stas. Sed mirari
solet qualiter caro reminisci possit quae pulvere aruerit. Itaque amplitudinem caeli, molem terrae, abyssos aquarum,
omnia quae in mundo sunt, ipsos quoque angelos cunctos ex nihilo creavit; nimirum aliquid ex aliquo facere quam omnia ex nihilo
fecisse. Ipsa nobis elementa, ipsa rerum species resurrectionis imaginem praedicant. Sol enim cotidie mundi oculis moritur,
cotidie resurgit. Stellae matutinis horis nobis occidunt, vespere resurgunt. Arbusta aestivis temporibus plena foliis,
floribus ac fructibus, et quasi arida remanent, sed vernali sole redeunte, cum a radice humor surrexerit, suo iterum decore
vestiuntur. Cur ergo de hominibus diffiditur quod in lignis videtur? Sed saepe pulverem putrescentis carnis aspiciunt
et dicunt: Unde ossa et medullae, unde caro vel capilli poterunt in resurrectione reparari? Hi itaque requirentes parva
semina ingentium arborum videant, atque si possunt dicant ubi in eis latet tanta moles roboris, tanta diversitas ra-
morum, tanta multitudo et viriditas foliorum, vel tanta species florum, tanta ubertas saporum atque odor fructuum. Numquam
namque semina arborum odorem vel saporem habent quem ipsae post arbores in suis fructibus proferunt. Si ergo ex semine
arbores, quod videri non potest, produci potest, cur de pulvere carnis humanae diffiditur quia ex eo reparari homo valeat,
quamvis non videtur? Saepe autem obicere inanem questiunculam solent, qua dicunt: Carnem hominis lupus comedit, lupum
leo devoravit, leo moriens ad pulverem rediit. Cum pulvis ille suscitatur, quomodo caro hominis a lupi et leonis
carne dividetur? Quibus quid aliud debemus nisi ut prius cogitent qualiter in hunc mundum venerint, et
tunc inveniant qualiter resurgant? Certe tu, homo, qui haec loqueris, aliquando in matris utero semina sanguinis fuisti.
Ibi quippe ex patris semine et matris sanguine parvus ac liquidus globus eras. Dic, rogo, si nosti, qualiter
ille humor seminis in ossibus duruit, qualiter in medullis liquidus remansit, qualiter in nervis solidatus
est, qualiter in carnibus crevit, qualiter in cute contectus est, qualiter in capillis atque in unguibus distinctus
est, ita ut capilli molliores carnibus et ungues essent teneriores ossibus, carnibus duriores. Si igitur
tot et tanta ex uno semine et per species distincta sunt, et tu in hoc remanes quieta, quid mirum si
possit omnipotens Deus in illa resurrectione mortuorum carnem hominis distinguere a carnibus bestiarum, et unumquemque
pulvis non resurgat inquantum pulvis lupi et leonis est, et tunc resurgat inquantum est pulvis hominis.
Vide itaque, homo, qualiter ad vitam venisti, nequaquam dubites ad vitam qualiter redeas. Cur autem ratione vis
comprehendere quomodo redeas, qui ignoras quomodo venisti? Da potentiae Creatoris tui quod comprehendere non vales
de temetipso. Certe cum quia tu ex terra factus es, terra vero ex nihilo, tu es creata ex nihilo. Ne ergo de carne
tua ratione desperes. Pende prudenter quia minus est Deo reparare quod erat quam fecisse quod non erat. Sed si
non potes rationis effectum ratione comprehendere, pende quam multa sunt quae non intelligis qualiter sunt, et
tu non esse dubitas. Dic ergo, si nosti, gyros caeli, terrae cardines, aquarum abyssos, ubi firmantur, ubi suspensa
sunt. Tamquam autem quia quod ex nihilo factum est pendet in nihilo. Sed si est aliquid quod super nihilum, iam nihilum
non est. Si autem nihilum est nihilum, mirum quod moles mundi pendet, nec est ubi sit quod tantum est ut sit.
Quomodo ergo mirum est quod nomine quid est. Sed haec fortasse ad te multa sunt. Ad temetipsum homo redi.
Certe ex spiritu es creatus et limo, uno visibili, alio invisibili, uno sensibili, alio insensibili. Quomodo ergo permi-
sceri potuit in te spiritus et limus, atque ex diversis fit res non divisa, ita ut in tanta quemcia miscetur
spiritus et limus, ut cum caro attenuatur spiritus maneat, et cum spiritus affligitur caro contabescat. Sed forsitan
uerbum pnales discute temetipsum. Pende, rogo, si vales, quomodo rubrum mare virga divisum est, quomodo
petra durissima percussione virgae undas emanavit, quomodo Aaron virga sicca floruit, quomodo ex eius genere
veniens virgo concepit, quomodo et in partu virgo permansit, quomodo quatriduanus mortuus in sepulcro suscitatus
ligatis manibus et pedibus de sepulcro prodiit, quomodo postmodum solum Dominus discipulis misit, quomodo ipse redemptor
noster in vera carne atque ossibus resurgens clausis ostiis ad discipulos intravit. Ecce haec investigare non va-
les, et tamen credis. Cur ergo de resurrectionis gloria discutiendo et disputando dubitas, qui tam multa inusitata
sine discussione credidisti? Attamen tu si resurrectionem carnis non credis, omnia sine causa credidisti, quia et in hoc agonis
spectaculo videris quibus valeat currere, sed postquam cursum peregeris, non bravium accipias. Audias vero et
per Paulum quod hic certe ut comprehendas. Cum rursum ait: Si in hac vita in Christo tantum sperantes sumus,
miserabiliores sumus omnibus hominibus. Divinae autem mistica virtutis quae comprehendi non possunt, non intellecta
discutienda non sunt, sed fide veneranda. Certum itaque nobis est quia quicquid ratione homo comprehendere potest,
mirum esse iam non potest, sed sola est in miraculis ratio potentia facientis. Ecce dum de resurrectione carnis
loquimur, ab expositionis ordine paululum digressi sumus. Ad ea ergo quae coepimus redeamus. Habent autem interiores
portae vestibulum, quae xxx et v cubitis in longitudine metiuntur. Si enim octo traducas ad xx et xx pueniq
cum quinque addit, ut xx et v teneant. Auditores etenim boni, qui quasi quaedam vestibula sunt portarum
aeternae spei longanimitate, tenent octavum diem, in trinitatis fide sustinent. Quae trinitas quia unus Deus est, octo
quinque per tria ducunt, sed in unius Dei confessione solidantur. Plana sunt vestibula, quia humilia sunt corda au-
ditorum bonorum. Habent longitudinem, quia in spe et perseverant longanimitate, xx et v cubitos eorum latitudo metitur.

quia resurrectionem carnis in octava perhibent credunt et eandem sancte trinitatis unum esse deum confitentur/ habent quoque quinque cubitos la-
titudinem quia per vitam simplicem que quinque sensibus ducitur et amore proximi dilatatur. Et notandum quia postquam portarum vesti-
bula superius alia dicta sunt postmodum vestibulum quod quinque cubitos habet et latitudinem contra respicere dicitur quia in eo
sunt auditores a quibus cum intellectum interioris vite magis virtutibus proficiendo penetrant Et sunt quidam simplices qui bene
quidem sed inmota sensibus corporeis vivunt/ unde contra respicere dicuntur/ Quasi enim ex opposito respiciunt qui in sensibus corporeis vivunt
Sed tamen contra respicientes intus sunt quia etsi sensibus corporeis intelligendo transcendere nesciunt fidem tamen atque caritatem humiliter
tenent Et intus ergo sunt in spirituali edificio per amorem/ et quasi foris respiciunt per simplicitatem Potest per vestibulum quod contra
respicit fides inchoantium designari et per vestibulum quod est intus fides perfectorum quia iam perfecti in virtutibus et signis
emicant Potest etiam per vestibulum quod intus precepta altiora/ per vestibulum vero quod respicit contra precepta adhuc minima
signari. Per vestibulum quippe non ad gradus et portam quia per precepta parva perfecti pertingunt ad virtutes ad aditum glorie celestis
Cum vero iubetur aliis in cogitatione sua eterna meditari: celestia semper eis quod dicitur in psalmis hymnis et canticis spiritualibus
vivere quod intus vestibulum ostenditur quod quinquaginta cubitis longitudine mensuratur/ de quibus nunc nimis tacemus quia ea superius
multa iam superius diximus Cum vero aliis precipitur uxori vir debitum reddat similiter et uxor viro quod vestibulum quod
contra respicit designatur quod quamvis contra respiciat tamen intus est quia rudis auditor et adhuc agit quod carnis est
et tamen a bonorum numero alienus non est. Potest autem et per orientis portam deus et per australem iudea per aquilonis vero non iniusta
gentilitas designari Porta autem dominum dicimus quia per ipsum intramus ad ipsum. Portas vero iudeam et gentilitatem non
incongrue nominamus quia et prius hebreis et postmodum prius ex gentilitate venientibus aditum celestis edificii agnovimus
Sed in hac re quod animum pulsat Cur in superiori narratione propheta prius orientalis postmodum aquilonis ac deinde
australis porta descripta est/ Cumque easdem portas interiori atrio narraret prius porta australis deinde orientis et post
in loco describit aquilonis Cur autem non eundem ordinem quem ceperat tenuit sed hunc in portarum descriptione permutat
ut et prius diceret orientis portam aquilonis et austri et postmodum austri orientis et aquilonis Sed si aquilonis nomine
gentilitas designatur/ cunctis studiose legentibus liquet quia ante synagogam gentilitas fuit Nam heber ipse a quo
hebrei appellati sunt ex gentibus electus est Dicimus ergo porta orientalis ante porta aquilonis et austri quia in di-
vinitate sua deus ante gentilitatem et iudeam natus est quia et ante omnia secula Dicimus ergo narratione subsequenti
porta australis orientis et aquilonis quia redemptor noster in hora nativitatis inter iudeam et gentilitatem nasci dignatus est
qui et in fine synagoge venit et ante initium ecclesie quam ex gentibus collegit In prima ergo descriptione sunt orientalis
porta ante portam aquilonis et austri/ in secunda autem inter portam austri et aquilonis/ orientis porta nominatur/ quia si
ex divinitate antecessit omnia et ex humanitate venit inter omnia/ qui et decedentis iudee finis factus est et subsequentis
gentilitatis initium congregationis Quia ea que nobis dicta sunt ut deo largiente potuimus rimati sumus et ea que superius
sunt replicata transcurrimus nunc ad ea veniamus que sunt iam per ordinem dicit ut in eis pene nichil de his que dicta
sunt replicetur Dicitur Et per singula gazophilacia ostia in frontibus portarum Gazophilacia superius diximus corda
doctorum que divitias scientie servant: frontes autem portarum sunt verba atque opera predicatorum in quibus eos foris agnoscimus
quales apud se intrinsecus vivant Est enim ostium gazophilacia singula in frontibus portarum quia unusquisque doctor
in corda auditorum intellectum aperit in dictis et operibus priorum Cum enim petri apostoli predicationem discimus cum pauli verba
perscrutamur cum iohannis evangelium investigamus atque ex eorum verbis auditores nostros ad interiorem intellectum trahimus quid
aliud agimus nisi ostium portarum in frontibus aperimus Dicitur ergo Et per singula gazophilacia ostium in frontibus
portarum Ita si doctor habet quod loquitur apostolorum dictis indubie confirmat/ in frontibus portarum ostium non habet/ qui si ostium
non habet dici iam gazophilacium spiritualis edificii non potest quia si intellectum non aperit doctor non est Cum vero auditores
boni per ora doctorum apostolorum dicta et opera cognoscunt/ culpas suas apud semetipsos tacite reprehendunt/ et lacrimis
insequuntur omne quod se egisse inique meminerint Unde hic quoque de ostio quod est in frontibus portarum subditur Ibi
lavabant holocaustum Iam enim se per fidem in confessione sancta deo devoverunt holocaustum deo facti sunt Sed quia
adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiuntur quia adhuc in eis cordis munditia sordidis cogitationibus
inquinatur/ quotidie ad lacrimas recurrunt assiduis fletibus affliguntur Electorum enim patrum dicta et facta considerant
et cum se indignos pensant in portarum ostio holocaustum lavant Ecce etenim qui se per timorem omnipotentis dei esse
patientem devovit nulli iniuriam pro iniuria reddere omnia equanimiter tolerare/ et tamen cum hunc contumelia ab ore proximi
illata subito perculserit turbatus forte aliquid loquitur quod loqui non debuit/ iste iste iam holocaustum est/ sed adhuc
inquinatum fortasse cum illatas contumelias patienter pertulit tacitus permansit sed tamen cum easdem contumelias quas por-
tat dolore tangitur eius quem adhuc in caritate sauciat. Patientia deum vera est que et ipsum amat quem portat Nam
tolerare sed odisse non est virtus mansuetudinis sed velamentum furoris Hic itaque sepe in cogitatione sua se iudi-
cat reprehendit semetipsum quia dolet/ nec tamen apud se prevalet obtinere ne doleat Iam ergo per bona devotionem
holocaustum est sed tamen per dolorem quo tangitur adhuc inquinatur Alius ea que possidet apud semetipsum de-
crevit indigentibus cuncta tribuere nichil sibimet reservare vitam suam soli deo superne gubernationi committere Sed
dum prebet pauperibus que habet fortasse cogitatio mentis subrepit qua dicat unde vivis si cuncta dederis Nec tamen
desistit tribuere sed quod letus dare ceperat postmodum tristis prebet Quidam hunc iam mens nisi nunc holocaustum/ sed tamen
per tristitiam cogitationis inquinatum aut deliberare summa non debuit aut post deliberationem ullo modo dubitare
Alius contempta mundi superbia honores atque dignitates huius seculi deserunt vitare ultimum appetit inter omnes locum tenere
ut tanto excelsior inveniatur in permanente gloria quanto humilior aspicitur in transeunte vita Sed fortasse semel sublato

sese a proximo despici agnoscit dedignatur cur despiciatur. Vult quidem esse in loco humili sed tantummodo contemptibilis non vult. Hunc iam devotio elevat sed adhuc infirmitas gravat. Iam ergo per devotionem holocaustum est, sed adhuc ex infirmitate inquinatur. Hi itaque qui in eis que obtinere devoverunt aliqua infirmitatis sue culpa tanguntur, cum per verba doctorum dicta prius intelligunt et in quanta culpa iaceant agnoscunt, sicut quasi ipsos prius lavant et sacrificant holocaustum in ostio portarum lavant. Sciendum vero est quod hoc inter sacrificium et holocaustum distat, quod omne holocaustum sacrificium est, sed non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio enim pars pecudis, in holocausto vero totum pecus offerri consueverat. Unde et holocaustum latina lingua totum incensum dicitur. Pensemus ergo quid est sacrificium, quid holocaustum. Cum enim quis suum aliquid Deo vovet et aliquid non vovet, sacrificium est. Cum vero omne quod habet, omne quod vivit, omne quod sapit omnipotenti Deo voverit, holocaustum est. Nam sunt quidam qui adhuc mente in hoc mundo retinentur, sed tamen ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, oppressos defendere festinant. Isti in bonis que faciunt sacrificium offerunt, quia et aliquid de actione sua Deo immolant et aliquid sibimetipsis reservant. Et sunt quidam qui nichil sibimetipsis reservant, sed sensum linguam vitam atque substantiam quam perceperunt omnipotenti Domino immolant. Quid isti nisi holocaustum offerunt, immo magis holocaustum fiunt? Israeliticus enim populus prius sacrificium in Egipto obtulit, deinde vero in heremo. Cum itaque adhuc mente homo in seculo est, sed bonum iam aliquid operatur, Deo sacrificium obtulit in Egipto. Cum vero prius seculum deserit et agit bona que valet, quia iam Egipto derelicta sacrificium prebet in heremo, quia repulso strepitu desideriorum carnalium in intimis sue quietis atque solitudinis Deo immolat quicquid operatur. Omnis ergo, sicut dictum est, sacrificium sit etiam holocaustum, magis tamen holocaustum sacrificio, quia mente que hoc in mundo delectatione non premitur, totum in omnipotentis Dei sacrificio incenditur quod habet. Sed sciendum nobis est quia sunt quidam qui seculum confestim relinquentes totum quidem quod habent offerunt, sed tamen in bonis que habent agunt, minime compunguntur. Et bonum quod agunt holocaustum est, sed quia flere ac semetipsos diiudicare nesciunt, sicut quos ex amore ad lacrimas non accendunt, pinguedo holocaustum non est. Hinc enim per psalmistam dicitur: Memor sit omnis sacrificii tui et holocaustum tuum pingue fiat. Holocaustum quippe siccum est bonum opus quod orationis lacrime non infundunt. Holocaustum vero pingue est quando hoc quod bene agit, compunctionis etiam per lacrimas irrigatur. Unde rursum dicitur: Holocausta medullata offeram tibi. Compunctus enim bonum opus agit, sed ex omnipotentis Dei amore atque desiderio flere nescit, holocaustum habet sed medullam non habet. Cum vero bona operatur et visionem iam conditoris sui inhiat atque ad eterne contemplationis gaudia pervenire festinat, sicque ipsum ex amore quo accenditur in fletibus mactat, holocausta Domino medullata reddit. Sciendum ergo nobis est et mala funditus relinquere et bona que sufficimus operari, atque ut in ipsis bonis que agimus amore eterni luminis compungamur. Ipse enim nobis cordis tenebras destruit amor lucis, ut subtilius videre valeamus ne quibus bonis que agimus prava misceantur. Considerandum quippe nobis est opus nostrum quale sit, que cogitatio in opere, que intentio in cogitatione. Et cum nostro bono operi admixtum aliquid malicie vel parve delectationis agnoscimus, redeamus ad lacrimas, lavemus holocaustum. Sunt autem quidam qui semetipsos in magnis actionibus Deo devoverunt atque ad tantam perfectionem perveniunt ut ab eis nulla umquam difficultate deflectatur quod in Deo devoverunt. Non et si quando per suggestionem delibatione castitatis nequaquam caro in prave cogitationis delectationem animum sternat. Non et si quando per suggestionem in delibatione quoque patientie nec sermo contradictionis ab ore pulsat, surgere non permittitur quia vigore iudicii calcatur, ut in largitate elemosine nulla inopie suspicio tristitiam generet, ut in deprecatione nec dolor tantum animum privat, ut in delibatione humilitatis nulla despectus animum mordeat. Sed cum iam in hiis que recte devoverunt sese fortiter conservabunt, poterit tamen peccata que ab ipsis ante bona delibationem perpetrata sunt ad memoriam reducere et plangere quod sibi illicite se egisse meminerit. Hi itaque pro vita quam tenent holocaustum sunt, sed pro vita quam antea tenuerunt inquinatum. Lavant ergo holocaustum in ostio portarum, quia intellectum quem perceperunt de dictis patrum, lavent se quotidianis affectibus et mundant vitam lacrimis quam prius aliis actibus inquinaverunt. Nos itaque inter hec ad vitam preteritam mentis oculos reducamus, reminiscamur qui fuimus cum mundi huius concupiscentias sequeremur. Et si iam Domino toto corde devovimus, quod nos peccasse meminimus defleamus, in fletibus lavemus holocaustum. Certe omnipotenti Domino devovimus castitatem, necesse est ut si adhuc immunda cogitatio mentem inquinat, redeamus ad lacrimas, lavemus holocaustum. Certe patientiam nos servare decrevimus, si adhuc ira perturbat, si mentem tanta dolor excruciat, redeamus ad lacrimas, lavemus holocaustum. Certe relictis rebus possessa tribuere atque in hoc mundo humilem locum tenere, si qua adhuc animum inopie suspicio deprimit, si despectus proximi in aliqua nos indignatione confudit, redeamus ad lacrimas, lavemus holocaustum. Magnum est enim conditori nostro ad recipiendos fletus humilium nostre sinus. Ubi enim innumerabilium hominum fletus suscepti sunt, ibi locum suum invenire sunt et lacrime nostre. Pensemus quod per alium prophetam dicitur: Et erit qui offendit ex eis in die illa quasi David, et domus David quasi Dei, sicut angelus Domini in conspectu eius. Hec est dies nostre que nobis de adventu redemptoris nostri promissa est. Cum ita offendit erit quasi David, quia peccator ad penitentiam redit. Domus autem David quasi Dei, quia unusquisque ad intimam habitationem efficitur conditoris sui, ut sit sicut angelus in conspectu eius, quia nunc visitatur quam in se corruptus est, admirando et aliis prerogative. Hinc est quod paulo post illic dicitur: In die illa erit fons patens domui David habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris et menstruate. Fons quippe occultus est unigenitus patris invisibilis Deus. Fons vero patens est idem Deus incarnatus, qui fons patens recte domui David dicitur, quia ex David genere nostrum ad nos redemptor processit. Ierusalem vero visio pacis interpretatur. Hii autem Ierusalem habitant qui in visione pacis intime mentem figunt. Peccator vero et menstruata est, velut is qui deliquit in opere vel mentem que labitur in prava cogitatione. Menstruata namque est ista pollutio quia et aliena carne non tangitur et sua carne inquinatur. Sic itaque sic est omnis anima que et si malum opus non agit, polluta

tum cogitatione sordescit. Unde etiam per prophetam alium sub Iudee specie de anima immunda dicitur: Desideriis occupata est; omnes qui querunt
eam non deficient, in menstruis eius invenient eam. Malignorum quippe spiritus querentes non deficiunt, cum nostre perditionem
cupiunt, et nulla bona cogitatione rectitudinis repelluntur; atque in menstruis suis animam inveniunt, quam in pollutis
cogitationibus positam facile ad perversam operationem trahunt. Dicitur ergo: In die illa erit fons patens domui David, et
habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris et menstruate. Quod apertus iam est nobis fons nostri redemptoris, ut qui
in domo David iam dignatus est ut peccatorem lavet a pravo opere et menstruatam mentem diluat ab immunda
cogitatione. Per gratiam ergo fontis currimus cum lacrimis lavari in hoc fonte pietatis. In hoc fonte ipse quoque David lotus est,
cum rediit ad lamenta penitentie post maculas geminas culpe. Ipse siquidem, quem venerat, fonte querebat cum diceret: Redde
michi leticiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me. Iste enim habere salutaris leticiam dixerat. Et quid est quod leticiam
sibi reddi postulabat, nisi quia hunc ante culpam contemplari consueverat, et quia contemplationis gaudia in culpa
perdiderat? Unde recte post pravam visionem eam leticiam sibi reddi querebat. In hoc fonte nostri lota est Maria Magdalena,
que prius famosa peccatrix post modum lavit lacrimis, tunc detersit maculas corrigendo mores. In hoc fonte
nostri omnibus apostolis lavit Petrus, quod negavit, quia flevit amare. In hoc fonte nostri in fine suo lotus est latro,
qui semetipsum in morte reprehendens a culpa sua ablutus est confessione veritatis. Cur ergo pigri sumus? Cur
torpentes et frigidi remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantos iam se lavisse cognovimus? Ergo ne de enormitate
nostra desperemus, qui tot peccata nostri in pignore tenemus, et cessamus veniam querere, atque cum lacrimis fiduciam habere,
qui tantorum iam enormitate speci nostri pignus accepimus. Currere etenim nostri fonte debemus, etiam si clausus
esset; et patet, et negligimus? Mittamus oculos fidei in nostris vicinis: consideremus quanti peccatores diebus atque noctibus
per lamenta in hoc fonte nostri lavantur, quanti post tenebras ad lucem, quanti post maculas ad munditiam redeunt. Quamquam
post tenebras mortis cum talibus ad aquam vite consideremus quantum peccavimus, quantum quotidie peccamus, atque ut appa-
reamus nostri post culpas laventes holocaustum ad hec gaudia, adest gratia redemptoris nostri, qui vivit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.
Quia sumus de mysticis sensibus Ezechielis prophete locuturi, quae ipsius pauca eius hystorie verba vobis ex-
primimus: Sicut enim dicit: Et in vestibulo porte due mense hinc, et due mense inde, ut immoletur super eas
holocaustum et pro peccato et pro delicto; et ad latus exterius quod ascendit ad ostium porte que pergit ad aquilonem,
due mense, et ad latus alterum ante vestibulum porte quatuor mense hinc et quatuor mense inde; per latera
porte erant octo mense super quas immolabant. In quibus videlicet verbis magna caligo dubietatis oboritur, utrum
hec de una porta qualibet an de duabus an de singulis portis dicantur. Sed dum quatuor mense per latera describuntur,
ac post modum in summa actionis dicitur: octo mense erant super quas immolabant, propter hoc fortasse non de singulis
portis quas superius descripserat dicit, quia si porte supradicte enarratae quaternas mensas per latera haberent, sic
octo non octo, sed multa et octo dicerentur. Rursum si hoc de una dicitur, magno obstaculo nostra intelligentia reverberatur, quia
post descriptionem porte vestibulum ubi due mense hinc et due inde esse narrate sunt, adhuc ad latus exterius quod
ascendit ad ostium porte que pergit ad aquilonem due mense esse memorantur; atque subiungitur: Et ad latus alterum
ante vestibulum due porte mense. Sed cum intra vestibulum porte bine per latera mense erant, cum subditur: Et ad latus
exterius due mense atque ad latus alterum ante vestibulum due mense, inter quas etiam porta que respicit viam aqui-
lonis esse memoratur, profecto patet aliud vestibulum interius atque aliud exterius fuisse. Cum ergo hic in loco interior aquilonis
porta describitur, cum qua esse porta exterior non dubitatur. Nam cum tres superius descripsisset portas, tres quoque alias mtrig
interioris atrii esse memoravit, quarum postrema aquilonis porta narrabatur, sed ut predictum est atrii interioris. Nunc
ergo cum due mense hinc in porte vestibulo et due mense inde describuntur, adhuc de eadem interiori porta sermo
texitur. Quippe cum protinus subiungitur quia ad latus exterius quod ascendit ad ostium porte que pergit ad aquilonem
due mense, et ad latus alterum ante vestibulum porte due mense, porta ergo interior binas per latera in vestibulo
mensas habere descripta est, et porta exterior similiter binas. Quatuor enim hinc et quatuor inde mense octo perhibentur
dum per latera singula bine in vestibulo porte interioris et bine hinc et inde exterius in aquilonis porta describuntur,
que simul omnes octo sunt in quibus immolatur. Hinc itaque de exteriori narratione discussis ad spiritalem intellectum
sermo redeat. Cum ergo tanto iam nobis interioris esse largiente domino facilior debet, quanto nos exterioris descriptionis
ignorantia angustat. Dum enim una porta, id est interior, inter duo vestibula esse describitur, tacite etiam porta exterior
ad mentem reducitur, inter quam vestibulum ante portam interiorem esse perhibetur. Non iam ergo nobis de una sed de utraque
tractandum est. Prius enim portarum nomine sicut superius dictum est sancti predicatores intelligi, ut vestibulum porte sint ipsi
qui dum mente humili verba predicationis suscipit, in eo se mens ad sacrificium ex virtutibus constituit. Rursum nichil
obstat si porta accipimus hoc quod nobis per ora predicantium sacri eloquii intellectus aperitur, ut vestibulum porte eiusdem
nobis predicationis verba sint, quam prius humiliter accipimus ut post ad sacri eloquii intellectum veniamus. Consideremus
itaque sanctam ecclesiam atque synagogam, et sit itaque nobis porta interior testamentum novum, porta vero exterior est testamentum
vetus, quia et hoc spiritalem intellectum aperit, et illud rudibus adhuc mentibus in hystoria sacri eloquii litteram custo-
divit. Habet autem vestibulum porta interioris in magna iam multitudine fidelium populorum duo latera, videlicet dilectionem dei
et dilectionem proximi. Bine autem mense sunt hinc et inde, quia in dilectione dei necessaria tenenda est fides et vite inno-
centia, in dilectione autem proximi sed summopere patientia et benignitas custodienda. Est enim in dilectione dei necessaria
fides et vita, quia videlicet scriptum est: Sine fide impossibile est placere deo; et rursum scriptum est: Fides sine operibus mortua est.

Constat autem in dilectione proximi nobis paciencia et benignitas conservanda quia de eadem dilectione scriptum est Caritas paciens est benigna est / paciens scilicet ut illata mala equanimiter portet / Benigna autem ut sua bona proximis delectabiliter impendat / Habet ergo vestibulum quod est exterius videlicet hec duo latera spiritales patres et carnalem populum in quibus singule bine mense sunt quia habet et in spiritalibus patribus doctrinam et prophetiam / habet in carnali populo circumcisionem et sacrificium

(In his itaque octo mensis immolatur quia quisquis fidem credit quisquis vita exemplum boni operis ostendit quisquis paciencia humiliter tolerat quisquis benignitate largitur instruit quisquis doctrina docet quisquis prophetia in posterum providet quisquis circumcisione ad mandata exteriora ligatur quisquis sacrificium ex devocione offerre cogitur in omnipotentis dei oculis hostiam esse victimam ostendit In lege enim etiam per carnale sacrificium quid aliud populus nisi devocionem sui cordis immolabat / Notandum vero quod quatuor mense solum ad holocaustum fuisse memorantur quas videlicet mensas vestibuli porte interioris accipimus ut de reliquis quatuor taceamus quia ad sacrificium constructe sunt non ad holocaustum / Holocaustum enim sicut predicta iam locucione professi sumus totum incensum dicitur / Et lex quidem deum ac proximum diligi / divina mandata custodire precepit / ab alienarum rerum concupiscentia compescit non tamen omnia dimitti iubet / In testamento autem novo nos veritas contestatur dicens Nisi quis renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus / Atque iterum dicit Qui vult post me venire abneget semetipsum / Mense ergo interioris porte holocaustum habent quia in virtutibus testamenti novi quod per holocaustum omnia incendimus quando omnibus que habemus mundo sic renunciamus / Mense vero vel vestibuli porte exterioris sacrificium habent sed holocaustum non habent quia precepta legalia decimas offerri iubent sed dimitti omnia non iubent / De interioris autem vestibuli quatuor mensis dicitur ut immolent super eas holocaustum et pro peccato et pro delicto / Hoc enim inter peccatum et delictum distat quod peccatum est mala facere / delictum vero bona delinquere / Quod summopere sit tenendum vel certe peccatum in opere est delictum in cogitacione / Recte ergo interioris porte quatuor mensis immolatur holocaustum et pro peccato et pro delicto quia quisquis poterit hoc prius seculum plene contempnere et delinquentes omnia semetipsum deo holocaustum dare ipse etiam iam perfecte novit et peccata operis plangere et peccata cogitacionis vel que maiora fecit vel quod debuit facere bonum quod non fecit / Tunc enim totum dimisit culpas suas in fletibus iam liberius conspicit cum quisque eius mentem terrena cura non impedit per opere sese et cogitacione plangendo mentem suam omnipotenti deo quid aliud quam holocaustum reddit / Neque hoc de racione videtur congruens quod propheta tunc latus exterius diceret et ad latus exterius quod ascendit ad ostium porte addit quod pergit ad aquilonem et ostium porte nominavit hoc dicens et ad latus exterius quod ascendit ad ostium porte / Sed enim ascensum notat / porta aquilonis interiorem designat per quam structuram ecclesie et testamentum novellum per deum designavi que habet latus exterius synagogam ex qua in deo domino nostro ihesu christo fides inchoavit et vere intelligencie ostium in sancta ecclesia fidelis populus invenit / Tunc ad aquilonem pergere dicitur quia multitudinem credencium de torpore frigoris et iniquitatis ex gentilitate collegit / Habet ergo porta interior latus exterius id est sancta ecclesia synagogam habet ostium id est celestis regni intellectum et pergit ad aquilonem quia peccatores quos non despicit sed eos recipiendo ad primam misericordiam accendit / Dicuntur ergo quatuor mense hinc et quatuor inde per latera porte in exteriori enim custodia huic lex data tenebatur / Ostium vero porte est ipse historie intellectus legis qui ad dei timorem ducit / Que porta ad aquilonem pergere dicitur quia lex eadem sub timore minarum frigida iudaici populi corda constrinxit / Certum enim per calorem ille populus crevit si precepta ex amore servasset / Sed quia sub timore mortis proposite litteram custodiunt quia in torpore frigoris permansit / Unde nostris populis etiam prima amantibus non autem temporalia tormenta timentibus atque iam caritatibus dicitur Non accepistis spiritum servitutis in timore sed spiritum adopcionis in quo clamamus abba pater / Dicuntur ergo quatuor mense hinc et quatuor inde per latera porte / Dum enim fides et vita doctrina et prophetia in bonorum mentibus custodiuntur porta vera id est intellectus sacri eloquii quatuor ex latere mensas habet / Cumque in perfectioribus populis sancta predicacio pacienciam et benignitatem servat quod prius in carnalibus circumcisionem et sacrificium custodiunt / Mense quoque quatuor que ex alio latere monstrantur / Tunc sunt omnes ad immolandum hec sunt / quatuor videlicet interiores ad holocaustum quatuor vero exteriores ad sacrificium / Etenim et hii qui in sancta ecclesia fidem vitam pacienciam atque benignitatem custodiunt summis iam perfectioribus virtutibus pollent / Et hii qui in synagoga doctrinam et prophetiam circumcisionem et sacrificium cognoverunt alia offerendo atque semetipsos alia retinendo devocionis sue victimam omnipotenti deo dederunt / Sed quia superius dictum est ideo mensas quatuor interioris vestibuli esse constructas ut immolentur super eas holocaustum et pro peccato et pro delicto unde ipse mense constructe sunt inspiciamus cum subditur Quatuor autem mense ad holocaustum de lapidibus quadris constructe / Quos enim lapides hoc loco quadros accipimus nisi quoslibet sanctos quorum vita in prosperitate atque adversitate novit fortiter stare / Lapis etenim quadrus equaliter stat in quocumque latere fuerit versus / Quisque ergo in prosperitate non extollitur in adversitate non frangitur / suasionibus ad mala non trahitur vituperacionibus a bono opere non revocatur / lapis quadrus est / qui ex omni latere statum habet / qui casum in qualibet permutacione non habet / Certe tunc iudeorum populum propheta a fide perire cognosceret et sanctos apostolos surgere in ecclesia previderet per quos multi sunt ex gentibus in fide et vite fortitudine solidati in magna consolacione locutus est de lapides caderent sed quadratis lapidibus edificarentur / Videns quippe in sancta ecclesia apostolos martires atque doctores surgere de lapidum casu id est de iudeorum perdicione minus doluit / quia omnipotentis dei edificium id est structuram ecclesie de quadris lapidibus edificari conspexit / Mense ergo quatuor de quadris lapidibus construuntur quia fides et vita paciencia et benignitas de vita sanctorum et exemplum date sunt sequentibus populis ut iam vestibulum mensas habeat id est virtutes vite populus teneat in quibus omnipotenti deo ordinis sacrificio in ara sui cordis mactet / Cum autem etenim boni sibi delectet sancte ecclesie populi vel fecerunt vel faciunt hoc in opere predicatorum suorum vita susceperit / Unde enim mensas hoc vestibulum haberet nisi quadros lapides invenisset ut unum de quadris lapidibus habitum ad medium deducamus velit fratres hunc fidem videre / Attende vinctum christus est et movi lucrum velit vita cognoscere / Attende inquit iusticiam

et ego modo. Multas passiones audite: Usque in hanc horam et esurimus et sitimus et colaphis caedimur et instabiles sumus et
laboramus operantes manibus nostris; maledicimur et benedicimus, persecutionem patimur et sustinemus, blasphemamur et obsecramus.
Voluit benignitate cognosci. Ego autem libentissime impendam et superimpendar ipse pro animabus vestris. At ne forsitan
crederemus quia eorum amore pro quibus impenderet despectus debitor fuit, mox ad correptionem discipulos subiunxit dicens: Licet plus vos
diligens minus diligar. Cum ergo a populo fideli ad imitandas virtutes sanctorum praedicatorum vita cognoscitur, profecto in ve-
stibulo de quadris lapidibus mensae construuntur. Habuit vero et synagoga spiritales patres in doctrina atque prophetia, quorum
exemplum vitae in virtutibus traheret. Sed rudis eius populus magis pro timore serviens quam pro amore sequens, vitam priorum
noluit imitari quam vidit. Atque ideo porta exterior quae ad aquilonem pertingit mensas non habet et holocaustum. Sed
quia haec moraliter diximus, restat adhuc ut easdem mensas per intellectum typicum perscrutemur. Porta etenim interior, id est in interiori
vestibulo, interiores mensas habet, quia sancta ecclesia ad eruditionem fidelium populorum interiores regentium ordines accipit, quos
Paulus ex dono omnipotentis Dei enumerat dicens: Ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas,
alios pastores et doctores. Pastores vero et doctores unum regentium ordinem vocat, quia quisquis bene regit pa-
scit quod docet. Habuit quoque vestibulum exterius mensas interiores, quia videlicet synagoga obsequium exterioris observantiae per principes
sacerdotum et seniores populi, per scribas atque phariseos tenuit, qui scilicet pharisei et doctores legis vocati sunt. Sive autem
exteriori seu interiori vestibulo binae mensae hinc sunt et binae inde, quia in exordiis suis sancta ecclesia apostolos et
prophetas habuit; prophetas autem dicimus non eos qui in veteri populo fuerant, sed eos qui in sancta ecclesia post apostolos sunt. [illegible]
Posteriore quoque tempore, quod nunc est, habet evangelistas atque doctores. Evangelium vero in bonum nuntium dicitur. Evangelistas
utique appellamus qui rudibus populis bona patriae caelestis annuntiant. Cum videlicet evangelistae atque doctores priori quidem et
tempore fuerunt, sed in eius sancti dono largitate permanent, quia adhuc quotidie infideles populos ad fidem trahi et fideles
quosque in bonos mores per doctores erudiri cognoscimus. Apostoli vero et prophetae ab hoc tempore penitus sublati sunt. Atque
ideo dicimus quia mensae hae portae interioris, id est sanctae ecclesiae, quae in alio latere habet. Et porta quae pergit ad aquilonem duas
mensas habet et duas inde, easdem quos diximus principes sacerdotum et seniores populi in maiori auctoritate regiminis,
scribas quoque et phariseos qui rudi illi populo minori loco praeerant. Sed hae mensae interioris portae sunt quae ad aquilonem pergit,
quia cum interiores isti ordines populo praeessent, synagoga imperfectionem receptorum suorum senectus ad torporem perfidiae
prorupit. Quae tamen mensae habuerunt sacrificium quod interius sola littera tenuerat, unde et ad torporem frigoris lapsae sunt,
quia flamma spiritus succensae non sunt. Interiores autem mensae holocaustum habent, quia sive in cordibus apostolorum atque prophetarum
seu in mente evangelistarum atque doctorum ignis spiritus succrescit et ardet. Cum pro eo quod omnes eorum cogitationes in bono
opere assumit flamma amoris Dei, quia holocaustum totum succensum dicitur quod invenit incendit; holocaustum enim offerunt qui sive in
bono opere seu in sancta cogitatione medullitus accenduntur. Mensae vero hae ex quadris lapidibus factae sunt, quia dum
quotidie sacri eloquii in suis cordibus verba meditantur, ad offerendum Deo ordines holocaustum quasi ex quadris la-
pidibus construuntur. Verba etenim scripturae sacrae lapides quadri sunt, quia ubique stant, quae ex nullo latere reprehensibilia
inveniuntur. Nam in omne quod praeteritum narrat, in omne quod venturum annuntiat, in omne quod moraliter praedicat, in omne
quod spiritaliter sonat, quia in diversis latere statum habent, quia reprehensionem non habent. Corda itaque sanctorum mensae Dei sunt ad
holocaustum ex quadris lapidibus instructae, quia cum per verba Dei cogitant semetipsos Deo a carnali vita in
cogitatione mactant. Unde scriptum est: Lex Dei eius in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus eius. Et unde rursum
quia: In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Sed mensae hae unde sunt constructae cognovimus; etiam
cuius mensurae sint audiamus. Sequitur: Longitudine unius cubiti et dimidii et latitudine cubiti unius et dimidii. Hunc
locum quidam exposuit dicens: Longitudine et latitudine habet mensa unum cubitum et dimidium, id est per quadrum, quia sibi iuncta
tres faciunt cubitos, qui tres cubiti habent in latitudine cubitum unum, ut mysteria trinitatis unius cubiti habere dimensionem
necessitatis mensae fuerunt. Cum videlicet sibi ipsius expositionis ratio non potest stare, quia in illa summa trinitate quae omnia continet
omnia continet et dimidium nihil est, nec ex duobus dimidiis aliquid unum, neque enim quicquam diminutionis et de-
cessionis habet illa substantia quae per se immutabilis manens nec detrimentum recipit nec augmentum. Saepe autem diximus
longitudinem ad longanimitatem spei, latitudinem vero ad caritatis amplitudinem pertinere. Mensae ergo quae ad holocaustum con-
structae sunt longitudine cubiti unius et dimidii metiuntur, quia sancti patres atque doctores qui se longanimes ad sancta spei
intentione ostendunt, per hoc quod in virtutibus vivunt quasi ad hanc quandam mensuram pertinent, unde perfecti sunt. Quantum vero
ad divina illa mysteria quae plene ab homine capi non possunt quamdiu in hac mortali carne subsistitur, perfecti esse non
possunt. In semetipsis ergo iam cubitum habent, in Deo autem cubitum non habent, quia iam quidem in virtutibus adhuc plene proficiunt,
sed tamen aliquid de Deo adhuc ex parte cognoscunt. Ecce iterum in mensura mensae ad testimonium Paulus occurrit. Videamus an eius
vita in cubito integro mensuretur. Dicit: Quotquot autem perfecti sumus hoc sapiamus. Videamus, videamus si in his quae
de Deo sentit iam se ad percipienda mysteria perfecte tetendit. Ego me non arbitror comprehendisse. Et rursum: Ex
parte cognoscimus et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Unde iterum: Et
nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Qui ergo perfectus est et ex parte cognoscit, cubitum
habet quantum ad se, sed tamen dimidium super se. Tendant ergo in longanimitate spei corda sanctorum, tendantur in perfectionem quam
habent cubito uno, sed quia adhuc plene videre non possunt, habent ubi spei oculum mittunt, habent super unum cubitum habent in dimidio
cubito tendantur, quatenus in hac vita per se imperfectos aspiciant et ardentius ad perfectionem currant. Habent quoque mensae lati-
tudinem cubiti unius et dimidii, quia sanctorum corda in caritatis amplitudine dilatata in eos proximos quos diligunt
et videt et habent cubitum, possunt enim perfecte diligere quos perfecte valent nosse aliquid scire. Omnipotentem vero Deum medul-
litus diligunt, medullitus sentiunt, sed tamen diligere non possunt quantum debent, quia adhuc non valent videre quem diligunt.
Et mensura amoris minor est ubi adhuc minor est mensura cognitionis. Super unum ergo cubitum habent et dimidium.

quia hic eis iam in amore integrum est quod videt minus est in caritate cum proximo atque illud quod eis videt maius est adhuc in
amore dei quem non videt integrum non est. De hoc amore qui hic incipit ut per visionem dei in eterna patria perficiatur
recte per ysaiam loquitur dicens: Dixit dominus cuius ignis est in syon et caminus eius in ierusalem. Plus est autem caminum esse quam ignem
quia ignis esse et parvus potest, in camino autem vastior flamma succenditur. Syon vero speculatio, ierusalem autem visio pacis dicitur.
pacem vero magis hic inter speculamur ut illic post modum plene videamus. Ergo amore ergo dominum in syon ignis est in
ierusalem caminus quia hic amoris eius flammis aliquatenus ardemus ubi de illo aliquid contemplamur. Sed ibi plene ar-
debimus ubi plene videbimus quem amamus. Altitudo vero mensarum est cubiti unius quod est enim altitudo sanctorum et fides invi-
sibilium per fidem enim creditur quod non videtur atque ideo per hanc rectorum mens in altitudinem ducitur ut cuncta visibilia
despiciat in terra et ea que audit invisibilia sequatur in celo. Sed unius cubiti hec altitudo mensarum quia unitas est
fidei in corde enim omnium sanctorum unum deum esse credunt et patres veteris testamenti et predicatores professi sunt novi testamenti.
Altitudo itaque mensarum nil uno cubito amplius meretur hec minus quia in magna sui unitate concordat omnium fides patrum
Sed hii qui iam in longanimitate spei summis virtutibus proficientes unum et dimidium cubitum habent atque in altitudine caritatis
uno et dimidio cubito mensurantur. In altitudine vero fidei uno cubito consistunt magis sunt et summa veneratione ad- [illegible]
mirandi. Dicuntur ergo prelatorum animas in sinum sue considerationis suscipere atque eas in conspectu dei velut quoddam holocau-
stum ad sacrificium offerre. Unde apte sequitur: Super quas ponunt vasa in quibus ymolatur holocaustum et victima.
Quid enim aliud fidelium mentes vasa sancta que verba vitalis capiunt ut per eorum actibus holocaustum vite atque operationis
ymoletur. Hinc est enim quod paulus cum adhuc vocatus esset in fidei vocatione quia iam dominum verba preciperet et celesti gratia plenus
erat vas appellatur cum dicitur: Vas electionis mihi est. Hinc pastores atque doctores ysaias admonet dicens: Mundamini qui fertis
vasa domini. Ipsi etenim quasi mense dei vasa portant cum vitam fidelium erudiendo tolerant ut quique hec duo ad holo-
caustum et sacrificium perducant. Sed neque hoc negligenter intuendum est quia in eisdem vasis holocaustum et victima est
non tamen victima sit holocaustum quia cum quid ex parte offertur et ex parte retinetur sacrificium quidem est sed holocaustum non
est. Sunt vero in nullo non magis fidelium aliqui qui ea que mundi sunt omnia relinquunt cuncta que possident tribuunt nec
semetipsos reservant ad etiam patrie medullitus anhelant seque ex toto corde in lacrimis mactant. hii vero vasa
super mensas sunt in quibus ymolatur holocaustum. Et sunt alii qui curam proprie domus gerunt de filiis cogitant eis
quibus hereditatem servant qui tamen etiam indigentibus mediocres miraque pauperibus impendunt alimenta et vestimenta eis ex parte
qua debuerint tribuunt. hii nimirum vasa super mensas sunt in quibus victima ymolata est non holocaustum. Cuncta enim
patria et doctrina sanctorum admonendo et instruendo suadendo atque terrendo aliorum corda usque adhuc erudiunt ut
omnia deserant et totos se in amore dei accendant. Alios vero ad hoc usque instruunt ut quia omnia relinquere non valent
vel ex parte que prevalent misericordes sint et carnis curam cum aliena cura faciant. Mense dei de quadris lapidibus
constructe vasa portant in quibus ymolatur holocaustum et victima quia et perfecti sunt sicut verum est cum omnia deserunt totum
cor in amore dei accendunt et imperfecti sacrificium offerunt quod ex parte dominum veneruntur. Sequitur: Et labia eorum palmi
unius reflexa intrinsecus per circuitum. Quid est hoc quod mensarum labium palmo magnitudinis tenditur et sancti predicatores atque doctores [illegible]
ea predicant in quibus auditorum opera tendantur que in manu operandas opera in ea dilatas. loquamur ergo unus [illegible]
quisque doctor tot auditores convocat ociosorum torpore convincat quos dei ad opera bona tetendit. Palma
se hinc in labiis ostendat. Pensandum quoque quia in palmo digitus maior ac minimus tenditur. Quid vero [illegible] ac mi-
nimo digito nisi magna et minima actio designatur. Palmum ergo mense in labio habent quando in doctorum predi-
catione auditor evigilet ut ex eorum admonitione magna opera faciat ut agere et minima non omittat. Sic minimis
intentus sit ut piger in agendis maioribus non sit. Unde per semetipsum veritas ait: Ve vobis scribe et pharisei ypocrite
qui decimatis mentam et anetum et ciminum et reliquistis que graviora sunt legis iudicium et misericordiam et fidem. Hec
oportuit facere et illa non omittere. Per iudicium quippe et misericordiam et fidem maior digitus operationis ostenditur
per mentam vero et anetum et ciminum digitus perexiguus minimus figuratur. Sed ergo oportuit facere et illa non omittere
quia si opus nostrum palmo metiri volumus sic necesse est ut tendatur minimus quatenus maior digitus non attrahatur. Bene
autem cum mensarum labia mensurantur et mensura palmi dicitur addidit unius ut ex doctorum predicatione sic unitas
teneatur in fide ita quoque unitas mentium fiat in opere. Hec per opus bonum quod alter agit alter ad discordie
malum prorumpat. Ita enim bona facere opera debemus ut per hec erga cubitos cum quibus vivimus unitatem mentium in re
possimus conservare. Unde cum non defendendo quod agimus si previdemus bonis persuasionibus malum discordie quod
timemus. Sic in suis operibus unitatem palmi custodies palmus discordia generare prohibeant. Cum quedam
iam lapsum atque ab ecclesia abiectum iam vellet recipere corinthios videret dicit: Si cui aliquid donastis et ego
nam et ego si quid donavi propter vos in persona christi ut non circumveniamur a sathana qui vero solet de bonis
mala generare et hoc quod per caritatem agitur ad discordiam contrahere. Unde et mox de ipso subiecit dicens: Non enim
ignoramus cogitationes eius. Doctor autem qui per bona que predicat in suis auditoribus recta operatione respondet
si merces operantium ad unanimitatem non ligat in labiis palmum habet sed eo que dicta est palmi unitate
non habet. Pensandum vero est illud quod dicitur quia earundem mensarum labia intus sunt reflexa. Cum enim mensarum labia
intrinsecus reflectuntur cum doctores revocant ad conscientiam tacita cogitatione quod dicunt tamen semetipsos subtiliter
perscrutantur si faciunt quod locuntur. Recte autem cum reflexa intrinsecus mensarum labia dicuntur addidit quia per circuitum ut
non una in qualibet se parte considerent atque alias in semetipsis perpendere pretermittant sed undique semetipsos
inspiciant et magis in prevalent studeant singula opera implere que docent ne si predicantes facere bona dis-
simulant sui vastatores sint cultores alieni. O doctor ecce iam mensa es iam vasa portas iam in

vasis fidelibus pondus holocausti vicine sustinens sed intus reflecte labium id est ad cor revoca sermonem. Audi quod dicis, operare quod predicas. Sed cum negligis implere quod doces, aliis messem seminas et ipse a fructu preparate ieiunas. Unde scriptum est: Cuius messem famelicus comedet. Messem quippe doctoris qui bona loquitur sed non operatur famelicus comedit, quia is qui pane iusticie esurit operatur ea bona que audit, et ipse fructum non habet qui seminando laboravit. Hinc Salomon ait: Abscondit piger manum suam sub ascella nec ad os suum porrigit eam. Neque ita piger est ut ad os manum comedendo reducere laborem putet. Sed piger nec ad os suum porrigit quia nec hoc vult operari quod dicit. Hinc iterum de bene docentibus et male operantibus dicitur: Filii Effrem intendentes arcum et mittentes sagittas conversi sunt in die belli. Intendunt arcum ac sagittas emittunt qui scripture sacre sermones proponunt et verbis rectis auditorum vicia feriunt, sed convertuntur in die belli quia per semetipsos videntes in temptacione viciorum et peccatis opponere non volunt, quia in temptacionum certamine non resistunt. Hinc iterum dicitur: Avertisti adiutorium gladii eius et non es auxiliatus ei in bello. Gladius quippe doctoris est sermo Dei, unde per Paulum dicitur: Et gladium spiritus quod est verbum Dei. Cum ipse itaque doctor cum doctores respiciat nolle operari que dicit, in die belli adiutorium eius gladium avertit, quia temptacionum certamine non permittit ei esse in adiutorium doctrine verba que dedit. Habet igitur gladium sed hunc in bello non adiuvat, quia cum adversitas temptacionis erumpit ubi obliviscitur quod docebat. Certe enim de paciencia forsitan sermo doctori est, doctrine sue magisterio dicere cogitur qualiter contra illata dampna contra auditas contumelias paciens fuerit. Sed cum ipse vel dampno vel contumelia fuerit lacessitus, oblitus quod docuit vel in lesionem proximi vel in reddenda genus contumelia concitatur. Intueatur itaque, cogitet quia mensa Dei est, labia intus reflectat fructum quod predicat. Scriptum quippe est: In paciencia vestra possidebitis animas vestras. Et rursum scriptum: Doctrina viri per pacienciam noscitur. Tanto itaque minus doctus [illegible] paciens est, tanto quisque doctus ostenditur quanto paciens fuerit. Hinc est enim quod bonus ille discipulus qui tolli in aera magistrum videbat pro magne caritatis affectu clamabat: Pater mi, currus Israel et auriga eius. Currus est fortis [illegible] quod Helias currus Israel et auriga dicitur, nisi quia auriga agitat, currus portat. Doctor ergo qui mores proximi et per pacienciam sustinet et sacri eloquii verbis docet et currus dicitur et auriga. Currus quia tolerando portat, auriga quia exhortando agitat. Currus quia mala sustinet, auriga quia proximum bonis ammonicionibus exercet. Conforte autem contra vanam gloriam sermo doctori est et munere minas qualiter debeat declinari, eisdem ipsis sermonibus vanam gloriam querit quibus contra eandem vanam gloriam disputat. Sed igitur hoc appetit adipisci quod prohibet, mensa intus labium non reflectit. Tunc autem mensa Domini ex quadris lapidibus constructa habebit intus labium reflexum si studuit audire quod dicit. Scriptum quippe est: Neque per occasionem [illegible] neque per inanem gloriam. Atque iterum egregius predicator dicit: Nec querentes ab hominibus gloriam neque a nobis neque ab aliis. De predicacionis enim labore laudem transitoriam querere quid est aliud quam rem magnam vili precio vendere. Sed in doctrine verbis grande periculum, quia sepe per sermonem doctrinam favor audiencium sequitur. Et cum doctores ab eo quod bene docuerint et commoverint apparere iam meliores in dictis voluerint, doctrine verbum quod pro acquirendis animabus adiutorium ex omnipotentis Dei amore inchoaverint, mutat postmodum pro acquirendis laudibus laborant. Et qui in verbis Dei querebant prius lucra spiritalia, temporales postmodum favores sequuntur. Unde fit ut quelibet opera seu sacra doctrine verba in omnipotentis Dei oculis pereant, cum per hec quisque transitoriis favoribus anhelat. Hinc etenim per Ieremiam Iudee dicitur quod ipsa cuncta mea fuerint si saltem per culpam suas caute cogitaciones timeret. Olivam uberem pulchram fructiferam speciosam vocavit Dominus nomen tuum; ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea et combusta sunt fruteta eius. Olivam quippe uberem pulchram fructiferam et speciosam Dominus vocavit cuius vel efficacia in operacione vel recta studia in verbis recta approbat. Sed ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea, quia cum laudari quis cepit erubescit forsitan inferior videri quam dicitur et studet esse quod dicitur. Vox enim grandis loquele favor adulantis. Unde scriptum est: Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte consurgens plus est maledicenti. Ad vocem ergo loquele grandis exarsit ignis in ea, quia in magnitudine favoris flamma in corde accenditur de amore laudis. Sed omnia olive fruteta comburuntur, quia ante omnipotentis Dei oculos vel que bene gesta vel sicut sunt dicta deperiunt, cum iam non amore Domini sed intencione transitorie laudis fiunt. Sic etenim sepe cogitacionibus bonis cogitacio sinistra subiungitur ut vix ipse qui easdem cogitaciones generat eas agnoscat. Unde predicator egregius cum loquens subtiliter diceret: Vivus est sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad divisionem anime et spiritus, illico subiunxit: compagum quoque et medullarum et discretor cogitacionum et intencionum cordis. Distinguit enim Dei sermo compages et medullas quia distinguit cogitaciones et intenciones cordis. Per compages quippe ossibus ossa iunguntur, et sepe dum quedam recta cogitacione agimus sed subito in laudis amorem declinamus atque hec pro laude facimus quod prius facere pro veritate cepimus, quia cogitaciones cogitacionibus adiunguntur, quasi quedam in spiritu compages fiunt. Sed hec ossa que in compage iuncta sunt eciam medullas habent, quod predicator sanctus aperte intulit cum subiungit: discretor cogitacionum et intencionum cordis. Compages enim hic cogitaciones sunt, medulle autem intenciones. Et sepe aliud cogitamus atque aliud est quod per cogitacionem intendimus. Nam si quis proposito minorum premio pupilli vel vidue causam defendat et fortasse eciam ingrediens suis precibus Deo dicat: Tu vides quia causam pupilli et vidue defendo. Iste procul dubio quod cogitat scit, sed quo intendat eius cogitacio ignorat. Aliud quippe cogitat atque aliud intendit. Non enim defensionem pupilli vel vidue sed intendendo minorum querit. Nam tollet temporale premium et pupillum et viduam non defendit. Sermo itaque Dei discretor est cogitacionum et intencionum

cordis qui non aspiciat quid apud temetipsum cogitas sed per medullam compagis vel per intentionem cogitationis quod accipe-
rectas. Restat ergo ut doctor cum loquitur quasi mensa Dei sit, intus labium reflectat, ne aut mala intentione loqui
incipiat, aut cum bene cepit seductus favoribus in appetitum alium declinet. Fortasse autem de custodia discipline
sermo doctoris est. Et sepe contingit ut discipline regulam quam scit dicere nesciat temperare, aut nimia mansue-
tudine placidus minus se contra vicia in zelo stimulo inflammat. Magna cum consideratione debemus pensare quod scriptum
est quod in vasis templi inter coronas et plectas boves leones et cherubim sculpta sunt, et subter boves et
leones lora dependentia. Corone quippe signum victorie, plecte autem concordie unitate sunt. Cherubim vero
plenitudo scientie dicitur. Sacerdotes enim atque doctores inter coronas et plectas vel inter fortitudinem boni operis qua
ad victoriam tendunt et caritatis concordiam qua a se invicem non distrepant, per boves leones atque cherubim desi-
gnati sunt, quia in plenitudine scientie qua fulti necesse est ut boum mansuetudinem teneant et fervorem leonum
contra in disciplina quam predicant, et ex sancto zelo accensi sint et ex prima dulcedine tranquilli. Quibus subter
se lora dependeant, ut discipline sue retinacula quibus ipsi ligati sunt etiam subiectis suis sollicite impendant.
Subter eos enim lora dependere est custodie vincula subditis tenere. Quod tunc recte fiat cum nec boum
in zeli fervore mansuetudo amittitur, nec leonum terror in mansuetudine declinatur. Tanta quippe debet esse
discretio ut nec disciplina nimia nec mansuetudo sit remissa, ne si inordinate culpa dimittitur is qui est cul-
pabilis in reatu gravius astringatur. Et rursum si culpa immoderate retinetur, tanto gravius qui corrigitur deterior
fiat quanto erga se nichil ex benignitatis gratia agi considerat. Exhibenda itaque prius est asperitas in osten-
sione caritas in mente, ut et dura ostensio delinquentem cohibeat et caritatis custodia interius mansuetudinem
non amittat. Ecce dum loquor Joseph animum pulsat, ut ad ostendenda que dico ipse testis veniat. Certe
sompnium quod de provectu suo viderat fratribus narrans per hoc quod innocenter retulit malicie contra se stimulos conci-
tavit. Ab eisdem fratribus Ismahelitis est venditus in Egyptum ductus, atque omnipotentis Dei dispensatione eidem
Egypto prelatus est. Cumque in terra Chanaan fames cogeret, fratres in Egyptum veniunt. Joseph prelatum E-
gypto inveniunt. Cumque submissi ad terram cervicibus adorarent. Et quia mutari Dei consilium non valet, quem
ideo vendiderunt ne adoraret, adoraverunt quia vendiderunt. Tunc ipse vir Dei spiritu discretionis plenus
cognovit fratres non cognitus ab eis, sed inventor culpe et remissor iniurie mala fratrum nec vindicare studu-
it nec sine purgatione laxare. Nam suspecta voce protinus dixit: Exploratores estis vos, ut videatis infir-
miora terre venistis. Jam inter experimentum vestri capiam, per salutem Pharaonis non egrediemini hinc. Oraculum
in corde pergentium venerat, famis periculum fugiebat, frumenta que querebant non accipiebant et ferre se
insuper obiectione criminis videbat. Huc usque ducuntur ad carcerem et post triduum educti adhuc in eadem asperita-
te tenentur. Jam redit ad cor, iam culpe animum memoria pulsat, atque inter se invicem locuntur: Merito hec patimur
quia peccavimus in fratrem nostrum videntes angustiam anime illius dum deprecaretur nos et non audivimus. Ideo venit super
nos tribulacio. Intus hec autem cor Joseph amore vincitur, secessit paulisper et flevit, flendo quod pietate debuit,
severus ad fratres rediit ut creatus corporaliter a culpa liberaret. Postquam unus religatur in vinculis, dimit-
tuntur ceteri cum frumentis, et iubet ut unus frater veniat quem minimum se habere dixerant. Venit postmodum frater,
vincebat mentem pietas cum fratrem innocentem videret, sed permanebat in ostensione asperitas ut fratres nocivi
purgarentur. Frumenta dantur, cyphus in sacco minoris fratris absconditur, furti post eos questio mo-
vetur, ut reducantur addicti in servitutem, decernitur apud quem cyphus fuisset inventus. In sacco ultimi fratris
invenitur. Tunc Beniamin reducitur, afflicti omnes fratres secuntur. O tormenta interius cruciat et amat. Reversi
igitur in terram cum lacrimis prostrati veniam postulant. Memores enim quid de illo prius perpetraverant meror
intolerabilis habebatur. Tunc se ultra cohibere non valens pietas clausa prorupit ad medium et compassi
caritatis lacrimas de vultu sevitatis detersit. Est ira que apparebat et non erat, ostensa misericordia que erat et
non apparebat. Ecce vir sanctus facinus fratrum et dimittit et vindicat. Sic rigorem clementia tenuit ut de
linquentibus fratribus nec sine ultione prius consisteret nec sine pietate districtus. Ecce hec est magistra discipline
ut culpis et districte noverit parcere et pie resecare. Sine autem discretionis spiritu non habentes aut sic dimittunt
peccata ut non corrigant, aut sic corrigendo feriunt ut non dimittant. Doctor ergo cum de discipline moderatione
loqui necesse est, mensa Dei se esse sciat atque intus labium reflectat, ut quod docendo loquitur hoc sub dis-
cretionis spiritu vigilanter operetur. Ne si quendam sibi deesse considerat oportet ut ab eorum predicatione conticescat.
Locus quippe cordis corrigit ut loquatur. Verbis ergo suis semetipsum condemnat, et si non ideo loquitur quia operatur,
ideo operetur quia loqui compellitur. Ubi itaque se conspicit opere implere quod dicit, ubi auditores commoneat
corpore quod alios ad studium bone operationis accendat. Ubi autem necdum se iudicet implesse quod loquitur, ad
bona de quibus auditores admonet se quoque prius inflammet, ut ipse etiam sic distat in opere quod per eum loquitur
virtus in predicatione. Sepe enim quod videndo nesciunt compulsi loco doctrine loquendo discunt locutione et dum
de cogitatione interne pigritie reatus nascitur in mente, eiusdem mentis compuncto subito abolita tussiverat et sua
voce concitata evigilat in opere que prius torpebat in ocio sine voce. Ecce autem cum mense labium palmis
tendit vel cum per doctores contra vicia disputatur atque ad bona opera cor auditorum accenditur, multi quoque eius
verba audiunt quanta vel qualia mala perpetraverint recognoscunt atque ad eum confitentes veniunt. Cumque per
petitis sue intercessione sicut cum fletibus petunt ut ipse orando deleat culpas quas predicando manifestat.
Tunc et subter super mensas autem carnes oblationis doctores eorum sancti cum per compunctis peccatoribus atque con-
fitentibus omnipotenti Deo preces fundunt per hoc quod veniam carnalis corporis vite postulant, mense Dei carnes

oblationes portat. Ut ergo sint per quos consiliis et fletibus rogent, oportet ut ex suis prius in peccatis positis perducat et cum iam ceperint peccata relinquere atque ad innocentiam festinare, necesse est ut erga eos in ore doctorum minuta praedicationis cessat. Et quibusdam doctrine sue verbo tanto vehementius insistat, quanto eos grauius cecidisse considerat, videlicet sciens quod in se tanto maiore magne remunerationis accipiet, quanto verbis suis alios de profundioribus peccatis levet, liberet. Unde hic sancte ecclesie ad medium verba deducere, tamen sacra historia per hoc quod factum miraculum narrat, mira que cotidie aguntur demonstrat. Nam cum fessi atque in ieiunio ad dominum populi convenissent, discipulis dominus dixit: Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Turba domini triduo sustinet, quando multitudo fidelium peccata que perpetravit per penitentiam declinans ad deum se in opere, in locutione atque in cogitatione convertit. Quos dimittere ieiunos in domum suam dominus non vult ne deficiant in via, quia videlicet conversi peccatores in presentis vite via deficiunt, si in sua conscientia sine doctrine sancte pabulo dimittantur. Ne ergo lassentur in huius peregrinationis itinere, pascendi sunt sacra admonitione. Valde autem pensanda est pia sententia que per ipsum ore veritatis dicitur: Quidam enim ex eis de longe venerunt. Est autem qui nichil fraudis et nichil carnalis corruptionis expertus, omnipotentis dei ad famulatum festinat. Iste de longinquo non venit, quia per incorruptionem et innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia, nullis flagitiis inquinatus, solo autem coniugio contentus, ad ministerium spiritale convertitur. Neque iste venit e longinquo, quia usus concesse coniunctionis per illicita non erravit. Alii vero post carnis flagitia, alii post falsa testimonia, alii post furta facta, alii post illatas violentias, alii post perpetrata homicidia ad penitentiam redeunt atque ad omnipotentis dei famulatum convertuntur. Hii videlicet ad deum de longinquo veniunt. Quanto etenim quisque plus in pravo opere erravit, tanto ab omnipotenti domino longius recessit. Nam prodigus filius qui patrem deseruit, abiit in regionem longinquam, in qua porcos pavit, quia viam errantis intravit. Dentur ergo alimenta etiam eis qui de longinquo venerunt, quia conversis peccatoribus doctrine sancte cibi praebendi sunt, ut in deum vires reparent quas in flagitiis amiserunt. Quia sepe a doctoribus tanto necesse est ut largioribus cibis doctrine satientur, quanto fessi maioribus viciis venerunt. Et cum iam conversi ceperint mala que commiserunt atque confitendo relinquere et fletibus punire, necesse est ut doctores sancti pro eorum peccatis pariter doleant, quos necesse est in mense domini carnes oblationis portet. Nam quotiens agunt, in hoc quod pro aliis peccatis intervenerint, sua autem dei oculos amplius detergunt, quia ex ipsa caritate se purificant, qua intenta pietate pro alienis iniquitatibus se in lamentis mactant. Nec laboriosum hoc esse doctori pro conversis peccatoribus lacrimas fundere, quando et ipse qui creavit omnia hic factus est pro nostris iniquitatibus in cruce sanguinem fudit. Qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sacri eloquii misteria sicut psalmista per aspirationem sancti spiritus prudenter intelligens dixit: Mirabilia testimonia tua domine, ideo scrutata est ea anima mea. Cui rursus ait: Revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Qui enim verbum occultum de aperto intelligit, oculos velatos habet. Qui vero iam intelligit, revelatis oculis de lege dei mirabilia considerat, qui spiritaliter littere verba discutiens que intus magnitudo lateat pensat. An non est mirabile quod aliud auribus sonat atque aliud cordi ad intelligendum quod non sonabat? Cui ergo verbum sacri eloquii nisi lapidi silici simile dixerim, in quo ignis latet, qui manu quidem frigidus tenetur, sed percussus ferro per scintillas emicat atque hinc emittit ignem quo post ardeat, qui prius manus frigidum tenebat. Sic etenim sunt verba sacri eloquii que quidem per narrationem littere frigida tenentur. Sed si quis hec aspirante domino cum intento intellectu pulsaverit, de misticis sensibus eius ignem producet, ut in eis verbis post aliquando spiritaliter ardeat, qui prius litteram ipse quasi frigidus audiebat. Ecce etenim prophetia dicit: Et extra portam interiorem gazophilacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere porte respicientis ad aquilonem, et facies eorum contra viam australem, una ex latere porte orientalis que respiciebat ad viam aquilonis. In hiis itaque verbis littere ad amorem dei cuius animus inardescat, quem pociusque non ex ipsa eorum lectione tepescat. Si autem latens in lectione spiritalis medulla discutitur, per hoc scintille intellectus erumpunt et incedunt quod prius cordis auribus frigidum sonabat. Nobis tamen ut sic aspirante domino interior intellectus aperiatur, prius narratio modo littere pateficat. Aut enim quia porta erat interior, atque ex hac atrium quod appellatur interius. At deinde alia, id est aquilonis, austri atque orientis porte describuntur, ut ipsum atrium quod esse extra portam interiorem demonstrat, a portis exterioribus esse interius ostendat. Atrium ergo hic et foris et intus est: foris quia extra portam interiorem, intus autem quia intra portas exteriores. Gazophilacia quoque cantorum esse in hoc eodem atrio narrantur que a latere porte posita dicuntur respicientis aquilonem. Sed ipsa eadem gazophilacia ad australem viam respiciunt. Et subditur: Una ex latere porte orientalis que respiciebat ad viam aquilonis. In quibus verbis aperte intelligitur quia cantorum gazophilacia intra latera porte respicientis ad aquilonem et latera porte orientalis fiunt, porta que videlicet respiciebat ad viam aquilonis. Facies itaque gazophilaciorum contra viam australem, sed porro inter portas erat orientis et aquilonis. Porta ergo interior habebat ex latere portam aquilonis, ex alio quoque latere portam australem. In fronte vero vestibuli orientalis porta surgebat, atque sic atrium quod erat extra portam interiorem ut hic quoque esset intra porte quas illud cocius ambiebat. Sed de verbis littere sub brevitate transcurrimus, ut in eis sicut misteria non breviter exquiramus. In parte autem superiori tres porte descripte sunt, id est orientis, aquilonis et austri. Modo quoque interioris austri tres alias narrat, id est austri et orientis atque aquilonis. Ac inde porta atrii interioris dicta est, in qua mense de quadris lapidibus constructe memorantur. Et porta que respiciebat ad aquilonem, in qua mense esset ad sacrificium non ad holocaustum. Unum in interiori dixerim sacrari ecclesiam, in exteriori sinagogam. Sed hiis completis rursus prophetia incipit interiorem portam atque tres alias, id est aquilonis, austri et orientis describere, et in eorum atrio interiori quod erat extra portam interiorem esse gazophilacia, cantores, sacerdotes, templum, altare et sacrificia perhibet. In quibus verbis quia de sancte ecclesie institutione narrare alia ab eis que prius dixerat cepit, patet quod interioris porte intellectum mutatum. Sed enim sub uno intellectu omnia diceret, novo ordine ipsa atque alia non replicaret. Nam quo possumus extra portam interiorem atrium, gazophilacia, cantores, sacerdotes, templum, altare, sacrificia dicere, si per eandem portam interiorem hoc loco sancta ecclesia

designet. Cum enim cuncta haec intra ipsam sint quae ad portam interiorem sunt sed quae etiam non sunt intelligi. Ergo porta
interior potest ea de qua iam longe superius locuti sumus quae contra portam aquilonis et orientalis dicitur portam per quam
significari diximus aditum qui nobis ad interiora gaudia patriae caelestis aperitur. Ut hic quoque per portas quae contra vestibulum
narrantur sancta ecclesia, per portam vero interiorem caelestis regni aditus signetur. Sed ne quis me verba sacri spiritus aestimet
ad intellectum meum violenter inflectere, et dicat de porta interiori fractionum sanctae ecclesiae quam semel dixi mutare non
debui, suffulgente dei gratia omnipotentis quam cepimus ipsam teneas ut et porta interior signet ecclesiam quae nos ad
interiora gaudia perducat, et gazophylacia cantorum sacerdotes templi altaris sacrificia sunt in atrio quod est contra
portam et tamen quod etiam non sunt. Si enim subtili investigatione perquirimus nil obstat intelligi ut interiorem portam
sic datum est statim etiam sententias de qua inter dicitur: Et ad portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori.
Duo etenim sunt quae dicuntur porta interior atque quod hac atrium interius contiguus sit ipsum atrium et contiguus sit et interius con-
tiguum a porta interius adhuc sunt per duas portas quas narrando subiungit. Sancta enim ecclesia duas vitas habet, unam
quam laborat in tempore temporalem ducit, aliam quam aeternam recipit; unam qua laborat in terra, aliam qua remuneratur
in caelo; unam qua mercedes colligit, aliam vero in qua iam de receptis mercedibus gaudet; atque in utraque vita offert
sacrificium, hic videlicet sacrificium compunctionis et illic sacrificium laudis. De hoc sacrificio dicitur: Sacrificium deo spiritus contribulatus.
De illo autem scriptum est: Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes et holocausta. De quo rursus ait: Ut cantet tibi
gloria mea et non compungar. In utroque autem sacrificio carnes offeruntur, quia hic oblatio carnis est maceratio
corporis, ibi oblatio carnis est in laude dei gloria resurrectionis. Tunc quippe illic quasi in holocaustum offeretur caro,
quando in aeternam incorruptionem posita nil contradictionis nil mortalitatis habuit, quia tota simul eius amoris ignibus
accensa in laude sine fine permanebit. Porta ergo haec interior id est sancta ecclesia habet interiora sua, illa videlicet vitam
futuram quae adhuc oculis nostris occulta est. Habet quoque atrium contiguus id est vitam praesentem in qua omne bonum
agitur ut ad bonum sine fine perveniatur. Sunt ergo in interiori atrio quod tamen ad portam est gazophylacia can-
torum, quia electi quique et perfecti qui adhuc in carne mortali subsistunt et intra sinum sanctae ecclesiae sunt et ad-
huc ad secreta gaudia interioris vitae sunt gazophylacia cantorum ad portam interiorem et inter portas contigu-
res interius et exterius, quia corda sanctorum quae omnipotenti deo desiderium suum per magni ardoris amorem cantant
et intus sunt et adhuc intus non sunt, quia in sanctae ecclesiae sinu positi eam videt per spiritum quod intus fortiter amet
et tamen non videt perfecte quod amat. Sunt itaque in interiori atrio gazophylacia sed ad portam, ut iam intus
sunt per desiderium et adhuc intus non sunt per plenarium effectum. Quid sunt autem gazophylacia cantorum nisi sancta
desideria amantium qui praecepta divina quasi quasdam divitias custodiunt in mente, quas cantando servant, quia
mandata dei non ex timore sed ex amore perficiunt. Eis quoque ipse sacri eloquii praecepta cantabilia sunt quia
non ex tristitia sed ex desiderio se operantur. Videte cor iusti quod cuiusdam cantoris audite gazophylacium: Cantabi-
les mihi erant iustificationes tuae in loco incolatus mei. Iustificationes dei dicuntur praecepta divina quae nos iustos
faciunt si impleantur. Quae tunc nobis in loco incolatus nostri cantabiles fiunt cum in hac peregrinatione vitae
praesentis ipsa eadem mandata diligimus ex desiderio implemus. Hic est quoque isdem psalmista cuius ex cantorum
gazophylacio se esse insinuat qui ait: Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Misericordiam domini qua peccata laxantur
cantare et peccator potest, sed in hac cum gaudio dicere atque sperare. Sed quis ita iustus est ut eius etiam iudicium
ad mentis oculos revocet et non contremiscat, ac potius venire ad illud examen tanti iudicis praesumat
festinet et gaudeat. Iustus valde ille est, magnus est, quia iam maiestatem domini et iudicium cantando omnipotentem deum
qui eius peccata misericorditer relaxat tanto mentis affectu diligit ac per caritatem eius iudicium non pertimescit.
Caritas namque perfecta ut ait apostolus foras mittit timorem. Cantat quippe iudicium ad quod intrare non trepidat.
Sit ergo mens illius gazophylacium cantorum, ut per divitias mentis quas accepit laetus pergat ad iudicium quod
iam non pertimescit. Videamus si placet fratres karissimi aliud quoque gazophylacium cantoris, forsitan et ipse iudicium
cantat. Quid etenim dicit: Ego enim iam delibor et tempus meae resolutionis instat. Bonum certamen certavi,
fidem servavi, cursum consummavi; de reliquo reposita est mihi corona iustitiae quam reddet mihi dominus in die illa iustus
iudex. Cum laborum suorum certamina, memor certaminis quod egit, memor fidei quam servavit, esse sibi in iudicio
repositam coronam dicit, certum quia sibi in illa die reddi sperat quod pro bono donavit, profecto patet quia iudicium cantat
quod venire desiderat. Unde etiam subdidit: Non solum autem mihi sed et his qui diligunt adventum eius. Nemo enim
adventum iudicis diligit nisi qui se habere causam in iudicio bonam novit. Electorum ergo corda qui adventum
iusti iudicis diligunt gazophylacia cantorum sunt, quia per praesumptionem gratiae et vitae per virtutes sancti desiderii
cantant iusti iudicium quod omnes iniusti pertimescunt. Meminit autem caritas vestra quia superiori locutione per
portam orientis fidem, per aquilonis spem, per austri autem caritatem diximus designari. Haec itaque gazophylacia
inter portam orientis et aquilonis esse memorantur, atque ad viam australem respicere, quia corda sanctorum
inter fidem et spem posita australem viam respiciunt, quia sanctae caritatis ignibus inardescunt. Et pro quo orien-
talis porta respicere dicitur ad viam aquilonis, quia nobis per fidem cunctis omnia in baptismate peccata laxantur,
sed tamen dum adhuc vivimus hic, etiam post fidem saepius ad peccata declinamus; et quod orientis porta viam
aquilonis respicit, dum vita nostra post perceptam fidem adhuc aliquibus in frigore culpae torpescit. Quis
enim in hac vita valeat post fidem sine culpa vivere, cum dicat Iohannes: Si dixerimus quia peccatum non habe-

ipsi nos iudicamus et quia in nobis non est quod alius vobis Iacobus voce testatur in multis enim offendimus omnes Sed quia
peccata perpetrata in fidei perceptione dimissa sunt et adhuc post fidem ad peccatum declinatur quid nobis erit presumptionis nisi
quod spes vite permanentis nisi ut nunc dum adhuc inter portam orientis et aquilonis sumus ad viam australem
mentis oculos levemus quatenus ex sancta caritate fervescentes calor nos amoris liberet a culpa teporis et frigoris
Sunt ergo gazophilacia inter portam orientis et aquilonis sed sic data est ad australem viam facies intendat
ut inter hec qui nati in fide sumus et qui post ad peccata dilapsi de spe pietatis presumimus excitemus nosmetipsos
in ardorem caritatis et ibi tendamus oculos cordis ubi accendimur ignibus amoris. Potest autem per aquilonis portam
gentilitas per australem viam Iudea per orientis autem portam ipse dominus designari. Per aquilonem quippe non immerito
gentilitas signatur quam ille in torpore frigoris possedit qui dixit Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis
Per australem quoque portam recte Iudea accipitur in qua spiritales patres celesti amore ferbuerunt. Quorum vocibus loquitur
dicens Converte domine captivitatem nostram sicut torrens in austro. Que et si carnalem populum habuit in quo velut aqui
lonis figuram portavit in sanctis tamen suis doctoribus ac prophetis ad deum ac proximum calore caritatis arsit. Orien
talis autem non immerito ipsum signat de quo scriptum est Ecce vir oriens nomen eius. Et de quo Zacharias ait
visitavit nos oriens ex alto. Sunt ergo gazophilacia cantorum ex latere porte aquilonis quia non solum fuerunt
corda sanctorum spiritaliter accensa sed etiam in gentilitatis multitudine ad sancte fidei sacramenta conversa ardent
corda sanctorum amore celestis patrie inhiant gaudiis eternis suspirant ad societatem supernorum civium in celo. Sed tamen
exempla huius ardoris que dono sancti spiritus acceperunt a spiritalibus patribus synagoge acceperunt. Unde et per ipsa quoque
gazophilacia et in aquilonis latere posita oculos ad viam australem tendunt. Ecce enim ex gentibus venimus
sed in hoc quod per spiritum sancti amorem talesque Iudee patres aspicimus qui nobis in suis dictis sancta desideria exempla
prebent. An non quia calore meridiani fervoris ardebat qui estuabat dicens Sicut cervus desiderat ad
fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Sitivit anima mea ad deum vivum quando veniam et apparebo
ante faciem dei. Qui rursus ait psallam et intelligam in via immaculata quando venies ad me. Hoc quoque ardore
accensus fuerat qui dicebat Nunc dimittis domine servum tuum in pace secundum verbum tuum quia viderunt oculi mei sa
lutare tuum. Cuncta ergo ex gentilitate venimus sed sanctos Iudee patres nobis in divini amoris imitatione proponimus
quia quedam cantorum gazophilacia ex latere porte que viam aquilonis respicit sumus sed ad viam austri fa
cies tenemus. Et notandum quod hec eadem gazophilacia inter portam aquilonis et orientis esse perhibentur quia post
incarnationem dominicam multitudo gentium ad fidem venit. Atque inter ipsos fideles populos et sacramenta dominice incarnationis
que medullitus diligunt corda ardentium surgunt. Habebant ergo sancta gazophilacia hinc orientis portam pcta
et inde aquilonis quia inter ipsa redemptionis sue misteria que sciunt et carnales quosdam quos inter se
etiam tolerant. Multi in deum forti amore proficiunt virtutibus excrescunt eterni iudicis adventum querunt et inter
ea que amant atque illa que tolerant quasi quedam gazophilacia dominicas spiritus in mente fuerunt. Nec inter sancta
que diligunt et que iam contraria portant desistunt quia ad australem viam facies intendunt. Quod enim patimur
quod patres per amorem antea non pertulerunt. Notandum vero quod inter portam austri et aquilonis orientalis porta esse
describitur quia dominus ac redemptor noster de Iudea natus est mox quia in fide sua etiam ex gentibus traxit
Quasi enim inter meridianam portam et aquilonis apparuit quia ex illa venit et istam in suo sinu contraxit
Unde et bene dicitur quod porta eadem orientalis ad viam aquilonis respicit quia natus dominus synagogam deseruit et
multitudinem gentium collegit. Notandum quoque quod dum de gazophilaciis dicitur Et facies eorum ad viam australem
additum est una ut videlicet aperte sentiamus quia non alia est via ad celestem patriam nobis qui ex gentilitate venimus
atque alia illis patribus qui fuerunt in Iudea sed hec eadem una via est nobis et illis que nos ad eterna gaudia
perducit que nos per semetipsum dicit Ego sum via veritas et vita. Et de qua per psalmistam ait Ut cognoscamus
in terra viam tuam et in omnibus gentibus salutare tuum. Quod enim hebraice est Ihesus hoc latine dicitur salutaris. In
terra ergo via cognoscitur quia Ihesus dominus noster et hec fecit in fine seculorum gentibus est manifestatus. Una est ergo
via et illis qui ab austro sunt et hiis qui ab aquilonis parte respiciunt quia electis Iudeis et gentibus dominus
ac redemptor noster conpulsa pena formidinis ad premia factus est iter amoris atque adiutorium pervenientis
Sequitur Et dixit ad me. Hoc est gazophilacium quod respicit viam meridianam sacerdotum est qui excubant in cu
stodiis templi. Atque mox subditur Porro gazophilacium quod respicit ad viam aquilonis sacerdotum erit qui
excubant ad ministerium altaris. In quibus prophete verbis primus nobis querendum est Qui sunt maioris ordinis
sacerdotes utrumne hii qui in custodiis excubant templi an hii qui in ministerio altaris. Sed quia post subditur
Altare erat ante faciem templi aperte ostenditur illos esse maioris ordinis sacerdotes qui in custodiis templi
excubant qui perfecto in altari quod est intra ministrant. Hii autem qui ad altare quod ante faciem templi est excu
bant tanto inferiores sunt quanto in exterioribus ministrant. Querendum iam nobis est hii qui sacerdotes sunt qui templum
custodiunt et qui ad ministerium altaris excubare perhibentur. Apostolus enim generaliter fidelibus scribens ait templum
dei sanctum est quod estis vos. Qui in itaque sacerdotes sunt qui templum dei custodiunt nisi hii qui orando predi
cando spiritalibus actibus vigilando sanctam ecclesiam a malignorum spirituum immissionibus pravorum suasionibus ab he
reticorum erroribus defendunt. An non custos fuerat templi qui labores sue passionis enumerans dicit

In labore et erumna in vigiliis multis in fame et siti in ieiuniis multis in frigore et nuditate. Atque statim subdidit
preter illa que extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Pensate queso custos iste tem
pli quanta sollicitudine vigilet. Ecce enim in seipso detestabilia patitur et tamen sui sollicitudinem aliis impertitur.
Cuius rogo virtutis est plus de utilitate proximorum quam de sua afflictione cogitare. Quis hec digne estimet, quis
digne penset, laborat luget esurit alget sitit ieiunat vigilat et tamen de ecclesiarum omnium sollicitudine cogitat.
Ecce est solertissimus custos templi in exemplo positus, imitetur qui valet. Adversa enim pro veritate pati, bona
proximis impendere et aliorum sollicitudine vigilare ne quis in perfidia ne quis in superbia ne quis in rapina
vel immunditia labatur conquirere atque compescere, hoc est templum dei in statu ecclesie custodire. Sunt autem minoris
ordinis sacerdotes qui ad ministerium altaris excubant qui videlicet in admonitionem maiorum peccata delinquentium subtiliter in
vestigant et vitam carnalium corrigunt atque ad hoc usque perducunt et ut per lamenta prius qui mactabant carnem in
sacrificio quam prius vivere permiserant in peccato. Non enim hi qui studiis celsius presunt per semetipsos cuncta agere
prevalent sed cum ipsi causis spiritualibus occupantur, si qua prius carnalia perpetrantur, eorum discutienda atque corrigen
da committunt per quos dum carnalis vita corrigitur et usque ad abstinentie atque orationis studium ad perfectionibus
perveniunt. Hi nimirum qui ad altare quod ante faciem templi est excubant tanto inferiores sunt quanto in exterioribus
ministrant, qui in altare iam carnem ostendunt ut in conspectu omnipotentis domini inde sacrificium redoleat unde prius
culpa displicebat. Sed hac in re questio oritur. Cum superius dictum sit quod gazophilacia ad australem viam
faciem haberent, quare nunc dicitur quod gazophilacium quod respicit viam aquilonis sit sacerdotum qui excubant
ad ministerium altaris. Si enim utraque facies ad australem viam tendebat quomodo nunc unum ad meridianam
atque aliud ad aquilonis viam respicere dicitur. Sed in his verbis agnoscimus quod gazophilacium sacerdotum qui excubat
in custodiis templi ita positum fuerat ut sola meridianam viam respiceret. Gazophilacium vero sacerdotum qui
excubabant ad ministerium altaris ita erat in atrio ut et australem viam et ad aquilonis faciem intenderet. Quod
et cum gazophilacium sacerdotum qui excubabant in custodiis templi meridianam viam respiceret et tamen sive
gazophilacio eorum sacerdotum aquilonis viam videret. Sed quid est hoc fratres karissimi quod in his verbis inspicere
possumus intueri nisi hoc quod secundum ea que premissa sunt, iam spiritualis auditor intelligit quia sacerdotes maioris ordinis
qui excubant in custodiis templi sola meridianam viam respiciunt, quia solis studiis spiritualibus occupati
sub hac que amoris sunt dei solicitate intendunt. Sacerdotes autem minoris ordinis qui discutiendis peccatis delinquen
tium presunt etiam ad aquilonis viam oculos reflectunt ut in mente peccantium que sunt torporis frigora videant
et hoc verbis correptionis usque ad prius gemitus perducentes quia carnes in altare domini mactabant respiciunt
etiam cum magnis sacerdotibus ad meridianam viam quia quantum ad semetipsos est fervent igne caritatis et suc
peta censi sunt flammis amoris dei. Sed quia propria delinquentium crebro corrigunt, etiam ad aquilonis viam oculos
reducunt. De utrisque autem sacerdotum ordinibus subditur. Isti sunt filii sadoch qui accedunt de filiis levi
ad dominum ut ministrent ei. Sadoch latine dicitur iustus. Quis autem iustus nisi ipse cui dicitur Iustus es domine et rectum
iudicium tuum. Qui vero sunt filii iusti nisi hi de quibus scriptum est: Quotquot autem crediderunt in eum dedit eis potestatem
filios dei fieri. Levi enim interpretatur assumptus. Quis vero a domino assumptus est nisi populus fidelis qui sancta
fidei est a perfidis segregatus. Omnes ergo qui presunt spiritualibus actibus intendunt, filii iusti sunt. Et de fi
liis populi assumpti accedunt ad dominum ut ministrent ei, quia de ipsis quos fidelibus eliguntur qui ad omnipotentis
dei ministerium veniant et celestibus studiis pro eruditione populi intendant. Sed solerter inquirendum nobis est qui
sunt qui domino ministrant. Neque enim omnes qui legunt omnes qui predicant omnes qui propria tribuunt omnes qui
pro carnis abstinentia corpus castigant domino ministrant. Nam cum legendo atque predicando gloriam propriam querunt,
largiendo que habent et corpus in abstinentia macerando laudes recipere ab hominibus appetunt, sibi non domino
ministrant. Quo contra per psalmistam dominus dicit: Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Hic enim ma
culam in via qui in bono opere quod agit terrene sibi glorie premium proponit qui in hoc mercedem recipere in laude requirit
et fedat in conspectu domini speciem boni operis macula prave intentionis. Fortasse etiam quis disciplinae
studio intentus culpas delinquentium resecat qui tamen ad hoc agendum si non ex omnipotentis amore sed
zelo proprio ducitur, sibi in his etiam non domino ministrat. Alius ne asper esse videatur multa leniter tolerat
que prave perpetrantur, iste itaque qui videri pro domino districtus non libet pro lenitate sue studium sibi et non domino
ministrat. Restat ergo ut sive in verbi ministerio fatigemur seu indigentibus misericordiam largiamur sive et pro abstinentia
carnem domemus seu zelo moveamur seu per patientiam aliorum leniter prava toleremus ut nos summopere de
beamus in intentione nostra discutere, quatinus omne quod facimus non nostro sed dei zelo faciamus. Ne in hiis que
facimus nobis potius quam domino ministremus. Non enim domino sed sibi ministraverant de quibus paulus dicebat: Omnes
que sua sunt querunt non que ihesu christi. Idem vero paulus cum electis fratribus non sibi ministrare sed domino et vi
vendo et moriendo festinabat dicens: Nemo nostrum sibi vivit et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus domino
vivimus sive morimur domino morimur. Sive enim vivimus sive morimur domini sumus. Sibi etenim sancti nec vivunt nec
moriuntur, quia per omne quod agunt ad lucra spiritualia anhelant atque orando predicando, sanctis operibus insistendo
celestis patrie cives multiplicare desiderant. Sibi minime moriuntur, quia in conspectu hominum deum de sua morte
glorificant, ad quem pervenire etiam moriendo festinant. Pensemus itaque in morte sanctorum quanta corporum obpro
bria ab infidelibus sint. Sed quanta laus domini in corda fidelium exeunt, quia si sua laude quererent, propter quod
pati tot obprobria in morte timuissent. Sed nemo nostrum sibi vivit et nemo sibi moritur, qui sua gloriam nec
vivendo nec moriendo quesierunt. Videamus si ipse primus pastor ecclesie qui sibi non vixit, sibi sit mortuus

Johannes eius secreta requiritur et de verbis Domini quo morte eius pastor clarificat, hec ait: Dixit significans qua morte esset
clarificaturus Deum. Non ergo sibi est mortuus qui Deum glorificavit in morte. Discamus ergo fratres mei intentionem nostram
in omne quod agimus sollicita inquisitione distinguere et nostra non querere si omnipotentis Dei volumus ministrare. Sed quia ex
fidelibus populis filios Sadoch ad omnipotentis Dei ministerium diximus assumi, numquid in toto populo non sunt multi qui inveniantur
in mandatis Dei vivere perfecti? Sunt omnino. Unde subditur: Et mensus est atrium, longitudine centum cubitorum et latitudine
centum cubitorum per quadrum. Sepe iam per longitudinem longanimitatem spei, per latitudinem vero caritatis amplitudinem diximus
significari. Centenarius autem numerus, in quo decies denarius ducitur, pro summa perfectionis significatur, plene superius dictum est.
Quid est itaque atrium spiritalis edificii nisi amplitudo fidelium populorum? Ipsa autem longanimitas spei et latitudo caritatis
vacua in cordibus fidelium non est, quia per fidem numquam valet operari. Unde et per Paulum dicitur: In Christo Iesu neque circumcisio
aliquid valet neque preputium, sed fides que per dilectionem operatur. Si ergo in vita fidelium multorum quedam modo per singulos
perfecta est longanimitas spei, perfecta latitudo caritatis, perfecta certitudo fidei, perfectum studium operationis, atrium templi
per quadrum centum cubitos habet. In mensura autem quadri non aliud latus maius est atque aliud minus, sed cuncta sibi invicem
latera equali studio tenduntur, quia et ipsas cardinales virtutes quas diximus, fidem, spem, caritatem atque operationem, contendimus
in hac vita omnibus equales esse apud nosmetipsos invenimus. Scriptum autem maior spe et fide caritas dicitur, quia
postquam ad auctorem nostrum spem pervenerint, spes quidem et fides transit, sed caritas permanet. Nam nunc et quantum credimus
tantum amamus, et quantum amamus tantum de spe presumimus. De fide quoque et operatione Iohannes apostolus fatetur dicens: Qui se dicit
nosse Deum et mandata eius non custodit mendax est. Notitia quippe Dei ad fidem pertinet, mandatorum custodia
ad operationem. Cum ergo vires tempus et locus operandi suppetit, tantum quisque operatur quantum Deum novit, et tantum se
nosse Deum indicat quantum pro Deo operatur bona. Mensurantur ergo fideles populi virtutes in quadro, quia unusquisque qui
in active vite contemplatione versatur tantum credit quantum sperat et amat et operatur, tantum sperat quantum credit amat et operatur,
tantum amat quantum credit sperat et operatur, tantum operatur quantum credit sperat et amat. Cuncta itaque in sancta ecclesia populis
multi sunt et robusti per fidem et longanimes in spe et ampli per caritatem et efficaces per operationem, atrium templi
centum cubitis in quadro mensuretur. Nam ut aliquid quoque de quatuor virtutibus loquamur, sepe de eis quosdam videmus
prudentes per intelligentiam, fortes in adversitate, iustos in operatione, temperantes a voluptatibus atque in omni dis-
cretione zelo sancte mensura moderantes, qui dum prudentiam fortitudinem iustitiam atque temperantiam ut se cardinaliter emare
quibusdam placet, prudentia temperantia fortitudine atque iustitia tenent mensuram spiritalis atrii in quadro. Habent
Certe enim ipse virtutes quas habere bonos ac fideles diximus ita in quadro sunt ut una alia non precedat. Magna
est quippe prudentia, sed si minus est a voluptatibus temperans, minus in periculis fortis, minus in operationibus iusta,
profecto minus est prudens. Magna est temperantia, sed si minus intelligit unde se temperet, si adversa sustinere per forti-
tudinem minus valet atque in timore animum deicit, si per precipitationem suam aliquem ad iustitie opera preripit, minus est
temperans. Magna est fortitudo, sed si minus intelligit que bona custodiat, quibus malis resistat, si minus a vo-
luptatis appetitu se temperat sed vincitur delectatione, si iustitie opera minus tenet atque aliquid iniustitie dilatione perpetrat,
minus est fortis. Magna est iustitia, sed si minus quod debet intuetur, iusta et iniusta opera distinguit, si minus cor animi
delectatione temperat, si minus se contra adversa confortat, minus est iusta. Mensuretur ergo perfectorum fidelium vita
per quadrum, et tantum habeat spiritalis atrii latus unum quantum latera singula, quia unusquisque tantum prudens est
quantum temperans fortis et iustus. Tantum temperans quantum prudens fortis et iustus. Tantum fortis quantum prudens
temperans et iustus. Tantum iustus quantum prudens temperans et fortis fuit. Sunt autem inter eos plurimi qui adhuc
carnaliter vivunt, quia si fortasse litteras ignorant et precepta Dei legere non valent, certe in multorum fidelium con-
versatione bona que imitentur videre. Certe in ecclesia voces sanctorum doctorum atque apostolorum sonant. Certe exempla bene
viventium quotidie hominum oculis opponuntur. Nec in excusatione sua dicere poterunt non vidimus quod imitari debere-
mus. Et subditur: Et altare ante faciem templi. Quid est templum nisi fidelis populus, sicut per Paulum apostolum dicitur
dicitur: Templum enim Dei sanctum est quod estis vos. Et quid est altare Dei nisi mens bene viventium, qui peccatorum suorum
memores lacrimis maculas lavant, carnem per abstinentiam macerant, nullis se mundi huius actionibus iniscent, que
habent indigentibus tribuunt, et hec que non habent non concupiscunt? Recte ergo horum cor altare Dei dicitur, ubi ex merore
compunctionis ignis ardet et caro consumitur. Et numquid non tales fratres habemus quotidie in sancto hoc fidelium populo
quem in templi atrio videmus? Numquid non eorum vita nobis ad exemplum proposita innotescerent? Aspicimus altare
ergo ante faciem templi est, cum multi in sancte ecclesie conspectu sunt positi, qui etiam inter meriores semetipsos
quotidie Deo sacrificium in lamentu compunctionis mactant. Cum ut predictum est corpora castigant, quibus hoc quod
per magistrum gentium dicitur impleat: Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam Deo placentem. Hostia quippe
occiditur ut offeratur. Sed hostia vivens est corpus pro Domino afflictum. Quod eadem hostia dicitur et vivens, quia vivit
in virtutibus et est a vitiis occisum. Hostia videlicet quia iam mundo huic est a pravis actibus mortuum, vivens autem
quia cuncta que prevalet bona operatur. Sed quia sub altaris nomine de compunctionis flamma sermo se intulit,
Nam puto que sit diversitas eiusdem compunctionis ostendere. Alia quippe compunctio est que per timorem nascitur,
alia que per amorem, quia aliud est supplicia fugere, aliud premia desiderare. Unde et in tabernaculo per legem
duo altaria fieri iubentur, unum in atrio, aliud ante archam, unum quod ere coopertum est, aliud quod auro vestitur.
Atque in altari ereo cremantur carnes, in altari vero aureo incenduntur aromata. Quid est hoc fratres karissimi, quod
foris concremantur carnes, intus aromata, nisi quod quotidie videmus quia duo sunt compunctionis genera? Alii namque
adhuc per timorem plangunt, alii vero iam se per amorem in lamentis afficiunt. Multi namque peccatorum suorum me-
mores dum supplicia eterna pertimescunt, quotidianis se lacrimis affligunt, plangunt mala que fecerunt

495
243

et incendit vicia igne compunctionis quorum adhuc suggestiones in corde patiuntur. Quid isti nisi altare sunt ereum in quo
carnes ardent quia adhuc ab eis carnalia opera plangunt. Alii vero a carnalibus viciis liberi aut longis iam fletibus
securi amoris flamma compunctionis lacrimis inardescunt, celestis patrie primatum cordis oculis proponunt, supernis iam
civibus interesse concupiscunt. Dura eis apparet similiter longitudo peregrinationis sue, regem in decore suo videre de-
siderant et flere quotidie pro eius amore non cessant. Quid isti nisi altare sunt aureum in quorum corde aromata
incensa sunt quia virtutibus ardent. Bene autem de eodem altari dicitur quod ante velum arche sit positum in sancta sanctorum. Archa
quippe testamenti ipse nobis factus est, de quo scriptum esse novimus: In quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi.
Archa intra velum est redemptor noster in celo. Altare vero aureum in quo thimiamata incenduntur ante velum sunt corda
sanctorum, que cum magnis virtutibus in dei amore succensa sunt, per sancta desideria in illo ardent quem adhuc revelata
facie videre non possunt. Inter archam quippe et velum est quia hic quod nos adhuc a visione dei separat corruptionis
nostre obstaculum remotum non est. Sed quousque ante velum sumus, oportet ut thimiamatis incensi flamma amoris ardeamus,
ad lacrimas nil terrenum nil transitorium querere debemus. Solus nobis ipse sufficiat qui fecit omnia.
Per compunctionem ac desiderium omnia ut mente colligamus, veniat non iam timore penarum, non memoria viciorum, sed amoris
(succendamur) per desiderium,
flamma succensi ardeamus in lacrimis cum odore virtutum. Ista electorum oratio prefigurabatur cum in sponse laude dicitur:
Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris et universi pulveris pig-
mentarii. Sancta quippe electorum ecclesia cum ab hoc mundo in celestibus patribus ardenti amore se erigit per desertum quod deserit
ascendit. Qualiter vero ascendat adiungit: sicut virgula fumi ex aromatibus. Fumus de incenso nascitur. Quod
per psalmistam dicitur: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Fumus excitare lacrimas solet. Itaque
fumus ex aromatibus est compunctio orationis concepta ex virtutibus amoris. Que tamen oratio fumi virgula dicitur quia dum
sola celestia postulat, sic recta progreditur ut ad terrena atque temporalia petenda minime reflectatur. Et notandum quod
non virga sed virgula nuncupatur, quia intimum compunctionis ardore tante subtilitatis est ut amoris vel hanc nec
ipse aliquis possit comprehendere qui illuminatus meruit habere. Bene autem dicitur mirre et thuris. Aromatibus enim ex lege
deo in sacrificio incendebatur, per mirram vero corpora mortua condiuntur ne vermibus corrumpantur. Mirre ergo et
deo in sacrificio offerunt qui eciam carnem afficiunt ne eius corruptionis vicia dominentur, et redolentes in
thuris sacrificium offerunt qui eciam carnem afficiunt ne eius corruptionis vicia dominentur et redolentes in
conspectu dei amoris sui hostiam incendunt se quia ipsos deo in sanctis virtutibus exhibent. Unde et illic subditur:
Et universi pulveris pigmentarii. Pulvis est pigmentarii virtus boni operis. Et notandum quia virtutes boni operis
cum eciam ipsa eciam minuta non pigmenta sed pulveres dicuntur. Cum enim qualibet bona agimus pigmenta offerimus. Cum vero ipsa eciam
bona que agimus retractamus et ne quid sinistrum sit iudicio retractationis accendimus, quasi ex pigmentis
pulverem facimus ut operationem interiorum bonorum per discretionem et amorem subtilius incendamus. Ecce quotidie vos
largiente potius coram vobis fletibus rimati sumus. Nemo autem me reprehendat si post hanc allocutionem
cessavero, quia sicut omnes cernitis nostre tribulationes excreverunt, undique gladiis circumfusi sumus, undique imminens
nos mortis periculum timemus. Alii detruncatis ad nos manibus redeunt, alii captivi, alii interempti nunciantur.
Iam cogor linguam ab expositione retinere quia tedet animam meam vite mee. Iam nullus a me sacri e-
loquii studium requirat quia versa est in luctum cithara mea et organum meum in vocem flencium. Iam
cordis oculus in misteriorum discussione non vigilat quia dormitavit anima mea pre tedio. Iam minus animo
dulcis est quia oblitus sum comedere panem meum a voce gemitus mei. Cui autem vivere non licet de scripture
sacre sensibus loqui mistica qualiter libet. Et quia cogor quotidie amara bibere, quomodo possum dulcia
propinare. Quid ergo restat nisi ut inter flagella que ex nostris iniquitatibus patimur cum lacrimis gracias
agamus. Ipse enim qui nos creavit eciam pater factus est nobis per adoptionis spiritum quem dedit. Et
aliquando pane filios nutrit, aliquando flagello corrigit, quia per dolores imminentes et vulnera ad
hereditatem perpetuam erudit. Sit itaque gloria omnipotenti deo nostro ihesu christo qui vivit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. A M E N.
Millesimo quadringentesimo quinquagesimooctavo feria quinta in vigilia sancti laurencii martiris finitum est opus [illegible].

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum. Reddere quod valeas vivificante deo.
Spiritus astra petit leti nil iura nocebunt. Cui vite alterius mors magis ipsa via est.
Pontificis summi hoc clauduntur membra sepulcro. Qui innumeris semper vivit ubique bonis.
Esuriem dapibus superavit frigora veste. Atque animas monitis texit ab hoste sacris.
Implebat quoque actu quicquid sermone docebat. Esset ut exemplum mistica verba loquens.
Ad christum anglos convertit pietate magistra. Acquirens fidei agmina gente nova.
Hic labor hoc studium hec tibi cura hoc pastor agebas. Ut domino offerres plurima lucra gregis.
Hiisque dei consul factus letare triumphis. Nam mercedem operum iam sine fine tenes.
Epitaphium beati gregorii pape.

Sermo beati Jeronimi de assumpcione beate marie virginis.

Cogitis me o paula et Eustochium immo caritas christi compellit qui vobis dudum tractatibus loqui consueveram ut
novo loquendi genere scilicet que vobiscum degunt virginibus latino sermonis eloquio exhortacionis gracia sermonem
faciam de assumpcione beate et gloriose semper virginis marie more eorum qui declamatorie in cetibus loqui solent
ad populum. Quod utique genus docendi necdum attigeram. Sed quia negare nequeo quicquid iniungitis nimia vestra devictus
dilectione experiar quid hortamini affectu infancium more balbucientium qui quicquid audiunt fari gestiunt cum necdum
possint ad plenum verba formare. Maxime quia propter simpliciores quosque id me deprimere compellitis ut habeat sermo
latinus quibus se occupet laudibus eadem die quibus vere divinis vacet lectionibus presertim cum et tibi in multis festivitatibus
multorum sanctorum patrum studia miro cudunt eloquio que de hac quedam ubique ubique in scripturis divinis predicata
leguntur. Quomodo cum aliud sonat ecclesia nisi nascente domino ex intemerata virgine maria. Et omnia eius incrementa
quousque fuit in mundo diligenter divinis efferunt preconiis. Porro ab exordio sancti evangelii gabrielem archangelum colloquentem
marie audistis et deinceps reliqua omnia plenius legistis. Ad presepe quoque o paula te teste nato puero multi verum
angelorum inter crepundia vagitus nova parturiunt et querelas vestri ploratus pro festernis gloria in excelsis deo et in terra
pax hominibus bone voluntatis cantantes audisti et radiantem stellam vidisti pastoribus insuper evangelizantibus cre-
didisti magos preciosa terre munera deferentes in visione beatis oculis conspexisti ipsa eadem munera [illegible] intelligendo
votis omnibus adorasti. Et forte conquesta me delatorem quia te prodiderim clamabis. Ad quid ego celatum esse
volebas teste conscientia in nativitate ad presepium ubi plurimum lacrimata es non debes. Sed ut verum fatear christi
preconia eciam si voluero admirari neque tuas laudes omnino tacere queo. Ideo tue te magnificent (?) filie quas lacte
nutristi tu melius ea referabis que nescio si per spem aliqua tu vidisti aut in spiritu. Unde vos o filie pulsate pabulum (?)
pulsate ad ostium invitantes amici si quo tandem vobis aperiatur que reserata sunt matri. Verum de hiis que plu-
rima dominica salvatoris gesta et beate marie obsequia necnon actus eius vite ex ewangelio didicistis et innuit quod
superest ut ab aliquo doctorum quereretis. De assumpcione tamen eius qualiter assumpta est quia vera id deposcit interim
pauca absens vobis scribere curavi que absencia prius devotus obtuli. ut habeat sanctum collegium vestrum in die tante
solemnitatis munus latini sermonis in quo discat tenera infancia lactis exprimi dulcedinem et de virginis geni-
tricis cogitare qualiter sancte deo per singulos annos tota hec dies expenditur in laude et cum gaudio celebretur.
Ne forte si venerit vobis in manibus apocriphum illud de transitu eiusdem semper virginis dubia pro certis recipiatis quod multi
latinorum pietatis amore studio legendi carius amplectuntur. presertim cum ex hiis nichil aliud experiri pro certo
nisi quod hodierna die gloriosa virgo migravit a corpore. Monstratur autem sepulcrum eius cernentibus usque ad presens in
vallis Josaphat medio que vallis est inter montem syon et montem oliveti posita quam et tu o paula oculis
aspexisti ubi in eius honore fabricata est ecclesia miro lapideo tabulatu in qua sepulta fuisse ut scire potestis
ab omnibus ibidem predicatur. Sed nunc vacuum esse cernentibus ostenditur. Hec ideo dixerim quia multi nostrorum dubitant utrum
assumpta fuerit simul cum corpore an abierit relicto corpore. Quo autem vel quo tempore aut a quibus personis sanctissimum corpus eius
inde ablatum fuerit vel ubi transpositum utrum ve resurrexerit nescitur. quamvis nonnulli astruere velint eam iam resu-
scitatam et beata cum christo immortalitate in celestibus vestiri. Quod et de beato Iohanne euangelista eius ministro cui virgini
a christo virgo commissa est plurimi asserunt quia in sepulcro eius ut fertur non nisi manna invenitur quod et scaturire
cernitur. Verum quid horum verius censeatur ambigimus melius tamen deo totum cui nichil impossibile est committimus quam ad temere
diffinire velimus auctoritate nostra quod non probamus. Dicimus et de hiis quos cum domino teste euangelio resurrexisse credimus. si utique
redierint in terre pulverem cum non habemus nisi quod legimus quia multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt et venerunt
in sanctam civitatem scilicet ierusalem et apparuerunt multis. De quibus profecto nonnulli doctorum senserunt et in suis reliquerunt
scriptis quod iam in ipsis perpetua completa sit resurrectio. fatentur enim quia veri testes non essent nisi et vera esset eorum
corporum [illegible] et beatus petrus dixisse legitur cum de david in testimonium loquitur. Et sepulcrum eius apud nos est
quia non sit ausus dicere quod ipse aut corpus eius apud nos est. sed tamen sepulcrum quo conditus fuerit. hinc aiunt resurrexisse
et ipsum ceteris sanctis et ideo vacuum remansisse mausoleum ut nunc beate marie cernitur. Quod sane factum et de aliis
quibusdam locis scripturarum firmare conantur quod hii iam cum christo regnent resuscitati in eterna societate. Quod quia deo nichil
est impossibile nec nos de beata maria factum abnuimus quamquam propter cautelam salva fide pio magis desiderio opi-
nari oporteat quam inconsulte diffinire quod sine periculo nescitur. Unde de hiis ex quibus etiam sumus tantisper loquimur
ad exhortacionem vestram qualicumque sermone ad edificacionem et laudem nominis dei ut et religio conficiatur per famulatum et
devocio augeatur per affectum. quia hec est virgo sola que meruit [illegible] castitatem virginitate sola sit per [illegible] que nos
conficiet in omni veritate [illegible] comedet nutrix et partus amplietur ut et ipsi digni inveniamur eius laudibus.
Et si queritur post ascensionem domini quid egit. vivere creditur est quia virgo sancta corpore ac mente permansit. Quam sane
archangelus gabriel ac si celestis paranimphus intactam custodivit. et iohannes apostolus ac evangelista cui christus eam de cruce
commisit virgo virginem honoravit. simul quoque ei deservivit obsequiis. non quia omnino illa sanctorum chorus apostolorum eam
deseruit. inter quos post resurrectionem intrans et exiens familiaris contulit de christi incarnacione. Tanto sequentius verius
quanto ab inicio plenius per spiritum sanctum cuncta didicerat. et perspexerat oculis [illegible] Licet apostoli per eundem spiritum sanctum
omnia cognoverint et in omnem edocti pervenerint veritatem. Quam sane beatam virginem mariam et si [illegible]

et quasi simulabant officio dilectionis. Iohannes tamen amplius ac specialius usque ad finem vite defunctus, cui ob commissam, accepit in sua
quasi matrem filius, cum benignus magister de cruce moriens dixit: Ecce filius tuus. Ad discipulum autem: Ecce mater tua. Ut virgo virgini
conservaret et deserviret officiosissime nova adoptione. Non enim pudicissima virginitas alium discipulorum virginis quam virginem commen-
daret. Ut esset ad invicem grata societas et floridus aspectus, utrius et venustus gustandi. Unam alternati pudiciciam splendore
decoratam, una siquidem virginitas viguit in ambobus, sed alteram preciosior in Maria. Altam quidem quia fecundior sed ipsa; ipsa vero sed
altam quia et si ipsam eandem quam incorrupto tamen fecunditas integratur longe gloriosior quam virginitas. Ideo et fecunditas in
illa tota deifica est et virginitas. Alioquin numquam fuit unquam nascendi virginitas ubi fecunditas perditur, neque fecundi
ubi virginitas integra conservatur. Ideo quasi totum supercellit de illa que divinum quia sunt divina ac ineffabilia. Unde virginitas et
fecunditas plus supereminens nominatur est quam quod humanum creatur de carne quod nascitur. Unitum et si magis sanctior est
multum virginitas in Maria propter gratie excellentiam unam tamen integritas carnis et una virginitas que ad invicem quasi equata sociatur.
Hinc quasi Iohannes quoque est quod Maria genuit evangelizando suo commendat eloquio verbum quod in principio erat et verbum erat
apud Deum et Deus erat verbum. Hoc quippe verbum quod erat in principio et apud Deum erat et Deus erat verbum, ipsum Deum genuit
beata et gloriosa virgo Maria ex se carne factum. Ideo et virginitas longe sacratior, et fecunditas ut ita dicam multo
ineffabilior quam suo potuit ille explicare eloquio. Verum quanto virginitas coequatior virginitati, tanto beata celebrata
ceteris excellentior et eminentior verbo. Ideo quoque est quod virgo genuit totum prout potuit hoc per spiritum sanctum nobis reseravit
manifestius et docuit. Ceterum ad quem humane vite conversatio eius post ascensionem Christi generaliter cum apostolis fuit, quemadmodum dis-
pergimur. Sicut Lucas meminit dicens quod regressi quidem a monte Oliveti venerunt Ierusalem et ascenderunt in cenaculum ubi ma-
nebant Petrus et Iohannes, Iacobus et Andreas, Philippus et Thomas, Bartholomeus et Matheus, Iacobus Alphei et Simon Zelotes
et Iudas Iacobi. Hii omnes inquit erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et Maria matre Ihesu et fratribus eius.
Ecce Ihesum ascendente cum quibus virgo vacat in scola virtutum et meditatur in lege mandatorum Dei. Ut et ipsa sit soror
discipulis Christi et quem conversatio virginibus constituitur ac cum testibus sancte resurrectionis et ipsa testis, conversatur cum senatoribus
celi infra curiam paradisi sub spiritus sancti disciplina et magisterio tocius divine maiestatis invenimus. Prima beata et gloriosa virgo
Maria inter primos slavum regis principes quorum vita non erat iam de terris in quibus Christus preerabat sed de celis. Hic ascendisse
leguntur in cenaculum quo pascha dignissime celebratur. Ibi quippe manebat cum Maria matre Ihesu unanimiter apparati
in caritate perseverantes in oratione donec induerentur virtute ex alto. Ceperunt enim iam orare quod divinum cum duo conspatres
virtutibus miraculis quasi pascebantur. Et bene perseverantes in oratione nichil hesitantes donec acciperent munera spiritus
sancti que poscebant. Eius et vos o filie imitamini que in scola Christi permanere nomistis perseverate in orationibus unanimiter
vincentes quatenus intrare possitis gaudia eterne vite quo beata virgo Maria feliciter intravit. Alterutrumque concordes amore
choros infra pascua eterne veritatis. Ubi una societas omnium superiorum civium ubi dulcis solempnitas angelice. Ubi
post labores et erumpnas huius seculi felix et suavis refectio animarum. Hodie namque gloriosa virgo semper Maria celos
ascendit rogo gaudete quia ut ita fatear ineffabiliter sublimata cum Christo regnat in eternum. Regina mundi ho-
die terris et saeculi sancto neque eripitur. Iterum dico gaudete quia secura de sua immarcescibili gloria ad celi iam pervenit
palacium exultate inquit ac gaudete et letetur omnis orbis quia hodie nobis omnibus eius interventibus intus
salus aucta est. Vobis quasi diligentibus eam hoc et vivis unanimi reliquis virginibus sacris amplior prestatur et gratia.
Ideo dilectissime letamini quia si Deum omnipotentem in sanctis suis laudare iubemur, multomagis cum in hac celebritate
beate virginis matris eius cum hymnis et canticis diligencius extollere et dignius Deo iubilare promptus ac insistere ho-
norare muneribus. Nulli dubium quin totum ad gloriam laudis eius pertineat quicquid digne genitrici sue impensum fuerit
ac solempniter attributum. Et quo timeo satis et valde pertimesco dum vires cupio pares preferentibus ne forte sic improba
ita et indignus laudator inveniar. Profecto cum nec sensus vel facundia suppetat ut beatam et gloriosam virginem digne
laudare queam. Quid ut verum fatear quamvis humanus dicat pro verbis magis est a laude celi qua divinis est et angelicis
excellentiis predicata et laudata preconiis. A prophetis quidem prenunciata a patriarchis figuris et enigmatibus presignata
ab evangelistis exhibita et monstrata ab angelo venerabiliter atque officiosissime salutata. Preterea qualis et quanta esset
ab eodem divinitus declaratur cum ait: Ave Maria gratia plena Dominus tecum, benedicta in mulieribus. Talibus namque decebat
virginem oppignerari muneribus ut esset gratia plena que dedit celis gloriam, terris Deum, pacem quasi refudit, fidem gentibus,
finem viciis, vite ordinem, moribus disciplinam. Et bene angelus ad virginem mittitur quia semper est angelis cognata
virginitas. Profecto in carne preter carnem vivere non terrena vita est sed celestis. Unde in carne angelicam gloriam acquirere
magis est meriti quam habere. Esse enim angelum felicitatis est, esse vero virginem virtutis est. Dum hoc obtinere viribus nititur
cum gratia quod habet angelus ex natura utrumque tamen et esse virginem vel angelum divini muneris est officium non humani.
Ave inquit gratia plena. Et bene plena quia ceteris per partes prestatur. Marie vero simul se tota infudit plenitudo
gratie. Hoc quippe est quod David canit: descendet sicut pluvia in vellus. Vellus itaque cum sit de corpore nescit
corporis passionem, sic et virginitas cum sit in carne vicia carnis nescit. Celestis plane ymber virgineum
in uterum placido se infudit elapsu et tota divinitatis unda se contulit in carne quando verbum caro factum est.

ac deinde p(er)cas patibulu(m) copiosiu(s) t(ri)b(us) omnib(us) plenam salutis effudit et stillicidia gr(aci)e fluminis p(er)fluit mentib(us). Dns
m(a)g(is) tecu(m) q(ua)m cu(m) illis erat cu(m) virgine qui ad virginem mittebat angelum et p(re)cessit nu(n)ciu(m) suu(m) deus s(ed) adeo no(n) recessit
nec tenere potuit locus qui omnib(us) h(abe)t(ur) in locis et tot(us) ubiq(ue) est s(ed) quo nichil totu(m). Ergo verbu(m) p(at)ris nusq(ua)m a p(at)re
discedens ad p(at)rem s(ed) dignat(us) est s(ecun)d(u)m suo m(ini)sterio quo ip(s)e novit. qui q(uo)d totu(m) suscepit q(uo)d est homo homo tot(us) est
et totu(m) accipiens q(uo)d dei est. n(on) aliud q(uam) d(eu)s qui nat(us) est ex maria esse no(n) potuit. Erit eni(m) d(eu)s o(mn)ia et p(er) g(ra)tiam
q(ue) ita est. sciunt se ac potuit in utero virginis s(ed) sin corrupc(i)o(n)e misterii at(que) unitivi ut unus esset xp(istu)s. d(eu)s et homo
una p(er)sona una q(ue) s(an)c(t)a d(e)i q(uo)d dei genitrix electa et p(re)electa nunc ab angelo salutat(ur) et p(re)dicat(ur) plena. Ve(re) plena
p(er) qua(m) largo s(an)c(t)i sp(iritu)s ymbre p(er)fusa est o(mn)is c(re)atura. Et io satis ea(m) devotissime p(ri)mu(m) angelus veneat(ur) et salutat
mirat(ur). itaq(ue) et ip(s)e qualis aut q(ua)nta sit q(ua)m salutat. Ho eni(m) simpl(ici)t(er) fateor fuit vel co(n)sueta isti salutac(i)o
s(ed) o(mn)i admirac(i)o(n)e digna. Siquide(m) venerac(i)o(n)e fuit delacio oblacio muneris famulatus obsequii q(ue) et si i(n) s(an)c(t)is
p(at)rib(us) et p(ro)ph(et)is gr(aci)a fuisse credit(ur) no(n) tu(m) eatenus plena. In maria v(er)o tota gr(aci)e que est in xp(ist)o plenitudo venit
q(ua)mq(ua)m alit(er). Et io nusq(ua)m b(e)n(e)dicta tu int(er) mulieres i(d est) plus b(e)n(e)dicta q(uam) o(mn)es mulieres. Ac p(er) h(oc) quicq(ui)d maledictionis infusu(m)
fuit p(er) evam totu(m) abstulit b(e)n(e)dictio marie. insup(er) et gr(aci)am refudit xp(ist)i ortus qua(m) p(ri)us no(n) h(abe)nt omnes mod(is)
(con)tig(i)t. q(uo)d na(tura) no(n) h(abe)t usus nesciunt ignorat racio mens no(n) capit. Stupet tellus pavet celu(m) stupet t(er)ra c(re)atura o(mn)is
et(iam) celestis mirat(ur). h(oc) totu(m) est q(uo)d p(er) gabriele(m) divinit(us) nunciat(ur) et p(er) xp(istu)m adimplet(ur). Quid ergo de tali tanta
q(ue) loqui me indignu(m) fateor s(ed) et puto q(uo)d nec qui p(ri)mat(us) n(isi) qui q(ua)nta sunt q(ue) pandunt(ur) penit(us) ignorat
(con)tin(ue)t et si ad h(oc) nemo ydoneus invenit(ur) votis omnib(us) cessare no(n) d(ebe)t quilib(et) etiam peccator a laudib(us) q(ua)mvis conple-
re nequeat q(uo)d sentit(ur) unde s(er)mo d(omi)nus cu(m) de peccatore ageret in psalmis sacrificiu(m) inq(ui)t laudis honorificabit me
et illic iter quo ostendam illi salutare dei. Quid patent dicat illic iter est laudis ad etiam laude(m) s(ed) sic
mansurus s(ed) nec app(re)hendet illud n(on) ego p(er)modestiam p(re)tera(n)ceme q(ui)a iter salutis me in laudib(us) est
salvatoris hortor vos et commoneo i(n) hac s(an)c(t)a solempnitate genitricis dei marie nolite cessare a laudib(us)
maria si virgo es gaude q(ui)a meruisti esse et hoc q(uo)d laudas tu(m) tu(a) ut sis que digne laudare possis maria si
maria si virgo es gaude q(ui)a meruisti esse et hoc q(uo)d laudas tantum ut sis que digne laudare possis. Maria si
conti(n)ens es et casta venerare et lauda q(ui)a no(n) aliunde (con)stat ut possis esse casta q(uam) ex gr(aci)a xp(ist)i que fuit
plenissime i(n) maria qua(m) laudas. Maria si (con)iugata a p(e)c(c)atis incestis confitere et lauda q(uam) in die hac
maria p(ro)fluxit et gr(aci)a omnib(us) ut laudet. Et q(ua)mvis no(n) sit speciosa laus in ore peccatoris noli cessare q(ui)a
inde t(ibi) p(ro)mittit(ur) venia unde et omnib(us) ut laudes. Aliquin n(isi) in p(ro) modulo ingenii mei deu(m) laudare
in s(an)c(t)is studeas quo eni(m) s(ecundu)m q(uo)d cuiusq(ue) in p(ro) multitudine magnitudinis eius laudare potius. Quo q(ui)a p(ro)mitteris
no(n) est q(uo)d impletur sumus quisq(ue) s(ecundu)m q(uo)d d(icitu)r. Beati qui habitant in domo tua in s(e)c(u)la s(e)c(u)lorum laudabunt te. Iudex
v(er)o q(ui)a d(eu)s immensus est q(uo)d voce no(n) possum ut facundia valeo comprehenditur votis et medullis cordis. Igitur
magnu(m) et bonu(m) est at(que) immensus tantus ac talis q(ua)ntu(m) et quale ip(s)e se novit ore ac spiritu (con)fiteamur ad
iusticiam et salutem. Hinc rogo omnes p(re)s(ent)i festivitate gloriose s(an)c(t)e virginis marie devotissime celebret q(ui)a h(ec) est
dies p(re)clara in qua meruit exaltari sup(er) choros angelorum et p(re)minere ult(ra) q(uam) viri humanitatis est m(odus). Ubi no(n)
s(an)c(t)a tollit(ur) s(ed) glorie magnitudo monstrat(ur). Cum elevat(ur) ingloriatur p(at)ris ubi xp(istu)s p(ro) nobis intravit pontifex s(an)c(t)us
meruit ad celi palaciu(m). H(ec) est nusq(ua)m dies in qua usq(ue) ad thronum celsitudinis intermeata m(er)uit et virgo p(re)cessit
atq(ue) in regni solio sublimata p(ost) xp(istu)m gloriosa resedit. Sic utiq(ue) ubiq(ue) illi confidentes s(an)c(t)a dei genitrix etia(m)
q(uam)m elevata est magnificencia tua sup(er) celos q(uo)d de nullo alio s(an)c(t)orum p(ro)bas est credere ut ult(ra) angelorum vel archangelorum
vita transcendit. Maria et si plenitudo reprimitt(ur) s(an)c(t)is virtus no(n) negat(ur) h(oc) quippe privilegiu(m) no(n) nat(ur)e est
s(ed) gr(aci)e b(ea)te marie virginis de qua nat(us) est ip(s)e d(eu)s et homo et idco et ipa plus est mulier et no(n) na(tura) q(uam) virgo et h(abe)t
unde et si cetere virgines imitant(ur) illa usq(ue) ad conceptu(m) partus et gabrielis nove salutac(i)o(n)is obsequiu(m). Deinde
totu(m) divinu(m) est q(uo)d operat(ur) in ea teste angelo q(ui)a sp(irit)u s(an)c(t)o et virtute alt(issi)mi obumbrata. Ante h(oc) ipsum s(ed) me
utera gloriose virginis q(ua)mvis indig(na) q(ua)mvis i(m)polluta a contagione p(e)cc(at)i q(ua)mvis s(an)c(t)us tu(m) adhuc vilitate humanitatis
induit(ur) ut ita dica(m) ac si lana candidissima s(ed) in q(ue) colore splendore dealbata. Ad qua(m) s(ed) cu(m) accessit
sp(iritu)s s(an)c(t)us q(ua)si ipa eade(m) q(uasi) lana cu(m) inficit(ur) sanguine conchilii vel muricis v(er)tit(ur) in purpura v(er)sa est et ipa
s(ed) contu(m) in materie ut ia(m) no(n) sit admo(dum) q(uo)d fuerat s(ed) purpura versa ad indume(n)tu(m) et gl(ori)am su(m)mi regis divinit(us) ap-
tissime dedicata ut nulli deinceps ea uti usu s(e)c(u)laris liceat n(isi) soli deo. Quippe ut ita loquar b(ea)ta et
gloriosa virgo maria eo modo q(ua)mvis d(icen)du(m) incomparabilis esset viri(us) q(ue) sub celo sunt virginib(us) decent(er) posset in se suscipe(re)
divinitatis admixtione(m) salva utriq(ue) natura. tu(m) cu(m) gr(aci)a replet(ur) ac sp(irit)u s(an)c(t)o p(er)funditur cu(m) virtute altissimi obumbrat(ur)
fit p(re)cio(s)ior multis celsis sublimior fastigiis pulchrior s(an)c(t)itate gloriosior s(ed) orum p(er)rogativis mutorum ita ut ia(m) nullis
v(er)sib(us) sit ipa eade(m) q(uasi) mater pauda n(isi) divinis. Unde o s(an)c(t)issime virgines et si o(mn)es tanta(m) ac tale(m) virginem imitari ia(m)
q(uasi) p(re)clara venerari multu(m) convenit et ult(ra) angelica(m) quodam(modo) dignitate(m) q(ua)m p(ro)bas est cu(m) gaudio laudib(us) dignissime
efferre. Quare ut dixi(m)us no(n) temere s(ed) p(er) xp(istu)m gr(aci)am sup(er) choros angelorum exaltata devotissime hodie p(re)dicat(ur)
q(ui)a p(re)cessit ea(m) d(omi)nus et salvator n(oste)r ex ea na(tus) fide genitus ad celestia ut pareret ei s(ic)ut ip(s)e p(ri)us repromisit
discipulis in eternis mansionib(us) locu(m). Hinc q(ue) david p(ro)ph(et)a olim gratulabundus xp(ist)o canit. A summo n(am)q(ue) celo
egressio eius et occursus eius usq(ue) ad summu(m) eius. Ascendit ergo cu(m) glorie resumptus. licet no(n) amiserit

qua prius habuerat. antequam mundus fieret ascendit et paravit huic castissime ac gloriosissime virgini immortalis locum ut cum eo regnare possit in perpetuum. Et hec est prima dici festivitas in qua gloriosa et felix celestem peciit ad thalamum. Que profecto festivitas sicut et virgo incomparabilis est ceteris virginibus. ita incomparabilis est omnium sanctorum festivitatibus et admiranda etiam virtutibus angelicis propter quod ex persona superiorum civium in eius assumpcione admirans spiritus sanctus ait in canticis. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus. Et bene sicut virgula fumi quia gracilis et delicata quia divinis contemplata disciplinis et extenuata intus in holocaustum ardebat foris incendio pii amoris et desiderio caritatis. Ut virgula inquam ex aromatibus myrre et thuris quia multis erat repleta virtutum odoribus innumeris ex ea flagrabat suavissimus odor etiam spiritibus angelicis ascendebat ac de deserto huius seculi virga de radice yesse olim exorta. Et mirabantur celorum cives pre gaudio que nam esset que etiam universorum virtutibus angelorum vinceret dignitate. De qua iterum idem spiritus sanctus in eisdem canticis. Que est ista que ascendit inquam sicut aurora consurgens pulchra ut luna electa ut sol terribilis ut castrorum acies ordinata. Admiratur ac spiritus sanctus quia omnes de assumpcione huius virginis admirantes facit. quasi quia novum diluculi auroram rutilans assumpcio suo resplendebat multis fixa et vallata sanctorum agminibus unde dicitur terribilis ut castrorum acies ordinata. Igitur terribilis hostibus facta virtutibus ut castrorum acies admodum ordinata hinc inde sanctorum angelorum fulta presidiis. pulchra ut luna immo pulcrior quam luna quia iam sine defectu sic choruscat celestibus illustrata fulgoribus. Electa ut sol fulgore scilicet virtutum quia ipse eam elegit sol iusticie ut nasceretur ex ea. Ad cuius profecto exequias quantum probatum est tunc famulabantur angeli et virtutes celorum congratulabantur curie. Nec mirum quia hec mater est eius qui natus est ex ea. quem omnis celorum ordo veneratur et adorat super se elevatum cum patre in sede maiestatis divine. Legimus ergo quam sepe ad funera et ad sepulturas quorundam sanctorum angelos advenisse et ad exequias corporum obsequia prestitisse necnon et animas electorum usque ad celum cum hymnis et laudibus detulisse ubi et utriusque sexus chori concinentes frequenter audita laudes cecinisse. Interea et quod perspicacius est multo nonnumquam lumine corpora resplenduisse. Insuper et adhuc viventes in terra ibidem miri flagrancia odoris divinitus persensisse. Quod si ad recreandam sponsi dilecte et corroborandam fidem multorum astancium salvator noster christus ob merita suorum amplius comprobanda talia ac tanta dignatus est exhibere per suos celi ministros circa defunctos. quanto magis credendus hodierna die milicia celorum cum suis agminibus festive obviam advenisse dei genitrici. eamque ingenti lumine circumfulsisse. et usque ad thronum olim sibi etiam ante mundi constitucionem paratum cum laudibus et canticis spiritualibus perduxisse. Nulli dubium. omnemque illam celestem curiam tunc perculsisse ineffabili leticia tue iocunditatis esse inestimabili caritate tue quam cum omni gratulacione iubilasse. Cuius festivitas licet que nobis hodie revolvitur annua illis omnibus facta est continua. Nec inmerito creditur eciam quod salvator omnium ipse quantum datur intelligi per se totus festivus occurrit et cum gaudio eam secum in throno collocavit. Alias autem quomodo implevisse creditur quod in lege ipse precepit honora inquam patrem tuum et matrem tuam. Porro quod patrem honoraverit ipse sibi testis est cum ad iudeos ait Ego gloriam meam non quero. est qui querat et iudicet. Sed ego honorifico patrem meum et vos inhonorastis me. De matre vero evangelista cum retulit venisse inquam Nazareth. et erat subditus illis. Sed alia est nativitas qua deus patri secundum se honoratur alia qua idem parentibus subditur. In utroque tamen unus idemque christus esse creditur. Eo quod verbum caro factum est et habitavit in nobis. unus emanuel quod est nobiscum deus. Hanc quippe unitatem divinitatis atque humanitatis inconfusam indivisamque fides katholica firmat sic quod intellecta cognoscitur naturis atque substanciis esse convenientis unitas ut neque confusio in alterutra duarum substanciarum parte recipiatur neque divisio. Hic namque credere honorare est matrem domini que et deum nobis genuit et hominem. Neque enim homo sine deo neque sine homine deus. Sed deum et hominem unum verum ihesum christum. Alioquin dei genitricem dicere non possumus. Quod multi hereticorum conati sunt negare nisi deum vere genuisset incarnatum. Et propterea duas in christo recte confitemur esse nativitates. unam videlicet de patre sine inicio et sine tempore sempiternam et coeternam deo patri. alteram de matre cum tempore qui incarnacionem induens et mera spontanea voluntate descendit ad nos natus homo deus. Dicit per hoc modo veritate et matris gestatur in utero qui sibi deus agnoscitur. Hinc etiam theotocon necnon christotocon eam patres confitentur. Dei scilicet genitricem non quod verum deum carne detulit neque olim preexistente carni copulatus sit. sed tunc quando verbum caro factum est ex carne virginis divinitatis atque humanitatis substancia in utero ita inconfuse unitur ut una sit persona dei et hominis christi. Ex duabus siquidem naturis sine confusione alterius ut non nisi unus incarnatus idem christus. manens deus in forma dei quod semetipsum exinanivit formam servi accipiens. manens unus idem quod in forma servi quam suscepit. Totus quippe deus in carne virginis de qua natus est. et totus homo. hinc quod apostolus in quo habitat inquam omnis plenitudo divinitatis corporaliter.

Quapropter o filie estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. ut ex prudencia possitis intelligere annulum fidei vestre et margaritam pro qua omnia reliquistis integram inviolatamque servetis ne dotem simul et arram spiritus sancti quod absit perdatis. Diligenciamque itaque puritate. Si quo simplicitas columbe que fuit in maria illesa immaculata que a vobis custodiatur. De qua salomon in canticis qui in eius laude venit inquam columba mea veni immaculata mea. Iam enim hyemps transiit ymber abiit et recessit. De venite inquam veni de libano veni. Nec immerito dicitur veni de libano iubet quia libanus candidacio interpretatur. Erat enim candidata

uelis multorum virtutibus et dealbata nive candidius spiritus sancti munere simplicitate columbe in omnibus reputatus qui quicquid in ea gestum est totum puritas et simplicitas totum veritas et gratia fuit totum munda et iusta que de celo prospexit et non immaculata que in nullo corrupta. Circumdedit enim virum in utero sicut Ieremias sanctus testatur et non aliunde accepit faciet enim dominus novum super terram et mulier circumdabit virum. Verum nobilem et omni nominatum supereminens nomen virtutum qui deus quem terra non potest nec celum videre ad ut vincere possit sic ingressus est hospicium ventris ut corporis clausura nesciret sic quoque gestatus ut totus deus in eo esset. Unde iuvenit ut Ezechiel fatetur quod ostium sit clausa ventris porta. Unde in eisdem canticis canitur de ea: Ortus conclusus fons signatus emissiones tue paradisus. Vere ortus deliciarum in quo consita sunt universa florum gratiarum et odoramenta virtutum. Sic quoque conclusus ut nesciat violari atque corrumpi ullis insidiarum fraudibus. Fons itaque signatus sigillo totius trinitatis ex quo fons vite emanat in cuius lumine videbimus lumen quem mundus tollere ipse est qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Cuius profecto emissio uteri supernorum civium omnium est paradisus. De isto namque ventris agro patriarcha Ysaac longe odoras aiebat dicens: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Quamvis putent parum intelligentes quod patres sancti de Christo minus intellexerint misterium incarnacionis cum et ipsi eadem salvati sint gratia. Unde constat ipsos non predicasse sacramentum unitatis hominis ac dei ita ut iam esset in illo per unitatem persone ab initio seculi qui necdum erat natus de Maria virgine quod multis scripturarum septuaginta declaratur indiciis. Unde dominus ad Iudeos: Antequam Abraham fieret ego sum. Omnibus utique verbis audit se qui loquebatur in eo esse fuisse misterio unitatis. Quam ut commendaret: Antequam Abraham fieret ego sum. — [alio in unitate commendavit ipso] Antequam Abraham fieret humanitatis est hec unitas. Ego sum autem eternitas nature declaratur in qua in eternitate iam se fuisse qui loquebatur per sacramentum sue incarnacionis insinuat. Unde apostolus Iudas volens dilucidare aperte Ihesus iam populum de Egipto salvans secundo eos qui non crediderunt perdidit. Et alibi Paulus: Neque temptemus Christum sicut quidam eorum temptaverunt non quod iam esset Ihesus aut Christus natus ex Maria sed quia in illo unico filio iam unitas persone commendatur que occulta erat in misterio dei. Et alibi: Credentes quia elegit nos in ipso ante mundi constitucionem. Itaque profecto quicquid deus fecit ab initio Christus fecit totum per unitatem sacramenti. Et ideo iam Ihesus erat in filio quem patres credebant et Christus in eo quem temptabant quod esse per sacramentum unitatem in deo fuisse non dubitatur. Alioquin nisi ita crederetur aut Christus non erat deus aut cum prophetarum deus recens esse videbitur. Sed ne talibus quarumlibet calumpniis sententiande sint scripture in quibus unitas in Christo commendatur proinde ut non predicant ipsius ne unus esse dicatur. Hinc quoque beatus Petrus loquens de patribus ait: Per gratiam domini nostri Ihesu Christi credimus salvari quemadmodum et illi. Namque illos dominus solus ducebat et non erat cum eo deus alienus. Unde nunc nobiscum deus recens quia unus idem quoque est qui et eorum ductor fuit et nostre per passionem carnis sue redemptor. Unus siquidem in sua carne unus in sacramento atque unus in spiritu. Nec admittit ratio ut filius alius hominis alius filius dei intelligatur qui nunc tempore processit vel passione separatur sed totus deus in Christum et Christus in deum transiit ut quicquid dei filius est Christus dicatur et quicquid in carne Christus pertulit id deus pertulisse recte credatur. Alioquin si ad veritatem respicias et ad substantias humanas nequaquam ita tenus potuerunt inter se quemadmodum deitas et humana conditio convenerit tamen in Christo et unus ex ambobus Emanuel. Unde michi videtur quod altitudine tanti misterii diligenter intelligere quidam et videre non potuerunt qui aut duos filios crederent aut alium Christum quam dei filium estimaverunt. Quapropter nec nos hominem seorsum colimus quod phas non est nec adoramus sed deum magis incarnatum qui ipsum de corpore creatum hominem suscepit univit ita ut deus verbum caro fieret et non in alium quemlibet sed in semetipsum qui unus et verus dei filius semper erat. Ideo non alium quam eundem ipsum quam dei filium colimus et adoramus qui nichil in se per assumpto homine est coauctus nec quod quod verbum caro factum est imminutus vel immutatus. Et ideo unus idem quoque semper cum deo patre filius adoratur non novus non recens ex tempore non alienus aut vel quomodo contra si ut novum videtur quod per te hominem assumpsit novus quod hec semper cum eo et in eius consilio fuit ut sic fieret. Et nunc quoniam plenitudo temporis venit id factum est quod in ipso semper fuit. Talibus quippe patres sancti divinis afficiebantur odoramentis talibus de Christo inspirabantur fragrantiis quod nasciturus esset in mundo in quo esset omnium salus et benedictio eterne hereditatis. Iste siquidem sunt dei vestes iste quibus patres sancti vestiebantur immo quas Rebecca immo spiritus sanctus secum domi habet quibus induit Iacob filium suum. Alias autem nisi apud sanctos servata domini et parata essent quomodo miri odoris in eisdem pater Ysaac hauriret ita ut diceret cum persensisset vestimentorum fragrantiam: Ecce odor filii mei sicut odor agri cui benedixit dominus. Sed forte decursum est ab communi ad Rebeccam sponsus pervenit cum multis in locis persone per deum figuraliter accipiatur virtus et spiritus sanctus in hebreo sermone tulla (?) femineo genere dicitur non quod spiritus in deum monstretur immo ne forte suspicaretur sub regula trium linguarum spiritus sanctus duplici dicitur accipi. In hebreo sed ut dixi femineo genere legitur in greco vero ne spiritus in eo credatur per neutro invenitur et in latino masculinum esse decernitur. Quod nunc spiritus sanctus per Rebeccam intelligitur. Et ideo totum est in misterio quod gerit ut per vestimentorum fragrantiam Christus annunciet quod nos quoque baptizati sumus induti in quo benedixit nos dominus non qualicumque sed ut ait apostolus omni benedictione spirituali in celestibus in Christo. Unde et angelus Marie loqui incipiens a benedictione exorsus est: Benedicta tu inquit in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Cuius profecto in spiritu longe odorem trahens prefatus Ysaac benedicebat filium inquo celestis omnis benedictio in mundo effloruit. Et bene ab eo plenus ager dicitur quod plena gratia virgo Maria pronunciatur de cuius utero credentibus fructus vite effulsit. Et nos inquit cuncta omnes de plenitudine eius accepimus gratiam pro gratia

Unde precor obsecro vos o filie talem ac tantam gratiam ne in vacuum recipiatis que est in Christo Ihesu in quo est deus
et homo simul unitus in una eademque persona ut legitur quod sepe in divinis litteris homo deo coniunctus propter unionem substantie ac
deinde deus homini videatur compassus cum non mirabilis sit homo non passibilis deus tamen sic unitus est deus suo
corpori ut nullatenus pateat scilicet inter deum et hominem humana opinione distancia ne forte quod absit alius filius dei
et alius filius hominis credatur propterea quod scriptura sic connectit et incorporat deum et hominem ut nec in tempore ad modicum homo
queat a deo nec in passione possit ab homine deus distingui. Unde si ad tempus respicias invenies simul filium hominis cum
filio dei; si ad passionem invenies simul cum filio hominis eundem filium dei ita unitum et individuum quatinus ad vocem
scripture pertinet ut nec homo a deo separari tempore nec ab homine deus valeat passione. Denique ut hoc apertius intelligatis
ipsius Christi verba discutite: Nemo ascendit inquit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Dic
queso est qui loquitur Christus utique. Ubi rogo tunc erat cum hoc loquebatur in terra scilicet et quomodo se de celo antequam
nasceretur descendisse testatur. Certe cum in terra loquitur in celo se esse fatetur eundemque se filium hominis dicat cum utique
de celo nisi deus descendere non potuit et cum in terris loquitur non nisi unus idemque Christus fuit. Et hec est mira
et admirabilis novitas unio omni novitate superminens novitas unitatis quam nisi diligenter prudens
virgo ab exordio sancti evangelii [illegible] magis certe in omni scriptura videberis dubius quam intelligere veritatem.
Constat quod unum eundemque Christum secundum utrasque formas operatum humanitatis scilicet ac divinitatis et per hoc duas cooperationes
esse operatos. Operata est enim utraque forma vel natura cum alterius communione quod proprium habuit. Verbo scilicet operante quod
verbi est et carne exequente que carnis erant communicante scilicet et verbo in eadem operatione deum et idem deus atque
homo in una substantia vel persona sine confusione aut commixtione creditur et perfecta identitas predicatur. Unitus deus unum
est et non caro quamquam carnem rationabilem assumpsit animatam hac quod deus in unione naturali et secundum substantiam coadunatur
licet et caro non est anima et non verbum licet dei verbi caro conspecta sit et visa. Unde et Iohannes: Quod fuit ab initio
et quod audivimus inquit et vidimus ac perspeximus et manus nostre contrectaverunt de verbo vite, profecto cum nemo dei verbum
videre aut tractare possit in manibus nisi per carnem tantum unitum hominis carne in ipso unitio tam mira est ut distingui
nequeat. Alioquin quod fuit ab initio verbum quomodo recte dicitur hoc totum esse quod apostolus audierat quod viderat quod
manibus tractaverat nisi quia Christus unus idemque erat ac per hoc quod viderunt quod tractaverunt verbum vite erat et non
aliud quam duabus naturis quam unum in Christo subsistentia vel persona. Hinc est quod unus idemque manens unigenitus
filius indisseparatus in utrisque naturis conspicitur et quod sit utriusque substantie operatur naturaliter secundum unicuiusque insitam essentialem
qualitatem vel naturalem proprietatem que si naturas haberet singulares et inconiunctas non ageret utique. Nunc autem Emanuel
deus unus est et in eo ipso utriusque idem deus et homo quod utriusque nature sit veritate gessit secundum aliud et aliud que gesta
sunt operans. Ergo secundum quod deus idem ipse que divina sunt secundum quod homo idem ipse que humana sunt agit. Et ideo idem ipse
lectio tam que divina quam que humana sunt agit scripturis volens ostendere quod deus ipse et homo sit. Et ideo idem ipse tam que divina
quam que humana sunt simul agit simul quod loquitur. Et non alius quidem miracula operatus est alius pertulit humana pas-
siones quas sustinuit sed unus idemque dei filius atque hominis filius qui et divina gessit et humana. Siquidem inseparabiliter atque
indivise quecumque Christus habuit actiones sunt intelligende scilicet ipsorum operum qualitates contemplando quam sint ad que pre-
habetur humilitas carnis ad que inclinetur altitudo divinitatis ita ut per omnem textum sancti evangelii videas nichil carnem
sine verbo agere neque verbum sine carne quicquam efficere. Unde quod concepit pariter quod virgo sit non sine potentia verbi est ita
non sine veritate carnis quod nascitur quod pannorum fasciis iacet involutus et in presepio reclinatur. Porro quod stella duce
a magis adoratur sicut deitatis est ita humanitatis est quod in Egyptum per fugam ne capiatur abducitur. Sic
itaque omnia utriusque opera consideranda sunt ut reddatis deo que dei sunt et homini que sunt hominis quoniam sicuti unus est qui
Lazarum verbo sue potentie vocat ut exeat foras a monumento sic ipse idem unus est qui flevit humanitatis affectu.
Sic quippe omnia cuncta comprobare ut plena humanitas in deum assumpta et plena divinitas in Christo intelligatur
homini unita. Hec ideo diximus tantisper de fide incarnationis Christi timentes quod plures orientalium evenit
fecibus sunt obvoluti ne suo obnubilare vos valeat obscuritatis eloquio vel quo turbine latina confundere
al. veritate puritate. Sunt enim et prudentes virgines sunt et fatue. Et ideo dilectissime imitamini quam amatis imitamini
quam colitis beatam et gloriosam intemeratamque virginem Mariam cuius hodie in terris festa colitis de qua dicitur:
Maria autem conservabat omnia verba hec conferens in corde suo que de Christo dicebantur. Conferte ergo et vos in cordibus
vestris semper que de ipso cotidie quod divino catholice dicuntur ut et fide integra firmari possitis et matrem
eius digne venerari quam nullus honor eius alius nisi cum ille intrinsece honoratur qui nasci dignatus est ex ea.
Ceterum rogo quousque estis filie cuiusque matris cogitatione attendite et perpendite diligentius quibus afficiebatur
beata virgo doloribus post Christi ad celos ascensum completis omnibus que de Christo erant ab angelis predicata
et a prophetis multipharie multisque modis prefigurata divinis declarata oraculis virtutibus comprobata et que
humanitatis sunt omnia peracta. Queso si qua sunt in vobis viscera pietatis considerate quo cremabatur amore
quo ve desiderio estuabat hec virgo dum revolveret animo cuncta que audierat que viderat que cognoverat.
Pronto quod quicquid cordis est quicquid mentis quicquid virtutis humane si totum adhibeas non sufficiat ut cogitare
valeas quanto indesinenter cremabatur ardore pii amoris quantis movebatur repleta spiritu sancto

celestiu secretoꝝ intimatrix/ que et sic diligebat xpm ex toto corde et ex tota aia et ex tota virtute/ nomis tui concitatrice
inflamabat presencia absens desideriorum affectibus Tanto siquidem validius quanto diuinis illustrabatur intus visitacionibus
Quam sane totam repleuerat spus sti gra/ totam inebriauerat diuinus amor/ ita ut in ea nichil esset qd mundanus
violaret affectus sz ardor continuus et caritas perfusi amoris Na et xpc ab omnibus est amandus ex toto corde et
ex tota aia ac ex tota virtute quemadmodum maiore tn ab ea ardencius eius et dns erat et filius fortissimo ergo per
nimio amore in loco quo sepultus fuerat esse xpc. intelligens eam habitasse credimus quousque pius pasceretur intus amor obtutibus
Erat namque locus medius huic inde constitutus ut si vellet adire possit ascensionis eius vestigia et locum sepulture
ac resurrectionis seu oia in quibus passus est loca inuisere/ non qz iam viuentem quereret cum mortuis/ sz ut suis tn
solaretur aspectibus Est quippe propter hoc amor impaciens ut quem desiderat. sp videre se exoptat conquirat siquidem
inducium/ rone nulla ius tenet/ modum nescit/ nil aliud cogitare potest qz qd diligit Amor quippe non accipit de impos
sibilitate solacium neqz ex difficultate remedium Que licet beatissima virgo continuis in spu iam esset tamen dum
in carne viuit/ carnalibus monebatur affectibus et ideo frequenter locorum recreabatur visitacionibus et que gemebat mentis
contemplabatur aspectibus Denique amor xpi desiderium pariebat/ desiderium vero glissens quem nouis reparabatur
ardoribus intuitum ut cernat nonnumquam qz oia sz est et semetipam transcendit quem ois amor impaciens qd amat
non potest non videre Hinc est hinc qz omnes sancti oia que meruerant ꝑ patribus dupere si dnm que amauerant
non viderent Et venerabilis virgo beata et gloriosa theotocos maria nonnisi dignum ꝑ immensis et inexhaustis beneficiis
reddebat intellectus obsequium satietas. Deo beneficiorum in terris posita non poterat videre languorem Et ideo dilapsa hodie
eleuatur super omnes choros angelorum ut possit speciem vultus qz vidit saluatoris quem amauerat cum cupiat toto de
siderio cordis Et si gaudium fit in celo de quolibet peccatore conuerso multomagis putandum est ꝑ tante virginis exaltacione
et gloria qz exultacio fit in supernis Cuius in tanta festiuitas/ omnium supernorum ciuium est congratulacio ꝑpetua qz cuius
celebritas laus et fauor est saluatoris Unde credimus ut supra dictum est qz non tantum huic die solenne ducat ꝑ eius
honore annum/ verum et totum in eterna et etiam iocunditate qz ac leta venacionis obsequio et tunc omni celebret tripudio
amoris et gaudij Nec immerito quoniam ois illa celestis ciuitas congratulatur et veneratur matrem cuius super se adorat
filium regem ante quem tremunt potestates et cui curuatur omne genu Deliniens in hoc ad celos ascensione. nullo ad
mirans intuitu secretorum contemplator celestium in canticis Vidi inquid speciosam ascendentem sicut columbam desuper
riuos aquarum Et vere speciosa quasi columba qui illius speciem columbe ac simplicitatem premonstrabat que super
dnm venit/ et docuit iohem qz hic est qui baptisat. Et bene desuper riuos aquarum qui super aquam refectionis
educauerat eam dns et enutrierat ex qua nulli educti riui aquarum omnem irrigant terram deliciarum et infudit
ortum voluptatis. ex quibus quotidie lota et perfusa dei genitrix ascendit hodierna die speciosa valde et ad
mirabilis cuius odor inestimabilis erat nimis et ideo ineffabilis. ad cuius perfecto fragrancia odoris/ omnis
illa celestis urbis leta dedit/ Circa circundabat flores rosarum et lilia conuallium. eo qz omnes aie martirio rubrate
eam etiam dilectionis complectuntur amplexibus et virginitatis splendore candidate ac si lilia in valle humilitatis
nutrita circundant eam reuerentius gra obsequentes Recte quoniam beata dei genitrix et martir et virgo fuit quamuis in pace
vitam finierit Hinc constat qz vere passa sit. symeon propheta loquens ad eam Et tuam inquit ipsius aiam pertransibit gladius
Quoque constat qz alij sancti etsi passi sunt ꝑ xpo in carne tn in aia qui immortalis est pati non poterunt Beata
vero dei genitrix qz in ea parte passa est que impassibilis habetur. ideo ut ita fatear quod spiritualiter et atrociter passa
est gladio passionis xpi. plus qz martir fuit Unde constat qui plus omnibus dilexit/ proptera et plus omnibus doluit
intantum ut aiam eius totam pertransiret et possideret vis doloris ad testimonium eximie dilectionis Que quem
mente passa est plus qz martir fuit Inde et eius dilectio amplius fortis qz mors quia mortem xpi sua fecit
Nunc autem circundabat eam flores rosarum indesinenter eius admirantes pulcritudinem inter splendidas urbis in qua posuit
rex thronum suum qui concupiuit eius speciem ac decore. Sunt enim plena caritate videlicet sanctorum per eam primatorum coetus
et candidatorum greges Quam si diligencius inspicias/ nichil virtutis est/ nichil speciositatis/ nichil castitatis nil
candoris et glorie qd non ex ea resplendeat Et ideo bene circundant eam flores rosarum et lilia conuallium ut virtutes
virtutibus fulciantur et formositas decore castitatis augeatur Nam ois splendor et gloria quanto illustratur sol
gocie suo sublimius. tanto apparet prestancior claritate quorumlibet siderum et ex minor perdicatur Sic et beata
dei genitrix eius candor virginitatis ac si plantacio rose in iericho specialius refulsit circundata officio caritatis
splendidius enituit tribuit prestitit suorum claritas ut eius amplior gloria commendetur que super angelos et super
omnes beatorum sedes eleuata iam beatissima perdicatur Nam angelorum quamuis celsior natura. non tamen gra maior quia et
ipsi gratuita gra ne corruerent sunt saluati Unde David verbo dni inquit celi firmati sunt/ et spu oris eius ois virtus
eorum Et si spu dei ois virtus eorum constat beatam et gloriosam virginem in qua superuenit spus sanctus et totum deus
illapsum portabatur nouem mensibus in utero credendum ampliora promeruisse virtutum priuilegia et percepisse gracias/
ab angelis eam collaudata Unde et si mirabilis est corpus virtus et firmitas perpetuitatis/ mirabilior tamen
in maria quam obumbrauit altissimi virtus ut ultra omnem virtutem sit angelicam qd factum est in ea et admi
rabile cunctis sanctis sacramentum Ac pro hoc eam angelis quoniam inde maior prestatur gra cum instauratur ab eo via
que veneratur et adorat super se xpm regem dnm natum ex eadem virgine Hinc et maria cunctis tanto
venerabilior quanto gloriosior. et quanto virtute altissimi contollitur ad sublimia tanto clarior resultat in gloria
plena siquidem gra. plena deo. plena virtutum ineffabilitate non potest non possidere plenitudinem gloriarum claritatis etiam

quam plenissime accepit. ut mater fieret salvatoris quam viderunt omnes filie syon et beatam dixerunt ac regine laudaverunt eam qui tantam viderunt eam quantam nullus narrando explicat mortalium quanto magis deus qui tantam ac talem fecit eam ut ipse homo fieret per eam unde david homo inquit natus est in ea et ipse fundavit eam altissimus
Beata igitur talis ac tanta nativitas beata et supernorum civium societas et tam mirabilis civitatis corporum unanimitas ubi nemo angelorum neque archangelorum nec diversi beate et perpetue virginis unde neque alius eorum invidet glorie sed totum in alto unusquisque possidet quod gratie prestatur omnibus ut de omnibus et in omnibus glorificetur deus honoretur et adoretur ab omnibus ubi non sexus non etas non dignitas generis sed qualitas meritorum sola distinguit. ubi plurimum stella a stella differt in claritate quamvis omnes in suo sint ordine resuscitandi Et si est alia claritas solis et alia claritas lune et alia claritas stellarum una tamen claritas est qua illustrantur omnes. Ideo beata dei genitrix que adhuc tantis in terra precatur laudibus non immerito creditur hodierna die exaltata et glorificata quantum novit ille qui elegit eam in sua sapientia qui disposuit omnia Et si in domo patris mansiones multe sunt credimus splendidiorem matri filium hodie prestitisse quam olim edificaverat domum sibi innixam columpnis septem in qua ipsius domo pariter imperie cetero et sedeant terrenis celestia In eo namque virginis sponso immortali virginitas conservatur ut sit totum celeste convenientia Et ideo hunc celebrate solempniter virgines festum quod celeste vobis vitam in terris ordinat vitam qui non nubent neque nubentur erunt sicut angeli in celo Nec mirum si angelis comparatur virginitas que angelorum dominos fide copulatur imperatorum Et si quelibet virginitas tantum erigitur ut angelis comparetur multo magis beata et gloriosa virgo maria que singulari conceditur privilegio et immenso dictatur mercimonio. Ideo dilectissime amate quam colitis et colite quam amatis quamvis eam vere colitis et amatis si imitari velitis de toto corde quam laudatis Hec nempe vita nobis de celo profluxit quam professe sunt estis sub usu enim nature est hec vita quam tenetis et ideo de celis venit sponsus quem sequi una cum matre debetis Nec immerito vincendo usum de celo quesistis que vobis sponsum de celo petistis ideo conversacio vestra in celis sit sit thesaurus verbum dei quod amatis non nisi in sinu patris invenitur licet igitur ubique totus sit et non longe ab unoquoque nostrum tamen non nisi casto et mundo corpori hauritur pectore. prope est inquit moyses in corde et in ore tuo deus tamen cum recto si quesieris corde Unguentum enim effusum est nomen eius propterea adolescentule dilexerunt adeo quod propter vobis fusum est. Habetis namque sponsum virginum et castitatis amatorem qui matrem virginem ideo elegit ut ipsa omnibus esset exemplum castitatis que quasi in speculo refulget forma virtutis Habetis igitur in ea magistram probitatis expressam quod primum eligere quid respuere quid sequi debeatis. Prima ergo virtus est fundamentum omnium virtutum et custos humilitas ipsa de qua gloriatur Maria respexit inquit humilitatem ancille sue ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes Ergo primum discendi documentum nobilitas est ingenii. deinde merces laboris optimum fructus beatitudinis Quid ergo nobilius matre domini quid splendidius ea quam splendor elegit paterne glorie Quid castius que corpus proprium sine contagione corporis generavit. et tamen in ea solum humilitatem respexisse fatetur que custos est ceterarum virtutum Collocavit enim in tuto stationis portu sublimia meritorum suorum exordia et ideo divinitus illustratur Unde dicit ad quem respiciam nisi ad humilem et quietum ac trementem verba mea. Effectum quod premiserat et respexit humilitatem ancille sue unde et beatam eam ab omni seculo dicit. O filie si vere virgines esse vultis humilitatem sectamini et matrem domini que se ancillam vocat corde amore intimi imitari curate. que didicit ab ipso sponso cui vos devovistis humilitatem quam vos ipse docuit unde ait Discite a me quia mitis sum et humilis corde Non ergo beata dei genitrix a filio suo dominum mundum didicit celos fabricare non angelos creare non magna deitatis insignia operari sed tamen humiliari. cetera quoque virtutum documenta mater humilitatis custodia agregavit Unde ad eam singularum virtutum pudicicia convenit innota permansit quia solo pudor individuus virginitati esse debet sine quo castitas vera sanari non potest Nunquam ergo beata virgo maria sine pudoris sui custode processit Et ideo si placet vobis hunc tanta ac talis virgo placeat et opus virtutis cuius vita omnium disciplina est cuius modestis institutis ceterarum que precellit cunctis supereminet universis propterea quoque virgo sibi ab ea optat primum et implorat auxilium. Dicit mutuum exemplum Rogo vos o virgines rogo et vidue imitamini paulam matrem viduam exemplar continentie et castitatis imitamini eustochium quam habetis vobiscum virginem et formam perfecte integritatis Et si minus in illis minus est quam in matre domini. minus quidem est tamen habetis plene formulam et virginem perfectam quia sicut in comparatione dei nemo bonus ita et in comparatione matris dei nulla invenitur perfecta quamvis virtutibus eximia compleatur Unus est enim pater noster qui in celis est unus et magister una est et forma virginitatis in maria cuius vos omnes ut ymaginem reformetis integritatis faciem imprimere debetis in sculptura spiritus sancti que hec est orta conclusus fons signatus puteus aquarum viventium ad quam nulli potuerit doli irrumpere neque prevaluit fraus inimici sed permansit sancta ventre et corpore multis donorum privilegiis sublimata Ideo hanc imitamini more castitatem sequimini humiliter implorate auxilium Et si me quia ita loquor presumptionis velit arguere immeritorum aliquis et quod vobis scripserim arguat caritatem et dilectionem quia rogantibus vobis ne hec que inexpertus indicam negarem malui enim incurrere ruborem pudoris quam non obsequi iussioni vestre quatenus prebui vobis ut dominus videt obedientie prestitum cum habeatis vobiscum quas imitari virtutis est tamen quibus discere potestis affectum potius quam magisterium me vobis exhibuisse quod ad laudem hec dei

requisistis. unde excusare non debui propter generalitatis observanciam ut non mitterem devotioni vestre quod mandastis. Cum si docere nequirem saltem ad laudem tante virginis exhortari. Cum curam aliquam non gessissem vobis in die tante festivitatis (alias hodierne solempnitatis) quam devote amastis, si ingerere vobis pretibus ingerere votis. Cuius mente ad ea vobiscum elevari merear vestris suffragatibus meritis ad que pervenit beata et intemerata singularis theotocos christotocos que virgo maria. Ecce hodierna die ad illud pelacium et splendidum thronum archangelorum ipsa per humilitatem per integritatem carnis ascendit. unde interpretacia olim dominos archangelos et superbia deiecit. Quapropter gaudete Gaudete inquam quia vobis via patefacta est celorum. Cum ius enim vobis eadem permittant vobis tunc iam presto sunt que cum angelis incorruptorum fruatis. Que licet de hoc mundo sitis, sancte domine iam in hoc mundo non estis. quia et si scilicet vos sponse meruit. tenere omnino non potuit. Beata itaque maria hodie iam ab omnibus gentibus longe lateque predicatur. et vos que secute estis exemplum tante virginis beatitudo coronatur celestis quas illecebre solicitat carnis immo angelica imitacio delectatur in terris quorum in futuro equalitas permittitur vobis in celis. Beate ergo estis filie sed et beate vidue que celibem vobiscum ducunt vitam que secundum apostolum liberate a lege viri sic permanserit Beacior inquit si sic permanserit secundum consilium meum puto enim autem quod et ego spiritum dei habeam, credentes valeo comprimere. quid sit inter eam que iuncta est lege viri et eam que iam soluta vinculo coniugali et ideo beaciorem illam predicat dicit sic utique beata que in christo. beacior tamen quoniam iam soluta est. et celestia cogitat atque sectatur. Ideo vidue sepe virginibus bene copulantur ut ait apostolus mulier innupta et virgo cogitat que sunt domini, ut sit sancta corpore et spiritu. Quodammodo enim magistrum virginitatis viduarum gloriosa et confortatur exemplis que cum viris castum servaverit connubium. docet integritatem magis virginibus deo servandam et corpore modum non inferioris virtutis est congruo abstinere quod aliquando delectaverat. quam coniugii delectamenta nescire. In utroque siquidem generi fortitudo laudatur et celestis vite predicatur utrumque ideo coequacionem iam cum christo utriusque ordo sortitur unde dominus Si quis fecerit inquit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est. Ubi non sexus non condicio non etas distinguitur. sed qui fecerit inquit voluntatem patris mei qui in celis est. Unde que libera facultas cunctis prestatur. estote (alias voluntas) hune ad quod vos christi gratia vocavit. Estote matres christi ac sponse. estote sorores ac propinque quia quod carne non potuistis gratia totum condonatum est vobis. et ideo diligite matrem domini que sponsum vobis genuit inmortalem cuius et vobiscum soror est ipsa que et mater quia voluntatem patris fecit in christo ut esset mater propinqua quidem vobis non carne sed spiritu ut unitas connectatur caritatis et societas corporis christi intelligatur. quo quia dominus volo pater quia ego et tu unum sumus, ut et ipsi in nobis unum sint. Que perfecto unitas per unum mediatorem dei et hominum efficitur. facite ergo voluntatem patris et vos ut unum esse possitis. Ornate lampades vestras occurrite sponso quia iam ad ostium pulsat et matrem si diligitis eam sequimini Intus autem pate et ornate lampades vestras que filie regis estis. Omnis gloria vestra abintus sit et intus habete quod foris luceat. neforte inter has solempnitates prius quam sponsus veniat vestre lampades extinguantur. Nam talibus huiusmodi dicitur non insit acceptis lampadibus intus et foris recte colitur. Ideo emendum est oleum dum vacat ne cum sponsus venit quod absit vacue inveniamini propterea que sursum sunt sapite ubi beata et gloriosa virgo et intemerata dei genitrix maria pervenit et non que sunt super terram quia vestra conversacio si estis iam quod venistis in celis fore debet Illuc dirigite mentem illuc abscondite vitam vestram donec furor domini pertranseat. quo beata dei genitrix hodie pervolavit. Ibi namque habetis sponsum. ibi pontificem ibi omnia quecumque quesistis. illuc dirigite mentem ut cum christus filius virginis apparuit in fine seculi cum ipso et vos appareatis in gloria Amen

De quo pater carnem assumpsit cum dicat unus Hec vere manens non amittens quod erat sed assumens quod non erat ut verbum caro i. deus homo fieret. eciam virginibus tradidit quam sorde putredinis et fetoris de virginibus pulcrum, quia sentire non valeo etc.

Quod me dicere militarium spiritualium consideracio invitat. Quis aliquis ministris vitas aut ubi ego sum illic et minister meus erit Si hoc est generalis sua omnium per fidem et operacionem ministrancium christo. quanto magis quodammodo specialiter marie. Absque dubio enim ope ministracionis obtinuit que hic in vero gessit partum quem confusione aluit et fovit et in presepio reclinatum, et fugiens in egiptum abscondit, et ancilla infanciam omnis persecuta usque ad crucem (in margine: per inseparabilem affectum ...) ab eius non recessit (ut cum ait ...) non potuit autem eius divinitatis non esse credula que sic noverat hunc non vili semine sed divino spiramine concepisse. Unum de filio pietate tamen de dei virtute non mutabunda. De facto uno dixit. Unum sed ortum ... non habuit, sciebat illum hoc potuisse quod cum mox contigit mirabilis complevisse. Ecce igitur maria fide et ope devota christi ministratrix si ibi non fuit. ubi christus vult ministros suos esse. Ubi ergo erit. Et si ibi fuit numquid equaliter ergo et per christi gratiam ubi equa dei censura que reddit unicuique secundum merita. Si multo per omnibus marie meriti donata est gracia mortue erit minuenda. Absit. Si enim omnium sanctorum mors est preciosa, marie sane est preciosissima quam tanta comitata est gracia ut mater dei vocetur et sit. Constat.

b marie namque opere exhibicione et fide rigidissima veritate ministram christi fuisse. Omnis qui sane sapit intelligit. Absque dubio non consecuta cum non solum gestis pedum tamen preveniendo unum vero multa ... affectum maria ergo ministratrix christi specialem operum ... ac devotissima extitit. ita absque dubio voluntas fide et credulitatis ... sanctorum fuit non potuit aliter etc.

Videns ministrum familiaritatem aliorum adesse frequenciam ut concepto nato qui sine fratre cum alio mundo ... et deum glorie in presepio ... et in egiptum fugitivo atque inde ... reditus quam liquido cognoscere potuit quia talia obsequia non nisi deum decuerat unum et stella demiranda et magorum de longinquis partibus imparata adductio quam in ... illi obtinuit ... Symeonis atque Anne prophetale dirigite ... et hinc specialis ... quam omnia perpendens maria conferens in corde suo ... alaque ad fidem roborata ... conferebat intus ut omnino non mutabunda sed ... de filii pietate tamen de dei ... in corpore dixit etc.

(In margine sinistro: alias voluntas; ut cum ait; in dubitabili ministerio; imitatione alias; ... in ...)

Sermo septimus de assumptione beatae virginis in quo beatus Augustinus probat eam assumptam cum carne multis rationibus. Prima quia exempta ab hoc obprobrio
Secunda quia immunis a maledicto [illegible] Tertia quia dotata potenti filio. Quarta quia digna dignitate primo. Quinta quia eius caro et Christi est eadem personaliter [?] primo
Sexta quia ornata digna [?] [illegible] Septima quia [illegible] singulari obsequio. Octava quia [illegible] in sanctorum collegio. Nona quia [illegible] dignior [illegible]
Decima quia sit omnibus dignior fastigio

De sacratissimo corpore Mariae virginis perpetuae, eiusque sacrae animae assumptione loqui suscepturus, hoc primum dicimus
quia in Scripturis, postquam eam Dominus in cruce discipulo commendavit, nihil deinceps reperitur, praeter quod Lucas commemorat
in Actibus dicens: Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum Maria matre Iesu. Quid ergo de morte,
quid de eius assumptione dicendum est, ubi divina Scriptura nihil commemorat? Ibi quaerendum est ratione quod consentiat veritati;
fiat quoque ipsa veritas auctoritas, sine qua necesse est nec valeat auctoritas. Memores igitur conditionis humanae, mortem
illam temporalem subiisse dicere non metuimus, quam videlicet et Filius eius, qui Deus et homo est, elegit pati, humanae sustinuit sortis,
et hoc quia homo, de eius susceptus est utero. Sed si dicimus eam mortis vinculis teneri resolutam in communem
putredinem, vermes atque cinerem, deliberandum est si tantae sanctitati conveniat, tantaeque aulae Dei praerogativae. Scimus enim
dictum primo parenti: Quia pulvis es et in pulverem ibis. Hanc conditionem caro Christi evasit, quae corruptionem non sustinuit.
Excipitur ergo ab illa generali sententia de virgine assumpta natura. Mulieri quoque dixit Deus: Multiplicabo aerumnas tuas, in
dolore paries filios tuos, et sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui. Aerumnas Maria sustinuit, cuius animam gladius
passionis Christi pertransivit. Sed conceptus non multiplicavit, nec sub viri potestate degit, quae integerrimis visceribus de
Spiritu sancto Christum suscepit, et virginitatis integritate manente virgo permansit. Hoc enim potuit efficere de matre, qui
sic elegit Deus nasci de homine. Maria ergo etsi communicat aerumnis Evae, non communicat parturiendo cum dolore.
Promeruit enim hoc singularis sanctitas eius et singularis gratia, qua susceptione Dei singulariter aestimata est digna.
Non immerito ergo excipitur a consuetudine generali vera aestimatione, qua tanta fruatur gratia et attollitur dignitatis praerogativa.
Si ergo dicimus eam mortem subiisse, nec tamen vinculis eius retineri, numquid impium erit? Scimus quia Iesum omnia posse,
qui de se ipso ait: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Si ergo voluit integrum matris virginis servare pudorem,
cur non velit integram a putredinis servare foetore? Dicant qui cognoverunt sensum Domini et qui consiliarii eius fuerunt.
Numquid non pertinet ad benignitatem Domini matris servare honorem, qui legem solvere non venerat sed adimplere? Ergo,
sicut honorem matris praecepit, ita inhonorationem damnat. Quam enim in vita prae ceteris illam gratia sua cumulavit, honora-
bilem est credere singularem Salvatorem eam et in morte speciali gratia honorasse. Potuit enim a putredine et a
pulvere alienam facere, qui ex ea nascens potuit eam virginem relinquere. Putredo enim et vermis opprobrium est
humanae conditionis, a quo opprobrio cum Iesus sit alienus, natura Mariae excipitur, quam de ea suscepisse probatur.
Caro enim Iesu caro Mariae est, et multo specialius quam Ioseph inde ceterorum quoque fratrum eius, quibus dicebat:
Frater enim et caro nostra est. Caro enim Iesu caro est Mariae, quam super astra transvexit, honorans omnem humanam naturam,
multo magis maternam. Si ergo natura matris est filius, conveniens est ut sit et filii mater, non quantum ad unitatem personae, sed
quantum ad unitatem corporalis naturae. Si enim unitatem potest facere gratia sine proprietate spiritualis naturae, quanto magis
ubi gratiae unitas et corporalis est specialis nativitatis. Unitas gratiae est, ut discipulorum in Christo, quibus dicebat:
Sint unum sicut et nos; et postea: Pater, volo ut ubi ego sum et illi sint mecum, ut videant claritatem quam dedisti mihi.
O magna et inaestimabilis bonitas Dei, qui habere suos in gloria voluit, ut sua claritate fruantur, quia hic sua fide
iuncti unum cum eo esse digni inveniuntur. Quid aestimandum est de matre, ubi digna sit esse nisi in praesentia filii?
Quantum ergo intueor, quantum intelligo, quantum credo, Mariae anima fruitur claritate Christi et gloriosis conspectibus eius, videns
faciem et ipse conspiciens Dominum, inaestimabiliter pascitur, excellentiori specialiorique quadam praerogativa a filio
honoratur, possidens in Christo corpus suum quod genuit, clarificatum in dextera Patris; et si non suum per quod genuit,
tamen suum quod genuit vel genuit. Et quare non suum per quod genuit, si non obviat necdum experta auctoritas? Vere credo
et per quod genuit, quia tanta sanctificatio dignior caelo est quam terra. Thronum Dei, thalamum Domini, domum atque tabernaculum Christi
dignum est ibi esse ubi ipse est. Tantam integritatem, tanto incorruptibilitas, non putredinis aliqua resolutio sequitur.
Illud ergo sacratissimum corpus escam vermibus traditum, quia sentire non valeo, dicere pertimesco, in quo sibi sordes putredinis futuram
de vermibus pulverem. De quo si nihil aliud sentirem quam de Christo, nihil dicerem nisi quemadmodum de Christo, quod absque
ulla ambiguitate solutum est in morte; post mortem futurum est putredo, post putredinem vermis, post vermem, ut dignum est,
abiectissimus pulvis. Quod de Maria non videtur consentibile, quia aestimationem procul pellit incomparabilis gratiae munus.
Considerantes ergo haec omnia, vera ratione confitendam censeo Mariam in Christo et apud Christum esse: in Christo, quia per ipsum vivimus,
movemur et sumus; apud Christum, gloriose ad aeternitatis gaudia assumpta, benignitate Christi honorata, suscepta caelis,
quam habet gratia honoravit prae ceteris, atque ad communem vilitatem non esse adductam post mortem putredinis, vermis et
pulveris, quae ipsum et omnium genuit Salvatorem. In cuius si potestate est de sanctorum capite capillum non perire, est
et illam anima et corpore integram posse servare. De cuius potestate si nullus dubitat ecclesiasticorum, qui possit ma-
trem sine corruptione servare, cur dubitandum est voluisse quod pertinet ad tantae benignitatis gratiam? Si elegit
divina voluntas sola gratia inter crepitantes vehementium ignium flammas non solum puerorum corpora servare illaesa,
verum etiam ipsa vestimenta servare illaesa, cur abnuat in matre propria quod elegit in veste aliena? Ionam servare
in ventre ceti post naturam ipsum voluit incorruptum, solam Mariam incorruptam post naturam non servat gratia?
Servatus est Daniel ab impatientissima fame leonum; non servanda est Maria tantis dotata meritis dignitatum?
Haec cuncta quae diximus, quia naturam vel usum servata non cognoscimus, in Maria virginis integritate plus potuisse gratiam quam naturam

sortis

quia si de morte dicimus generali sententia / si vero de resolutione in pulverem

integram matrem in virginitate

tu [illegible] thalamus [illegible] dignius est celo quam terra [illegible]

+ sit cu illo q in suo gessit vtero sit apud illu illa q genuit fovit et aluit illu. mera dei genitrix dei nutrix dei ministratrix dei secutrix de qua rc

no dubitaui Diuinitatis em sut opa que dicam et io pplia q sit ompotes. xps at dei vtus est et dei sapia. cui q oia que pris sut sua sut vt velle velle at oia que iusta et digna atq hoc digna videt letari maria leta et ista
inenarrabili aia et corpe in ppo filio cu ppo filio p ppm filiu nec illi sequi corrupcionis erupnam. quam
pariendo ulla secuta est tantu filiu integritatis corrupcio vt sit sp incorrupta qua tanta pfudit gra. sit integra
Enixa pariat hinc sit in cali viuens que omi integra vita et pfectu genuit de qua ut dixi qr alit sentire no audeo. alit dicere no psumo et scbe
psam em q ipse ipa et celudo. Dusa sut qr pte que talia hortata sit me dice si at resragari quis elegit cu no lbt dice qm
sit no posse pferat quare no queat velle at p sit no esse. Et cu velat dei consiliu de his nosse se ma-
festauit incipia ore dequibus no possu alit sentire ajuribor illud altitudine diui qsili inuestigasse
que me cu aplo digna veneraa videor debe sit admirari dicte O altitudo diuiciarum sapie et scie dei
qm incophensibilia sit iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Et qr h cu aplm ex pte cognoscim et ex pte
pphamus. dixi de his et si no quadmodu debui tn me debuisse credi Si go va sut que scripsi gras ago
xpe qr de sca virgine matre tua nisi qd ppm dignu et iustu est. sentire no potui Si go dixi ut debui
approba xpe obsecro tu et tui, qui cu deo pre et spu sco viuis et regnas p oia secla seclorum Amen 1960
si at no ut debui. ignosce tu et tui qr cu

Demum em dictu esse primo puti qr pulvis es et in pulverem ibis Clo si de morte d'r generalis est sima Si vo de
resolucione in pulverem. Hac condicione xpi caro caruit de carne marie suspta que corrupcionem no sustinuit
de hac namq dictu est p dauid pphiam. dicitur Qm no relinques aiam meam in inferno nec dabis scm tuu
vide corrupcionem de quo at scto dictu sit angelus pdixit qui ad mariam ait Et qd nascet ex te sctm
vocabit filius dei Vo scm et sctm scorum vnum et illa. scta scorum dura. que illa signabat quibus ille resignabatur
qui vocat scus scorum dicitur hic est em de quo archangelus gabriel loquitur danieli int cetera q futura erat dc
Et impleat viso et pphia et vngat scus scorum. hic em scus corrupcionem no vidit qr tercia die ad tripho
de infernis rediens resurrexit. Caro em que de maria suspta est et si mortua est ex infirmitate, resurrexit
ex dei vtute sic hic ille qui voluit mori qui voluit resurgere potuit Excepit go ab illa generali sna de
virgine suspta natura. qd si no matre cognouit cognouit tn filio q genuit Post hec que adhuc dicta sut
quibus excepit marie filius cotuenda sit et q eue dicta sit. si cuncte femine sut gnalia et si in aquo
excepit maria. Seprtu quippe est Mulieri qr dixit ds rc 6 ar.

Crima sin pti collumone et sin vilis admixcionis detructo suscepit sin dolore genuit et sin integritatis
violacone pudore virginitatis integra pmansit maria go et si genealem erupnis eue no gtat partu dictu dolore h n rc

Crubi em xpi ptate possit ubi ondit vinsitas cuncta vo gra. marie mostrat integritas. q sit diusa
sut a na. ita diusa, et ab vsu Cumd go si in tanta diusitate dicam hanc sortis subisse morte nec
tn ems vinculis detineri p quod ds voluit nasci et carnis scbam ?care mirchi impium erit Denuq em hoc rc 6
Caro em xpi qrmus gla resurrexis fuit magnificata et potentia sup os celos ascensione glificata. eadem tenue
carnis mansit et manet natura que suscepta est de maria Ipse em qui cogentus at genitus at mortuus est
suscitatus est p glam pris. sicut testatur post resurrectionem cui aplis ait Videte manus meas et pedes meos
quia ego ipse sum. Cum em est. ego ipse sum. nisi qr alt no sum qui qui tunc eram qui passus sum. sic sequitur
cognoscere potestis qui manibus et pedibus meis clauorum volnia clare videtis Ipse go est qui celos ascendit
et carne quam de matre suscepit sup astra sublimauit honoris omem hunc nec h multo magis matrem ergo rc 6
Si go na matris est filius qnid est ut sit filius mat. no quatum ptinet ad equm admistraciones h qum ptes ad eam
recepta scham ut hoc de hoie caro de carne mat a filio filius a matre no ad vnitate psone h ad vnitate
corporalis nature. Si em vnitate pt face gra sine pprietate spualis nature quanto magis vbi gre vnitas et corporis
est spalis natiuitas. vnitas namq gre est ut discipulorum in xpo. de quibus ipse dicit pr sce sua eos i no tuo qs
dedisti m volo ut sint vnu sicut et nos Et eadem voce de omnibus iustis no p his at rogo tm h et p his qui
credituri sut p vbum eorum i me ut os vnu sint sicut et tu pr in me et ego in te hic est ut ipi sint p gram
qd nos sumus p deitate. sit quippe gre vnitas q cunctos in xpo credentibus finat. h marie ex mis supplicem
estimacone no tollitur. quanto magis ad gre vnitate ipa spalitas nature vnum efficiat matrem et filium. filium
et matre. Videndu est ex quibus de his quos secndu p gram vnum esse voluit. Qui adiungit dicit em pr quos
dedisti m volo ut vbi ego sum et illi sint mecum ut videat claritatem qua dedisti m O magna rc 6

1507.
255

Unde quod in letania solemus cantare nominibus interpellamus mariam ut oret pro nobis sancta maria dei genitrix et virgo virginum et hec contra tria vicia que nos precipue infestant
scilicet superbiam avariciam et luxuriam Maria stella maris interpretatur quia sicut est modica et lucida sic maria est modica per humilitatem et lucida
per caritatem contra modicam contra superbiam que de se magna estimat et inter obscurat et opprimit Rogranda est ergo virgo maria
ut nomen suum interpretetur in nobis quod est humilis illuminatrix Genitrix solet esse filius nutrix et pia contra medicina contra avariciam
que spoliat aut fraudulenter aut manifeste que res ipsas ymaginem dei scilicet filium eius pretio redemit unum Hec autem nomine virgo
virginum notatur duplex medicina scilicet carnis et mentis contra affectum et actum luxurie Et ita in hiis tribus appellationibus insinuatur quod quamvis
cunctis quibus fuit maculata qualiscumque contagione peccati ut in beata virgine lavacro invenimus Dicat ergo beate virginem superbus sancta maria
ora pro me id est sicut tu es stella maris modica et lucida sic tolle a me inflacionem et umbram superbie nam inexorabiliter odit superbia
que inestimabiliter diligit humilitatem Dicat et avarus sancta dei genitrix ora pro me id est sicut vere es mater pietatis et misericordie
sic a me tolle duriciam avaricie et da teneritatem misericordie Dicat et luxuriosus sancta virgo virginum ora pro me dicens id est sicut tu es
virgo virginum sic extingue in me concupiscencias carnis et fac mundum et pudicum Et hec est quod eam salutamus et oramus dicentes
Ave maris stella dei mater alma atque semper virgo felix celi porta Nos culpis solutos mites fac et castos
Item augustinus in sermone nativitatis virginis Christi ut virgo in matris ventre perfecta omni bonitate splenduit Item thomas super 3 sentenciarum in 3 parte
distinctione 3 articulo 2 ubi querit utrum augmentum caritatis licet aliquando sit quod sit puritatis augmentum et caritatis augmentum contra puritatis
est secundum recessum a contrario et quia in beata virgine fuit depurata ab omni peccato ideo pervenit ad summum puritatis sub deo tamen in quo non est potentia
est secundum recessum a contrario ... deficiendi que est in qualibet creatura ... caritatis autem augmentum est per accessum ad divinam bonitatem et ideo non fuit virgo summe
caritatem qua maior non possit intelligi quod vel perfecta in gratia et caritate Item in eodem scripto distinctione 30 articulo 2 ubi ... super intelligentia
...
et actuali immunis fuit tamen sub deo maxima ... ad perfectam bonitatem intendit per accessum ad tantum quantum in creatura
distat scilicet summum bonum ... melius efficere ... salutacionis angelice quam ... prius
opusculis de simbolo preceptis et oratione dominica fecisse dicitur quod in fine suorum operum dicit quod beata virgo excedit angelos in tribus
primo in plenitudine gratie que magis est in beata virgine quam in aliquo angelo secundo in divina familiaritate quia ipsa est familiarior deo
quam angeli 3o quantum ad puritatem quia beata virgo non solum fuit pura in se sed procuravit puritatem aliis ... puritatis fuit
quantum ad culpam quia nec originale nec mortale nec veniale peccatum incurrit Item quantum ad penam Tres enim maledictiones date sunt hominibus
propter peccatum prima data est mulieri scilicet quod corruptione conciperet in gravamine portaret et in dolore pareret sed ab hiis immunis fuit beata virgo
que sine corruptione concepit in solacio portavit et cum gaudio peperit salvatorem ... Secunda data est homini quod
in sudore vultus vesceretur pane suo Ab hac fuit immunis beata virgo quia dicit apostolus ... solute sunt a curis huius mundi sed soli deo
vacant Tercia fuit communis viris et mulieribus scilicet ut in pulverem revertantur Ab hac fuit immunis beata virgo quia cum corpore assumpta in celum
Credimus quod post mortem suscitata fuit et portata in celum ... Surge domine in requiem tuam tu et archa sanctificacionis tue
Sic ergo immunis fuit ab omni maledictione et ideo benedicta in mulieribus quia ipsa sola maledictionem sustulit et benedictionem portavit
et ianuam paradisi aperuit et ideo congruit ei nomen maria quod interpretatur stella maris quia sicut per stellam navigantes diriguntur ad portum
ita per mariam diriguntur ad gloriam ... ad unum ... quod fuit immunis ab omni
maledictione lata in hominibus pro originali peccato / Miraculum de beata virgine maria scribit episcopus puteolanus
In theotonia super glaciem iuvenes cum puellis lascivias ducebant choreas Glacies autem inmoderatis confracta saltibus
loci illius iuvenes multos absorbuit ... pressione omnes sancte ... invocantur ... opere
ad commune devota mente cantare ceperunt Ave maris stella etc. Et cum cantasset Monstra te esse matrem etc. Apparuit
pia virgo omni stella splendidior et dixit Monstro me esse matrem sumit per me preces qui pro vobis natus tulit esse tuus
Et omnes qui perierant submersi sine aliqua lesionis vestigio

[illegible]

... compromissarii ... arbitrales ... sententias ... nostras ... [illegible]

... ac super ... constituta predicta ... [illegible] ... quadragesimo ... Indictione ... pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini ... In loco Capituli Ecclesie Cracoviensis presentibus ... [illegible]

... presentes nostras litteras sive presens publicum Instrumentum huiusmodi nostram Sententiam arbitralem et arbitratoriam in se continentem ... infrascriptum scribi et publicari mandavimus Nostrorumque appensione Sigillorum fecimus communiri ... quibus supra presentibus ibidem Honorabilibus viris dominis Nicolao ... Vicecustode ... Ecclesie Cracoviensis et Mathia ... clerico Imperiali auctoritate publico Cracoviensis et Poznaniensis diocesis testibus ad premissa ...



Et ego Bartholomeus olim petri de Naclow clericus premisliensis diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius ...
dominis Michaele et Nicolao arbitris arbitratoribus parum supradictarum scriba ... Quia predictis compromissi ...
... dominorum arbitrorum electioni nominationi et deputationi potestatisque per ipsas partes ipsis dationi ...
... omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens ...
... et aliis ... presentes litteras sive presens publicum Instrumentum huiusmodi Sententiam arbitralem et arbitratoriam ...
... aliis occupatus fideliter scriptum in hanc publicam formam redegi Signoque et nomine meis solitis et ...
Sigillorum ... ex decreto et mandato ipsorum speciali consignando ... rogatus et Requisitus in fidem et ...
etiam ... notario de illis duabus dictionibus ... Radochowicze rasas non esse sed debita ...

Non minus malum est carencia divine visionis quam perpetuus cruciatus inferni

Crisostomus libro de reparacione lapsi: tu plura quam tormentorum inferni conplicasset etc. Unum non solum que dixeris monet nos, mala que in eterna perferimus si negligens vitam mutamus. Excludi enim a bonis et alienum effici ab hiis que parata sunt sanctis tantum generat cruciatum tantum dolorem ut eciam si nulla extrinsecus pena torqueret, hec sola sufficeret. Multi ... supra cruciatus carere bonis quibus in presente habuerit presencium. Nec puto ita acrima esse gehenne supplicia, et sunt illa quibus torquetur qui arcetur a conspectibus Christi. Hoc crede michi penis omnibus gravius est. Hoc est quod superat et gehennam. Et infra: Sufficerat nobis magis gehenna et supplicium non fieri tanti regis conspectu. Quod illa ... sufficit infelicitas quod inferius ... quod non minus malum est carencia divine visionis quam perpetuus cruciatus inferni. Sed nota quod unum est eorum qui sunt sponte peccata mortalia committendo sive dimittendo illam penam meruerunt, non parvuli ... qui decedunt sine baptismo propter ... divina visione ... illam penam non meruit negligencia ... non licet loqui

(nota)

Vix h[...] dei [...] ad morte ff 6a

Hoc est theatrum qui se separat a contencionibus pro vis hunc theorem non habent advocati mali qui sunt et habent lites sic lupi rapaces [...] dentibus et ysidorus hii sunt qui causas perimunt admissi impediunt permissi fastidiunt admoniti [...] sic sponsione [...] primum deligunt completati hii sunt in questionibus ipse in collocutionibus statue in questionibus bestie / ad intel[...]cei ad inducendum lignei ad succendum flammei ad [...] fres ad seducendum vulpes ad faciendum tigres / fallendum ad seminandum [...] ad capiendum monotaurus / si nares afflaverint rubiginosi auri marsupii / mox videbis [...] prima laomedontis / phyros argucias symonis fallacias achitofel consilia et absalonis oscula / [...] in quodam libro tragedie senece qui intitulatur liber de ingl senece [...] cum quidam inspiceret in somnis vidit neronem balneantem se et multos trustates qui fundebat aurum calidum in balneum ipsius / Nero autem videns turbam advocatorum ad se venientem ait venite ad me hic venale genus hominum advocati amici mei accedite huc ut meum in hoc vase vos balneetis / Adhuc enim vobis super est locus in eo quem vobis reservavi /

Opera vestra [...] veram dictatus [...] ubi scriptum [...] / aliud est quod [...] / aliud quod credimus / quod allegatur gregis in omne pastali qua plegi et michi ibi inveni

